9-3-11
№ 1
7-160

29-3-11
№ 1
8-160
11
21
160

Don Juan

8-9079
Libreria

# DE DIVINA HISTORIA LIBRI TRES.

REVER.[MI] P. F. CORNELII MVSSI
Placentini , Conuent. Franciſcani ;
Epiſcopi Bituntini .

*In quibus copioſè ac dilucidè tractatur.*

Del Colegio de la Compª de IHS. de Granada

De Diuinæ Eſſentię Æternitate.
De Diuinę Naturę Veritate.
Deq; eiuſdem Diuinæ Naturæ ac Vitę Fęcunditate.

AD SANCTISS.[MVM] DOM. NOSTRVM
D. SIXTVM V. PONT. MAX.



[library stamps]

VENETIIS APVD IVNTAS.
M D LXXXVII.
*Cum Licentia Superiorum , & Priuilegijs.*

# SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO D. SIXTO QVINTO PONT. MAX.

*Joſephus Muſſus Sacerdotum minimus, fælicitatem.*

DIVINA prouidentia eueniſſe, omnibus perſpicuum eſſe non dubito, Beatiſſime Pater; vt quemadmodum Innocentij, ac Honorij Tertij ſummorum Pontificum temporibus, duo clariſſima lumina Chriſtianæ pietatis Mundo affulſere, D. Dominicus Calagoritanus Hiſpanus, & D. Franciſcus Aſſiſias Italus. Qui veluti duo ex ſublimi angelorum choro, Cherubim alter, alter Seraphim, Chriſtianam Religionem, & Eccleſiam, multis tunc peccatorum illecebris pollutam, multisq; hæreſibus inquinatam, ac vndique labefactatam; eorum vitæ ſanctitate, ac fidei catholicæ veritate, Spiritu ſancto afflati, expurgarent, atque erigerent. Sic noſtris etiam temporibus, in quibus plus ſatis adhuc graſſantur hæreſes, & peccata ſupercreuerunt; duo ex eorundem ſanctorum familia, Sanctiſſimi, ac Religioſiſſimi ſummi Pontifices Reipublicæ Chriſtianæ concederentur; Michael Alexandrinus, & Fœlix a Monte alto; hoc eſt Pius Quintus, fœlicis recordationis, & Sixtus Quintus. Qui ab eorum optimis ordinum conditoribus, ſiue primis inſtitutoribus non degeneres, Chriſti Eccleſiam, ſumma virtute, doctrina, ac vitæ ſanctitate pariter adminiſtrarent, atque ad priſtinum, puritatis,

& innocentiæ candorem, reuocarent. Quod quidem, Pivs ille Quintus, vere Pius, immo piiſſimus, ac ſanctiſſimus, & à nemine vnquam ſatis laudatus Pontifex, dum vixit, enixus eſt facere; Sic dubitandum non eſt, quin & Sixtvs Quintus, vt eiuſdem Pij Quinti gratiſſimus alumnus, & ſolertiſſimus imitator, illud ipſum ſit præſtaturus. Nam cum primum, ad ſummi Pontificatus dignitatem, vno omnium Patrum conſenſu, fæliciter fuerit euectus; tantam de ſe opinionem, tantamq; expectationem ſtatim excitauit, vt non modo, Sixti IIII. Sanctiſſimi, & optimi Pontificis, qui etiam ex Ordine Minorum D. Franciſci fuit, quique tot præclara monumenta vrbi, & orbi reliquit, nec non Pij V. gloriam, virtute, & religione aſſequi debere; verum etiam, pietate, ac ſanctitate, longè poſt ſe, relinquere videatur: Quippe quòd Dominici præclaram doctrinam, flagrantemq; Franciſci charitatem, in ſe ſe, perſpicuè præſeferat. Quare, cum iam vniuerſus ferè terrarum orbis meritò exultet, & gaudio vndique repleri videatur, Reuerendiſſimũ olim ac Illuſtriſſimum Foelicem Peretum de Monte alto, doctiſſimum ac Prudentiſſimum, eumq; grauiſſimum Cardinalem, noſtra hac tempeſtate, ad ſupremum, ſanctumq; dignitatis gradum aſcendiſſe; Cumque omnes ad eum adorandum, & ad eius ſanctiſſimos pedes deoſculandos, vndique concurrant: Mihi quoque viſum eſt eſſe faciendum, vt tanquam vnus ex eius quaſi familiaribus, ac notis, (licèt omnium minimus) gratulaturus accederem; & munere quodam egregio teſtarer, Sanctitate ſua digno, meam hanc animi gratulationem. Id autem ſunt Tres libri de Diuina Hiſtoria Reuerendiſſimi Domini mei Cornelij Muſſi Epiſcopi Bituntini, quos ex multis alijs, quibus conſtare debuerat hæc ipſa hiſtoria, ſolos reliquit; quamq;, dum viueret, ſingulari pietate, aſſiduis laboribus & lucubrationibus, contexebat; ſed inſtituta abſoluere,

uere, atque ad finem perducere minimè potuit: Qui quidem tres libri, & primi ſunt, & præcipui, atque ita perfecti, & perpoliti, vt digni videantur, qui tandem, Sanctitatis veſtræ auſpicijs, edantur; eiq; pluribus de cauſis conſecrentur. Primum, quod cum in illis de nobilioribus, ac ſublimioribus argumentis, de Æternitate ſcilicet, Veritate ac Diuinæ naturæ fæcunditatè diſertius diſputetur, quàm à fidelibus, catholicisq; viris deſiderari poſſit; de quibus à nullo Eccleſiaſtico ſcriptore, vel græco, vel latino (ni fallor) ea methodo, ac ſtilo, hactenus tractatum, aut ſcriptum fuit; nemini magis, quàm Dei ipſius in terris Vicario, debebantur. Deinde, quod cum ego in ipſius Epiſcopi domeſtica, ac intima familiaritate, multos annos ita ſim verſatus, vt ipſe omnia ferè ac ſingula animi, & mentis ſuæ ſenſa, mihi explicare, mecumq; communicare conſueuerit, à quo etiam moriente, mihi ſua ſcripta relicta fuerunt, vt eorum imprimendorum onus ſuſciperem, quod quidem à me, aliqua ex parte perfectum fuit; teſtari, & affirmare veriſſime poſſum, illius ſemper ſententiam fuiſſe, vt hi libri, quotquot eſſent, ſummo Pontifici dedicarentur. Itaque Sanctiſſime Pater, vt hanc cauſam breuiter complectar, quoniam Dei Optimi Maximi Vicarius, & auctoritate diuina, verus, & legitimus Diui Petri ſucceſſor es, ac totius Franciſcanæ Religionis decus, maximus quoque, Theologicę facultatis profeſſor, ac magiſter, & ipſius quondam Cornelij Muſſi celeberrimi theologi, inſignisque concionatoris, in eadem Religione ſemper ſtudioſus, fautorq; fueris, præſertim, cùm Bononiæ, ſub initio Pontificatus Pauli Tertij Farneſij, diuinam Philoſophiam publicè profiteretur, interpretareturque diebus feſtis, ſacram ſcripturam, ac fidem catholicam, contra hæreticos acerrimè tueretur; res ipſa omnino poſtulat, vt ipſius Epiſcopi nomine, à me hi libri, Sanctitati veſtræ dedicentur. Huc accedit,

dit, quod forſitan, quid eximius ipſe vir, hac ſua hiſtoria
complecti vellet, quidq; clariſſimis ſuis lucubrationibus
efficere conaretur, ex ipſomet auctore, dum viueret, San=
ctitas Veſtra didicerit. Inſtituerat ſanè, præcipuam ſacræ
Theologiæ partem, vel potius totam ipſam Theologiam,
vt facilius intelligeretur, ad quinque tantum capita, per ti=
tulos diſtincta, hiſtorico more redigere; De Natura, De
Peccato, De Lege, De Gratia, & De Gloria; nullis diſtin=
ctionum, vel quæſtionum inſcriptionibus adhibitis, om=
miſſis etiam illis vocibus, quibus Theologi in ſcholis vti ſo
lent, atque locutione latina, facili, & florida, ſingula expli=
care; totumq; denique illud complecti, quod non ſolum
ſuis hiſtoricis libris, Moyſes deſcripſit, ſed etiam quod à
Prophetis fuit enuntiatum, atque prædictum; quod ſcri=
pſerunt Euangeliſtæ; concionati ſunt Apoſtoli, & Eccleſia
ipſa ſancta, quæ veritatis columna eſt, accepit, tenet, ac
docet; catholicaq; fides, & doctrina ſeruat, & tuetur. Sed
dolendum, ſummopereq; dolendum eſt Sanctiſſime Pa=
ter, cęteras partes, quæ ad huius hiſtoriæ, & totius operis
abſolutionem requirerentur, debebantq; priores hos li-
bros ſequi, editas non fuiſſe. Aat ereſſuqı88s muidedo=
ctiſſimus vir, de Angelis, de Mundo, & de Homine diſpu-
tare, vt primum illud de Natura caput ſaltem abſolueret;
cum inexpectata, repentinaq; ferè mors, eum extinguens,
illiusq; ſancta conſuetudine de Mundo ſublata, ereptis eius
optimis exemplis, quibus, & vita, & actiones ipſius, re=
fertæ erant; ſimul & horum librorum doctrinam, & præ=
claras eius diſputationes, quibus à pueritia, tot annos,
cum in ſuggeſtis, tum & in cathedris, catholicè ſemper,
& maxima cum omnium admiratione populos docuerat,
amiſimus. Ex quo factum eſt, vt non ſolum hoc opus,
aliqua ex parte imperfectum remanſerit, ſed alia quoque
per plura, quæ incohauerat iam, atque adumbrauerat ope=
ra, ſi=

ra, ſimul cum eo perierint. Veruntamen, optimum illud
ingenium, omni benedictione digniſſimum, ex nulla alia
re maiorem voluptatem, quàm ex ſacrorum librorum le=
ctione, ſtudioq; capiebat, in quo (quod nulla adulandi,
mentiendiuè fraude dicam) multò magis oratione, quam
lectone ſe proficere teſtabatur, nec a ſcribendi, dictandi=
que laboribus abſtinere vnquam voluit. Hos igitur li=
bros, quales ad manus meas peruenerunt, ſuppliciter San=
ctitatem Veſtram oro, atque obſecro, vt benigno animo
ſuſcipiat, & vnà cum illis meam quoque animi propen=
ſionem, & deditionem accipiat, quam multis abhinc an=
nis, dum ipſa Venetijs, ſtudij Rectorem, ac ſancti officij
Apoſtolicum Inquiſitorem ageret, illi obtuli, ac dicaui;
quamq; mihi hæreditario veluti iure reliquit Epiſcopus
Dominus meus: Qui quidem ſemper, Altitudini tuæ ad=
dictiſſimus fuit. Meq; tua ſancta benedictione dignum ef=
ficiat; qua obtenta, Deum Opt. Max. orare ſemper & ob=
ſecrare feruentius poſſim, ac valeam; vt pro Eccleſia ſua
ſancta, proq; eius Fidei catholicæ defenſione, & propa=
gatione, Sanctitatem Veſtram incolumem ſeruet, ac illi
diuturnam, & fœlicem vitam tribuat, atque concedat.
Venetijs Quinto Nonas Octobris. M D LXXXV.




# INDEX CAPITVM,

## QVÆ IN SINGVLIS HIS TRIBVS DE DIVINA HISTORIA, Libris, continentur.

## PRIMI LIBRI CAPITA.

DEVM *ipſum, Mundi opificem, & totius uniuerſitatis Architectum, neq; cum mundo, neq; ante mundum incœpiſſe, Sed ab omni æternitate, nunquam non fuiſſe.* Cap. I. f. 1.

TOTO *tempore, et ipſo quoq; æuo ſuperior: Dei Antiquitas, Æternitas.* Cap. II. 3

INTINITAE *Æternitatis ipſius Dei, inſignis, et præclarus titulus, Sæculum ſæculi, & ſæcula ſæculorum.* Cap. III. 5

SOLIVS *Dei propria, & mundo non niſi impropriè, & abuſione loquendi communis, Æternitas.* Cap. IIII. 7

DIVINA *Æternitas, & tota eſt ſempiternitate maior, ac ſublimior, et vix nudis negationibus deſcribitur, et æternũ durat, et vltra.* Cap. V. 10

ANALOGIA *Diuinæ Æternitatis ad tẽpus, et ad*

** præ-

præſens, Præteritumque, et futurum, in circulo temporis. Cap. VI. 12

Divinae Æternitatis nota, Eſt, et Hodie, Definitio, tota ſimul poſſeſsio perennis vitæ, nunquam cœptæ, nunquam finiendæ. Cap. VII. 14

Eorvm Oīum, q̄ de æternitate dicta ſunt, Epilogus, Panegiricus ipſius Diuinæ æternitatis. Cap. VIII. 16

Vis, Et ſenſus, diuini oraculi ad Moſen, Ego ſum qui ſum, Dices, Ille qui eſt. Cap. IX. 19

Vsqve a Deo naturale eſſe ipſi Deo, vt verè, et propriè ſit, vt quòd nō ſit, ne cogitari q̄dē poſsit. C. X. 22

Adversvs Inſipientem, qui dixit in corde ſuo, Non eſt Deus. Cap. XI. 25

Id quod eſt, vel ipſum Ens, dici de Deo, et de creaturis, quia omnia ſunt Entia, Deus eſsentia. C. XII 28

Qvam Significāter, et appoſitè Deus dicatur Ens, Eſſentia, Res, Subſtātia, Forma, Natura. C. XIII. 30

Devm Ipſum, vt eſſe, ſic, & agere ſupra omnem, & totam Philoſophiam et Naturam. C. XIIII. 32

Deo Ipſi potius, quam naturæ, tribuenda quæcūq; in natura fiunt, etiam ſi curſu naturæ fiāt. C. XV. 35

Qvae Ratio, et proportio inter Deum ipſum, & Naturam. Cap. XVI. 37

In Impiam philoſophorum cathenam, Deum agere vt vult, & vniuerſam cauſarum ſeriem nihil poſſe ſine ipſo Deo. Cap. XVII. 39

Avrea Cathena rerū oīum Deus, oīa trahēs, ligās,





tenēs, oīum amor, deſideriū, bonū, finis. C. XVIII. 42

Vnde Ductū hoc ipſum nomen tātæ venerationis, virtutisq; & ſignificationis Deus. Cap. XVIIII. 45

Providentia, virtus, & ratio nominis Dei, ipſis quoq; cæcis gentibus nota, per vmbram fati, ſortis, & fortunæ. Cap. XX. 48

Omnes olim gentes, et populos, vt ſtudio, et opinione diſſenſiſſe in Dijs, ſic natura duce conſenſiſſe in ipſum Deum. Cap. XXI. 52

Illvm Ipſum Æternū Deū, vnū ſolū eſſe, & in rerū natura, duos omnino eſſe nō poſſe. Ca. XXII. 55

Sempiternae Virtutis, & maieſtatis ipſius Dei, publicum ſpectaculum Mundus, et ea quæ ſunt in mundo. Cap. XXIII. 59

Vnde in mundum irrepſerit, tanta ignoratio Dei, & cultus Idolorum. Cap. XXIIII. 63

Gvstv magis animi, quam ſpeculatione mētis, cognoſci Deum, idq; per fidem Chriſti non per ſapientiam mundi. Cap. XXV. 66

Nvlla Apologia, defendi poſſe illos, qui Deū, etiā ante Chriſti tēpora, ignorauerunt. Cap. XXVI. 70

Peroratio Pro Æterno Deo, contra gentes, & Deos gentium. Cap. XXVII. 74

## SECVNDI LIBRI CAPITA.


DEVS *Verus, idem ipſe, qui Æternus, Veritas eius Natura eius, facies, Cognitio Definitio, Infinitio.* Cap.I. 79

INFINITVDO *Simul, et veritas diuinæ naturæ, caligo lucida, & nox illuminans, ad cognoſcendũ ipſum Deum.* Cap.II. 82

VT *numeris, menſuris, et ponderibus terminata omnia citra Deũ, ſic omnino, & ſimpliciter, interminatus, verus Deus, omnium, numerus, menſura, pondus.* Cap.III. 85

DIVINA *Infinitudo ſua ipſius comprehenſione finita, mortalium animis, & cogitationibus, nullo vnquam tempore finienda.* Cap.IIII. 88

QVAM *infinitus, tã verus, & certus Deus: quo nihil verius, nihil certius, vt et nihil infinitius.* Ca.V. 91

RATIO *Diuinæ veritatis, et analogia ad Bonitatem, vnitatem, diuinitatem.* Cap.VI. 95

DEVS, *Non tam verus, quam veritas, illa ipſa principalis veritas, quæ verat omnia vera, extra quam nihil verum.* Cap.VII. 97

DEVS, *Solus veritas, Citra Deum omnia vanitas, Dij gentium, vanitas vanitatum.* Cap.VIII. 99

DIVINAE *Naturæ ſimplicitas, illa ipſa diuina veritas.* Cap.IX. 103

VERVS *Deus, & omnino immutabilis, et verè mo-*







*bilior omnibus mobilibus.* Cap.X. 105

DEVS *Verus, vt extra motum, ſic extra locum immenſus, illocabilis, omnia comprehendens loca, nullo comprehenſus loco.* Cap.XI. 108

NATVRA *Ipſius veri Dei, non tam ſpiritalis, quã ſpiritus expers carnis, ſanguinis, quantitatis, qualitatis, figuræ, corporaturæ, materiæ.* Cap.XII. 111

FIGVRATA, *Et ſimbolica omnia quæcunq; corporaliter dicuntur de ipſo Deo.* Cap.XIII. 114

DEVS *Verus, & ſymbolicè, & naturaliter lux pura in qua tenebræ non ſunt vllæ.* Cap.XIIII. 118

VT *Nihil tam vnum, ſic nihil tam purum atq; ſimplex, quam ille ipſe verus Deus.* Cap.XV. 121

NATVRA *Ipſius veri Dei, tam plena omnium rerum, quam ſimplicior omnibus rebus.* Cap.XVI. 124

VNIVERSAE *Theologiæ gentium, de veritate Naturæ ipſius Dei concluſio, & ſumma, Deus Verus, Actus purus.* Cap.XVII. 127

VT *nihil prius, ſic nihil pulchrius, illa ipſa vera, & propria Natura Dei.* Cap.XVIII. 130

SOLVS DEVS *Pulcher, quæ Pulchritudo Dei, qui radij & ſplendores, imagines, & vmbræ illius tantæ pulchritudinis.* Cap.XIX. 134

QVAM *pulcher, tam Bonus* DEVS *ipſum Bonum, ſummum bonum, fons, & origo, finiſq; et terminus omnium Bonorum.* Cap.XX. 137

DEVS *Bonum, Deus Bonus, Ratio Boni, et Boni-*

*tatis: Analogia Amoris, voluptatis, Boni, veri, Pulchri,* Cap. XXI. 141

DANTAE *Bonitatis, & pulchritudinis Deum habitare in cœlos, tanquam eum, qui præſidet vniuerſitati rerum omnium.* Cap. XXII. 145

DEVS *Potentiſſimus, ſapientiſſimus, Dominus cœli, et terræ, factor temporum, Regnator omnium regnorum, Rex Regum, & Dominus Dominantium.* Cap. XXIII 150

QVID *Sit Deus, nemini vnquam in hac vita ſatis notum, ne illis quidem, quibus licuit videre gloriam* Dei. Cap. XXIIII. 154

DEVS *Per Chriſtum Jeſum mundo notiſſimus, omnino autem citra beatos Theologiæ, neganti notior, quam aienti.* Cap. XXV. 158

*TER-*



## TERTII LIBRI CAPITA.

AETERNA Fœcunditas, *& propagatio ſimul Dei, ex Deo.* Cap. I. 163

DEVS *Pater, Deus filius.* Cap. II. 165

FONS, *Et principium totius Diuinitatis, Deus Pater.* Cap. III. 168

GENERATIO *Filij Dei,* Cap. IIII. 170

FILIVS *Dei, Dei verbum.* Cap. V. 174

VNIVS *Subſtantiæ, Deus pater, & filius.* Cap. VI. 178

SPIRITVS *Sanctus, cũ patre, et filio Deus.* C. VII. 182

EX *Patre, & filio, Spiritus Sanctus.* C. VIII. 186

SPIRITVS *Sancti origo, proceſsio.* C. VIIII. 190

PATER, *Filius, & Spiritus Sanctus, tres pſonæ.* C. X. 195

TRES *Perſone, vnus ſolus Deus.* Cap. XI. 200

VNVS *Deus in Trinitate, & Trinitas in vnitate.* Cap. XII. 205

*Plenitudo diuinitatis, indiuidua Trinitas.* Ca. XIII. 210

SANCTISSIMAE *Trinitatis, tota virtus, Chriſtus Jeſus.* Cap. XIIII. 213

ARCANAS *Diuini Nominis literas, ſignificare Deũ ipſum Trinũ, et vnũ, contra Iudæos.* C. XV. 217

NVLLVS *alius verus Deus, quam Pater, filius, et Spiritus ſanctus, aduerſus gentes.* Cap. XVI. 229

IN *Hereticos, fides integra, & Orthodoxa intelligẽtia, Sanctiſſimæ Trinitatis.* C. XVII.

Indicis capitum omnium de diuina Hiſtoria, finis.

IN DECEM

# DE DIVINA HISTORIA

LIBROS.

*INTRODVCTIONES.*

## CORNELII MVSSI EPISCOPI BITVNTINI.

QVOTQVOT *eſtis ſublimes animæ, quæ, veſtræ, é cœlo originis, memores, iamdiu, per Chriſtum Ieſum, dedignatæ terras, nunc, amore, ac deſiderio ſuſpiratis ad cœlos; Quæqué, reuerſæ ex Aegypto ſapientiæ ſæcularis, vbi curioſé veſtigantur, omnia quæ ſiunt ſub ſole; de ijs, quae ſunt ſupra ſolem, & ſupra omnem naturam, in Sion, in Eccleſia catholica, Os Domini, ſcripturam ſacram, pié, et religioſé interrogaſtis; Oro, atque rogo, ne abhorrete à me animis, neque, aut oculis, aut auribus, ab oratione hac mea; dum perofficioſé, et peramanter, inuito vos, vt alacres veniatis, vt curratis, vt aduoletis, et ingrediamini patentes campos, & profunda maria Diuinæ Hiſtoriæ. Quaſi vero, ipſe, velut ſingulariter vnus, conſcenſis omnium ſcientiarum faſtigijs, quin etiam, per oracula, edoctus res diuinas; animo arroganter elatus, et verborum iactatione inaniter glorioſius; neque demum, tam recti inops iudicij, quàm prauo, & peruerſo ingenio, poſt tot ſecula, quibus doctiſſimi viri, ingeniorum, et muſarum fontes, patres ſcientiarum, magiſtri fidei, et duces religionis: de Deo, et de diuinis rebus, græcé, et latiné, tanta cum laude ſcripſerunt; ſuperbiſſimé profitear; me vſque adeò diligenter, ple=*

nè, integrèq́ ſcripturum, vt vobis legentibus, audientibus, iudi=
cantibus, ſcriptio hæc mea, vniuerſæ Eccleſiæ, præclaro iſto, et in=
ſigni Diuinæ Hiſtoriæ titulo, in ceris, & tabulis, immortaliter effe=
renda, glorianda, et prædicanda videri debeat: nimirum, ſupra
omnium mortalium ingenia, Spiritu ſancto inſpirante, conſcripta,
nullis colorata mendacijs fictionum, et fabularum expers, ex toto
ſancta, ex toto inuiolata; atque, adeò, primæ illi penè par, vnde
omnes manarunt hiſtoriarum fontes; vnde omnia prodierunt litera=
rum principia, ac ſemina, vnde demum religio, et fides ipſa, nata,
aucta, retenta. Nos, ò reliquiæ chriſtiani orbis, quas in diluuio aqua=
rum multarum, ceu renaſcentis pietatis ſemina, Deus benedictus, ſi=
bi ſeruauit; quibus per fidem rectam, ceciderunt ab oculis ſquammæ
perfidiæ; quibus encyclopædia abſtulit nebulas, et nigra velamina
ignorationis; quibus denique, putidæ carnis corruptiones, continenter
abſtergit aerium mel, ſacrarum lectionum. Nos inquam, homines
noui, et nouè nati, bullæ naſcentes, & euaneſcentes, herbæ ſolſtitia=
les, repentè exortæ, repentè interituræ; de rege ſæculorum, de aeter=
no, et immortali Deo, Hiſtoriam non ſcribimus. Teſtamur cælos,
teſtamur terras, ſed ex illa ipſa Diuina Hiſtoria, quæ eructante cor=
de patris, dictante lingua filij, & ſcribente calamo ſpiritus ſancti,
omnibus ſacris libris deſcripta continetur, et nullis includitur; ſi=
cut, & Deus, omnia replet loca, & nullo definitur loco, ea omnia,
quæ, anguſta, & rimoſa mentis noſtræ vaſa, capere, et tene=
re potuerunt, audacter quidem forſan, ſed tamen, et reueren=
ter, et bona fide, exſcribimus, & tranſcribimus. Ex illis ſanè
exemplaribus, quæ è cælis delata ad terras, ſcripta ſtylo hominis,
vt intelligi poſsint ab omnibus hominibus, cuſtodit ciuitas Solis,
Eccleſia ſancta Dei, noſtra hæc Απόγραφα ſpirant, et viuunt;
quorum, ſe ſequi regulam, tenere ſenſa, argumenta ſpectare, ſan=
cta, et inuiolata religione profitentur. Nam, neque peregrinas
ingerimus, et profanas nouarum rerum, ſiue inſalubrium ver=
borum inuentiones, neque chriſtianæ theologiæ centonas conſuimus,
fruſtulentasq́ Γνωμολογίας, aut Γνωμογραφίας, neque demum, il=
lius



lius tantum apices, & capita, breui indice, et quaſi Abecedarij,
Syllabarij, Nominarijq́ ſignamus; ſed recta ingredientes, perpe=
tuoq́ inſiſtentes viæ regiæ, non declinantes ab impreſſa orbita, et
veſtigijs paternis, et auitis; in noſtros libros, qualeſcunque ſunt,
me ipſum enim non pænitet, quanti ſint, referimus vetuſtiſsima
veterum, quæ, ſe, apud æquos iudices, & iure, & poſſeſsionis an=
tiquitate, defendunt. Oſtendimus res ipſas totas, ex integro in
vnum corpus conſertè, contexteq́ colligatas; & ex ipſo euentorum
ordine, et conſequentia, quæ veritatem ipſam, vel ſola, vel ma=
ximè, ab omni ſuſpicione liberat, et abſoluit; vt à quibuſque ho=
minibus videantur, etiam ab infima plebe; cui, quàm maximè au=
diendi, et loquendi de Deo, pruriunt aures, et linguæ; quoad poſ=
ſumus, nitimur, et laboramus: Ex ingenti illa ſylua, ex inuio illo,
perplexoq́, et ancipiti tantarum rerum labyrintho, ea educentes,
ac ſeparantes, quæ apud Prophetas, Apoſtolos, Apoſtolicosq́ vi=
ros, mirè latent, & quaſi conuoluta, & concorporata, interdum ob=
cæcare videntur diuinarum literarum prædictionem; vt etiam non
quæſitæ, ſed velut ex repoſitorio, ſponte, & ſtatim, cæleſtes illæ
opes, ſe ſe offerant legentibus. Ob id enim, in illis diſſerendis, et ex=
plicandis, non anguſta, vel conciſa, ſed collata, atque diffuſa oratio=
ne, tractamus perpetuam magnarum rerum ſeriem, & connexio=
nem; quam diuini noſtri duces, velut ſanctam quandam, ſempiter=
namq́ memoriam, eorum, quæ Deus pro nobis fecit, diuini erga nos
amoris, quaſi pignus, ſuæq́ ipſius potentiæ, & ſapientiæ antiquiſsimū,
idemq́ perpetuum monumentum, in ſacroſanctum theologiæ regnum,
fæliciter importarunt; ſummaq́ authoritate, & prudentia, altè recon
diderunt, in vtriuſque teſtamenti locupletiſsimos theſauros. Præcla=
ri illi viri, qui chriſtianæ theologiæ, ſuperioribus ſæculis, aperuerunt
fores, vt ſociata philoſophis, & ſacerdotibus, aliquando egrederetur
è templis, & tutò ingrederetur academias; munitaq́ dialecticis epi=
cherematis, & phyſicis aſſumptionibus, ad dogmata fidei noſtræ de=
præhendenda, ipſi etiam rationi, aliquem locum eſſe, &, quæ ſu=
pra naturam ſunt, per naturam ipſam, defendi poſſe, monſtraret;

 anguſtis

anguſtis quibuſdam interrogatiunculis, & reſponſionibus præciſis, non ſecus, quàm aculeis, ſtudioſos omnes ita pupugerunt, vt mira arte, & inimicorum delumbauerint argumenta, atque ſententias, & ſomnum ademerint amicis dormitantibus. Heroes profectò, perpetua digni memoria; quorum opera, factum eſt, vt non iam pateat deriſioni, & contemptui infidelium chriſtiana credulitas; ſed, tanquam altiſſima ſapientia, ex qua mille propugnacula pendeant, ſit admirationi, & terrori cunctis gentibus. Nos igitur, quando, ætate noſtra, domeſtici, heu nimium domeſtici, quos etiam cogimur appellare fratres, qui parum antea, vnanimes, in vna domo, dulces nobiſcum capiebant cibos, nobiſcum bella gerunt; & ſuis ipſorum arietibus, & machinis, quatiunt non parietes ſolùm, & tecta, ſed ipſa etiam fundamenta religionis; vnde, & neceſſitas nobis incumbit, euoluendi tanta arcana rerum, & euiſcerandæ vniuerſæ theologiæ; quædam, quæ ab illis noſtræ militiæ principibus, ſignata fuerant puncta, in quibus, neque longitudo, neque latitudo, neque altitudo vlla deprehendebatur; propter quod, ipſa etiam theologia, ferè, vt olim philoſophia Græcorum, in ſectas diuiſa eſt; noſtra manu extenta in palmam, vt ſuam illi, magna tum ratione, in pugnum contraxerunt; protrahimus in lineas, ex eiſq; deducimus ſuperficiem, & corpus dimenſionum omnium; tentantes, & periculum vbique facientes, vt inuoluta explicatè, horrida nitidè, ieiuna plenè, & vulgata magnificè diſſerantur. Sic enim, ſperamus, Deo propitio, & vobis fauentibus, futurum eſſe, vt poſſimus rebus obſcuris dare lucem, dubijs fidem, confuſis ordinem, vetuſtati gratiam nouitatis, nouitati authoritatem antiquitatis; ita porrò, vt non ſolùm nulla ſciſſura fiat, neque vlla commiſſura appareat antiquitatis, & nouitatis doctrinæ theologicæ; ſed potius, vt quaſi arte, & manu pæonia, laceris artubus in vnum collectis, vniuerſum corpus hiſtoriæ, ad ſpectaculum humani generis, pro Dei gloria, coaleſcat, & quaſi renaſcatur; vnde, & res diuinæ, ita ſibi inuicem connectantur hiſtoriæ filo, vt tanquam membra, à natura copulata, diſcerpi vi potius, & dilacerari poſſint, quàm hæreticorum dolo, &





lo, & fraude conuelli. Et ſi verò in gratiam huius ſæculi, lethali, vt ipſe vereor, morbo, tanta rerum nouitate gaudentis, omnia à nobis dicuntur noue; tamen ad ipſius veritatis gloriam, quæ ſola cum ipſo Deo antiquiſſima, & immutabili æternitate gloriatur, tantùm abeſt, vt moliamur, nouam quandam, & recens natam, de diuinis rebus hiſtoriam; vt prorſus, nihil à nobis dicatur nouum; neque vſpiam alienos fumigantium titionum ignes inferamus altaribus; ſed eundem ſacrum, quem maiores noſtri cælitus acceperunt, viuum & flammantem, in altari, perpetua religione nutriamus, ac foueamus; decuſſis quin etiam, abſque ferro, ex ſacra ſylua, & reuerendis ſaltubus nemorum, lignis odoratis, & pretioſis; vt ſacrificium quod paramus, ſanctarum ſcripturarum teſtimonia, non vi contorta, ſed vt nata ſunt, ſponte ſua, & per ſe ſe, accendere, & inflammare videantur. Equidem, noſtris lacertis, & manibus, ad hunc vſque diem terram fodimus, plantamus, irrigamus; vnde non ſolùm ſæpe alſimus, & ſudauimus, ſed nunc quoque, aliquando ſudamus ſimul, & algemus. Verùm enimuerò, non noſtris, ſed ſacris bobus; non noſtro, ſed publico aratro, arare ſoliti ſumus in vitula myſtici Sanſonis; vt ex ea intelligamus parabolas, ænigmataq; & propoſitiones, abſconditas à conſtitutione mundi; quibus bono dolo eludamus Philiſtæos, communes inimicos veræ pietatis; dum ſuperbè nimium, quod de loquacibus illis, & iurgioſis legimus in libro Iob, putant ſe ſolos eſſe ſapientes: ſecum natam eſſe, ſecumq; morituram ſapientiam, vtinam verò tacuiſſent, & mundus forſan, cuius auræ ſeruiunt, exiſtimaſſet eos eſſe ſapientes. Non oſculamur manum noſtram, ò Dei amantes: non ponimus carnem brachium noſtrum: non enim vomere noſtro, ſed eo, quo Eccleſia ſancta, columna veritatis, vti conſueuit, aperimus fœcundas illas, & prædiuites glebas terræ ſanctæ; quibus, veræ ſapientiæ vini, & perſpicui fontes continentur: quos, patres noſtri foderunt, hoſtes noſtri obſtruxerunt; vnde Catholici, ab initio, bibunt aquam viuam; hæretici, ad finem, turbidam, & inquinatam. Sanè enim, vt ex luce colores, vt ex corporibus

umbræ, & ut generatim, ex bono malum, ex veritate mendacium, ſic poſt fidem hæreſes ortæ ſunt, & poſt hiſtoriam doctæ, elaboratæq; fabulæ: quarum, artificioſa, & doloſa, non tam imitatione, quàm ſimulatione, ſæpe adulterari veritas, & corrumpi, ac deprauari ſolet hiſtoria. Quanquam, ad extremum, ipſius hiſtoriæ, & veritatis tanta eſt vis, tanta poteſtas; ut ipſa ſola, ſit inuicta quædam Πανοπλία cadentis religionis. Nam, uſque adeo, hiſtoriae lux, & ſplendor, haereſes omnes eneruat, deijcit, labefactat, ac vim ipſorum haereticorum, frangit, diſſipatq;, ut quum primùm exoriri cæperit, & illuxerit orbi, non corruiſſe modo, ſed euanuiſſe, videantur uniuerſa impietatis propugnacula, & ipſa quoque praeſidia, & latibula impiorum. Huc enim ſpectant encomia, & laudes, quibus, philoſophus ille nobilis, in romana lingua, & ſententiarum, & verborum architectus, ipſis etiam Graecis, nonnunquam, & copia, & felicitate inuidendus, extulit hiſtoriam, & genus ipſum dicendi hiſtoricum. Ecquis eſt, inter ſcriptores, etiam ſi fuerit poeta, & carmine, ac numeris, ore magno, diuina ſonet, qui, hanc ipſam eximiam diuinae hiſtoriae maieſtatem, cæleſti ſplendore percellentem & lectorum, & auditorum animos, pro dignitate laudare queat? Quæ, non ut fama, & fabulae, inter ludos puerorum, nouos ſubinde canit Deos, de quibus etiam, nec vera, nec veriſimilia ſparguntur in vulgus; ſed, ut ipſa conſtans, & quae eodem tenore ſemper loquitur, veritas, iam tum ab initio, & per omnes aetates, in Eccleſia magna, populo graui, laudat Deum: non furore poetico fundens verba volantia, ſed iudicio extra periculum poſito, dicens, quae, meditata, exercitata, conſueta, innoteſcere quoque poſſint, & debeant, filijs noſtris, in mille generationes? Quis, ſimilis tibi in Dijs? qui, ſedes in medio Deorum; qui, iudicas Deos, qui es verus Deus; bonorum noſtrorum non indigens; nulla re carens; te ipſo contentus, O pater omnium, O ſuper omnia, O Deus. Iam porrò, nullum eſt genus hiſtoriarum, ſiue belli, & pacis; ſiue rerum, temporum, & locorum; ſiue ſtirpium, animantium, & hominum; quod, ad

illam



illam ipſam, tantae molis, de Deo, & ex Deo, aeditam hiſtoriam; non magna ratione pertineat. Siquidem, non ſolum, omnes veritates irradiat diuina veritas, non ſolum, nihil efficitur in uniuerſa natura, cuius non ſit prima cauſa ipſe Deus, cuius ordinatione perſeuerat dies, cuius ipſi genus ſumus, in quo viuimus, mouemur, ſubſiſtimus; ſed, verè, diuina hiſtoria, tam ferè prior omnibus hiſtorijs, quàm Deus eſt prior omnibus rebus, ut antiquitate, velut communis quaedam aluus, & matrix, & altrix, materiam, & ſemina; ſic dignitate, & ſpecie, quaſi myſticum quoddam cælum, lumina, ornamenta, & adiumenta, quibus undique illuſtratur, ac fulget, uniuerſis praebet hiſtorijs; Ανθρωπολογίαν inquam, quae, illuſtres animas aeternat laudibus; Χορογραφίαν, quae, urbes deſignat, & loca; Χρονογραφίαν, ad quam pertinet partitio, & digeſtio temporum. His enim tribus luminibus, quicunque caruerit, dum texit hiſtoriam, aut peregrinus eſt in regno hiſtoriae, aut hiſtoria ipſa peregrinatur, & abeſt ab oculis eius. Sanè, abſque illis, neque rectè intelligi, neque ſcribi ea cum laude poſſunt, circa quae communiter verſantur hiſtoriae. Mores gentium, leges, iura, regna, imperia; bella, victoriae, reſpublicae, dynaſticae, monarchiae, ariſtocratiae, oligarchiae, conſilià, ſtudia, acta, euenta; neque ea, quae ad haec pertinent, maria, montes, flumina; portus, oppida, confinia, agri, clades regionum, aedificia, & deſtructiones urbium, inundationes aquarum, tranſmigrationes populorum. Manifeſtumq; eſt, iuxta lucem, & intelligentiam tantorum luminum, varietates dierum, ac noctium, fuiſſe accommodatas, ad ipſam cæli, quod ſupra nos eſt, rationem; & ipſam cæli ſphæram, ad incolarum ſitus, differentiamq;, diſtinctam fuiſſe, in tot ſegmenta, quae noſtri partes, Graeci Μόρια, Mathematici, gradus vocant. Negari ne verò poteſt, quin, primas, & generales mundi regiones, cælum, & terram, primas, & notiſſimas temporis partes, diem, & noctem; primos, & praecipuos homines, qui ſcribendi materiam reliquerunt, Adam, & Cainum; Abelem,

 &

*& Seth, illos ſcælere, hos virtute praeſtantes, ante omnes ſcripturas, inuulgauerit cum ſuis ipſorum elogijs, diuina hiſtoria? vt, ad particularia poſtmodum deſcendere, in locis, in temporibus, in hominibus, inde addiſcere potuerint omnes hiſtorici. Et omnes quidem hiſtoriæ, præter vnam illam forſan, & naturalem, & mundanam, quae ad iniuriam, quod certè iniquum, & homine docto indignum fuit, aeternae diuinitatis conſcripta, nullum agnoſcit, vel naturae, vel mundi initium, nullum finem; hac parte, eò caeteris gentium hiſtorijs nocentior, quò toto reliquo corpore eruditior eſſe videtur; omnes inquam, & ſingulae hiſtoriae, certus quaſdam (vt reliqua praetereamus) ſibi praeſcribunt temporum metas, atque periodos, quarum, hinc inde, terminis, & finibus continentur. Tametſi, ad legentium vtilitatem, ac voluptatem, & ad rerum lucem, veritatem, fidem, miras in praeterita tempora facere ſolent excurſiones; non ab ipſis incunabulis, ſed, altè, vt oportet, & ab vltima antiquitate, repetentes Aeras, Olympiadas, Iubileos, confectiones priſcorum annalium, commemorationes tabeſcentis vetuſtatis, originesq; & progreſſiones omnium, quorum, & chartæ obſoleuerunt, & memoria intercidit, praeteritorum temporum. Sed enim, illa ipſa, de qua, tam libenter, & loquimur, & ſcribimus, diuina hiſtoria, quæ, & diuina tractat, & ſpiritu diuino commendata eſt literis; velut immenſum quiddam, & infinitum, cuius, ſcopus quidem eſt ipſa rerum ſeries, ſed finis, eſt ipſe Deus, & ſecreti receſſus diuinitatis, Ieſus Chriſtus; qui plenus gloria, & ſplendore, immo, ipſe gloria, & ſplendor diuinae ſubſtantiae, heri, hodie, & in ſaecula, hoc eſt, in ipſa aeternitate ſubſiſtit; in vnam illam, quae omnia tempora ambit, & continet, aeternitatem, arcum intendit, & iaculatur. Orditur ab aeternitate, inſiſtit aeternitati; & circunducta linea, clauſoq; circulo vniuerſi temporis, in eandem domum, vnde orſa eſt, recurrit aeternitatem. Indicat aliqua ex parte, magnus ille ſpeculator Dei Moſes. Nam, in capite libri originum, quem proœmij loco, praepoſuit diuinis legibus; tum, ad conciliandos morta-*

*lium*

INTRODVCTIONES.

*lium animos, tum, vt inde deſtrueret arces, & munitiones impietatis, quæ ſe extollunt aduerſus ſcientiam Dei: exorſus ab altiſſimis radicibus creationis cæli, & terræ, non obſcurè, ſignificauit, per innumerabiles annorum myriadas, & infinitas indeficientium ſæculorum ætates, Deum eſſe, & extare, ante omnes cauſas, ante omnes naturas, omnes poteſtates; vt, qui ſit cauſa omnium cauſarum, principium omnium principiorum, & origo omnium originum; author temporis, ſicut & mundi; atque ideo, tam ante tempus, quàm ante mundum. Rem porrò omnem, non indicauit ſolum, ſed ante oculos noſtros, palàm expoſuit lux altera Ioannes; cuius in conſcribendis hiſtorijs diligentiam, quis non magnopere admiretur, ſupra ſexcentos Criſpos, & Herodotos, quos, hiſtoriarum parentes vocant alieni? Vt enim nihil eſſet, ne apud ipſos quidem diffidentiae filios, quod, rationabili poſſet carere fide, per ſingulos ſolis iuſtitiae curſus, & circulos, quos ille, tanquam myſtica Aquila, fixa oculorum acie, intuebatur; extremas quaſque minutias temporum, velut in horologio lineas, acuto, & lucido vngue, deſignauit: hoc eſt, & horam ſeptimam, & horam, quaſi ſextam. & Ἡμιώριον, & quaſi Ἡμιώριον. Nempe, vt obſeruatis temporum rationibus, diligens lector, etiam ſi lippis ſit oculis, ſpeculari valeat admirabiles illos, & ſecretos, diuinae ſapientiae gyros; dum, in circuitu pergit, & in circulos ſuos reuertitur; hoc eſt, dum lentè, ſuauiterq; diſponit omnia, & nihilominus, à fine ad finem, fortiter, etiam ſingula, infallibili prouidentiae ratione perducit. Is igitur, ſcripturus de Chriſto Ieſu, venerandum illud ſuum ipſius Euangelium, quod Περὶ τ' εὐαγγέλιον, meritò dixeris, dignum quod per omnia templa, græcè, & latinè aureis inciſum literis conſpiciatur, & legatur; cuius quaſi tonitru, per omnes aetates, & haereſiarchae terrentur, & haereſes vix natae intereunt, auſpicatus eſt ab illa ipſa, nunquam caepta, & nullo vnquam tempore, finienda aeternitate. In qua, & Deum vidit, & verbum Dei, ſpiritumq; ſimul in patre, & verbo quieſcentem, & ex patre, &*

*verbo*

*verbo procedentem; vnum Deum, nulla ex cauſa ortum, principijq́, & temporis expertem; hoc eſt, vt Græci dicunt, Ἀναρχον & ἄχρονον. Admota deinde manu virginea, ad ſcribendam hiſtoriam corporis Chriſti, quod eſt Eccleſia, decurſis omnibus temporibus, quorum futuros annales, longè certius, quàm caeteri hiſtorici, praeteritos, deſcribebat; nuſquam ſubſiſtit, niſi, quum audiſſet illas voces aeternitatis, quibus, hiſtoriam vniuerſam, à ſaeculo in ſaeculum, clauſit, non homo, ſed Deus; dicens, Ego ſum Alpha, & Omega, primus, & nouiſsimus, principium, & finis. Merces mea mecum eſt, reddere vnicuique ſecundum opera ſua. Inter haec duo puncta, ò viri, quae tamen, vt ſcitis, vnum ſolum ſunt punctum; quia, vna eſt aeternitas ante tempora, & quando non erit tempus: quid non cadit hiſtoriarum? quid inquam, apud Iudaeos? apud Chaldaeos, Aegyptios, Graecos, Romanos, vt alias nationes praetereamus? Nulla enim eſt, tam barbara, tam aliena, & abhorrens à ſtudio literarum, quae, natura ipſa ducente, non ſuis ſaltem delectetur hiſtorijs: nimirum, vt ex ipſa rerum praeteritarum, & praeſentium collatione, ſi, quid ſimile, in poſterum, dies erit allatura, quid illi agendum ſit, ſi non iudicare, at certè coniectare liceat: vſque adeò inditum eſt omnibus hominibus, deſiderium ſciendi omnia, & ipſam propterea hiſtoriam, iuuenibus, ſenibus, doctis, indoctis, legendam, audiendam, meditandam. Quippè, quae, eſt lux veritatis rerum, quae aguntur noſtro ſaeculo; alit memoriam alioquin intermorituram, maiorum noſtrorum, & rerum, quae geſtae ſunt ſuperioribus ſaeculis; &, ipſis demum ſeris nepotibus, in omni vero officio, exhibet, & imitandi, & fugiendi, clara exempla; tanquàm, quod Cicero, nimium verè dixit, admirabilis quaedam humanae vitae magiſtra. Sed enim, vt de nobis loquamur, non eſt animus noſter, quae infinita ſunt, & innumerabilia, hoc eſt, ipſam totam, de diuinis rebus, hiſtoriam, quae abyſſus eſt, quam nihil fugit, extra quam nihil eſt; temerè ſequi, vel perſequi. Nam, neque*

*imprudentes*



*imprudentes acta agimus, neque ſuperbè concupiſcimus violentas opes, neque demum ſcientes, aliena depeculamur; quanquam, non naſcuntur domi hiſtoriae, vt fabulae Poetarum; ſed, foris argumenta dicendi deferuntur ad ſcriptores, vt, quae ars ipſa non parit, ipſa tamen arte tractentur. Et ipſi quidem, ab initio, dum rem tantam meditaremur, Deo nobis praeferente lumen, conſtituimus, & mens, ad hanc vſque diem, obfirmata, atque immota manet, vt non loquatur os meum opera hominum. Itaque, nolim putetis, ò viri docti, inter ocia animi, quae, vt, & ſpes inanes, ſunt vigilantium ſomnia quaedam, nos, in hac ipſa parte hiſtoriae, quam excerpſimus, quicquam vel fingere, vel commentarij. Noſtra enim inuenta, vltimo, immo verò, nullo loco habentes, quippe, quia animus eſt, ſcribere non tempori, ſed aeternitati; & ſcimus, quoniam cogitationes hominum vanæ ſunt, verbum domini autem manet in aeternum: imitati ſedulas apes, quibus, ne vnus quidem eſt dies, non negotioſus, pererrantes paradiſum deliciarum, & omnes hortos, atque pomeria Salomonis, quo enim alio nomine, appellem ſcripturas ſacras, & aeterna illa patrum noſtrorum literaria monumenta? ex tam ingentibus pratis, & varijs floribus, quibus omnia redolent; candidum, & plenum melle, fauum, conſtruere conati ſumus: omnibus ſacris ſcriptoribus, tanquam filijs Prophetarum, in vnum collectis; & ex ſingulis, excellentiſsima quæq́ libantes; ab alijs inquam, quae aliorum ſunt, & ab alijs accepta ſunt; quia, Σοφὸς ἄλλος ἀπ᾽ ἄλλε; ipſi quoque amicè accipientes, & velut participantes lumen, de lumine. Scripſerunt de diuina hiſtoria, ſi non generatim, atque vniuersè, at verò, quo ad illius praecipuas partes, membraq́, & articulos, in omnibus linguis, ſigillatim, non pauci; ijq́ omnes, magno, & excellenti praediti ingenio. Quibus, in vniuerſo doctrinarum genere, præclara quæque ſuppetebant; neque deerant magnifica verba; vt, nunc graues, nunc ſubtiles, nunc medium quiddam tenentes, nunquam non aptè, diſtinctè, ornatè, tum eloqui, tum ſcribere omnia, & ſingula poſſent; Θεῶν, vt Graeci dicunt Εριχυδεαδῶρα.*

*Beroſus,*

*Beroſus, tanta antiquitatis ſcriptor, quem Babilon quidem genuit, ſed pietas aluit, ante monarchiam Alexandri Magni, Alpha eſt omnium; cui in medijs Athenis, peregrinas illas Chaldæorum diſciplinas, græca lingua docenti, Athenienſes, ſtatuam, inauratam lingua, in gymnaſio publico, Plinio quoque referente poſuerunt. Is igitur, publica authoritate, conſtitutus de more, vt ſacerdos, ſic ſcriba; defloratis bibliothecis omnibus Chaldæorum, mira, ſed lucidiſsima breuitate, hiſtoriam ſcripſit. Non, cum hiſtoriographis græcorum, à diluuio Ogygiano, Niliaco, Attico, Theſſalico, Pharonico, principia ducens, quæ velut prima initia mundi, ad faſtidium vſque, in teſtimonium ſuæ ipſorum antiquitatis, amplificare, & exaggerare Græci ſoliti erant; ſed, multa, & magna repetens, quæ olim in orbe acciderant, ante famoſam illam inundationem terrarum, qua vniuerſum ferè perierat hominum genus. Sic enim, ab omnibus nationibus vocatur cataclyſmus ille, quem ſcripturæ ſacræ referunt, non curſu naturæ contigiſſe, ſed immiſſum eſſe irato Deo, tempore gygantum; quum illi, nihil eſſet ſcæleris, quod non admitterent, facti etiam contemptores diuini numinis, corporis robore, & immenſitate confiſi. Itaque pura, & ſimplici, fideli hiſtorico digna narratione, commemorauit Beroſus, quàm multa præterijſſent ſæcula, quæ Chaldæi ipſi quidem, fideliter ſeruaſſent, ad Græcorum autem notitiam, nondum perueniſſent. Haud dubiè, hac ipſa arte caſtigans intolerabilem inſolentiam Græcorum; & apertè inſinuans, quam multo æquius erat, vt ipſi Græci, qui nihil ſe neſcire gloriabantur, quum tantarum hiſtoriarum prorſus ignari eſſent, pueri vocarentur ab Aegyptijs, quam vt Aegyptij, & Chaldei, ob id vnum, quod linguæ, & verborum inani, atque ridenda volubilitate deſtituebantur; quum alioquin res tantas, & tam abditas ſoli optimè noſſent; appellarentur Barbari à Græcis. Beroſum deinde ſecutus eſt Metaſthenes Perſa, Manæthon megyptius, Hieronymus Phœnix, Maſæas Damaſcænus, Philo, & Ioſephus Iudæi. Neque verò ſunt procul ab eis Egeſippus Papias, & Epiphanius ille noſter, non Ἐπιφανὴς ſolùm, ſed Ἐπιφανέστατος;*

abs

INTRODVCTIONES.

*abs quo, iamdiu didicimus; & fortiter confirmare dogmata noſtra, & refutare fideliter aliena. Tum accedit Tatianus, vtinam quam tempore, ſic religione, & fide, ex toto antiquus, Oroſius, Ammonius, Alexandrinus, Euſebius, Cæſarienſis, Sozomenus Salaminius, Socrates Conſtantinopolitanus, Zonaras, Drungarius, Sigiſbertus, Petrus Comeſtor, Vincentius, Diuus Antoninus. Vtinam verò, non tanta nobis aliorum ſcriptorum nubes defuiſſet, quæ olim, è cœlo noſtras terras irrorabat, vel monumenta ſaltem ſupereſſent, & innumerabiles librorum myriades, quas illi Deo geniti ædiderunt, pretioſiores omnibus theſauris. Neque enim laboraremus, vbi illi literis præſtantes, eloquio clari, admirandi virtutibus, aliquot etiam illuſtres martyrio, omnes porrò Chriſtiani orbis lumina, tantopere laborarunt; vt antiquiſsimam Dei fidem, in ipſis credentium animis alerent, confirmarent fidem iudiciorum, quibus timeri, fidem promiſsionum quibus amari; præceptorum, quibus coli; doctrinæ, qua ſuſpici voluit, & denique ſuæ ipſius maieſtatis, quam credi iuſsit, videri non permiſit. Enimuerò, ne vos ipſe longo ſermone morari videar, & ipſe à vobis minus videre, nimium cupere, & parum facere exiſtimer; omnes, qui de rebus diuinis diſſeruerunt, qui ſcripſerunt de noſtræ religionis placitis, qui tradiderunt regulas credendi, & agendi, ad quæ duo omnis diuina refertur hiſtoria; Sententiarij omnes, & eorum maximè duo illi duces, & anteſignani Ioannes Damaſcenus, & Petrus Lombardus; quem neſcio an ſocium illius dicam, an Comitem; qui ambo opere quadrato, & ipſi ex toto ferè quadrati, de re theologica tot, & tanta ſcripſerunt, quorum memoria, generoſis, & in Eccleſia catholica bene educatis ingenijs, amori ſemper erit, & honori; Illi quoque, qui poſt terga meſſorum colligunt ſpicas; & quotidie verſantes in ſcholis, ex eorum, vt ſic loquar, diatriba, doctiores facti, acutis hinc inde diſputationibus vacant, & pro virili dogmata noſtra muniunt, ac tuentur, ſepeq; pulcherrimè Dauidis exemplo, ſuperbos gygantes, qui Chriſtum bello petunt, ſuis etiam armis proſternere ſolent. Illi inſuper, qui ex ſuggeſtis, pias, & exhortationis plenas concio-*

nes

nes habent ad populos; illi qui ſtylum exercent aduerſus hæreticos; illi, qui, propria edunt, qui aliena vertunt, qui domi legunt ſedentes, & quieſcentes; qui quum audierint, zelantes gloriam domini circumeunt orbem, & dicunt fratribus, Venite, & videte. hi inquam omnium ætatum, linguarum, profeſſionum, qui vtcunque rem theologicā tractant, omnes & ſinguli, non ne diuinam hiſtoriā verſant? ornant? diuinæ hiſtoriæ famulantur, & ſeruiunt? in diuina hiſtoria laborant, commorantur, habitant, hærent? Quid porrò aliud continent, vniuerſæ Theologorum noſtrorum, ſiue veterum, ſiue recentiorum, ſcriptiones, quæ quotidie ſunt nobis ante oculos, interq́; manus, libri, tractatus, opuſcula, commentarij, notationes, interpretationes, expoſitiones, indices, gloſæ, quæſtiones, paraphraſes, ſummulæ, catenæ, compendia, epitomata, problemata, antidota, ſtrommata, aſcetica, homiliæ, rhapſodiæ, allegoriæ, harmoniæ, ſermones, meditationes, contemplationes, enucleationes, demonſtrationes, dictionarij, faſciculi, flores, triūphi, dialogi, trilogia, ſoliloquia, vt prætereã odas, hymnos, hortum ſophiæ, Ἀποθέωσιν ψυχομαχίαν, ἁμαρτιγένειαν, καθ' ἡμερινῶν, περὶ στεφάνων, vtriuſque teſtamenti heroicum enchiridion; & omnis generis græca, latinaq́; poemata; quae Theologi noſtri, nullis alijs vatibus inferiores, non aſpirante Muſa, neque Muſarum choro, ſed vno, ternoq́; Deo, quanquam non alieni à muſis, vt neq; à gratijs, magna cum laude cecinerunt; Quid inquam continent haec tot, & tanta literarum monumenta, quòd non ſpectet ad ipſius diuinae hiſtoriae vel ſanctiſſimum corpus, vel pulcherrima, membra, eaq́; grandia, parua, media, integra, conciſa, comminuta? nimirum, ad verbum Dei, ad dogmata, ad traditiones, ad ſcripturas, ad conſenſum propheticae, apoſtolicaeq́; doctrinae, ad vitam Chriſti, ad crucem, ad miracula, ad ſacramenta, ad praecepta, ad peccata, ad virtutes, ad corruptae naturae noſtrae imbecillitatem, ad neceſſitatem diuinæ, per Chriſtum gratiae, ad vim meritorum, ad praemia, & pœnas futuri ſeculi, ad ſtatum animae, ad duas vitas, agentem, & contemplatricem, ad ritus, ad officia, ad caeremonias, ad myſteria, ad diuina ſymbola, ad ſummum illum apicem, vnius in ſanctiſſi-

ma



ma Trinitate diuinitatis; denique ad totam fidem, & chriſtianam ſapientiam, & ad Eccleſiam, ad hierarchiam, & ad ipſos, quibuſuis in Eccleſia cedris, & platanis, conſpectiores, ſummos hierarchas, præfectos. & antiſtites vniuerſæ religionis. Quibus, in vno illo, quem, auctoritate, omnes, & ſinguli, referunt, Petro, Deus ipſe, ore ſuo ſancto, & benedicto, tanquàm nobile quoddam depoſitum, tanquam ingentem theſaurum, immo verò, tanquam cæleſtium theſaurorum æternum gazophylacium, commendauit illam ipſam ſuam, pro eximia quadam dignitatis gratia, & gloria, fidei titulo inſignitā, chriſtianæ ſapientiæ pietatem; quæ omnino eſt (vt ipſi ſcitis) vniuerſæ hiſtoriæ vis, medulla, cor, anima, ſpiritus. Hinc ſanè, diuus Ioannes, ille θεολογώτατος, in ſacro, eorum, qui hiſtoriam Chriſti ſcripſerunt, quaternario, vltimus tempore, quum iactis, per cæteros Euangeliſtas, fundamentis tot, & tanta, mirè ad Chriſti gloriam ſuperædificaſſet; nunquam tamen, niſi deſcripto pontificio Petri, quod tanti operis, voluit eſſe ferè ſupremam coronidem; ſuum ipſius Euangelium clauſit, & perorauit. Planè, qui ſibi ſemitam ſapiebat, alijs ſcriptoribus, indice, monſtrauit hanc viam; vt poſtquam Chriſtus Ieſus, de cætero, vicaria Petri opera, recturus erat Eccleſiam ſuam, quemadmodum ipſe, hiſtoriam Chriſti, terminauerat faſtigio, & culmine dignitatis Petri, ita illi, in hiſtoria Eccleſiæ, ſine qua, propè exangue, & omnibus membris, atque officijs mancum eſt, & mutilum ipſius Diuinæ Hiſtoriæ corpus; non præterirent apoſtolicum thronum Petri; ad tantam illam, maieſtatem, authoritatem, celſitudinemq́;, ſublatum. Quod, & ſanctè profectò obſeruatum eſt: nam, ſummo ſtudio, & diligentia, vitas, geſtaq́;, & tempora ſucceſſorum Petri, quando omnes, & ſinguli, ſunt vnus Petrus, ſeorſum etiam ab heroibus, quos, ſenex πολύγραφος, Hieronymus, atque Gennadius illuſtrarunt catalogo; Diuus Damaſius, Anaſtaſius Bibliothecarius, Paulus diaconus Aquilegienſis, Guido Preſbyter Rauennas, & alij Patres, perpetua memoria digniſſimi, conſcripſerunt, conſcribentq́;, per omnia ſæcula filij noſtri. Idq́;, non tam in eorum gratiam, ne nomina, quæ in aſſidua commemoratione eſſe

ne eſſe

*ne eſſe debuerant, in obliuione iacere videantur, quam propter nos, vt, perennis inſit animis noſtris certitudo, & firmitas vniuerſæ hiſtoriæ; vt, ſciamus iuxta apoſtolicum verbum, à quo didicimus; vt æternum memores ſimus, à quo fidem accepimus, vt videamus ſummorum Pontificum ſeriem illam prepetuam, à ſanctiſſimis, iiſdemq; antiquiſſimis, græcè, & latinè Eccleſiæ Epiſcopis, aduerſus hæreſes, tantopere commendatam. In quam, fixos tenentes mentium noſtrarum oculos, æternum firmi, & ſtabiles ſimus, atque, ab antiqua Petri fide, quæ, vna eſt Chriſti vera fides, nullo vnquam tempore diuelli, aut etiam, tanquàm parum prudentes, fraude, & dolo ſeduci patiamur. Proh ſancte Ieſu. Quanta eſt maieſtas hiſtoriæ tuæ? fidei tuæ? quàm eſt vera? quàm credibilis? quàm videtur oculis noſtris? quàm auditur noſtris auribus? quam contrectatur noſtra manu? Ecquàm longè, lateq; patet? quàm in altum ſe ſe attollit? quàm, nec cælo, nec terra capitur? quàm ſuper omnia extenditur, vt intret tandem in ſanctuarium Dei, & intelligere nos faciat, principia ſua, nouiſſima noſtra. Ecquis, vel Dei colens, vel Chriſtianæ Reipub. amans, vel ſanctarum ſcripturarum ſtudioſus, vel denique cupidus ſuæ, & alienae ſalutis, ſibi à lachrymis temperet, quum, Diuinæ Hiſtoriae veritatem, videat eſſe in eo ſtatu, quo fuit olim Hieroſolyma, capta à Babylonijs, Archa à Philiſtæis, Roma à barbaris, IESVS à Iudæis? Huc profectò ſpectat tanta perfidia, tanta inſania, tanta arrogantia, ternæ inquam hæreticorum vires; quæ, quum, initium accepiſſent in Iuda proditore, in Arrio, in Dioſcoro, nunc demum, conſummatæ in noſtræ ætatis Antichriſtis, atque adeò ipſius veri Antichriſti præcurſoribus, an non palàm videtis, quam cæde homines, incendio terras, hæreſibus regna, imperia etiam ſeditionibus implent? Ferrum, flammamq; minantes, furentes audacia, ſcelus anhelantes, bella gerentes? Et in primis quidem, aduerſus Eccleſiam; quæ commune omnium hominum refugium, non modo neceſſarios ſuos, & ciues, ſed alienos etiam, atque hoſtes, omni beneuolentia, ex ipſius Chriſti inſtituto, complectitur. Tum, aduerſus vrbium principem Ro=*

*mam*



*mam; ex qua, ad nos, literæ, leges, omnis humanior vita, omnis rerum omnium cognitio, Euangelium ipſum, fides, religioq; manauit. Aduerſus Chriſtum, qui, nimia illa victus charitate, ſe ſe pro nobis obtulit hoſtiam Deo. Denique, aduerſus Deum ipſum, in cuius miſericordiæ ſinu, viuit in miſerum, & afflictum hominum genus. O cælum, ò terra, ò literæ, ò ſtudia, ò tempora, ò mores. Non ὑπερβολικὸς dico, veriſſimè vera loquor. Te, teſtem inuoco, alma veritas: tenet me, & occupat, exulceratq; acerbiſſimus dolor, intuentem non mente ſolùm, ſed & oculis, quo ex ſtatu, & in quem, miſerè, heu nimium miſerè, noſtro hoc ſæculò, reciderit hæc ipſa ſacroſancta diuinæ hiſtoriæ veritas: quæ, parum antea, plena maieſtatis, & honoris, ad Iudæorum, Turcharumq; terrorem, in omnes mundi regiones, per ora catholicorum, tanquam per cæleſtes tubas, vno inflatas ſpiritu, vno ſenſu, vna fide, cum ingenti chriſtiani nominis gloria, vagabatur. Scithyſmus, Barbariſmus, Iudaiſmus, Helleniſmus, primæ in Eccleſia hæreſes, &, quæcunque aliæ fuerunt, ſoluebant, iuxta Apoſtoli verba, ipſum Ieſum. Soluebant à ſe ipſo, illi Hæreſiarchæ, qui, diuidebant perſonam Chriſti à corpore Eccleſiæ, qui hominem negabant in Chriſto. A capite, qui dicebant, Homo eſt Chriſtus, ſed non Deus. Porrò, noſtri fratres, quum, ſibi ipſis doctiſſimi videantur, & mundo etiam videri velint, tamen, non ſolum impij, ſed, prorſus, vniuerſæ religionis hoſtes, quaſi noui quidam Luciani, nituntur ſoluere (quod horrendum eſt dictu) mundum ipſum totum, ab ipſo Deo. Et, iam, eorum opera (proh dolor,) plenus eſt orbis terræ, Atheitarum. Quin, ex ipſis quoque hominibus populorum noſtrorum, non pauci ſuo ipſorum fermento corrupti, facti ſunt vt Αχεισοι, ſic planè Αθεοι. Inter quos, qui cæci ſunt, ponunt cæcæ fortunæ menſam: qui fatui; venerantur fatum: vnde, vt olim apud gentes, prædicantur inter nos, homines boni fati, & mali fati, Εὔμοιροι, κακόμοιροι. Forſan mentimur, &, vt eorum cauſam in inuidiam vocemus, ſcientes, & prudentes, indoctæ plebis abſur=*



*ditatem,*

ditatem, in illos falſò reijcimus? Enimuero, impuri, & impij iſti, legumlatores, quibus, tabulæ veteres fractæ, nouæq; in orbem inductæ ſunt, ad perniciem humani generis, an non ſcripſerunt, Conſueſſe Deum immortalem, cum nonnullis hominibus fungi munere malorum geniorum, atque adeo, ipſarum etiam furiarum; eos inquam, de ſua ipſorum mente, & conſilio, deturbare, incitare, inducere, impellere, conijcere in horrenda ſcælera, in fraudes, in impietates, in omnis generis abominandas turpitudines? Hæc certè, in impijs ſuis eorum ſcriptis, quæ, olim, omnium manibus terebantur, legere potuit, & relegere vniuerſus orbis. Vtinam non venenoſa hæc, miſeros occidiſſent, aconita, legentes. Nunc enim, poſt tantam ebullitionem, & exagitationem omnium nationum, eliſa hac viridi ſerpentum, atque adeo, ipſius cerberi ſpuma, quis, hæc audiens, etiam ſi ſit rudis, & literarum ex toto ignarus, non protinus exhorreſcat, ſi modò Chriſti ſalutaribus vndis initiatus fuerit? Ecquid, tam abſurdum, tam dirum, tam barbarum, excogitatum fuit vnquam, ab homine mortali? Sunt ne hæc dogmata, quæ, etiam ſi maximè ſtoici ſimus, & profiteamur, nullis animi concitationibus perturbari, æquo, & indifferenti animo, audiri poßint? An, non paris eſt impietatis, nullum credere Deum, & aſſerere eum authorem malorum? Quid verò tandem eſt hoc aliud, quàm, à tectis ad fundamenta, à calce ad caput, ex toto, & in totum, ſubruere, euertereq; diuinam hiſtoriam; &, ſi Deo placet, abolere etiam memoriam diuinæ hiſtoriæ? Tantum ſcælus, ne Celſus quidem moliebatur; neque Porphyrius tentauit. Quin, neque ipſe Iulianus Apoſtata, neque demum, ſentina illa malorum, quem, & animus meminiſſe horret, Maumethes, viuendo, & moriendo blaſphæmus, aggreſſus eſt. Impudorati alioquin, & ſinguli, & omnes (volo enim, hac ipſa antiquiſſima Tertulliani voce, vti mihi liceat) qui, pleni ſuperbiloquentia, vt ſine mente, ſic ſine fronte, in Chriſtianam religionem, & illius d gmata, verò credibilia nimis, tot, & tanta congeſſerunt, euon.u.runt, dixerunt, ſcripſerunt, fecerunt. Quid non tentarunt,

runt,



runt, ſummi illi, rerum noſtrarum tutores, cuſtodes, & columina chriſtianæ religionis, Paulus Tertius, & Carolus Quintus; vt, monſtra hæc fœdißima, nuper è terra nata, &, iam iam cœlo minantia, dißiparent, ſternerent, conficerent? Memor grandæuus Senex, vt ſanguine, ſic animi præſtantia, & ſublimitate, Romanus, nominis illius ſanctißimi, atque grauißimi, quo, in apoſtolicum thronum, Deo volente, ſublatus, à ſummis Regibus, & ab vniuerſo orbe terrarum, ſalutatus, & appellatus fuerat; nempe, ex Alexandro, Paulus; quod, græca lingua, dictum, ἀπὸ τοῦ παύεσθαι, ceſſationem ſignificat, quietemq;, & pacem; quanta fecit, quanta tulit, vt, chriſtiano orbi, eſſet, & παυσίλυπος, ademptor curarum; & ἀλεξίκακος, depulſor malorum; & Irenarches, qui, rebus omnibus pacem daret, qui pugnandi, finem faceret; qui hoc tantum doctrinarum, & opinionum chaos, componeret; confirmaret cadentem Rempub. erigeret afflictam; deſolatam recrearet; & liberaret penè conflagrantem? Idq;, per Carolum illum Quintum, Catholicis latè Regem; Hæreticis, & Turcis bello formidandum; dignum, cuius humeris, Romani imperij moles incumberet; cuius auſpicijs, Romanæ militiæ caſtra mouerentur. Quem, propterea, cum ſpolijs, & tropheis, à Libyca victoria reuertentem, in ſuo ipſius ſinu, tam amanter excepit, iußitq;, vt, ſuper alta capitolia, ipſe, capitolio altior, iret ouans: nimirum; vt, illum, ad Eccleſiæ ſanctæ concordiam inſtaurandam, accenderet; vt, illius animum roboraret; vt, iuueni ad gloriam calcaria adderet. Teſtis eſt omnis Gallia, omnis Hiſpania, vniuerſa Italia: Sed, vos, præ omnibus, teſtes eſtis, magnæ Germaniæ fauces, Tridentini ſaltus: qui, tanti Hierarchæ conſilio, & tanti Cæſaris o era, omnibus montibus excelſiores facti; fuiſtis theatrum, & ſpecu a vniuerſi orbis. Occumenica nanque Synodo, in veſtris laribus indicta, congregata, celebrata, & ipſi vidiſtis, & ab omnibus nationibus exploraſtis, quàm eſſet pacis amaris, & publicæ ſalutis ſtudioſus, Paulus Tertius; verè, quum etiam in terris ageret, cælo dignus. Vtinam omnes Principes, qui tum rerum potieban-



tur,

tur, quos ad publicas calamitates leuandas, magna illa, & glo=
riæ plena cognomina, inflammare debuerant, Hierarchæ Optimi,
& Maximi, prudentiſſimo conſilio acquieuiſſent, ſecuti eſſent
firmum iudicium; diuinis præſagitionibus credidiſſent; vicariæ po=
teſtatis minas timuiſſent; authoritati colla ſumiſiſſent; amori ceſ=
ſiſſent; precibus ſe exorari permiſiſſent. Non fruſtra profectò
pugnatum eſſet iure, & legibus, bello, & armis; ſed fortaſſe
etiam, ſine cæde, ſine ſanguine, ſine exercitu, liberata Republi=
ca, omnes iam in vno choro, vnam cantionem caneremus: neque
adhuc eſſent inter nos de religione, & fide, ſectæ, & ſchiſma=
ta; quibus indies magis, ac magis, Turcarum oculos, & ſpes pa=
ſcimus, ac fouemus, facti illis iocus, & riſus; quibus, dum com=
muni conſilio, res gererentur, & Paulus Aaronem, & Carolus
Moſen referret, (Ecquam illuſtre, ac glorioſum ſummorum prin=
cipum par ò viri,) chriſtianum nomen eſſe conſueuerat, & pauor, &
pallor. Sed ecce, à tergo, & à latere; audio viri prudentes. Non erat
his locus. Oro vos, per Deum, excuſate inexpertum equiſonem, quem
de via, & curſu, ſermonis vis, & impetus, extra orbitam, perinde
ac ferox, & intractatus equus, abripuit. Abripuit inquam, vt à
cauſa digrediens, ad Paulum importunus excurreret, Paulo ineptus
inſiſteret, & denique, inania ſibi fingens ſomnia, hiſce theologiæ
primitijs, velut floribus, ſacrum illud caput Pauli, coronare poſ=
ſe exiſtimaret. Quem Chriſti vices agentem, hominum, quos tel=
lus alebat, patientiſſimum, in laboribus inuictum, nunquamque
vincendum, pro Eccleſia ſancta Dei, ab his quidem oppreſſa, ab
illis deſerta, à multis prodita, indefeſſo ſtudio ſequentem ſemper, &
perſequentem, fugientem pacem; nunc in cælis, immortali Deo cum
Angelis canentem epinicion, & non iam delibantem theologiam,
ſed proluentem ora in ipſo fonte theologiæ, honorare par eſt, iuſta
admiratione, & taciturnitate magis; quod multi egregij ſcriptores
hactenus mihi feciſſe viſi ſunt, quàm tenui laudatione; donec ve=
niat aliquis in dicendo rex, qui, res ſuas præclarè geſtas, & magna
in primis, atque fœcunda, ſummis principibus, ab eo, antequàm
naturæ



naturæ concederet, relicta aureæ pacis ſemina, hiſtoria integra com=
mendet poſteritati. Interea igitur, Ecce reuertor ad eam, vnde di=
greſſus ſum, diuinæ hiſtoriæ laudationem. Profectò enim, ò Dei
amantes, quicunque diuinarum rerum hiſtoriam omninò neſcit, etiam
ſi cunctas hiſtorias memoria teneat, & memoriter pronunciet, vſ=
que adeo puer eſt, vt heri, & nudius tertius, natus eſſe videatur.
Si quis porrò eſt, qui eam non ſolum neſciat, ſed ignoret; quam alio=
quin, vtcunque, ſcire, & potuit, & debuit; is, quò plura, ſe ſci=
re gloriatur; eo magis, ſenſu puerαſcens, & peior, & impudentior
eſt. Ille verò, qui ambitioſè ſtudet, vt nihil neſciat, & conſul=
tò, ſe illam ignorare dicit, & profitetur, etiam ſi euaſerit πάνσο-
φος; omnium piorum virorum ſententia, inſaniſſimus habeatur, &
indigniſſimus, qui numeretur inter homines; nimirum, diuino iudi=
cio, iam maledictus; tanquam puer centum annorum, qui nihil de
ſua ipſius ſalute cogitat, neque, de veris virtutibus, quibus in cæ=
lum ſcanditur. Eas enim, non in profanis gentium hiſtorijs, ſed
in hac vna Chriſtianorum hiſtoria, contineri, tradi, doceriq;, &
addiſci mundus ipſe iam videt. Et ipſi quoque philoſophi, quum
olim, & publicè loquendo, & ſcribendo, iactanter aſſererent, ſe
conſtituiſſe ciuitates, dediſſe leges populis, artem rectè viuendi in=
ſtituiſſe, philoſophiam totam, & inueniſſe, & perfeciſſe; nunc tan=
dem, (in quo maximè chriſtiana fides triumphat,) ſuam ipſorum
cæcitatem agnoſcunt; Et, non inuiti, teſtantur, ſuos ipſorum duces,
& anteſignanos, pro vera & ſolida virtute, picturas tantùm, &
ſimulachra virtutis exhibuiſſe legentibus; pro actionibus virtutum,
quibus fulgere debuerant, vix niſi verboſas edidiſſe diſputationes: vt,
ipſa virtus, quæ in agendo poſita eſt, & in vigore naturæ, atque ani=
mi, ad inanes nugas, & ambiguos ſyllogiſmos, reducta eſſe videatur.
Quid, quod, ne nunc quidem, illud vnum pariunt, quod iamdiu, in
omnibus eorum ſcholis parturierunt. Siquidem, inueſtigandis natu=
ralium rerum cauſis, adhuc hærent; in ſtatuendis bonorum, ac malo=
rum finibus, adhuc contendunt; in definiendo virtuti medium; ſine
vllo fine nugantur; &, ad extremum, de primo rerũ principio, de au=

 thore,

thore, & opifice mundi, de ipſo inquam Deo, res, quæ iam eſt tam
perſpicua, quæ palàm ferit oculos noſtros, quæ etiam, in aliam par=
tem auerſos, ſpectaculo tantæ lucis, & pulchritudinis ad ſe trahit,
nondum conueniunt. Quibus propterea, nihil certum eſſe, aut perce=
ptum poteſt, quando ipſis etiam concedentibus, & docentibus, ignora=
to principio, cuncta, quæ inde gignuntur, neceſſe eſt ignorari. Et qui=
dem, Deus, ſciens, quàm vanæ, & fallaces ſunt cogitationes homi=
num, niſi diuinis præſcriptis, & legibus, velut filo Theſei, in hoc,
humanarum inuentionum, velut magno quodam labyrintho, regan=
tur, & dirigantur; ante omnes Legumlatores, primus legem, ſuis ip=
ſe inſculpſit digitis; iuſsitq́, illam verſari perpetuò ante oculos noſtros,
ad veſtibula ædium, ad fimbrias veſtimentorum, ad articulos ma=
nuum; vt omninò in cunctis humanæ vitæ negotijs, Deum ipſum,
non autem humanæ rationis iudicium, & cenſuram, quæ nihil omni=
no certi habet; ſectaremur. Neque verò profectò, oportebat diui=
nam illam ſapientiam, ſe ſe tantopere demittere, & ad extremum
etiam induere hominem, inuulgareq́ Euangelium vniuerſo orbi ter=
rarum, vt nos omnes, de componendis humanæ vitæ moribus, de via
ad fœlicitatem, deq́ fœlicitate ipſa erudiret; ſi noſtræ hiſtoriæ, di=
cam verius, noſtræ fabulæ, noſtræ inuentiones, noſtra inania, & in=
certa ſomnia, hoc enim titulo ornabat, & Socrates Ethnicus, doctri=
nas hominum, Αμφυσβητήσιμον ὄναρ, ſatis eſſe potuiſſent, vt per eas,
vel malè ſaucia natura noſtra, curari poſſet; vel curata, & ſana=
ta, erigeretur ad Deum, & coniungeretur cum Deo; in quo vno,
ſita eſt vera fœlicitas. Ecquid neceſſe eſt hic immorari, quando in
re manifeſta verſamur? Sanè philoſophia gentium, etiam, quum
iuuenili æuo floreret, nunc enim annis eſt, delira, & garrula, ò
Aegypte, quantumuis, ſibi plurimùm de auri, & argenti copia,
hoc eſt de ſapientiæ, & eloquentiæ fœlicitate blandiretur; tamen,
humano generi, cuius ſuauiſsimus cibus, & alimonia, eſt ipſa ve=
ritas, ad quam ſuapte natura, incitatiſsimo deſiderio omnes ferimur,
ne ſemel quidem potuit apparare plenum conuiuium, in quo omnium
generum conquiſitiſsimis cibis, oneratæ menſæ explerent animos no=
ſtros:



ſtros: quos, haud dubiè, non tam, vt vulgus credit, peritura fa=
ma, quàm vera, & naturalis fames, mouet & permouet, vt in=
ſatiabiliter cupiant, ſaturari ſcientia. Vix cænulas quaſdam inſtru=
xit, breues, & anguſtas, plenas, non delicatis conchilijs, aut piſci=
bus, ſed multa carne ſubrancida, in quibus etiam ſordidi miniſtri,
& plerique defecti, ac ſenes miniſtrabant epulas. Eas videre eſt,
apud Platonem, ſympoſiarcham illum philoſophorum: nam, in ſuis
ipſius dialogis, nihil aſſerendo, vnquam, ne aliquid ſcire videretur;
ſed, diſſerendo ſemper, vt in certa faceret omnia, ſingula quoque,
ſeorſum, & ſeparatim, academico more pertractauit: nimirum, in
Parmenide, res diuinas: in Timæo, naturales; & in ijs, quos in=
ſcripſit de iuſto, vel de Repub. libris, eas, quæ ad mores pertinent;
tertium philoſophiæ genus, quod in Græcia exuſcitauerat Socrates.
Itaque, ſicut Deus benedictus, dum rerum vniuerſitatem creauit,
omnibus hominibus, velut publicum dedit, & ſolenne epulum; ſic
diuina Hiſtoria, arte digna Deo, cum natura mores, & cum Deo
naturam, rurſumq́ viciſsim, Deum cum natura ipſa, & naturam
ipſam, rationemq́, cum moribus colligens, & componens; à natu=
ralibus quidem aſcendens, velut ex terra; à diuinis deſcendens, quaſi
ex cælo; in moralibus, medio itinere gradiens, velut inter terram, &
cælum; tametſi nunquam, ſe ſe vſqueadeo demittere poteſt, vt non
ſuam ipſius maieſtatem, & decorem retineat; ponit in conſpectu no=
ſtro menſam regiam, parat cænam verè pontificalem, inſtruit ſplen=
didiſsimum conuiuium, in quo omnes, & ſinguli, per vniuerſum or=
bem terrarum paſcantur, epulentur, inebrientur; idq́ θεόπρεπως;
hoc eſt, non hac quidem tantùm, vel illa ſcientia, & veritate, ſed
ſimpliciter omni ſcientia, omni veritate, omni ſapientia; vt de=
mum bene paſti, & poti, ciboq́, & potione, non ſolùm fame, ac
ſiti depulſa, ſed plenè abſque ſacietate ſaturi, pæana, quem Aegy=
ptij, pingui melle, & arida ficu ſacra facientes, Mercurio, tan=
quam repertori veritatis canebant, Γλυκὺ ἡ ἀλήθεια, cuius repetitio=
ne implebant atria, feriebant ſydera; cum ipſi, maiore multo ratio=
ne, Chriſto Deo canamus; qui, eſt illa ipſa veritas, dulcis ſuper mel,

 propter

*propter ſapientiam; & ſuperficum, propter pietatem. Ecquid dulcius illa, ipſa veritate? quid amabilius, quàm amare, & poßidere veritatem? quid beatius, quàm frui veritate? delectari cognitione, & contemplatione veritatis? de qua, & loqui ſuauißimum, & audire iucundißimum; cuius aſſequendæ, ſolo etiam deſiderio, ac ſpe, fælices ſe putant, ipſi quoq; profani homines. Non poſſum hic me continere, quin lætabundus exultem, voce græca, Ω ἀλήθειαν ὦ φιλαλήθειαν, hoc eſt; ò veritatem, ò amorem veritatis. Veritas ipſa, eſt numen: Amor veritatis, hominem coniungit numini. Nam, quid tam communiter proprium nobis omnibus, quàm ignorantiam, & mendacium? atq; ideo, quid propriè tam ſupra nos, quàm ſcientia, & veritas? I nunc, quicunque es, & dubita, vtilis ne ſit diuina hiſtoria ſtudioſis veritatis. Quod ſanis corporibus eſt agricultura, & ægrotantibus medicina; id vtriuſque ſortis animis, eſt diuina hiſtoria. Alia ad virtutem via eſt, alius bonorum finis, alia hominis pax, atque tranquillitas, quæ addiſcitur ex ſacris literis, quàm ea, quæ* Εν τῷ περιπατῷ, *aut in porticu, ſiue in academia docebatur à vobis, Philoſophi gentium. Ecquam Panacæam, quod Moly, quas Epodas adhibuiſtis vnquam, morboſo illi Charmidæ veſtro, quæ comparari poßint antidotis diuinarum ſcripturarum? Certè, vt oculus ſine capite curari non poteſt, neque ſine reliquo corpore caput; atque ideo medicina, à toto incipit, vt membro ſanitatem reſtituat; ſic, neque, ſine anima curari poteſt male affectum corpus, ſed ab anima incipiendum eſt, ex qua, & bona, & mala, in hominem totum manant, & fluunt. Nunquam verò anima, ſine Deo, bene valere potuit; neque Deus, ſine verbi ſui ope, quaſi media, ægreſcentem animam incantare ſolet: ipſum autem Dei verbum, præclariſſimis exemplis manifeſtum eſt, quòd in ſacra ſcriptura, quàm maximè, velut in templo, ſuam ipſius virtutem oſtendat, ad leuandos dolores, ad tollendos morbos, ad vires recreandas, ad conſolandas conſcientias, ad ſpem immortalitatis alendam, ad ſanitatem augendam, & confirmandam. Quod propterea dicitur, Verbum vitæ, Verbum veritatis, Verbum gratiæ, virtutis, potentiæ, ſapientiæ. In ſymbolica autem theologia, quàm multis nominibus*



*bus celebratur? Dicitur enim Panis, Aqua, Lux, Ros, Ignis, Semen, Fons, Fluuius. Ipſa porrò (vt ſic dicam) Logotheca, diuina inquam ſcriptura, appellatur, Fauus mellis, Terra, lacte, & melle fluens; Cella vinaria, Torcularia redundantia, Domus odorum, & vnguentorum, Columba deargentata, Mons domini, Archa teſtamenti. Quid? Hortus concluſus, Torrens voluptatis, & Paradiſus deliciarum. Ille inquam paradiſus, quem, ante omnia, ab hominibus inſtructa ſcientiarum pomeria, plantauit ipſe Deus ab initio, & poſuit in eo hominem, vt excoleret eum, tanquàm agrum, & cuſtodiret, tanquam theſaurum. Ecquæ deliciæ profectò, quæ voluptates, excogitari poſſunt, quas, non ſuperent hæc ipſa æterna diuinorum librorum monumenta; quae, ab authore, ſancta, à materia ipſa, ſacra; ab immutabili veritate, ſacroſancta dicuntur, & ſunt; vtilia iuuenibus, iucunda ſenibus, afflictis ſolatia, &, præſidia florentibus, ac beatis? Quæ, narrant facta omnium ſæculorum, quæ, prænunciant futura omnibus ſæculis; quæ nihil non ſuadent boni, &, ad complementum humanæ perfectionis, prohibent ea quoque, quae aliquam mali ſpeciem habere videntur. In quibus, infantes, lactantur mammilla regum; viris, apponuntur tauri, & altilia; infirmis, non deeſt olus; &, qui robore valent, nutriuntur in croceis. Sanè, vt, ipſi quoque; ex eis, nobis delicias faciamus, litera, eſt quaſi cœnaculum; ſenſus, menſa, præcepta, cibus, promiſſa, potus, pincerna, & dapifer Chriſtus; lectio, refectio; guſtus voluptas; ebrietas ſobrietas; ſopor, amor; complexus, & oſcula, piæ lachrimæ, &, ab imo pectore ducta, atque repetita ſuſpiria. O Deus meus, dicebat almus ille pater, Mella mea, verba tua. Deliciæ meæ ſcripturæ tuæ. Tantum munda cor meum, ne fallar in eis; munda labia mea, ne fallam ex eis. Et verò, ſi ſummum hominis bonum, Deus eſt, atque ideo, nobis omnibus, bene viuere, eſt Deum diligere, Certè, hic vnus, & non alius ſcopus eſt vniuerſæ ſcripturæ; vt, Deum ipſum ſupra omnia, vt, nihil inquam, æquè ac Deum ipſum diligamus; quod iuſtitiæ eſt; vt, pro*

*Deo,*

Deo, nihil non feramus alacriter, quod eſt fortitudinis; vt, perui=
gilemus, & caueamus, ne illudamur amando; quod, eſt munus pru=
dentiæ; vt, hunc ipſum Dei amorem, ſeruemus integrum à veneno
amoris proprij; quod pertinet ad temperantiam. Huc, tendit lex,
huc, Euangelium, huc, Prophetica, Apoſtolicaq; doctrina: huc,
& vniuerſæ ſcripturæ, ſingulæ partes, & membra, nimirum, &
carmina lætitiæ iuſtorum, & lamentationes pœnitentium, & veh,
ac damnationes reproborum; quæ, vbique, & paſſim leguntur in
ſacris literis: Huc inquam, quæcunque ad ſacram ſcripturam perti=
nent, & quæ aperta ſunt, vnde nutriamur, & quæ obſcura ſunt,
vnde exerceamur, directa ſunt: vt, ſi beati eſſe cupimus, eruditi in
fide, de ipſo Deo, animati ad ſpem, in ipſum Deum, tandem accen=
damur ad charitatem ipſius Dei; &, Deum ipſum diligamus, ex
toto corde, ex tota anima, ex tota mente, ex omnibus viribus: hoc
eſt, corde puro, conſcientia bona, & fide non ficta. Hæc eſt homi=
nis perfectio, hæc ſalus, hæc fœlicitas, hæc vita; vita virtutis, vi=
ta gratiæ, vita gloriæ; &, hæc, haud dubiè, eſt diuinorum elogio=
rum tota plenitudo, tota amplitudo, tota profunditas, tota intelligen=
tia, tota obſeruatio, tota ſumma. Vt propterea in ſacris illis reuela=
tionibus, quibus clauditur noui teſtamenti canon, ea ipſa figura, in=
quam fœliciter aliæ omnes deſinunt, fluuij aquæ viuæ, cryſtallo ſplen=
dore perſimilis, procedentis de ſede Dei, & Agni, irrigantiſq; pla=
teas Hieruſalem, cum ligno vitæ cis, & trans flumen, qua nimirum
deſignabatur, & gloria paradiſi, præmium chriſtianæ vitæ, & gra=
tia per Chriſtum Ieſum, ſine qua, ne meritum quidem vllum; quin,
& ipſe Spiritus ſanctus fons præmiorum, & meritorum, omniumq;
donorum, quæ à Deo deſcendunt in homines, ea inquam ipſa figura
referatur ad ſacram ſcripturam, & aptiſſimè per omnia reſpondeat
ipſi ſacræ ſcripturæ, vtpotè ex cuius fide, hauritur gratia; in cuius
guſtu, delibatur gloria; extra cuius doctrinam, non addiſcitur, aut
vera ſcientia, aut vera virtus, per cuius obedientiam cognoſcitur
creditur, & amatur ſpiritus ſanctus. Certè verò, ſi, oraculi illius,
& res, & verba, interpretari velimus de hac ipſa admirabili, &

vero



vero Deo authore digna, ſapientia, quid eſt, quod in eam non mira=
biliter competat? Vox fluuij in primis, aperit, & ponit ſub oculos,
ſcientiæ, & eloquentiæ copiam, profunditatemq;, & perennitatem
curſus ſacræ ſcripturæ, in omnes gentes: profunditatem inquam, quæ
exhauriri, & perennitatem, quæ finem accipere nunquam poſſit.
Nomen aquæ viuæ, indicat iucunditatem, voluptatem, fœcundita=
tem, gratiamq;, & virtutem intrinſecus recreandi, atque reficiendi
animas verbo Dei. Splendor, oſtendit gloriam, & dignitatem eius
ſuper cæteras quaſque ſcientias mortalium. Similitudo cryſtalli,
pulchritudinem, ſoliditatem, perſpicuitatemq; cognitionis, & veri=
tatis omnium rerum, quæ in ea continentur, & tractantur. Platea
porrò, quæ eſt via latior, militaris ferè, conſularisq;, & prætoria,
quàm bellè, exprimit O Viri, numeroſam illius amplitudinem? Non
enim, in angulis, non in latibulis, ſed in ipſius mundi medio, atque
ideo, omnibus populis, omnibus nationibus, ſummis quoque Regibus,
atque Cæſaribus, qui etiam, communiter, latam perditionis viam in=
grediuntur, dat leges, & iura; vt, qui, ab illis, & in credendo, &
in amando, & in committendo, & in ommittendo, vel ſemel per
contemptum, deſciuerit, neque pœnitentiam egerit, pereat in æter=
num. Putaſne verò, myſterio vacet lignum, vitæ, ex vtraque
parte fluminis? Hæ ſunt ripæ, quas lambit pellucidus hic, & vitro
illuſtrior, amnis ſacrarum literarum. Vita hæc, quam degimus,
&, ea, quam expectamus; Et, hic quidem, in via, meritum, illic,
in patria, præmium eſt, & merces mortalitatis idem ipſe Chriſtus,
lignum vitæ, remedium mortis, ipſa à morte reſurrectio, & æterna
vita. Prolixior ero fortaßis, parcite: Feror campis, non ſemitis.
Cæliſſima Dei ſedes, vnde eſt ſecreta illa tantarum aquarum ſcatu=
rigo, an, non palam docet, vt niſi excordes ſimus, intelligamus,
quam ſit ſublimis, atque adeo, mortalibus inacceſſa, altitudo ſapien=
tiæ, & ſcientiæ ſanctarum literarum? Altitudinem enim illam,
ſolium illud excelſum, & eleuatum, quis vnquam dimenſus eſt?
Deus porrò, & agnus, Pater inquam æternus, & Filius eius domi=
nus noſter Ieſus Chriſtus, quid indicant, niſi, quòd, in his duobus

potiſſimùm

potiſſimùm verſantur diuinæ literæ, in creatione, quæ eſt ex Deo, & in reparatione, quæ facta fuit per Chriſtum Ieſum? Vt tandem, ſi quis quærat, quid eſt ſubiectum in ſacra ſcriptura, reſponderi poſſit, Eſt Deus, à quo omnia; Eſt Chriſtus, per quem omnia; Eſt opus reparationis, ad quod omnia; Eſt charitas, qua, ſic Deus dilexit mundum, circa quod omnia. Sed, quanti momenti, eſt illud, ò viri, quod, ante hanc ipſam tantæ admirabilitatis viſionem, præfatur Ioannes, Oſtendit mihi dominus. Sanè, vix reperiri poterat aliud verbum, quod tam aptè, explicaſſet veritatem, certitudinemq́, ipſius diuinæ ſcripturæ. Quid eſt enim, oſtendere, niſi, non obſcurè, ſed apertè demonſtrare? Inde, Demonſtrationes, appellantur rationes mathematicæ, quæ, apud philoſophos, primum gradum obtinent certitudinis. Et quidem, illud quod demonſtratur, videtur, nullus autem, inter ſenſus, certior ipſo viſu. Ob id, in ſacris literis, Prophetæ appellabantur Videntes; quibus, & præterita, & futura, æquè ac præſentia, certiſſima erant. Vt propterea, quum, in diuinis rebus, cætus Prophetarum, fuerit quaſi oculus humani generis, non enim, ſibi tantùm, ſed, nobis omnibus, & filijs noſtris, & vniuerſæ poſteritati, videbant quæ videbant; quæcunque illi viderunt, &, ſe vidiſſe teſtati ſunt, nobis omnibus, certiſſima eſſe debeant, atque teſtatiſſima; perinde ac ea, quæ ipſi quotidie videmus: non enim, per omnia membra videmus, ſed per oculos tantùm; ſicut, neque, per omnia corporis membra, audimus, ſed tantùm per aures. Hoc ipſo verbo igitur oſtenſionis, græcè ἀποδείξεως, docemur, vt aliquando concludam, eſſe euidentiſſimam, notiſſimam, certiſſimam indubitatiſſimam, atque adeo veriſſimam, diuinam hiſtoriam; qua nulla ſit ſublimior, dignior, plenior, amplior, iucundior, vtilior. Idq́, ex authoritate Ioannis, quem diligebat Ieſus. Ille enim, rem totam, velut in tabula deſcriptam, oſtendit, & demonſtrauit. Ipſe, fidelibus oculis vidit, &, quum vidiſſet, ex certa ſcientia teſtimonium perhibuit; vniuerſa autem olim Eccleſia, Spiritu ſancto probante, & dirigente, ſcripſit, ac ſubſcripſit, quia verum eſt teſtimonium eius. QVVM igitur, in illam ipſam ſacroſanctam, & admirabilem di-

uinæ

INTRODVCTIONES.

uinæ hiſtoriæ philoſophiam, totus incumberem animo, ò ſapientiæ alumni; non nuper quidem, ſed olim; nam iunior fui, etenim ſenui, quanquam primum cæpi expaueſcere, & expalleſcere; veritus, ne me, ſtatura puſillum, etiam ſi gygantis alicuius, qui proceræ arbori niteretur, altiſſimos humeros, conſcendiſſem, tanta aquarum moles obrueret, recordatus tamen, Perſas, temporibus Cyri, in cuius honorem totus oriens, etiam poſterioribus ſæculis Perſarum dominum, excellentia quadam appellabat Βασιλέα, Eufratem latiſſimum, & inſuperabile flumen deriuatione facta, confidenter intraſſe, & ſecure traieciſſe, quæcunque ad huius pelagi ampliſſimum alueum naturaliter, propriè q́ pertinent, quæ inquam diuinitus tradita, & credita, non humanitus inuenta, excogitataq́ ſunt, ad aliquot ſinus, & alueos, perſpicuos in ſimilitudinem cryſtalli, altiſſimos tamen illos, & qui non cymbulas ſolùm, ſed onerarias quaſque naues tergo ſuſtinere valeant, ex intimis ipſis ſacrarum viſceribus deriuari poſſe, atque in illis mihi nauigandum eſſe, magno certe auſu, at, ſi Deus voluerit, qui lumen prætulit menti meæ, euentu (vt reor) non pænitendo, exiſtimaui.

O quantum cæli, ò quantum cognoſcere terræ
Licebit, pelagum ò quantos aperîmus in vſus.

Equidem, non dico vobis ego, importunus, & ineptus; præite mihi ad creanda vobis pericula: neque dico, tumidus, & elatus; præcedam ego faciem veſtram meo periculo: ſed, dico, veſtrum omnium, &, communis noſtræ ſalutis amans; Venite, eamus, & in gratiam humani generis, inferamus nos ipſos, quaſi vir vnus, in commune periculum. Homines eſtis? & ego; Deum piè colitis? & vobiſcum ego. Ab infantia ſacras literas didiciſtis? proximè, & ſecundum vos conabor, & ego. Audetis de Deo, & de diuinis rebus loqui, ac ſcribere? in inſipientia mea, audeo plus ego. Qui, muſculus exiguus, dum viribus violentis, mihi vim infero, aſſurgo in leonem, ambulans in magnis, & in mirabilibus ſuper me. Nam, quum Deum nunquam viderim, nunquam audierim, quid ſit, nunquàm didicerim, quid non ſit, vix perceperim, quum ne ſe-

mel

mel quidem diuina paſſus fuerim, ò me miſerum; confidentiſſimè tamen, quantum in me poteſt, impatiens religionis amor, & zelus cadentis pietatis? Ordior telam, intexo fila, & tantas deduco diuinæ hiſtoriæ glomerationes, tot annales operum Dei, ante tempora, in principio temporis, per omnes ætates temporum, & in fine quando non erit tempus. In primis inquam, & ante omnia, vt Deus benedictus Pater, Filius, & Spiritus ſanctus, qui nunquam non fuit, nunquam non eſſe potuit, à quo omnia habent vt ſint, ſine quo nihil eſt, neque eſſe poteſt, cuius ter ſanctam diuinitatem abſconditam ab oculis noſtris, propriaſq;, & naturales tam Angelorum, quam hominum intelligentias excedentem; beata Seraphim reuerentiſſimè adorant, & velut optimo immutabilitatis ſtatu, & mira inacceſſibilis naturæ ſublimitate, omnia præteruolantem, ſtando, ac volando circumtegunt, per incredibilem, & Deo dignam diuini amoris ecſtaſin, à ſe ipſo velut egrediens, non in æternitatis fine, qui nullus eſt, ſed in principio temporis, quod antea non erat, cœlum, terram, mare, & omnia, quæ in eis ſunt, ſiue viſibilia, ſiue inuiſibilia, creauerit, formauerit, digeſſerit; quæ etiam, ne in nihilum reuertantur, per omnia tempora continenter portat; ac ſuſtinet; & ne ab æquiſſimis diuinæ ſapientiæ legibus, præſcriptiſq; diſcedant, fortiſſimè ſimul, & ſuauiſſimè regit, ac moderatur. Deinde verò, vt conditis rebus ſupremam manum imponens, hominem totius vniuerſitatis breuiſſimam quandam ſed pulcherrimam Επιτομὴν, & Ανακεφαλαιωσιν, ipſius opificij finem, & ſummi opificis viuum ſimulachrum. ſua ipſius manu tanquam in eo effingendo mirificè delectatus, ſanctum animal, è limo terræ formauerit, omnibus virtutibus, & gratijs præditum, quaſi omnibus numeris abſoluerit, & conſummauerit: feceritq; tandem, vt græcè dicam, Αὐτεξούσιον, quo ſponte ſua, & ſua vtens poteſtate, ipſe ſibi, & nobis omnibus, vtriuſq; fortunæ faber eſſet, mortis author, vitæq; miniſter: quem, ad extremum, nolentem dum à ſerpente tentatur, repugnare tentatori; volentem, quum ſtare poſſet, in deteriora labi; iuſtiſſimo iudicio cadere, atque errare permiſerit: vnde, corruptionum illecebris irretitus, ſtatim



ſtatim inuentus eſt, & in ſe ipſo corruptus, & omnium hominum, qui ex ſuo ipſius ſemine prognati ſunt, vſque ad nouiſſimos nepotes, in animis, moribuſq; corruptor, cuius modico illo fermento, vitiata, corruptaq; fuit tota maſſa humani generis. Vt ille idem ipſe Deus, poſt multa ſæcula, recordatus miſericordiæ ſuæ, vniuerſos homines, in vno Adamo læſi numinis reos, ideoq; filios iræ Dei, in ſe ipſis quoque peccati ſeruos, & mancipia mortis, tam ſæua vtriuſque tyrannide oppreſſos, attritoſq;, & penè extinctos, per Moſen dilectum ſuum, reuiſere incœperit, & ſcriptæ legis, quaſi calcaribus, & fræno, hos quidem ad ſurgendum, velut languentes excitare; illos, vt effrænatos cohibere, ne in grauiora corruerent: quo, vtrique quieſcentes agere peruerſè, & diſcenter benefacere, participes eſſe poſſent diuinæ illius benedictionis, quam ab initio promiſerat omnibus gentibus. Vt, præter rationem excitatis in fomite flammis, & ignibus, poſt legem ipſam, quæ vi ſua eſſe debuerat, ingenij, virtutiſq; incitamentum, niſi animi ſcælerum furore, quaſi vino, amentiaq; flagrantes, iam incaluiſſent; dum omnes penè in deteriora niterentur, occaſioneq; accepta, ſimul, ea, quæ negabantur, appetentes, &, reijcientes quæ iubebantur, ſe ſe in omnia facinora, ſumma cum libidine præcipitarent; immo verò præcipitati iam, atque demerſi eſſent, ille ipſi Pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis, per Ieſum Chriſtum potenter erexerit, & à mortis fato liberatos, gratis viuificauerit, iuſtificauerit, ſaluauerit. Vt denique, in vna illa, Dei, per Chriſtum, gratia, conſummata, & perfecta, omnium hominum iniquitates, magnificè, ac glorioſè triumphans, largè, & liberaliter, nec non, & amantiſſimè hominum genus, quod iam ex nihilo creatum, non pro nihilo, ſed incomparabili pretio redemerat, atque ſeruauerat, ad priſtinam illam, à qua miſerè ceciderat dignitatem, fœlicitatis, & gloriæ dono reſtituerit. Iam enim reſuſcitauit nos, & ſedere nos fecit in cœleſtibus, qui fecit quæ futura ſunt, qui adhuc facit quæ facta ſunt, qui vocat quæ non ſunt, tanquam ſint.

HAEC ſanè, ſunt huius ingentis coloſſi membra illa, quæ ipſi zelo religionis, vel vltra vires audentes, & per nos ipſos, vt ſic loquar,

loquar, reſupinantes immenſum diuinæ hiſtoriæ corpus, ordientesq; Ανάτομλω, velut à capite, per ſingulas partes detegenda, explicandaq;, & dilucidanda ſuſcepimus. Vtinam verò, ſublimibus hiſce noſtris cogitationibus, poſsim, rectè diſponendo, quaſi dare oſſa, & neruos, aptè ornando, carnem, cutemq;, & colorem inducere, demùm propriè, ſignificanterq;, & efficaciter loquendo, atque ſcribendo, tribuere eam, quæ animatas, & vocales facit ſcriptiones, vim, actionemq;, & ſpiritum. Nemo ferè, ſiue græco, ſiue romano eloquio; vniuerſam hiſtoriam, ex toto ſcribere aggreſſus eſt: veriti ſunt enim viri prudentes, vel ne vllus inquam eſſet finis faciendi libros: vel ne longiori volumine legentibus ſtomachum prouocarent; vel ne demum viderentur æmulari maieſtatem, & gloriam creatoris. Itaque ſuam ſibi vnuſquiſque particulam, in qua, & ſe exerceret, & ſtudioſis ad Dei gloriam proficeret, ſcribendo delegit; indeq;, tam multiplices, per tempora, factæ ſunt, in ipſis ſacris literis, perinde ac tranſeuntibus filijs Iſrael, in mari rubro, diuiſiones. Nos, quibus ſenio, laboribusq; defectis, neque ætas, neque facultas multa ſcribendi ſuppetit, ſcientes etiam optima, & pulcherrima quæque, ex ipſa ſemper amabili breuitatis gratia iuuari ſolere, vt verè iucundiora ſint, melioraq;, & pulchriora videantur; non rerum, aut verborum myriadas inſtruimus, non centurias; quin neque quinquagênas, & ne decadas quidem, ſed quinque ſolùm verba loquimur. Neque vero verba, quæ Græci Τὰ ῥυματὰ, vocant, & ipſi partes orationis facimus à nominibus ſeparatas, ſed verba intelligimus, quaſcunq; voces cogitatione conceptas, græcè Τὰ ἐπεία, vel Τὰ ἔπη. Memores nimirum ſumus doctoris gentium, in quo quum ſint præclara omnia, ſumma omnia, diuina omnia, hoc vnum ſolum ineptum eſſe non potuit, quod ſemel dixit; Melius multò eſſe, & optabilius, loqui quinque verba in ſenſu, quam mille in ſola Πολυλογία. Ecquis ſcit, quum id ſcriberet Corinthijs, ſi fortaſſe, ad hæc quinque loca, quæ etiam ab eo ſupra cæteros omnes ſcriptores, vberrimè, viuaciſsimeq; tractantur, animo menteq; ſpectaret? Certè verò, vniuerſa illa literarum alphabetaria claſsis, cuius eſt tanta vis ac pote-





ſtas, ad conficiendum orbem ſcientiarum, ad tradendasq;, & capeſſendas omnes diſciplinas, quinque tantùm, apud latinos habet elementa vocalia; vnde omnis in cæteras literas diffunditur virtus, & ſonus, ad dicendum, ad exprimendum, ad eloquendum. Sed & philoſophi, qui de mundo, & de tota natura contemplantur, ac diſſerunt, quinquepartitam faciunt virtutem huius vniuerſitatis, quæ mundus dicitur: nam, quatuor elementa conſtituunt, cum fœdere, & coniugio cœli, quod, quintam naturam vocant: quæ enim ſunt ſupra cœli ambitum, diuina putantur, & vltra mundana, Græci Μετὰ τὰ φυσικὰ dicunt. Eſt & inſuper ipſa Πεντὰς, numerus amoris, & venerationis; nempè, & iuſtitiæ primùm, cuius quaſi machæra, in duas partes æquales ſecatur denarius, numerorum meta; & deinde coniugij, cuius virtute, par, & impar, perfectus inquam, & imperfectus numerus, expreſſa maris, & fœminæ ſymbola, in vnum, magno ſacramento copulantur. Vt propterea, me beatum putem, cui. Dei beneficio, præluxiſſe videatur hic ipſe numerus tantæ dignitatis, & qui, tam miris modis vndique reſpondeat, cum ea, quam enarramus, & pertractamus, diuina hiſtoria. Nam, & illa intus, & foris, circundata multa, & magna varietate, plena literis, myſterijs, allegorijs, anagogijs, tropologijs, ætiologijs, dum opificem mundi, ſimul & ipſam rerum creatarum vniuerſitatem, interdum etiam eâdem narratione complectitur, non fortuitò vnquam, nec temerè, ſed iuſtiſsima lance, ſemper, vt iuxta Moſen, tam rectè diuidat, quam rectè offerat, partitur inter Deum, & creaturas, æqualiter tribuens ſua vnicuique iura. Deo in primis, quod ſit ex ſe ipſo tanquam principium; tanquam exemplar ſecundum ſe ipſum; & denique propter ſe ipſum tanquam finis: cæteris verò omnibus, quod neque ex ſe ipſis in lucem prodierint, quia creata ſunt; neque ſecundum ſe ipſa conſiderari debeant, ſed ſecundum exemplar, ex quo tanquam exempla ducuntur; neque demum propter ſe ipſa, niſi iniquè amari poſsint; quia non ſunt ſibi finis, ſed vt inania, & imperfecta referuntur ad finem: ad ipſum inquam Deum; abs quo, & ſemel acceperunt vt eſſent, & continenter accipiunt, vt perma-

neant. Ad quem modum, ipſi quoque, quanquam quid ſtilla muriæ ad magnitudinem Aegei maris? aut quid acceſsio teruncij ad infinitas Cræſi diuitias? iuxta ipſius hiſtoriæ, & quinarij numeri analogiam, rationem, proportionem, copulamus inuiolabili fœdere, ima ſummis, terram cœlo, Deum homini, creatorem creaturæ; & tamen legitimè, & ſummo iure diſtinguimus ima à ſummis, terram à cœlo, Deum ab homine, creatorem à creatura. Docemus ſanè, non eſſe duo regna, atque imperia Dei, & creaturarum; ſed regnum ipſius Dei, eſſe ſuper omnem creaturam; creaturasq́ ipſas, tam omnes, quàm ſingulas, vix eſſe aliud quicquam, quam inſtrumenta creatoris; ideoq́, niſi iniuſtiſsimi rerum arbitri, & æſtimatores eſſe velimus, contemnenda eſſe nobis prorſus omnia, præ vno creatore; illum autem vnum ſuper omnia, & ſuper nos ipſos, ſancto amore complectendum; quia æquum eſt, & ratione pleniſsimum, vt ille diligatur præ omnibus, in quo vno habentur omnia, & cuius verè ſunt omnia. Quanta hic congerere poſſem, quæ me ad hanc ipſam quinquepartitam diuinæ hiſtoriæ ſectionem, induxerunt? Sed illud tamen præcipuum erat, quòd viderem, tum veteris teſtamenti magnum illud lætifundium, vno penè Moſaico Pentateucho, funditus exhauriri; Tum vim, & medullam noui teſtamenti, quinario ſimiliter eſſe abſolutam, & explicatam; Nimirum duo hæc, Chriſtum caput, rectamq́ in ipſum fidem, Euangelium docet: corporis autem Eccleſiæ partes tres, initium, ſtatumq́, & finem, complectitur reliqua librorum copia. Quid? quod & videbam vtriuſque teſtamenti immenſam illam molem, contineri eodem numero, Lege inquam, Pſalmis, Prophetis, Euangelica, Apoſtolicaq́ doctrina. Conſiderabam verò tandem (ne quid prætermittam eorum) quæ me in hac inuentione delectabant O viri, vt in Romana lingua, ad quam omnium linguarum fœlicitas ipſo iure Petri deuoluta eſt, ſic, & in lingua ſancta, nomen illud admirabile, in quo vno, oportet nos ſaluos fieri I E S V S, factum eſſe, vt ineffabile ex ineffabili, ſic ex τετραγραμμάτω, πενταγράμματον. Sanè interpoſito elemento illo hebraico ש cuius figura, pulcherrimam,

iucun-



iucundiſsimamq́ trium florum ſpeciem, præſeferre videtur, velut ſymbolum, & nota ſuperſubſtantialium illorum florum, quorum virtus, & diuinitas in ipſo I E S V tota corporaliter inhabitat, nonne ex . . . legitur . . . Illud porrò mihi omnem admirationem ſuperare videbatur, quod illud ipſum literarium elementum, ea inquam ipſa litera, qua Hæbreis notatur numerus quinarius, nempe ה quæ in illo ipſo antiquo Dei nomine, tam magno myſterio geminatur, apud theologos illos ſuos literarios, tantæ exiſtimationis eſt, tantæq́ authoritatis, vt eam vocent ſigillum ſpiritus ſancti; qui nimirum eſt nexus omnia ligans, & continens. Sed hæc fortaſſe verboſius. Age igitur, explicemus breuiſsimè quinque illa verba, ingentem theologicæ meſsis aream, & hac ipſa ætate varijs diſputationibus redundantia torcularia. Res ipſas quinas, ſermonibus quinquepartitis, parum ſupra propoſuimus quidem; ſed enim, quantum diſtat à ſermone verbum? Sanè, id quod ſermo explicat, & dilatat, verbum coarctat & perſtringit: nam verbum pars eſt ſermonis, & ex multis verbis vnus ſermo conficitur. Hinc, & hominum, & Angelorum legimus tam ſermones, quàm verba. Dei ferè non legimus niſi verbum; quod quum induit carnem, tum primùm exijt in ſermonem. Nunc ergo ex ſermonibus eruamus quina illa verba, tanquam quinque locus, in quibus totæ verſantur, & continentur noſtræ in diuinam hiſtoriam lucubrationes, perinde ac vires manus conſtant quinis digitis, & vires totius corporis quinis ſenſibus. Eſt igitur vnum verbum, ſiue vnus locus, Natura, cuius vires, & nomen, quiſquis oculo, non tam philoſophico, quàm chriſtiano, hoc eſt pio, & religioſo videt, & intelligit, agnoſcit non ſeminariam ſolum, & viuificam virtutem toti mundo infuſam, ſed in primis ſuperas illas mentes, quas alieni Dæmonas, noſtri recepto iam ſermone Angelos uocant, tum communem hanc & magnam ciuitatem, quæ mundi nomen accepit, & deniq́ hominem ipſum, propter quem ab initio, & Angeli & mundus inſtituebantur, parabantur, intendebantur. Ante omnia verò introſpicit vniuerſæ naturæ fundamentum & robur, Deum Optimum Maxi-

 mum:

*mum: qui et ipſe in ſacris literis, non ab idæis, & exemplaribus rerum, ſed ab æterna filij generatione natura dicitur, extra, intra, cuncta in ſe complexum; ſingula, et omnia intuentem ac protegentem, quem natura ipſa tota recognoſcit, quem mundus non capit, quem adorant Angeli, homines porrò ſuſpiciunt, admirantur, colunt. Alter locus eſt, qui et alterum verbum dicitur Peccatum, Angelorum quidem, et hominum, ſed vel maximè noſtrorum parentum; Vitioſa inquam illa corruptio, et contaminatio vniuerſæ naturæ: malum illud antiquum, et morbus læthalis, quo Natura ipſa à prima ſuiipſius conditione, inſtitutioneq; magna ex parte defecit, quo, & mundus totus pene infectus eſt, & vindicante Deo, per multa ſæcula, durè, et dire inueteratus contabuit; vnde ad hunc vſque diem ingemiſcit, & parturit, expectans liberari à fœdiſsima hac ſeruitute tam miſerandæ corruptionis. His duobus verbis tria illa proximè accedunt, Lex ante omnia, Lex inquam Moſe, quæ data eſt ad agnoſcendum peccatum, ad incitandam naturam, vt tandem aliquando per ipſam medici gratuitam opem curari poſſet ſemiuiuus ille ægrotus Humanum genus. Tum ſequitur Gratia, Gratia, quæ eſt verè, & ſingulariter gratia. Gratia inquam Chriſti Ieſu, quæ eſt, & finis legis, & ipſius Naturæ ſanitas, et Peccati abolitio. Gloria, vltimum eſt verbum, in qua conſummantur omnia verba; nam Gratiam quoque ipſam, conſummat, et perficit Peccati vires, in ijs qui ſecundum ſpiritum ambulant, ne illis noceat, extinguit & enecat prorſus, à Lege porrò nos liberat, quæ non eſt poſita iuſtis, ſed iniuſtis: denique Natura noſtra, tanquam per gloriam deiformis effecta, ſuæ ipſius integritati, & incolumitati reſtituta, pleno robore ſe ipſam circunducit in orbem, iungens ſe Deo tanquam fini; abs quo, tanquam ab authore bene condita fuerat, per quem tanquam per medium fœliciſsimè reparata fuit. Profectò verò, ſi omnes, & legere ea libenter, et iucundè audire ſolent, quæ intelligunt ad ſe pertinere, hoc eſt ad humanæ vitæ inſtitutionem, eruditionem, emendationem, vnde hauriuntur ſaluberrima exempla, monita, præcepta, conſilia; neceſſe omninò eſt, vt in omnium*



INTRODVCTIONES.

*Chriſtianorum animis, magna quædam, atque incredibilis iucunditas, et delectatio pariatur; quum hæc ipſa tanta myſteria in eorum conſpectum conſuetudinemq; venerint; non confuſa, ſed diſtincta, non inuoluta, ſed explicata; non ambigua, ſed clara, certa, firma, ſecura, conſtantia, et quæ non inter doctos viros bella nutriant, ſed pacem concilient, alant, foueant. Finge cum maximo ventorum impulſu, atque impetu feruente vndarum vndique agitato mari, media nocte abſque luna, et ſtellis, nauale bellum, in quo, neque amicorum, neque inimicorum, ſiue vultus ſiue voces agnoſcantur; nihil audiatur niſi fragor nauium, concuſsio remorum, vociferatio nautarum, lachrymæq; et gemitus periclitantium, irruat frater in fratrem, pater in filium, amicus in amicum, et mutuis in cæca illa pugna omnes abſumantur vulneribus, proh miſeram calamitatem. Tale ſpectaculum facta erat Eccleſia catholica ſuperioribus annis, non Deo quidem, & Angelis, quale exhibebat athleta ille fortiſsimus, quum principatus, & poteſtates aerias, per Chriſtum Ieſum in agone poſitus, ſingulari, & inuicto certamine debellaret, ſed Satanæ, Turciſq;, et Iudæis, et omnibus malis hominibus inimicis crucis Chriſti, quum in foro, in ſymposijs, in ſcænis, in ludis, in priuatis et publicis laribus, id quod propè flens dicere cogor, non viri docti ſolum, ſed lanij quoq; & fullones cæmentarij, et ſordidi quique homines idiotæ, et abſque literis, vini inſuper potores, aleatores & ſcortatores, profanis vocum, & ſententiarum nouitatibus, pertinaci, nec non contendendi, ac contradicendi libidine, ac ſtudio, quiſque in alterum obſtinatè diceret de ſummis iſtis religionis Chriſtianæ capitibus, de Natura, de Peccato, de Lege, de Gratia, & Gloria. Ecquanta circa hæc copia rerum? Libertas naturalis humani generis, cuius vix inanem titulum filijs Adami relictum fuiſſe, propter prædeſtinationem, propter præſcientiam, & propter naturæ corruptionem hæreſis docet. Vis peccati quam in ipſis etiam fidelibus, & iuſtificatis, adeo exaggerat, vt ne vnum quidem opus illis relinquat à Peccato purum, in prædeſtinatis etiam infidelibus, adeo extenuat, vt grauiſsima quoque illorum facinora, ab ipſo Deo pro magnis meritis imputari, & dicat,*

& ſcribat. Iuſtitia operum legis, cui, vt fidei totum tribuat nihil tribuit. Neceßitas Gratiæ, quam ſub magna pietatis ſpecie opponit meritis; quaſi ſuperba vox ſit meritum, quia meritum ex gratia, non gratia ex merito, Status beatorum, qui regnant cum agno, & agnus Dei cum illis, quum hæreſis non vereatur dicere, ſanctos ne videre quidem Deum, niſi quùm veſtiti fuerint duplicibus, neque orare pro nobis, tametſi, ante triumphos, ante coronas orarent alter pro altero, vt omnes ſalui fierent. Viri, parum antea, nuſquam hæc ron legebantur, nuſquam non audiebantur, inſcripta, notata, inſculpta, in parietibus, in tabulis, in monumentis; ſtylo latino, barbaro, docto, indocto, copioſo, conciſo, arido, florido. Scientiam ſibi quiſque, & profunda diuini ſpiritus, temere vendicabat: ipſa ſola repugnantia habebatur ſubtilitatis, & ſapientiæ loco: quod quiſque probabat, mox pietas, quod alij quique probaſſent, ſumma impietas videbatur. Ita, quia cogitationes hominum vanæ ſunt, quæ hodie, doctrina pietatis erat, cras, erat impietatis; &, quæ hodie tanquam ſpiritus ſancti reuelationes admirabantur, cras tanquam noſtra inuenta contemnebamus, reſpuebamus, damnabamus; & in ijs tamen, ò quam ſuperbè, dominabamur (vt Apoſtoli verbo vtar,) fidei hominum; volentes, vt homines crederent quæ nobis placerent, non crederent quæ diſplicerent. Et, haud dubiè, timendum erat, quia quotidie addebantur vulnera vulneribus, ne tandem aliquando, dum inuicem alter alterum comederet, inuicem quoque, quod Gallo græcis dixerat Apoſtolus, alter ab altero conſumeretur. Hæc igitur in cauſa fuerunt, vt, quæ tandiu ante hæreſes, de rebus iſtis, diuina hiſtoria dixerit, pronunciarit; ipſe tanquam Ειρινόφιλος, vtinam aliquando Ειρινοποιὸς, deſcribere tentarem; inijciens ea, tanquàm coagulum lacti, ſi fortè diſsidentes inter nos, (vt ferè olim in Babele) voces, & ſententiæ hominum, in vnum tenorem, & in vnam puram, atque ſynceram diuinæ hiſtoriæ fidem, conuenire poſſent; idq; ſine diſputationum tricis: nam & illæ (vt quotidie videmus) generant lites, & rixas, idola parua bellorum. Profectò verò, exemplo Steſichori vatis Himerei, in cuius infantis ore, ca-





nere viſa eſt luſcinia, conteſtans auſpicio, eum cantus ſuauitate, omnes, qui ante eum fuerant ſuperaturum; ſperabam, vt, quemadmodum ille in Helenam, olim linguam, & calamum imprudenter acuerat, & exoculatus, dum palinodiam ceciniſſet, viſum recepit; ſic multi non inelegantes viri, qui in ſanctam Eccleſiam, neſcio, quo furore aperuiſſent ora, oblocuti de illius ſacris, & ſacramentis, perſpecta hac ipſa veritate nudæ hiſtoriæ, diuino ſe tandem numine excæcatos fuiſſe intelligerent; & redeuntes ad cor, quod pijs omnibus in primis orandum, & deſiderandum eſt, ſpiritalem animæ viſum recuperarent, eſſentq; tandem illis populis ædificationi, quibus antea fuerant exitio. Sed, & illud me admodum mouebat, & permouebat; vt ad tantos ſcribendi labores, lætus accingerer; & me ipſum improbis conatibus, & ſtudijs ſuperarem; quòd conſiderarem animo, quantùm vtilitatis fructum, hæc ipſa diuinarum rerum deſcriptio, cuiuſcunque ſortis hominibus, eſſet allatura. Nam, qui erunt (vt verum fatear) illi homines, tam Αμυσοι, qui aliquando res tantas, ſoli in ocio, & ſine libris memoriter conferentes, non ſtatim reflexa acie mentis, concludant, inferantq;, ſe ipſos indignos eſſe vita, & aura vitæ, niſi vitæ authorem, & ſeruatorem, ante omnia colendum, & adorandum putent; in quem credant, in quo ſpem reponant, quem diligant, cuius gratiam ambiant, iram caueant, iuſſa cuſtodiant: nec tam ſæpe reſpirent, quàm cogitent, eum ipſum Deum ſupra nos eſſe, mundo præſidere, omnium rerum curam gerere, verſare cælos, tueri terras, cohibere fluctus, & maria; prouidere hominibus, bonos afficere præmijs, malis ſupplicia reddere, falli non poſſe, fallere nolle, offendi vitijs, virtutibus delectari? Ecquid humano generi tam neceſſarium, quàm hæ ipſæ cogitationes, ſemina vniuerſæ pietatis? quàm hæ ipſæ contemplationes, igniculi, & flammæ ad accendendum in cordibus noſtris diuinum amorem? vt vel nunquàm obliuiſcamur, vel ſtatim reminiſcamur Dei noſtri, cuius, quandiu meminimus, tandiu viuimus: à quo, dum recedimus, cadimus: ad quem, dum accedimus, ſurgimus: in quo, dum ſtamus, requieſcimus. Pulcherrima verò tandem, & vndique admirabilis mihi videbatur in

ipſa diuina ſcriptura tantarum rerum ſeries, & per omnium ſæculorum ordinem inſerta catenatio. Vna enim ex alia nexa, & vſqueadeo omnes inter ſe ſe aptæ, colligatæq; ſunt, vt perinde ac in cytharæ neruis, ac fidibus, vna pulſa, omnes ſonent, & reſonent. Et mihi quidem (ô Amici) ſupra quàm dici poſsit, dulcis, & ſuauis videtur, modiſq; omnibus complet aures meas, hic ipſe ſonus, ſummus, imus, medius. Vtinam verò illi, quibus ſunt aures teretes, quibus nulla eruditio deeſt, à quibus nulla abſunt dona Muſarum, cum voluptate ſentiant hunc ipſum iucundum, admirabilemq; tenorem, quo ex organis diuinarum ſcripturarum, hi quinque toni, & voces, tanta ad quenque tactum, cum gratia, concinunt, & recinunt, acutæ, graues, citæ, tardæ, magnæ, paruæ.

Natura hominis, quam Deus ipſe condidit, ſponte peccatum admiſit, Deum amiſit, excitata per legem, illuminata per gratiam, relinquitur inſtauranda per gloriam.

Peccatum Deus permiſit, ſed non fecit: quod tanquàm graue virus, & cœca tabes, naturam totam infecit; cognoſcitur per legem; condonatur ex gratia; quæritur, & non inuenitur in gloria.

Lex ipſa tota à Deo data eſt, vt eſſet ſpeculum deſtitutæ naturæ; oſtendit, & prohibet peccatum; impletur hic tota per gratiam; ex toto in cœlis per gloriam.

Gratia, eſt donum Dei, per Chriſtum Ieſum; robur, vireſq; naturæ infirmatæ per Adam; antidotum peccati, vnde mors; ſcopus, & finis legis, qua dirigebamur in vitam; pignus, & arrha gloriæ, quæ eſt ipſa æterna vita.

Gloria eſt merces Dei: non acquiritur per naturam; redditur meritis ex gratia, illis qui implent legem, iuſtificati à peccato.

Quòd ſi placet, omnes haſce voces; velut in Pythagorico monochordo audire; Ecce, vt in vna chorda ſonent omnia pneumata,

Deus naturam condidit.
Peccatum permiſit.
Legem tulit.

Dedit



Dedit gratiam.
Daturus & gloriam.

Et quidem, mea Muſa, quæ, non vt cæteræ, Μέλος ποιοῦσα dicta eſt; ſed nomen accepit Ἀπὸ τῆς μώσεος, τοῦ τοῖσι ζητήσεως, dum pneumatica ratione, quinque hæc verba, altiſsimè indagaret, & meditaretur, peruenit tandem ad græcum Πεντάλφα, ad illam quinque angulorum figuram, quæ Antiocho Regi, in ſignum ſalutis, è cœlis, & ſyderibus oſtenſa eſt; dum ipſius exercitus, epidemiæ morbo laboraret. Cuius græca inſcriptio, quinos angulos, quinis in vnam dictionem coaleſcentibus literis, diuino artificio implebat. Erat dictio, ΥΓΕΙΑ; quæ, in linguam latinam reddita, eodem literarum numero, eſt SALVS. Huc ergo ſpectauimus, huc alluſimus, huius tanti exempli emulatione, Pentalpha, in Πενταλογίον, mutauimus. Et planè, hic videtis expreſſum, & patens, quanquam, illius ætatis hominibus, haud cognitum ſymbolum, Seruatoris noſtri Chriſti Ieſu. Quem, incredibili diuini amoris myſterio, in cruce exaltatum, &, pariete inclinato, quinque foramina petræ, velut quinos characteres, in ſuo ipſius corpore, oſtendentem, hominum genus, iam, è terris aſpectat, tanquam cœleſte, & admirabile Pentalpha: cuius auſpicio, reparetur natura, deleatur peccatum, iuſtificatio legis impleatur, accipiatur gratia, quæ, & proficiat in gloriam. Quanquam, de re tanta, opto, vt amici, in ſinu gaudeant, propter falſos fratres gloriosè loqui deſinant. Ad hunc enim modum, ipſe in hac cauſa ſentio, vt qui in rebus conſueui ſemper incedere medius, inter temerarios, & meticuloſos; illis timidior, iſtis confidentior. Sed enim ô ſapientiæ Antiſtites, decoraq;, & ornamenta religionis, vos appello arbitros, & iudices; quorum albis lapillis ſtamus; atris cadimus: in quorum propterea gratiam, tam ſæpe ſtylum vertere conſueuimus. Scripturi operoſam iſtam, & penè immenſam, tantarum rerum molem; diuinum inquam opificium, quod tripartitum, in Angelos, Mundum, & Hominem, vno (vt audiſtis) naturæ nomine, continetur; Tum, peccatum, legem, gratiamq;, & gloriam; non ne oportuit, vt ſeorſum, ante omnia, altè veſtigaremus, poneremuſq;

ante

ante omnium oculos, hunc ipſum talem, tantumq́ Deum? ex quo vniuerſa hæc hiſtoria deducitur, in quem reducitur, in quo conglomeratur, per quem longiſſima omnium temporum ſerie, & ipſo quoque, poſt omnia tempora, æternitatis ſæculo, extenditur, continuatur, conſummatur? Ita certè, par erat, &, vt daremus gloriam Deo; &, vt ipſi videremur haud indiligentes agricolæ: qui, ne ruſticatio iacturam pateretur, & ſemen cadens inter dumeta, & vepres, in ipſo toto ſolo ſterileſceret, diuina noualia nouaremus, & præpararemus ad ſationem, terræ glebas, & agros. Immane enim erat, atque nefarium, aut prorſus exuere reuerentiam numinis, &, cum ingredientibus Τὸ πένταφάρμακον, miſcere, & confundere illam ipſam, ab omni rerum permiſtione, & concretione liberam, ac ſolutam, diuinam maieſtatem: aut perturbare ordinem hiſtoriæ, adeoq́ totam hiſtoriam, vt qui re ipſa omnium primus eſſet, errore noſtro fieret in ſermone nouiſſimus; aut demum per negligentiam, omnia, & ſingula pertractare, quæ Deus, vel fecit, vel ordinauit, & illum ipſum factorem, & ordinatorem Deum, expetendum, & ſeligendum præ omnibus, quaſi rem incertam in ambiguo relinquere, & præterire ſilentio. Profectò verò, ſancta ſeueritas, & diſciplinæ, & iudicij, & imperij, illa inquam, quæ læuia errata libenter ignoſcit, in grauia grauiter animaduertit, iuſtè nimium decerneret, elinguandum eſſe hominem, illum præſertim, qui in dicendo, neque eſſet, neque haberi vellet elinguis; ſi de diuinis rebus, & multa, & multum loqueretur; de ipſo autem Deo, abs quo tantam materiam dicendi habuit, ferè mutus eſſet; vix labia aperiret. An verò, non multò iuſtius, ſi per hypocriſim ſuum ipſius ingratum ſilentium excuſaret dicens, De Deo audiendum eſſe, non loquendum; quia audiendo, diſcimus; loquendo, docemus: & nemini docere conuenit, niſi ſit magiſter. magiſter autem non eſt, niſi vnus Chriſtus Ieſus? Equidem, prima vox Dei ad hominem, illa eſt, Audi. Hominis contrà, ad Deum illa; Loquere, Vt intelligamus de ipſo Deo, non tam Pythagorico, quàm Dauidico, & omnino, piorum omnium more, audiendum, & tacendum, nobis, prius eſſe, quàm loquendum. Verumenimuerò,

vt



vt eſt tacendi tempus, ſic eſt, & loquendi, loquendi verbum bonum, eructandiq́ ex corde pleno memoriam abundantiæ ſuauitatis Domini,* & offerendi illi vitulos labiorum noſtrorum. Neque verò dubium eſſe poteſt, quin communiter homines, dum diuina docent, & loquuntur, interea, multa quoque addiſcant; quæ, vix fortaſſe, niſi docendi ſtudio, didiciſſent. Vt propterea, in ſermone de Deo, & humiliter, & verè, coniunctum ſit cum munere docendi, munus addiſcendi; Deo ipſo, per Chriſtum Ieſum, qui ſolus non didicit, quod omnes doceret, intrinſecus hos, & illos docente: hoc eſt, & qui ſtudio addiſcendi docent, & qui docendi ſtudio addiſcunt. Hinc, & priſca illa Orphei, numeris, & verſibus ædita theologia; vt arcana quamplurima doceat; tamen ferè tota verſatur in diuinis laudibus, & perorat ſummos illos, quorum libenter diſcipuli veritatis, viri pij, vbique meminiſſe ſolent, æternæ diuinitatis honores. Pythagoras porrò, italicæ olim philoſophiæ ornamentum, & decus; vt nunquam philoſophari ſolebat, niſi prius ceciniſſet Deo antelucanos hymnos; ſic quum ſemel longo ſtudio, ac labore defeſſus, de triangulari forma, neſcio quid ſacrum, & ſecretum inueniſſet; alas animæ forſan, ſubleuatas tenens ad intelligibilem illum triangulum, cuius humana mens, ipſa quoque ternis prædita viribus, imago eſt; tanquam non ingratus numini, immolauit hecatomben. Quin, & ante ipſum, Mercurius omnium apud Aegyptios diſciplinarum præceptor, vt more perpetuo, ſiue ſciendi, ſiue dicendi, ſiue viuendi præceptiones inſtitueret, ſuſcipiebat vota, & ſacrificia perſoluebat; ſic ſcripturus theologiam illam gentium, quam ab eo inchoatam diuinus Plato, apud Græcos perfeciſſe, & conſummaſſe viſus eſt, omnia librorum ſuorum monumenta, auſpicatus eſt à maieſtate, à potentia, & ſapientia Dei. Quem librum, elementum eſſe voluit, & exordium, omnium ſermonum de rebus diuinis. Indicat titulus, vel inſcriptio græca, Pymander, Ποιμὴν ἀνδρῶν, Paſtor hominum: vnde Plato illud accepit, Vt armenta, & greges non ſine homine; ſic nec ipſos cœtus hominum fæliciter paſci, & regi poſſe ſine Deo. Quod profectò, ſicut ad agnitionem animi, in primis res eſt pulcherrima; ſic

ad

ad moderandam religionem, eſt præ cæteris omnibus neceſſaria. Quis eſt autem, qui ignoret, quantus ſit apud illum ipſum diuinum Platonem, ſermo de Deo, ſupra ſermonem de duobus illis alijs rerum principijs, Hyle, & Idæa? Non eſt prætereundus Maximus, Tyrius, Platonicorum omnium delitiæ, qui ſermonibus illis verè aureis, quos de altiſſimis totius philoſophiæ quæſtionibus, tanta ſuauitate, varietate, & breuitate condiuit, vt videre videaris

Melle ſaporatas, & medicatis frugibus offas.

verè non tam mandendas, quàm vorandas, initium dedit à natura ipſius diuinitatis. Titulus enim primi ſermonis eſt, Quid eſt Deus? Peripatetici autem, propter methodum, quam in omnibus ſeruaſſe viſi ſunt, ipſis etiam Platonicis, ſubtiliores habiti; dum, non tam religionem, quam rationem aurigam, ſequuntur, & ſenſum, ſcientiamq́; potius, quàm virtutem affectant, & doctiores, eſſe, & videri ardentius cupiunt; in ipſa rerum cognitione, aſcendentes per ipſas naturæ ſcalas, nunquam quieſcunt, donec ad cauſam cauſarum, quæ Deus eſt, perueniant. Apud quos, celebre eſt, vt ſi omnia citra Deum, exquiſitiſſima rationum ſubtilitate, vſque ad altiſſimos receſſus, reconditasq́; latebras, ſumma cum omnium admiratione cognouerimus; fieri tamen vllo modo non poſſe, vt hominis mens, aliquando venari ceſſet: immo verò, oportere, vt, quò ipſi Deo fuerimus propinquiores, eò acrioribus ſtimulis agitati, irrequieto corde, per illius veſtigia, ad ipſius cognitionem, velocius, concitatiusq́; feramur. Denique, Marcus ille noſter, & philoſophiæ, & gloriæ tam Lycæi, quam Academiæ æmulator; quum, ad decus, & laudem vrbis, & orbis Romani, intereſſe exiſtimaret, res tam graues, atque præclaras, non Græcis ſolùm, ſed & Latinis literis contineri; ideoque, ad totam philoſophiam, & ad omnes illius partes, & membra, patrio ſermone explicanda, quanquam verò, vt ille inquit, quod ſecum ipſi quoque dolemus, ſe totum tradidiſſet, non aliunde ſibi viam fecit, ad aperiendos philoſophiæ fontes, quàm ab altiſſima illa quæſtione de natura Deorum. Ratus admirabili illo ſuo, & penè diuino ingenio, non ob aliud ferè, multa eſſe, apud vtriuſque ſectæ philoſophos, non

dum



dum ſatis explorata, quàm quòd perdifficilis adhuc eſſet, & obſcura quæſtio illa, de natura, de forma, de figura, de loco, de ſede, de actione, deq́; vita Deorum. Quæ ſanè omnia, niſi prius ſoluta fuerint, nullæ de natura, nullæ de moribus quæſtiones, ſolui queant; illis porrò apertis, nihil eſſe opertum, aut obſcurum: adeo ſibi inuicem omnes, & ſingulæ quæſtiones nexæ, colligatæq́; ſunt, & ab hac ipſa prima, præcipuaq́; dependent, quæ Deum petit, & naturam Dei. Et profectò, vt iuxta Ciceronis ingenium, hoc ipſum diuinæ hiſtoriæ corpus, & ſingula quæque illius membra, non cæſim, ſed punctim attingamus: omnes quæſtiones, De natura, ſiue inſtituta, ſiue deſtituta, ſiue reſtituta, De peccato, ſiue parentali, ſiue proprio; atque adeo de culpa, de pœna, de reatu, de vitio, & omnino de malo; quæſtiones De lege, æterna, naturali, humana, diuina, noua, veteri; omnes quoque De gratia, qua homo ſupra omnem naturæ ordinem in Chriſto, & per Chriſtum conſtituitur, & quaſi nouè creatur, vt meritò dicatur noua creatura; cuius eſſe, diuinum; cuius opus, meritum; cuius finis, æternum premium; Sed, & De gloria, in qua erit conſummatio gratiæ, fruitio Dei, ſocietas ſanctorum, hæreditas, & dominium omnium rerum: Nam omnia veſtra ſunt, inquit Apoſtolus: Omnes inquam quæſtiones, ò viri docti, quæ ad hæc vel omnia, vel ſingula pertinent, de quibus ab initio ſumma diſſenſione certatum eſt; non ne, pietate erga Deum, & religione ſublata, vel nullæ prorſus ſunt, vel rectè diſſolui non poſſunt? & vniuerſum hominum genus cogunt in grauiſſimo errore, & in maximarum rerum ignoratione verſari? Nam, ſi non eſt Deus, à quo inſtituti ſumus? cui naturam ipſam debemus? à quo leges accepimus? in quem peccauimus? in quem credimus? quem colimus? cui placere ſtudemus? cui, honores, thura, preces, vota, ſacriſicia, adhibemus? cur tantopere laboramus, vt boni ſimus? abs quo bonitatem, diſciplinam, & ſcientiam expectamus? Non ne verò eſt inanis fides, inanis religio, inanis virtus, ſi non eſt Deus? Sane Fides eſt quæ credit in Deum; Religio eſt, qua colitur Deus; vera, & perfecta virtus, quam infundit Deus: qua vtimur in gratiam Dei, vt ſeruiamus Deo, & accipientes tandem

dem

dem gratiam pro gratia, admittamur ad conſortium gloriæ filiorum Dei. Dolo ne vos cœpimus, quum ſimus aſtuti? An veritatem nudis verbis aperuimus, quum ſimus Υήσιοι? Quocunque te vertas (ò homo) ſiue ad ſcientiam, ſiue ad virtutem, ſiue ad veritatem, ſiue ad beatitudinem, neque ſcientiam habere, neque ſecundum virtutem operari, neque aſſequi contemplationem veritatis, neque demum eſſe beati poſſumus, ſine Deo. Deus, ſcientiarum dominus eſt: Deus, eſt dominus virtutum: Deus, eſt prima veritas: Denique, Deus eſt ſummum bonum. Ex ſe ipſo magnus, potens, bonus: Ex ſe ipſo dominus, beatus, & fœlix, immortalis, inuiſibilis, ipſiusq́; vniuerſitatis rerum amor, decus, gratia, gloria,

Principium, finis, cauſa, vis, numerus, ordo;

cui natura paret; qui peccatum vſque adeo temperat, vt cooperetur etiam in bonum electis ſuis; in quem directa eſt lex: qui in terris gratiam diuidit in beneplacito ſuo; & ſupra cœlos, per gloriam, transfert filios, in conſortium naturæ ſuæ. Quis ſcit, ſi fortaſſe huc ſpectat Dauidica illa ſententia, Vanum eſt vobis, ò mortales ſurgere ante lucem? Ante almam inquam hanc lucem cognitionis Dei, vnde omnis lux, & omnis ſplendor exoritur, Vanum eſt ſurgere ad ſtudia, ad opera, ad lectiones, ad ſcriptiones, fidei, religionis, virtutum, morum, doctrinarum: omnia ſanè in nos promanant ex Deo. Deus eſt magiſter hominum, Deus eſt author omnium. Hinc, & illud apud Ethnicos

Εχ διὸς ἀρχώμεθα,

Et illud

A Ioue principium.

Dubium ne verò eſſe poteſt, quin doctrinæ bonæ omnes ſint à Deo, tametſi quæ naturalia tractant, communiter naturales, & humanæ; quæ verò diuina, ſolæ, diuinæ dici ſolent? Scriptum eſt enim, Omnis ſapientia à domino Deo eſt. Itaque vt concludam, quum viderem, quàm ſit mundo neceſſaria, quàm ſuauis, & iucunda, hæc bona lux agnitionis Dei; vrgebar ante omnia, cogebar, impellebar, & diuiderem lucem à tenebris, vt diſcernerem inquam Deum à Dijs; Deum

verum,



verum, à Dijs falſis; Deum naturalem à factitijs, & fictitijs; à Dijs, quos populi, olim, ſuis ipſorum manibus, ex auro, argento, & argilla fecerunt; & ab illis, quos, hæretici ex nihilo, & pro nihilo, ſuis ipſorum ingenijs, & vanis cogitationibus, quotidie ſumma temeritate, & impietate confingunt. Quid porrò iuuat ſcire, quòd Deus ſit, quod illæ etiam gentes neſcientes loquuntur, & fatentur inuitæ; quarum oculos error, aures deceptio inuaſit; niſi & illud ſciamus quamobrem Deus ſit: nimirum vt mundo præſit, vt rebus noſtris interſit, vt ab adminiſtratione, & cura non vacet, vt nihil non agat, nihil non moliatur, vt ab ipſo principio ad infinitum tempus, omnia quæ facta, conſtitutaq́; ſunt, regat, moueat, ſeruet. Hoc ſiquidem eſt piorum virorum refrigerium æternum, lux iucundiſſima; pabulum dulciſſimum, & ingens velut cornu copiæ vniuerſæ fœlicitatis. Nemo putet, me in capite libri ſcripturum de Deo, vſque adeo, vel cæcum fuiſſe, vt pericula non viderem; vel tam incautum, vt prorſus negligerem. Videbam, timebam, imò & anxia ſuperſtitione, ex nomine meo, triſte omen accipiens, illud verebar, ne in me vel maximè competeret,

Quod pater omnipotens, rerum cui ſumma poteſtas
Inſit,

Quid tu exaltas cornu, & ſublimibus oculis, tentas videre delicias meas? Quid arcanum diuinitatis meæ, inuulgare audes per os tuum? Sed (vt verum dicam) inter duo poſitus eſſe videbar. Viri Fratres (ò ſeruitutem, ò quauis ſeruitute diriorem neceſſitatem:) Oportebat enim, vt, vel in ipſum Deum, & religionem, importuno ſilentio eſſem inofficioſus; vel ſcribendo de tanto numine, in me ipſum periculoſus. Et æquum fuit profectò, vt mallem periculosè facere, quàm turpiter delinquere. Itaque tandem, quod antea multum, diuq́; & mecum, & cum amicis meditabar, & concoquebam; prius quam ingrederer in ingentem hanc arcam ſcripturarum, vbi tanta frumenta teruntur, triturantur, excutiuntur; priusquam aſcenderem ad quinos illos, vnde tantum lumen, vbiq́; funditur, diuinarum rerum apices; nullis parcens laboribus, nullis ſudoribus,

vigilijs,

*vigilijs, ſtudijs; inde multa ſcribendi, vnde, & multa addiſcendi, curioſus, & in ipſa quoque curioſitate, vt cum ipſo Cicerone græcè dicam, ὀξυπεινὸς; deliberaui ſuſcipere ſermonem de illa ipſa natura; non, vt Cicero dixit, Deorum, ſed (vt pij omnes ſentiunt, & loquuntur) ipſius Dei. Ecquid reſtabat, amplius, ſublimius, occultius, quod attingeret, quod tractaret, de quo diſſerere auderet puluis, & cinis, pulex viuus, canis mortuus, homuncio, foris acutus, intus cæcus? Equidem, dum paululum reſpiro, vix ſcio, an dicere debeam, Congaudete, an condolete; Miſeremini, an congratulamini; Deſiderium agnoſcite, an errori ignoſcite. Nam, quis referat, quoties ego ipſe, laſſus corpore, & feſſus animo, in tam ſublimi, & profunda, quæ, me dies ac noctes tenebat meditatione diuinarum rerum, quum iam exijſſet ſermo inter doctos viros, de hac ipſa mea diuinæ naturæ ἀληθογνωσία, me tantam de Deo prouinciam ſuſcepiſſe vehementer dolebam; Pudebat, pigebat, tædebat, & ferè cedens oneri, interdum verebar, ne de me tandem aliquando diceretur, Ecce homo, qui cœpit ædificare, & non potuit conſummare, Certè, non rarò expaui, non ſemel expallui, ſæpiſſimè velut in lucta ſuccubui; aliquando, penè totus contabui, emarcui, exarui; ita, vt ad me ipſum conuerſus, dicerem, Nec fortitudo lapidum, fortitudo tua, nec caro ænea, caro tua; nemo carnem ſuam vnquam odio habuit, ergo & tu, carnem tuam, vide, ne deſpexeris. Verumenimuero, debilitatem hanc meam ſuſtentauit ad hunc vſque diem, ille ipſe Deus, cuius vnius gloriæ, ſuo ipſius dono, inuictus & fortis, ſpiritu & corpore, ſeruiebam. Et ecce nunc, Deo gratias, caput exerit in ſpe præter ſpem, hæc noſtra theologia; ſermo inquam de Deo, vt viam faciat currui, qui hac tranſiturus eſt, ſi longiora vitæ ſtamina nobis neuerit Deus, de operibus diuinis. Nam, quum viderem, me petere ardua, tentare periculoſa, ſcandere inacceſſa; difficilia inquam ſcribere, ſecreta inuulgare, ineffabilia loqui; ex toto inhibui curſum hiſtoriæ, & totum me dedi ad ſcribendum de Deo, vnde deducta eſt & ordinem habuit omnis hiſtoria. Quid mihi eſt in cœlo, & à te quid volui ſuper terram? Tu, Tu, Deus meus, Tu pars mea, Tu meditatio cordis*

*mei*



*mei Deus in æternum; quem agnoſcere ſapientia, quem amare virtus, quem videre fœlicitas eſt. Suſcepi autem, tractaturus de Deo, iter dierum trium, vt extra Aegyptum illam, Deorum figlinam, in vaſta ſolitudine, profanis hominibus, qui non vnum, ſed multos Deos venerantur, inacceſſa, incognita, vna cum filijs Iſrael, ipſi quoque, myſterio, non litera Iſraelitæ, dedicaremus, & ſacrificaremus animas noſtras, hoſtiam viuam, & placentem Deo Aeterno, Vero, & Viuo. Et primus quidem labor peregrinationis noſtræ, primus inquam liber huius operis noſtri, eſt de Diuina Aeternitate, vt res & vox Aeternitatis quum audita fuerit mox eludat inopiam illam, & inſanam quæſtionem, qua Ἀθέοιται confuſi quidem, ſed non correcti, adhuc quærere pergunt, Sit ne, an non ſit Deus, quaſi propter eorum ſophiſmata, vel ſolui non poſſit, vel certè nondum ſoluta fuerit, prima illa quæſtio de Deo, An eſt, quum alioquin teſtimonia Dei, etiam videre nolentibus manifeſta ſint, nam cœli ipſi oſtendunt, ſtellæ prædicant, elementa loquuntur, canunt volucres, muſſantq; ipſi etiam piſces maris, & inter ſyluas indicant patulis ramis rigidæ Quercus, & rudes Fagi. Secundus porrò liber, ad interiora deſerti progrediens, diuinæ naturæ veritatem aggreditur, vt ſi verè ab homine mortali dici non poteſt quid ſit Deus, curioſis ſaltem aliqua ex parte ſatisfiat, quum verè dictum fuerit, quid non ſit Deus; Quod inquam non numeretur inter ea quibus aliquid deeſt, vel deeſſe poteſt, & tamen non conſtet partibus, ſed ſit ſimplex, atque adeò ipſa puritas, & ſimplicitas, ab omni prorſus miſtione, compoſitione, multitudineq; alienus; neque verò ob ſuam ipſius tantam ſimplicitatem, ſit res fluxa, & euanida, ſed firma, conſtans, & ipſa firmitas, conſtantia, immutabilitas: his enim tribus integritate, puritate, firmitate, perficitur ratio veritatis, vt propterea nihil in omni natura abſolutè, & ſimpliciter, verum ſit, ſed ſolus Deus ſupra omnem naturam. Hinc enim Parmenides, quum de ipſo Deo, altiſſimè, & veriſſimè (vt ſibi videbatur) ceciniſſet, locuturus deinde de rebus naturalibus præfatur,*

*Hactenus, & veri mentem, intemerataq; verba;*
*Nunc res, mortales, carmen quoque ſumito fallax.*

 *Tertio*

Tertio tandem libro, quo conſummationem accipiunt labores noſtri, Vita ipſius Dei venas aperit fecunditatis diuinæ; & , vt ſignatè dicat, inter tot Deos, quos ab orbe condito coluit orbis terræ, Quis nam eſt Deus (ſanè, hoc illud eſt, quod vltimo loco quæri ſolet, de re aliqua confuſè agnita) oſtendit vitales origines, ideoq; perſonas in natura Dei, & motiones proprias diuinarum perſonarum, quæ ſunt Pater, Filius, & Spiritus ſanctus, vnus, & ſolus Deus, Aeternus, Verus, & Viuus, in ſe ipſo bonus, in operibus magnus, in iudicijs metuendus. Sanè verò euacuata hydria Euangelij, quæ continet metretas haſce ternas, ipſi quoque omnes, viri pij, læti, & ouantes, videbitis ante pedes veſtros proſtratum, extinctumq;, & iacentem, ἀθεότητα, πολυθεότητα, καὶ ψευδοθεότητα, vt omnino ad ipſius Dei gloriam vna & trina diuinitas per ſæcula viuat, vincat, regnet, imperet; id quod vniuerſa Chriſti Eccleſia per ſingulos dies, & horas, vno ſpiritu, & vna fide deſiderio deſiderat, expectans expectat, vt tandem aliquãdo impleatur; nã & in ipſis myſterijs, & in orationibus, hi ſunt tituli, hæc elogia, quibus Deũ veneratur, colit, adorat, Aeternitas, Veritas, Vita. Vnde illæ voces Liturgiæ, Offerimus tibi Aeterno Deo, Vero, & Viuo. Oportuerat quidem, has tantas cæleſtium diuitiarum opes, effundere oratione perfectè diſerta, & eloquentiſſima, plena luminibus ſententiarum, atq; uerborum; quæ ſi uenerandam illam diuinorum oraculorũ maieſtatem non imitaretur, ſaltem illi proximam patrum noſtrorũ antiquitatem redoleret; ut tam lautum, atq; magnificum conuiuium, apparatu quoq; mundiſſimo, & ſplendidiſſimo exhiberemus; ne materia quæ tantam habet dignitatem, et laudem, à ſcriptore dedecus, & notã accipere videretur. Sed enim, & theſaurus rerum, et torrens verborum, maiora ſunt, quàm vt ea ipſi, vel valeamus præſtare, uel audeamus polliceri; quibus magno lucro futurum eſt, ſi noſtra hæc τεκνογονία à probatiſſimis uiris, aut inſcitiæ, aut infantiæ non arguatur, quaſi repẽs humi, quaſi nullo rerum pondere, nullo ſententiarũ delectu, nulla verborum proprietate, denique nulla varietate lectionis ornata, ſed omnis artificij pauper & inops, neque attentionem parare, neque ſatietatẽ diſcutere lectoribus poſſit. Libenter agnoſcimus, & religioſò iureiurã-





do teſtamur, Viri, hæc tanta res digna erat, in quam multò antè nos ſeſe exercuiſſent fæliciora ingenia; Quæ etiam eripuiſſent me tam multis, forſan & inuidioſis laboribus, humanum genus magna ex parte tædio, errore, ignorantia liberaſſent, veritatem denique ipſam à periculo, ab exilio, ab obſidione fortiſſimè defendiſſent. Quod dum mecum reputo, vix poſſum non magnopere admirari tam multos egregios, et luculẽtos ſcriptores, qui nihil non dicunt aptè, diſtinctè, ornatè verè μελίγλωσσοι, verè μελίφθογγοι, varias gentiũ regum, Cæſarum, hiſtorias mãdaſſe literis, & ſtylo ipſo à temporis ædacitate, hominumq; obliuione vindicaſſe, paucos noſtris ſæculis extitiſſe, qui idem officiũ, æterno illi, et ſanctiſſimo numini, ſibi præſtandum eſſe putauerint. Ruſtica, iudicio meo, querela tua erit, O bone vir, quod ipſe feſtina ambitione præuenerim, & meliorum ſcriptorum locum importunus occupauerim, eripuerimq; (vt aiunt) clauã de manu Herculis. Nã viri magni quibus ipſi aſſurgimus, quos veneramur, quibus cõparati (verum dico) vix locuſtæ videmur, quum viderint tantulum hominẽ, tam ingens uerſare dolium, quod certè herculeũ robur deſiderat, herculeumq; laborem, piè (vt par eſt) accurrentes opem ferent; &, ne diuinis rebus, atque in primis ipſi Deo, tam inſignis per mè iniuria fiat, ſi ſacros hos nemorum ſaltus, non violare, non conuellere, ſed piè cedere, dolare, polire benè cæperimus, religionis ſtudio perficient inchoata; ſi ſecus, errata noſtra corrigere, & emendare curabunt, futuri tanti operis, & tantæ molitionis non ſocij, ſed patroni. Non acquieſcis mi Frater? Acquieſce

Nam niſi iuſta tua eſt, iuſta querela mea eſt.

Illud vnum tamen dicimus, fide bona, & cõſcientia non ficta, conatos nos eſſe, quoad fieri potuit, vt ſi non decôre, at certè quàm minimè indecóre, Deum, diuinaq; loqueremur, neque tam fuiſſe intentos vt multa congereremus, quàm vt pauca multum digereremus. Itaque vigilanter obſeruantes, quid in canone ſanctarum ſcripturarum contineatur, quid hauriatur ex receptis, & probatiſſimis catholicæ, & apoſtolicæ Eccleſiæ dogmatibus; quid ex conſenſu patrum, & pijs opinionibus vulgatis, demum quid plerique, tam veterum, quàm recentium ſiue diſputationis feruore, ſiue pacis ſtudio, magis quàm ex animi

*ſententia, & ſtudio veritatis inquirendæ dixiſſe, & ſcripſiſſe videan tur, adhibuimus non ſuperbum, & durum, ſed fidele, ſyncerumq; iu= dicium, neque enim ignoramus oraculum illud, Si rectè offeras, & non rectè diuidas peccaſti, neque animalia immunda ſumus, vt vn= guibus inſectis literas voremus, ſenſu non ruminemus. Circunciſa de= nique humani ingenij redundantia, quæ ne parum multa ſcire videa- tur, philoſophatur aliquando in erroribus, ſcrutatur ſæpe ea, quæ ad rem non pertinent, ea quæ ſcire non intereſt hominum, & ea interdum quæ humanæ vix capit coniectura mentis, illis quoque omnibus, noſtra quaſi falce amputatis, & reſectis, quæ & in rebus, & in verbis, vel aduerſa, vel diuerſa à Patribus, caſtè & ſobriè, ab amicis paulò cu= rioſius, à cæteris nimia contentione tractata ſunt, vnde illa tandem creuit magnarum quæſtionum immenſa moles, qua theologica veritas non obruta quidem, ſed magna ex parte, delicatis ingenijs, quæ ſeuerio- ra ſtudia pati vix poſſunt, obſcurata fuiſſe videtur, neglectis porrò in totum genealogijs interminatis, quibus omnis hiſtoria in nominibus, in locis, & in temporibus, ſæpe confundi ſolet; maximè verò omnium prætermiſsis, tam vocum, quàm rerum profanis nouitatibus, quibus ad fouendas hæreſes nihil potentius eſſe ſolet, ea ipſa ſolum, quæ ad diui= narum rerum integritatem, & ad chriſtianæ doctrinæ ſanctiſsimum corpus pertinent, nobis enarranda putauimus. Certè enim neque viris prudentibus mos eſt, aut quouis cibo veſci, aut vbicunque expatiari, aut quamlibet monetam in theſauros recondere. Præter hunc autem delectum, & iudicium, quod in tanta machina adhibendum fore ne= ceſſarium duximus, ne nobis quidem, neque noſtro labori pepercimus, vt ſummo ordine, & exacta diligentia colligeremus res vagè diſper= ſas, & diſiectas, de quibus ſi non ornatè, & politè, diſtinctè ſaltem, & diſtributè diceremus, & inſuper quod Diuus Paulus præcepit, ha= beremus in omnibus formam ſanorum verborum. Non ſtuduimus moroſitati contractionis, aut breuitatis, quam non ignoramus in vni= uerſo corpore orationis, vix vllam habere laudem, ſed incubuimus to tis (vt aiunt) neruis diſpoſitioni, & perſpicuitati, filoq; potiſsimum, & conſequentiæ rerum, vnde omnis hiſtoriarum veritas, etiam ſi in te=*

nebris



*nebris diu ſepulta iacuerit, ſeipſam tandem, velut inuicta, mundo ape rit, & declarat. Fabulæ vox illa eſt non hiſtoriæ, O viri*

*Quò me cunque rapit tempeſtas deferor hoſpes.*

*Egimus demum, quemadmodum & oportuit, proprijs ipſius Theolo giæ vocibus, & verbis, illis tamen dilucidis; vſi ſumus plenis, ſed ta men diſtinctis ſententijs, dictione autem, neque fucata, neque peregri= na, ſed domeſtica & ſyncera; an appoſitè, ego quidem neſcio, vos ipſi iudices eritis. Quòd verò interdum latinis vocabulis Hæbrea, ſæpe Græca miſcemus, dulce, & pingue merum, non in tertia vaſa transfu ſum, ſed ex ipſo torculari expreſſum, vobis propinamus Amici, vt bi batis, vt inebriemini; Turpe verò profectò erat noſtræ Theologiæ ri= uulos tantum conſectari, & in totum fontes derelinquere; præter id, quod de diuinis rebus omnis veritas, effigiata eſt in illa ipſa lingua om nium linguarum matrice, quam diuinitus traditam, atq; ideo ſanctam nihilq; omnino impuritatis continentem, hæbrei docent, & noſtri con= ſentiunt; neque dubium eſſe poteſt, quin ipſæ quoq; pſalmorum oratio= nes quas ad Deum fundimus, vel ob id vnum validiores ſint, & ef= ficaciores, ſi in lingua ſancta pronuncientur; quod ſancti qui eas cecine runt diuino afflati ſpiritu, quæ ſua ſunt cognoſcentes, orent, & petant nobiſcum ad dominum. Diſſentientes autem penitus ab illis, qui cor= rupto & malè ſano iudicio exiſtimant quoſdam rectè loqui quia inuſi tatis verbis vti ſolent, quamuis non ieiuna, & arida oratione, lenti, frigidiq; loquimur, nimirum non abſque αἰτιωλογία, vocamus enim ancillas ad arcem, horridas tamen illas tametſi ex Græcis fontibus de ductas in ſcholarum gymnaſia voces, quarum ingens numerus in ip= ſum theologiæ regnum per contentioſas diſputationes inuectus eſt, quas doctores priſci ignoraſſe videntur, non minus quàm lites, & ſophiſma ta omnia, à quibus ſcientes & prudentes abhorruimus ſemper, pro vi= rili noſtra ſtudioſiſsime declinamus; indignum ſanè turpe atque nefa= rium exiſtimantes, quum in rebus ſit tantus nitor, ſi contra in verbis ſit aliqua fœditas, & ſermonis inſcitia. Profectò verò & Chriſtus ip= ſe, & Chriſti Euangelium, non ſine linguarum ſplendore, & appara= tu, illuxit mundo, & cōſtat varias linguas, ac vires multiplices ora=*

tionis,

*tionis, quæ tanquam clariſsima omnium ſcientiarum lumina, dum Eccleſia naſceretur, nouo & miro quodam fœdere copulata ſunt, quemadmodum olim vindicante Deo diſperſa fuerant, in omni ætate, ad ipſam veræ ſapientiæ dignitatem, et maieſtatem ſuſtinendam, maxima fuiſſe eſſeq; ſemper, & adiumenta, & ornamenta orationis & ſermonis, ut amore blando animorum ferociam inflectat, emolliat, vt ſenſim & leuiter alliciat, et humaniter trahat, ducat, adducat; Vnde illa exclamatio Ciceronis, O omnium regina rerũ Oratio, Cuius profectò uim eximiam, maiorem multò quam mortale pectus ferre queat, potentiorem veneficijs, armis penetrantiorem, uelociorẽ carminibus, nullo alio remedio, quàm vel fuga, vel auriũ obturatione ſuperabilem ſentientes animi, tanquàm agitati, concuſsi, victi, ſponte ſua dant manus, ſeſeq; alacriter ſuauiſsimo illius iugo ſubijciunt, & ita ſubijciunt, vt illigati, catenati auro quidem non ferro, hoc eſt ſponte ſua, non iam proprio ſed alieno arbitrio viuant, tanquàm ſacro furore perciti, vix mente conſtent, ſe ſe & ſua negligant, ſui omnino non ſint, mori velint, ſolui nolint. Vtinam in noſtris labijs, quod de Pericle Eupolis ſcripſit, Pitho illa & ſuadela ſederet, quo magnificentius, de Deo, & proſa, et carmine loqueremur in cuius gratiã (ut dicã quod verũ eſt) neq; poetica mella, neq; oratorios flores erubeſcimus, nihil ueriti virgam illam cenſoriam*

*Negant camœnis, nec patent Apollini*
*Dicata Chriſto pectora.*

*Nam & pijs quibusq; uiris, vt à ſcholarum ſæpe agreſti, & incõcinna aſperitate reſpirent, interdum apud philoſophos interdum apud poetas.*

*Charum neſcio quid libet iocari,*
*Et triſtes animi leuare curas.*

*Ergo (vt tandem προλεγόμενα noſtra finem accipiant) quicunque mortalium inter denſas rerũ tenebras, diu verſati, perpetuoq; aſſueti, nocturnis humanarum ſcientiarum facibus, in altiſsimo illo, & aperto ſacrarum ſcripturarum quaſi cælo, clariſsimam Solis lucem igneis, exuberantem ſplendoribus, in ſe ipſa ſtatim contueri non poſſunt, noſtrã in primis legant Theologiam, & intra noſtras vmbras exiguos admodum & tenues ferant Solis radios, velut in aere, aut in aqua relucentes,*

tes,



*tes, vt ſenſim vegetiores facti, geminas deinde oculorum acies, Aquilarum more in ipſum ſolare lumen intendere; & contra micantes illius flammas contentioſa certamina ſubire, valeant. Nam ipſi quoq; dum liberos noſtros in optimis artibus, & ſcientijs erudimus, ante omnia ſolemus extra libros nobiles, & grandia volumina, docere eos prima illa elementa literarum, quarum notas primum inſculpimus in ceris, et deinde puerorum manus per impreſſos illos literarum ductus agimus, & exercemus, tum paulatim eos prouehimus ad ſyllabas formandas; ad iungendas dictiones, ad componendas orationes. Sanè (vt quidam dixit) abſurdè admodum & ineptè, quæruntur ſublimia ſcientiarum faſtigia, niſi prius addiſcantur literæ, inſtrumenta ſciendi. Humanitatis porrò veſtræ erit, O viri docti, & eloquentes, quorum de me iudiciũ (vt liberè & omni abiecto rubore dicam) ſumma ambitione expetiui ſemper, populi auribus & vulgi opinione acclamationibusq; contemptis, nimirum contentus, paucis lectoribus, ſi forte ad repetendas memoria res prius cognitas, ſcriptionum mearum lectionem non inutilẽ eſſe iudicaueritis, (hoc enim à vobis ſperare fortaſſe non dedecet, maiora certe non decet,) quum res tantas, aut parum compoſitè aut minus diligenter ſcripſiſſe videbor; & in multis hebes fuiſſe, quod parum acutè viderim, in nõnullis cæcus, quod omnino nõ viderim; in veſtros ipſorũ ſinus amicè deſcendere, et intra pectora ueſtra cogitare, quàm ſit difficile de Deo ſcribere et ſcribere libros, libros nõ formicarios, ſed apiarios, hoc eſt nõ collectos, ſed conceptos; nõ congeſtos, ſed digeſtos, Formicarij labores, fateor me nunquàm admodũ delectarũt, in apiarijs exercitijs, viuo, gaudeo, exulto, triũpho. Hæc ſi benigno iudicio veſtro cõſiderau eritis lectores amici, et candidi, non pigebit ingenuũ hominem ingenuè admonere, placidè et ſedate corrigere nõ ſponte ignorantẽ; ferre opem uiro non ſatis per ſe valẽti, et ſanare hominẽ ægrotare nolentẽ. Fortaſſe enim ueſtro ſtudio fieri poterit, ut q̃ in me ſunt exanguia, mortua, obſcura, reddãtur uiuida, exuſcitata, illuſtria; quo tandem ueſtro teſtimonio confirmatus labores manuũ mearũ lætus manducẽ, et cũ ingenti ueſtra laude audiã, Beatus es, et benè tibi erit. Ecquid in hac vita beatius contingere poteſt ſcriptoribus præclaro laudatore? Hoc demũ pulcherrimũ*

eſſe

*eſſe videtur, athletam placere non theatro ſed Herculi, & mimum ſatisfacere non ſcæne, ſed Roſcio. Abſit autem, vt quod omnes cupiunt, vnus ego non cupiam, quaſi ſingularis ille ferus, de quo ſcriptum eſt, quod cum ſcæuo, & violento apro exterminauerit vineam domini* צְבָאוֹת. *Quod ſi aliquis ex vobis Euribiades in nos pugnatior erit, nos illi cum Themiſtocle pacatiores erimus, qui libenter humana ferimus, quia imperfectum noſtrum non ignoramus. Ideoq; cupimus magis à laudatiſſimis viris emendari, quam commendari à vulgo, & tolli in cælum laudibus, ab illis, qui non iudicio, ſed temeritate feruntur, quorum laudatio nihil aliud exiſtimanda eſt, quam blanda quædam (vt aiunt) adulatio Fortunæ; ex qua illi pendent toti qui nihil habent, vt coniunctum cum virtute, ſic ſeiunctum à fortuna. Sed iam ingrediamur, non dico diuinam hiſtoriam, ſed ſeminarium diuinæ hiſtoriæ, atque ideo totius intelligentiæ diuinarum rerum. Et ecce in limine amice lector tibi pacem, atque ideo fidem, ex noſtris Botuntinis finibus oſtenſa præfamur oliua. Quemadmodum enim ea quæ ad moralem philoſophiam pertinent, vſu & actione potius, quàm ſtudio, & eruditione comparantur; Mathematica porrò demonſtrantur euidentia ſenſus; Naturalia quæ Græci φυσικα dicunt perquiruntur rationis indagine; Sic θεία τὰ ὑπέρταλα quæ hominis ſenſum & rationem excedunt ſunt omnino inacceſſa mortalibus, niſi alis ipſius fidei ſuſtentati humeros, dum in ſublime feruntur, deijciant, proſternant, confringant, conterant ſuperbas illas moles cogitationum, excelſas munitiones argumentorum, atque ſophiſmatum, quibus cæca noſtra temeritas nunquàm non ſpirans grandia, ſæpe ſe impudenter extollit aduerſus ſcientiam Dei; & erigit turres & arces, cum propugnaculis impietatis. Hæc eſt prima tinctura, qua tingi debet cuiuſq; hominis animus, vt alios colores, figuras, lumina, imprimente Deo ſuſcipere poſſit; Valete argumenta, valete, Dictum eſt diſcipulis, Audite, non Videte; Auditus eſt ſenſus diſciplinæ; Præſtat non videre, quàm videre. Tibi gratias domine, qui aperuiſti mihi aurem, Ecce audiui, & didici, Ad te venio, Adauge mihi fidem qui adiuuiſti meam incredulitatem.*



# DE DIVINA HISTORIA.

## SIVE

## DE DIVINAE ESSENTIAE ÆTERNITATÆ.

## *LIBER PRIMVS.*

## CORNELII MVSSI EPISCOPI BITVNTINI.

*Deum ipſum, mundi opificem, & totius vniuerſitatis Architetum, neque cum mundo, neque ante mundum, incæpiſſe, ſed ab omni æternitate, nunquam non fuiſſe.* C A P. I.

A PRINCIPIO igitur, Antè mundi olim naſcentis, nunc nouiſsima iam ætate ſeneſcentis, alta illa primordia; quum eorum omnium, quæ cœli, & terræ ambitu continentur, nihil extaret; nihil cõditum eſſet, vel ſupra cœlum, vel infra terram; & ne cœlum quidem ipſum, aut terra: Antè diuinã illam, & admirandam molitionem, quam poſt geminas annorum chiliadas, & ternas centurias, ami-
B cus Dei Moſes, ad exuſcitandam in animis hominum memoriam tantæ nouitatis, ſumma fide, Spiritu ſancto dictante, conſcripſit. Vno vniuerſæ naturæ ſpiritu, vnaq; voce, quam, nunc tandem, audiunt ipſi quoque montes & valles, ſaxa, ſolitudineſq; reſpondent; erat immortalis ille, & inuiſibilis, ſęculorum omnium Rex, & Dominus, & longa laude canendus Deus. Ille, inquam, verus, & viuus Deus, rerum omnium princeps, fabricator, & quaſi parens; quem, hoc ipſo etiam nomine, maiorem, melioremq;, & mirabiliorem, exiſtimare par eſt: EX QVO omnia oriuntur; PER QVEM,

omnia formantur: In Qvo, omnia continentur, & ſeruantur. Qui, li- E
ber à ſeculo, ſolutus à tempore; omnibus noſtris temporibus, & ſeculis,
infinito quodam ſuo ipſius ſeculo, ſuperior, ſublimior omni ſublimitate,
omni latitudine latior, longior omni longitudine, denique, & omni pro-
funditate profundior, adeſt ſimul mundi partibus omnibus, cœlo, terræ,
mariq;. Vnus, & immenſus; omnia, & non mistus; exiſtens vbiq;, ſine
loco: agens omnia, ſine motu; creans, & faciens ſolo verbo; & non lo-
quens, niſi ſemel, vnum verbum. Quod quidem, quum ſit ſplendor, &
decus, conformatioq;, & figura ſimillima æterni parentis, nihil reliquit in
vniuerſa natura rerum, quod præclara illa, & immenſa ipſius Dei gloria,
non vndequaque illuſtretur, ac ſplendeat: quod, aſpicientibus non oſten
dat impreſſa veſtigia diuinitatis: quod, etiam audire nolentibus, non mi- F
ris modis, Deum clamet: vt, dum oculis carnis, intuemur ea, quæ facta
ſunt, excalefacti, ad eum ipſum, qui fecit, perindè ac ad magnetem cha-
lybs, & amore, & contemplatione rapiamur. Non eſt hic Deus, Oſyris,
aut Serapis, ò ſublimes animæ; non aliquis Iupiter, Pluto, Neptunus: non
numeratur cum Deo Socratis, inter Lares, Genios, Heroas: nō inter Deos
patrios, domeſticos, tutelares: neque refertur in codicem, cum innume-
rabilibus illis Dijs, certis, incertis, notis, ignotis, vrbanis, ruſticis, nauticis,
militaribus: deniq;, nihil illi commune cum omni turba Deorum, quos,
vel deluſa barbaries ſuſcepit, vel græca læuitas confinxit, vel impietas ro-
mana coluit, adorauit. Iſti Dij pereant, qui cœlum, & terram non fece-
runt. Hic, eſt ille ipſe verus Deus; quem, liber creaturæ docet, liber ſcri- G
pturæ teſtatur, quem annunciat lex, prophetia oſtendit, Spiritus reuelat,
Apoſtoli tradunt, Eccleſia ſuſcipit, & credit iam vniuerſus orbis. Veh il-
lis, qui negauerunt dominum, & dixerunt, Non eſt ipſe. Ecquod com-
mercium profectò, cum ipſa natura diuinitatis, habent Dij recentes, &
noua Dæmonia? quæ, timor fecit, error finxit, æſtimatio inuexit, labora-
uit ars, caſus tulit, natura protulit, ſuperſtitio tenuit, tēpus aboleuit. Deus,
quem loquimur, quem laudamus, cui nunc ſcribendo tributa pendimus,
non ideo eſt Deus, quia hominibus cognitus; immo, ideo eſt natura igno
tus, quia eſt natura Deus: per ſe ipſum Deus: ante quem non eſt formatus
alius Deus. Verè, Deus Deorum; magnis Dijs melior, meliorum opti- H
mus, optimorum maximus: &, vt Diuinæ Hiſtoriæ, Philoſophi, & Poe-
tæ, famulentur, ac ſeruiant:

> Παντῶν σωθὴρ, καὶ γενέτωρ.
>
> *Nec viſu facilis, nec dictu effabilis vlli.*

Quem, homo, diuinum animal, quum in ſeipſum reflectit oculos men-
tis; tanquàm illius imago, & ſuperſcriptio, cognoſcit, ac recognoſcit, ma
ieſtate ſanctiſsimum, exuperantiſsimum viribus, pulcherrima ſpecie, au-
thorem immortalitatis, virtutem, & robur omnium virtutum: ſegrega-
tum porrò (vt Marcus ille, Romanæ philoſophiæ ſplendor, elegantiſsimè
dixit)



A dixit) ab omni concretione naturæ mortalis; ſentientem omnia, per ſubti-
litatem naturæ, & ſpiritus; agitantem omnia, poteſtate virtutis: authorita-
te, ſingula regentem, & gubernantem: denique, pro incredibili benigni-
tate, & clementia, nihil non fouentem, & cuſtodientem. Vos conuenio,
vos appello, O gentes, quæcunque eſtis, cuiusq; linguæ, cuiusq; ordinis,
ætatis, profeſsionis, & ſtatus; Nos, ſi inſanimus, Deo inſanimus: ſi ſapi-
mus, vobis ſapimus. Conferte (ſi placet) conſiderate, attendite, medita-
mini, quæ vobis iudicanda proponimus. homines enim eſtis. Et quidem,
dum priſcis temporibus, de rebus religionis diſputarent, vel Iudæus, &
Chriſtianus, vel Catholicus, & Hæreticus; vno vtriuſque partis conſenſu,
ſæpe deligebatur vir prudens inter Ethnicos, qui, quò liberior, eò incorru-
B ptior eſſe poterat, vniuſcuiuſq; ſermonis, ac diſputationis arbiter, & quaſi
iudex: Tandemq;, diſsipata, ac diſperſa, quaſi puluereà vento, aduerſa ſen
tentia; quum (de more) victoria penes nos eſſet, eueniebat, vt ille, qui ſe-
debat medius, & plerunque, à noſtris placitis, magis quàm ab alienis, ab-
horrere videbatur, præter omnem indoctæ plebis expectationem, ad nos
deficeret; & magno piorum omnium gaudio, & plauſu, diuino ſpiritu
plenus, noſtram cauſam, opere, & ſermone tueretur, aſſereret, confirma-
ret: tanta fuit, eſtq;, & erit ſemper potentia veritatis. Cur autem, non id-
ipſum quoque, de vobis nunc omnibus, ipſi etiam confidere debeamus?
præſertim, quum, neque de Euangelio, neque de lege, neque de Moſe,
neque de Chriſto, adhuc inſtitutus ſit ſermo hic noſter; ſed de Deo ipſo;
C qui longe eſt ab vno quoque noſtrum, cui omnis natura militat; cuius gra
tia, omnes vbique homines viuimus; quem ſpiramus, quem auribus, ocu-
liſq; haurimus; ſine quo, neque mouemur, neque ſumus: creati ab ipſo, &
ad ipſum; vt quem ſpiritum ab illo immerentes accepimus, eo repetente,
non ingrati reſtituamus. Adeſto tu mihi, res tantas molienti, ò magne
Deus; & ſit lucerna pedibus meis, verbum tuum. Verbum, quod ipſe im-
menſum lumen, vt tanto fulgore acies oculorum noſtrorum non hebeta-
rentur, ſed illuminarentur, poſuiſti in teſtula carnis noſtræ, & prætuliſti
vniuerſo orbi terrarum: dum ambularent in tenebris ignorantiæ, qui ad-
huc viuebant, & in vmbra mortis, qui iam ad inferna deſcenderant. Ad-
eſto inquam, vt tuo conceſſu, ac munere, illi etiam populi, & nationes, quę
D te non nouerunt, illuſtrem illam, ſemper lucentem, & nunquàm deſeren
tem lucernam, oculis ac pedibus, nimirum fide, moribusq; ſequentes, glo-
rificent nomen tuum; ad te confugiant, ò pater luminum; te quærant, in-
uocent, inueniant, videant: neque enim cerni ab hominibus potes, niſi tu
illis dederis, & aperueris fores luminis tui. Hunc Deum, ò viri pij, & re-
ligionis amantes, (ad vos enim mea tendit oratio, vobis vnis mea ſcribitur
Hiſtoria) hunc, inquam, Deum, quem, omnes gentes, varijs linguis, ſed
vno, eodemq; ſpiritu, & incredibili quadam animorum conſenſione
Τ᾽ Ἀγαθὸν, ὃ πρῶτον αἴτιον, & erumpente ex humanis pectoribus poten-

 tia

tia veritatis, Δημιουργὸν appellauerunt; an non oportuit tandē, nunquàm E
non fuiſſe? nunquàm incæpiſſe? ſemper extitiſſe? vt rebus omnibus, quæ
nondum erant, initium exiſtendi aliquando dare potuerit? Quid enim
poterat, ſi non erat? Ecquid dedit, ſi non fuit? niſi dederit quod non ha-
bebat, niſi fecerit quod non poterat. Certè verò, vt in vnaquaque re, ordi-
ne ſaltem, & ratione, diſtinguuntur; ſic in vniuerſa natura, non ordine, &
ratione ſolum, ſed & re ipſa, duo hæc diſtincta, diſparataq; ſint, neceſſe eſt.
Illud quod eſt, & illud quod efficitur, aut gignitur, Græci, breuiſsimè di-
cunt, Τὸ ὄν, & Τὸ γινόμενον. Etenim, hoc nunquàm eſt; illud, nunquàm
fit; quia, quod eſt, non efficitur, & quod efficitur, nondum eſt. Poſtquàm
igitur, vniuerſum hoc, ſiue cœlum, ſiue mundus, ſiue quo alio nomine gau-
det, nunquàm verè eſt, vtpote, exiſtens ſemper ſub tempore, ideoq; in mo F
tu, & agitatione perpetua, quod & religio, & philoſophia docet; oportet
contrà, vt ſummus ille ingentis huius vniuerſitatis architectus, ex toto per-
tineat ad alterum extremum: ad illud, inquam, quod eſt, ad illud, quod non
efficitur, ad illud, quod, vt non eſſe, ſic non fuiſſe, nulla ratione poteſt. At-
que ideo, vt nunquàm deſinet, ſic nunquàm incæpit, neque cum ipſo mun-
do, aut materia mundi, neque ante mundum, quod multi de Angelis aſſe-
ruerunt, Πλατωνίζοντες; ſed per infinita ſęcula, antequàm aliquid fieret,
omnino extabat: nimirum, origo omnium originum, principium om-
nium principiorum. Et profectò, hoc intelligimus, quum Deum dicimus,
ſiue ſapientes, ſiue inſipientes. Vnum, inquam, aliquod, non in opinione
ſolum, ſed extra animam in ipſa natura, ratum, firmum, & conſtans; quòd G
in eodem ſtatu atque habitu, nunquàm non ſit; quòd ſempiterno tempo-
re ſui ſimile ſit; quod cæteris omnibus rebus, quæcunque fiunt, vt fiant,
origo ſit. Haud dubiè verò, cuiusq; hominis in lucem æditi, initiati, atq;
inſtituti, hoc eſt primum officium; vt hunc ipſum humani generis autho-
rem Deum, cognoſcat, cognitumq; adoret, & veneretur: perſuaſum ha-
bens, & quòd ipſe nos fecerit, & quòd ſibi, non nobis fecerit; vt & ſibi,
non nobis viuamus, quia ſui, non noſtri ſumus. Hoc qui non intelligunt,
abhorrentq; propterea à vera ratione, & cultu Dei; eos, iurè, ac meritò,
viri ſapientes, non homines vocant; ſed vel lapides, inter cæcas latumias,
propter imperitiam, & ruditatem animi; vel fungos, in truncis arborum,
propter ſtuporem, & hebetudinem; aut etiam propter indomitam ferita- H
tem, Onagros inter ſyluas; ſerpentes denique, & viperas, propter inſidias,
& dolos, omnibus venenis nocentiores. Hìc, quid fingis, vt Deum fugias,
impie, Athee? Quid, inquam, fingis, temerarias illas tuas atomos, caſu, &
fortuitò volitantes, concurſantes, conuenientes, cohærentes, vnde facta
ſint quæcunque ſunt? Numerari inter cauſas poteſt, tam caſus, quàm for-
tuna; at verò, & caſum natura, & fortunam voluntas antecedit. porrò, pri-
ma, & genitalis origo rerum, non eſt, ne natura quidem ipſa, aut voluntas;
ſed natura, & voluntate ſuperior, Deus. Ille, eſt cœli, terræq; opifex, abs
quo



A quo omnia habent vt ſint, ſine quo nihil eſt, neque eſſe poteſt. quem me-
ritò, omnia appetunt, ad quem, omnia tendunt, in quo omnia conquie-
ſcunt: qui propterea, ſicut à quouis interitu longè abeſt, ita, vt omni initio,
& ortu careat, neceſſe eſt. O Solon, Solon; ò Græci, Græci; liceat ho-
mini Romano, ea vobis amicè dicere, quæ olim, vir barbarus, in veſtris
etiam libris, ad vos, nimiùm ſuperbè dixiſſe refertur. Quum eſſetis pueri,
& nouè nati, quiſque veſtrum, non niſi noua, & puerilia loquebatur, vide-
baturq; vobis, nihil eſſe veſtris illis Athenis, antiquius. Commemorabatis
fabulas illas Phoronei, & Niobes; Pyrrhæ, & Deucalionis; iacentis mun-
di cineres, & reliquias, tanquam mundi ſurgentis origines: quia ad vos
olim, nulla priſca opinio, nulla cana ſapientia, nulla veræ antiquitatis mo-
B numenta peruenerant. Iam euaſiſtis in viros, & Atticæ veſtræ fines egreſ-
ſi, Aegyptiorum quoque, Chaldæorum, & Iudæorum hiſtorias perlegiſtis.
Ergo pudeat, ſupra puerile ingenium, non profeciſſe maturam ſenectu-
tem: & ſaltem pro veſtræ philoſophiæ dignitate, particulam enim diuinæ
rationis, innataq; ſemina, & impulſus, nemo veſtrum non habet; quod ius,
& æquum eſt, intelligite. Nam, ſi ipſa veritatis inuentio, eſt definitio phi-
loſophiæ, illi omnes indigni ſunt nomine philoſophorum, qui à veritate
ſunt alieni. Quæ porrò veritas, illis clara eſſe poteſt, quibus ſit, an non ſit
Deus, nondum manifeſtum eſt? De totius mundi nouitate, hæſitantibus
quidem verbis, loquitur ratio; in qua, ocia ſecura agit fides; eamq; nobis
Deo geniti filij tradiderunt; nullo territi metu, nullo decæpti errore, nulla
C gloriæ cupidine impulſi; diuino ſpiritu afflati, beati, iuſti, Deo chari; di-
gni quorum nudis teſtimonijs, abſque omni ſyllogiſmo, & argumentatio-
ne, maior, quàm vniuerſis mathematicis demonſtrationibus, tribuatur au-
thoritas. Enimuerò, hanc ipſam antiquiſsimam, ipſius Dei (placet mihi
græcè dicere) Αρχαιότητα, non ſolum fide credimus, ſed ratione demonſtra-
mus; ſed oculis videmus; à natura haurimus; manu tangimus; & niſi ex
cordes ſimus, omnino de ea dubitare non poſſumus.

*Toto tempore, & ipſo quoque æuo ſuperior; DEI Antiquitas, Aeternitas.* CAP. II.

D HVc verò, profectò ſpectat illuſtris illa, & pręclara laus;
pulcherrimum illud elogium, plenum maieſtatis;
inſignis ille titulus, honoris, & gloriæ, quo Deus in
ſacris literis prædicatur. עַתִּיק יוֹמִין, Παλαιὸς Ἡμε-
ρῶν, Antiquus dierum. Non Aegyptiorum, Athe-
nienſium, Romanorum; nō fœlicium, infœlicium;
naturalium, artificialium: non ciuilium, faſtorum,
æqualium, inæqualium; ſed abſolutè, ſimpliciterq; dierum. An verò non
noctium, quia veſpera ante mane? non horarum, quia dies ex horis? immò

 verò,

verò, abſolutè, omnium annorum, & temporum, & ſingularum partium E
ipſius anni, & temporis. Quid eſt enim dies iſta noſtra, qua oritur ſol, &
occidit, & in orbem ad locum ſuum reuertitur, niſi breue quaſi compen-
dium, & epitome quædam, vniuerſi temporis? Sanè, quod partim à natu-
ra, partim ab authoritate, partim à conſuetudine, didicimus; his enim tri-
bus, nititur vniuerſa hæc computandi temporis ratio; quum ipſius anni
quatuor ſint tempora; quibus ſol, diuinæ prouidentiæ miniſter, ampliſsi-
ma cœli ſpatia percurrens, ſubiectum per varias elementorum vires, tempe
rat orbem; abs quo temperamento, videtur inditum nomen temporibus;
in vnaquaq; die, & omnia, vices alternant ſuas; & ſingulà, ſe ſe molli quo-
dam amplexu fouent tempora. Nam, Mane, reſpondet Veri; Aeſtati Me-
ridies; Autumnum refert Veſpera; Nox hyemem. Ex his diebus, heb- F
domadæ; ex hebdomadis, menſes; ex menſibus, anni; ex annis denique
circunuoluentibus, luſtra conficiuntur, & ſæcula: quæ, quid aliud ſunt,
quàm magnus ille, & perpetuus temporum omnium circulus? Vt propter-
ea, mirum non ſit, ſi celebre eſt, & ſacris, & profanis, dicere diem pro tem-
pore. Et quidem, Moſes, ex quo, diuinus ille, ingenij, & doctrinæ Prin-
ceps Plato, ipſius temporis ortum, vt intentè, ſic delicatè, & diligenter in-
tellexiſſe videtur; tametſi, generalem ab initio temporum deſcriptionem
ponebat ante oculos noſtros, in ipſa tamen mundi fabrica, nomen tempo-
ris ſilentio inuoluit, hebdomadam dierum commemorauit; dum aduer-
ſus eos, qui mundum ex omni æternitate fuiſſe, & temerè, & ſtultè defi-
niunt, exertè ſcribit vna die Deum feciſſe lucem, quam appellauit diem, G
velut tenebras ab ipſa luce diuidentem. Altera, cœli firmamentum libraſ-
ſe in aquarum medio, ipſis aquis, ac terra, æquæuis ſummo cœlo, & virtu-
tibus, quę in eo, conditori, hymnos iubilando concinerent, ante huius heb
domadæ exordium, ex nihilo creatis. Tertia porrò, congregatis in vnum
locum aquis, quæ tanquàm inamabiles paludes, omnia obruebant; iuſsiſſe,
vt emergeret, & ſe ſe exereret arida terra. Tum, quarta exornaſſe firma-
mentum Sole, Luna, & Stellis. Quinta, aerem, & aquam, natatilibus, &
volatilibus: Sexta, repleſſe terram, omnis generis animantibus: Demumq;,
formaſſe hominem, & ex illius latere, dum ſopore teneretur, eduxiſſe Hæ-
uam, omnium viuentium matrem: Septima, quam velut omnium vltimã,
humano generi voluit eſſe maximè venerabilem, finem impoſuiſſe opifi- H
cio, & in ſeipſo, requieuiſſe, extra omne opus quod fecerat. Ecquid verò,
ſunt omnes alij dies, in vniuerſo curſu temporum, quibus voluitur mun-
dus, hoc eſt, & qui præterierunt, & qui expectantur, vt veniant, niſi dies
illi primi, in orbem repetiti? Erat igitur Deus, & non recurrebant anni,
neque menſes: non labebantur dies, neque horæ: non agitabant choreas,
nox & lux, neque veſpere, & mane, termini dierum ac noctium, quorum
perpetuis vicibus, primùm in orbe, dimenſa, dinumerataq; ſunt temporum
ſpatia. Nimirum, ipſe Deus, qui ſæcula fecit, qui eſt ante ſæcula, author
fuit,



A fuit, eſtq; ordine perpetuo, moderator dierum, ac noctium: diurnæq;, &
nocturnę illius viciſsitudinis: quæ præter voluptatis gratiam, & iucundita-
tem, tantam vtilitatem rebus omnibus affert, & aufert hominibus tædium,
atque ſatietatem. Eſt quidem mundus ipſe totus, prima illa informi, & in-
compoſita deliniatione, factus antè omnes dies: ſed, non propterea anti-
quus dierum dici poteſt; quem naſcentem, mox excæpit ſacrum illud opi-
ficium ſex dierum; quod græcè vno verbo dicitur Εξαὴμερῶν: opus in-
quam illud, omnium ſapientum, ſtudijs, linguis, ſcriptionibus, commen-
datum ad memoriam ſempiternam: cuius etiam indiuiduus comes fuit ip-
ſum vniuerſum tempus, quod per dierum, menſiumq;, & annorum volu-
mina glomeratur. At verò Deus, qui ea ipſa quoque mundi rudimenta, &
B incunabula, abſque vllo termino anteceſsit, cur non dicatur voce illa Mi-
leſia, Πρεσβύτατος, παλαιότατος, antiquiſsimus dierum, annorum, tem-
porum, ſæculorum? Hæc ipſa tantæ authoritatis, & venerationis antiqui-
tas, cuius nonnulla effigies, vel ſola etiam eminentia, regnis, atque impe-
rijs, quæ ſub cœlo ſunt, tantam affert dignitatem, & ſplendorem; eſt præci-
pua quædam ſingularis, ac verè propria Dei laus: quæ omnes alias laudatio-
nes, omnes honores, & vniuerſam diuinitatis gloriam, occupare videtur.
Vt, qui mundum hunc magnum, velut temporum aream, arenamq; fecit,
& in mundo, per varias temporum vices, ſtatus, atque regna, ordinauit,
diſpenſauit, tranſtulit, antè omne tempus fuerit, antè omnia imperia re-
gnauerit, regnatoresq; omnes, non per aliquot Aeras, Olympiadas, Iubi-
C leos, ſed per infinita ſæculorum ſæcula anteceſſerit. Eſtq; profectò, hæc
ipſa, venerandæ antiquitatis glorioſa fama, & priſca, religioſaq; fides, ve-
lut perpetua quædam, communibus generis humani comitijs, decreta, ob-
ſignataq; decuma; qua mundi opificem ritè, pieq; colentes, antiquiſsimam
illius numinis maieſtatem, tanquàm noui, & nouè nati, demiſsiſsima men
te recognoſcimus. Nam, & hinc permoti Cacodæmones, ab initio Deum
ipſum dignum inuidia putauerunt; quod illi aliquando non fuerint, ipſe
nunquam non fuerit. Vnde, coacti in turbam, facti diuinitatis hoſtes, ęter-
nitatis non tam æmuli, quàm inuidi; bella mouerunt; perpetuiſq; tempori-
bus, hoc ipſo inſanabili inuidentiæ morbo laborantes, nihil non egerunt,
vt Dij ab hominibus crederentur, & diuinis colerentur honoribus; callidi
D nimiùm, ipſius qui eos crearat, ſimulatores, & ſimij. Quæſo vos viri pru-
dentes, quum de ęterno Deo, loquimur; cui tribuendus eſt omnis honor,
& gloria; ne aures veſtrę ab hac ipſa voce antiquitatis, quę omnino vene-
rationem habet, & ad nobilitatem, exiſtimationemq; pertinere videtur,
abhorreant. Nam, ne ipſi quidem Peripatetici, & ſuperſtitioſi quidem illi,
qui ob frequentes tralationes pręſertim, & analogias, ſępe à Platone diſſen
tire ſe dicunt; quum de diuina ęternitate loquuntur, ab hac ipſa, quam ef-
ferimus voce, non abhorrent: quorum eſt pronunciatum illud. Ab anti-
quo principio, non prodire molitionem nouam: quod iamdiu tamen, non

 tam

tam hominum, verbis, quàm ipſa ratione, & potentia veritatis refutatum E
eſt. Dum propriè loquimur, ſenectus eſt priuatorum hominum, qui lon-
gæuam & diuturnam vitam vixerunt, quanquam ( vt cũ romano philoſo-
pho loquar) quid eſt, (proh ſancte Ieſu) quod diu dicere poſsimus in homi
num vita? quæ vapor eſt ad modicum parens, quæ tanquam herba mox flo
ret, & areſcit; cuius dies tanquam vmbra prætereunt. Vetuſtas eſt legum,
tabularum, ædificiorum: quæ etiam ſua ipſorum vetuſtate, conſenuerunt,
euanuerunt, conciderunt. Antiquitas demum, eſt ipſius temporis, ſed-
enim quomodo loquemur humano more, homines cum hominibus, de
rebus diuinis? Non imputetur Deo, ſed homini, quòd ſcriptura cæleſtis,
quum de Deo loquitur, quaſi de homine loqui videatur. Nam, & Deus
vult à populo ſibi erigi templa, & tabernacula, in quibus colatur, & glori- F
ficetur: quum alioquin, ipſe ſibi ſit templum, & tabernaculum: ipſe ſibi ſit
glorioſus, benedictus, & ſuperexaltatus in ſæcula: cuius interminata magni
tudo, per infinitos campos ſine vllo fine diffunditur. Nimirum, Deus, ne-
que eſt manu artificis factus, neque ingenio hæretici fictus, ſed ſuapte natu-
ra eſt Deus, qui vt oculorum conſpectum euadit, ſic, & cogitationum no-
ſtrarum magnitudinem vincit, & ſuperat. Itaque eſt tempus, eſt æuum:
illud mortalium, hoc immortalium: at Deus mortalitate, & immortalita-
te ſuperior; eſt etiam antiquior ipſo tempore, & æuo. Sed quanto interual
lo diſtat antiquitas illa Dei, à cęteris omnibus antiquitatibus? Sanè, omnia,
antiquitate antiquantur, & ſeneſcunt: ideoq; propè interitum ſunt. Sola an
tiquitas Dei, vt & authoritate, & maieſtate eſt venerabilis, ſic & robore, & G
viribus nunquàm ſeneſcit, ſed ſemper florida eſt, & iuueneſcens. Quàm
magnus es Deus, quàm admirabilis, & quantis dignus honoribus.

*Tu puer antiquus, tibiq́ inconſumpta iuuentus.*

Et ſingula, & omnia, vt abs te recedunt; ſeneſcunt, tabeſcunt, marce-
ſcunt; vt ad te accedunt; creſcunt, vigeſcunt, floreſcunt. Ante mundum
igitur, ( vt audiſtis ) per infinita illa diuinę ętatis ſęcula, non erat tempus
neque temporis particula aliqua, non quadrans, non hora, non Ημιώβιον,
non punctum, non momentum, non vncia, non atomus. Quomodo enim
erat tempus, quum non eſſet motus? Quomodo erat motus, quum non eſ-
ſet locus? Aut quomodo erat locus, ſi non erat corpus? Erat' ne verò cor-
pus, ſi non erat mundus, corporum omnium quaſi vas, & receptaculum? H
Non eſt enim corpus extra mundum. Certè verò, ne in cogitationem qui-
dem cadit, vt antè hoc ipſum mundi tempus, quod cœli conficiunt, fuerit
aliud infinitum tempus: quum neque ante motum cœli, fuerit alius motus:
ſiquidem, neque ante cœlum fuit aliud corpus: quando, & Gręci, & Bar-
bari confitentur, regiones cœleſtes eſſe domicilia Dei; nam & Poetę,
Deos canunt,

*Omnes cælicolas, omnes ſupera aſtra tenentes.*

Erat' ne verò vltra mundanum ęuum? ſed quanquàm natura ęui, hoc ip
ſum



A ſum tempus, & viſibilem quoque mundum pręteruolat, cuius etiam ratio,
eſt ipſius temporis, & mundi huius ratione, ſuperior, non Ανάρχος, qui-
dem, at verò Ατέλευτος; ſi tamen nondum prodierant beatę mentes, ne
ęuum quidem ipſum tunc eſſe potuit: quod vel eſt in illis, vel cum illis, aut
certè ex illis, & circa illas, ſi tamen eſt aliud ab illis. Quàm antiquus, Deus
noſter, ò viri? quo nihil antiquius: qui antiquior eſt omnibus: antiquiſsi-
mus dierum, temporum, ęuorum: Non modo enim antè ſolem, ſed antè
ęuum, permanet nomen eius: antè illas inquàm, tot & tantas, ęuitates, ęui-
ternitates, ſempiternitates: antè ſanctos illos ſplendores, antè Luciferum:
antè principium totius ęui: antè initium vniuerſi temporis. Tempore
enim, & ęuo, vt maior, & melior, ſic modis omnibus prior, atque ſuperior,
B & à ſe ipſo ęuum, & tempus ab ęuo, perpetuo ordine ire iubet. Qui, & in
ęuo, & in tempore, omnia, & ipſa quoque temporis pręterlabentia ſęcula
fecit; ſingula diſtinxit, omnia ligauit, rebus aptauit; in mundo diſpoſuit,
& ordinauit: vt propterea mirum videri non debeat, ſi qui ſignauit & cur-
ricula, & curſus temporum, ſi qui temporibus ſpatia, initia, media, perio-
dosq; pręſcripſit, quum tandem voluerit, rotas, & quadrigam totius tempo-
ris ſiſtere poſsit; & ſciat mundum hunc totum ſoluere, qui ligauit. Ecce
vobis, ſancta illa omnibus ſemper colenda, ſuſpicienda, pijs porrò amanda,
deſideranda, & ſperanda omnium ſęculorum primigenia mater, ſyderum,
& totius ęui particeps, atque omnium regina rerum ęternitas: nullis nume
rata cronographis, nullis rationibus computata: quę neque deficere nouit;
C neque ſatietatem afferre poteſt. verè ętas Dei, quę non eſt digna niſi Deo,
& qua non eſt dignus, niſi Deus: antè quem nihil erat, & qui ſi eſſe definе-
ret, aliud quicquam eſſe non poſſet. Qui propterea dicitur Α. & Ω. Al-
pha ſine Alpha: Omega ſine Omega: principium inquam ſine principio:
finis ſine fine. hoc eſt primus & nouiſsimus, ſenex & iuuenis, nec genitus,
nec interiturus vnquàm. Qui à ſęculo in ſęculum eſt ſemper Deus; ab ęuo
ad ęuum; à mundo ad mundum: ante tempus pręteritum: poſt tempus fu-
turum. Deus mundi quem cernimus: Deus mundi quem innouandum
expectamus: nullo non ſęculo Deus, nulla non ętate Deus: in generatio-
ne, & generatione Deus: Deus, quem terrenus ille Protoplaſtes formato-
rem habuit: quem propago perpetua filiorum eius, agnoſcit genitorem:
D quem in illa quam Gręci dicunt Παλιγγενεσία, ſeri nepotes, tanquàm re-
ſurrectionis authorem, venerabuntur, & colent. Deus, qui ſemper erat:
qui ſemper erit: qui nunquàm non eſſe poteſt: omnium rerum pater, om-
nium temporum triumphator, & dominus: cuius, vt magnitudo eſt infi-
nitas, vt natura bonitas, vt voluntas ęquitas, vt vita beatitas; ſic tota ętas,
eſt Aeternitas.

Infinitæ

### *Infinitæ Aeternitatis ipſius Dei, inſignis, & præclarus titulus, Sæcu- lum ſæculi, & ſæcula ſæculorum.* *CAP. III.* E

VOs nunc, dum in altum inuehimur, viri, adeſtote
animis, vt adeſtis corporibus: legite, aduertite, intel
ligite. Nam, ſicut ea, quę, in natura rerum, ſunt pro
pè nihil, præ nimia eorum exiguitate, facilè effugiũt
oculos noſtros, & elabuntur è noſtris manibus; ſic,
quæ ad Deum pertinent, & omnia, & ſingula, pro
ſua ipſorum immenſitate, à nobis neque teneri, neq;
comprænhendi poſſunt. Et quidem, tempus, & mo- F
tus, percipiuntur ſenſu; æuum, non niſi mente: at verò ęternitas, vix ap-
pręhenditur ſine exceſſu mentis. Sanè, humani ingenij imbecillitate de-
preſsi, dum ſimulacrum aliquod mente concipimus, quo tantulum ad diui
nę æternitatis cognitionem illuminemur, neſcio quo pacto, priuſquàm te-
neatur effugit, & antequàm intelligatur euaneſcit. Recidimus enim proti-
nus in tempus, & tempora, agitantes animo dilationes, & diuturnitates, re-
putantes cras, & heri, & cæca, atque incredibili importunitate, meditantes
anfractus temporum varios, & annuos orbes ſęculorum: quum, re ipſa ni-
hil eſſe, aut cogitari poſsit, tam diuerſum, vel ab ęternitate, quàm tempus,
vel à tempore, quàm Aeternitas. nam, quę communio eſt, aut motus, cum
ſtatu, aut ſtatus, cum motu? Itaque, non definitio quidem, ſed mera eſt ver G
borum circunſcriptio, quum in ſacris literis, pro ęternitate legimus ſęculum
ſęculi, vel Sęcula ſęculorum. Si enim horarum ſpatium, eſt dies; dierum
menſis, menſium annus, annorumq; tandem ipſum ſęculum; Aeternitas,
quæ nullatenus compręhenſa à tempore, omnia omninò compręhendit tē-
pora, an non pulchrè, apteq; conuenit, vt ab vltimo, ac ſupremo, partium
temporis quaſi compendio, nomen accipiens, à ſæculo inquàm, quod an-
nos, menſes, dies, horaſq; complectitur, dicatur, & ſęculum ſęculi, & ſęcu-
la ſęculorum? Hæbraicè quidem eſt, עַד. & עוֹלָם, vna ו interiecta, gręcè
Αἰῶν αἰώνων. Hac etenim voce indefinita, quam nulla temporum perio-
dus metitur, nullus numerabilis numerus compręhendit; plenè, quoad ca-
pere poteſt hominis ingenium, exprimunt, & pręclarè ſignificant ſacrę lite H
rę, infinitam illam annorum innumerabilitatem; quam neq; à pręterito tē-
pore quando erat, neq; in futurum quouſq; erit, finire ipſi, aut numerare
vlla ratione non poſſumus. Pręter id, quod, quemadmodum dicitur Cœ-
lum cœlorum, ſupremum illud cœlum, quod loci ſublimitate eminet ſuper
omnes cęlos; vt ſancta ſanctorum dicimus, quę maiore religione coluntur,
quàm ędes ſanctę, & numina ſancta: vt appellatur Canticum canticorum,
ſacrum illud Salomonis שִׁיר הַשִּׁירִים, quod meliora, & mirabiliora canit,
quàm vulgatę cantiones: deniq;, vt inter profanos, Ars artium vocatur, &
Scientia



A Scientia ſcientiarum, quę dignitate pręſtat cęteris artibus, & ſcientijs vni-
uerſis; ita profectò, hac ipſa ſuauiſsima, geminatę vocis, & numeri, concin
nitate, & iucundo quaſi lepore, quum diuina oracula dicunt ſęculum ſęcu-
lorum, magna cum gratia inſinuant, quàm, modis omnibus, vniuerſa ſęcu-
la, & vniuerſas ętates, ętas ipſa, & ſęculum ęternitatis, antecellat. Et, qua nã
ratione, non antecellit, ò viri? Eſt enim prima ętas, quam nulla pręceſsit:
vltima, quàm nulla ſequitur; ſeptima, tanquam Dei, & animarum ſabbatiſ-
mus, ac requies: octaua tanquam temporum victoria & triumphus, in cuius
gratiam pro ogdoade, canitur victoriale carmen, Επινίκιον, לַמְנַצֵּחַ. Quã-
quàm, vt veriora dicamus; ętas ęternitatis, neque prima eſt, neque vltima,
neque promiſcuè, & communiter eſt efferēda cum cęteris ętatibus: melior
B ſuper millia dierum, vna ac ſingularis pręomnibus diebus, ęſtimatione po-
tius digna, quàm numero: tanquàm tota dies, tota plena dierum; & die-
rum, qui non habent veſperam: quin potius, quorum matutina, perenniq;
luce, luceſcit omnis pręcedentium dierum veſpera. Ob id, à ſanctiſsimis
vatibus, regnum Dei, quum ſit ęternum, dicitur regnum omnium ſęculo-
rum: cuius immenſi fines, & orę, protenduntur à ſęculo, per ſęcula, in ſę-
lum: adde, & antè, & poſt ſęculum. hoc eſt, ab ipſo initio, ex quo ſęculum
cępit, quando viuens in ęternum, creauit omnia ſimul: per omnes ętates,
& decurſus ſęculorum, in quibus, ęternus Deus operatur, transferens re-
gna, & imperia, mutanſq; tempora, & ętates: vſque ad finem, & conſum-
mationem totius ſęculi, quando cœli, & terra ſoluentur. Quin, & ante-
C quàm fierent ſęcula, quum in ſcientia, & verbo Dei, vocarentur quę non
erant, tanquàm eſſent; & fierent, quę futura ſunt; denique, quum etiam
pręterierit hęc mundi facies, & iuxta allegoriã, reuertente domino noſtro,
in die plenę lunę, à nuptijs ſuis, ipſi quoque admittemur accincti lumbos,
cum lucernis in manibus; vt fruamur ea, quam expectamus, vita venturi ſę
culi. O amici, rogo vos, fuit'ne vnquàm tam longa dies? ęterna, antè tem
pora? ęterna, cum tempore? ęterna, poſt ſpatia omnium temporum? Etſi
verò, diuina ęternitas, interdum quidem, animis noſtris concipitur, ve-
lut ętas anteacta, quaſi naſcente mundo ceſſerit tempori; interdum expe-
ctatur, tanquam ſubire debeat, & ſuccedere in locum temporis, quando
erit nouum cœlum, & noua tellus; haud dubiè tamen, & nihil habet, vn-
D de pręterijſſe dici queat, niſi quòd nunc primùm non incipit: & nihil,
quod ad futuri rationem pertineat, niſi quod reuelanda eſt ijs, qui ſenſi-
bilem mundum nouerunt, vt intelligibilem quoque videant: ſed fixa qua-
damſimul, & perenni immutabilitate, quam ſermo eloqui non poteſt,
cum omnibus ſęculis perdurat eadem ſemper: neque particularum flu-
xione flacceſcit; neque aſsimili quodam vigore adiecto roboratur, neque
ętatis curſu extinguitur; vt hominum vita. Eandem quin potius ęqua-
bilitatem longiſsimè ſeruans, per omne ęuum in ſe ipſa ſubſiſtit: immo
verò, non tam ſubſiſtit, quàm eſt ipſe ſtatus firmiſsimus, atque tutiſsi-
mus:

mus: nihil habens fluxi, expers omnium partium, in quo tanquàm in ſi- E
nu vaſtiſſimo, omnia conſiſtunt, & conquieſcunt. Porrò, quanquàm nullis ętatibus ſuccedit ęternitas, neque ęternitati alię ſuccedunt ętates: quippè quia, ęternitatem nulla ętas antecedit; & accedente quauis ętate, ęternitas nunquam decedit, quid tamen prohibet, quo minus, abuſione quadam, & (vt Gręci dicunt) Καταχρηστικῶς, dicatur ſęculum, etiam ſi à ſequendo dicta ſunt ſęcula? Etenim, ipſam ęternitatem, incredibili quadam aucupatione ambitioneq;, ſequitur mundus ipſe totus: vt dum perenni rerum ſucceſsione, vices alternat ſuas, illud ſaltem circulo conſequatur, quod recta lin ea aſſequi nullatenus poſſet. Contrà verò, ipſa ęternitas (vt ſic loquar) ſollicita quadam zelotypia, nullum non conſequitur mundi ſęculum, vt peracto temporum circulo, omnibusq;, eò tandem, vnde pri- F
mùm exierant, recurrentibus, ſola tandem ſuperſit ęternitas, & pręthereat figura totius ſęculi. Sunt'ne, tantum temporum periodi ſęcula? Spatium triginta annorum? Vnius hominis vita? Annus quinquagenus? Centum anni? Integra annorum chilias? An non & ipſe mundus, cuius ſunt omnia ſęcula, interdum dicitur ſęculum? Nam vtriusq; Teſtamenti literę, mundi deſideria, negotia, iudicia, meritò, ſęcularia vocant. Equidem, alia eſt ratio ſęculi, quàm mundi: tamen in ipſo mundo, non ſecus, quàm in mari, vnda, vndam, ſęcula ſe inuicem ſequuntur, & perſequuntur; dum in orbem vadunt, & veniunt, nox & dies; mane, & veſpere,

*Ver, æſtas, autumnus, hyems, & menſis, & annus.*

quoàd iubente Deo, cœlum, & terra tranſibunt, & in magna hac mundi G
ſcęna, fiet ſęculorum omnium cataſtrophe. Tunc enim deſtruetur tyrannus mundi, tempus, & regnabit ęternitas ſola: quę, vt nunc ętas de ętate, & ſęculum de ſęculo, ſic de ipſo toto tempore, magnificè, & glorioſè triũphabit: non iam fortaſſe ſęculum ſęculorum, quando nulla erunt alia ſęcula, ſed ipſa ſola tam ſęcula, quàm ſęculum: quando, vt leuiſsimi rores, & cadentes guttulę, in profundum maris, ſic in illud vnum ſęculum, abſorpta erunt omnia ſęcula. Iam, quid hic miſcetis fabulas, & deliramenta veſtra, homines valentuli, & verè, animo valetudinarij, de ſęculis ſæculorum, de æternitatibus ęternitatum? Dicite, vnde vobis nati ſunt, tot, & tãti Αἰῶνες, quot (vt vobiſcum luſit ſacri nominis heros) Aeneia, vix fœtus, ſcrofa, generauit? Pudeat. Pudeat cognoſcere, vel nominare pluſquàm vnum ſęcu- H
lum ęternitatis. Quid eſt autem illud ſęculum, niſi ipſa ęternitas? neque enim eſt aliud apud populos, tempus hyemis, quàm hyems: neque apud philoſophos, aliud eſt elementum terrę, quam terra: ſed, & apud Theologos, corpus carnis, eſt caro; & natura Dei, eſt Deus. Effertur autem, nunc numero vnius, nunc plurimorum ſęculorum, ęternitas, ea ipſa ratione, qua in ſacris literis, nunc dicitur vna dies, nunc longitudo dierum: quum re vera non ſit, neque dies, neque ſęculum: neque multi dies, neque multa ſęcula: vtpotè, neque tempus, tota ſimul exiſtens: neque temporis particula

ticula



A ticula aliqua, principio carens, & fine: neque vllo modo indigens temporum, omnium temporum virtus: ſed, extra tempora, ſeriem continuationemq; temporum ambiens, & continens: ac denique, intra tempora, velut ahænea quadam cathena, fugientia rerum ſęcula ligans, & retinens; & ingens immutabili ordine, ventura lapſis, & lapſa venturis. Eſt tota principium, ęternitas, ò viri; eſt tota finis; pars eadem, eadem totum; & abſq; vllo diſcrimine tota ęqualis: eſt integra, & tamen non compoſita; eſt perfecta, & tamen non incępta; eſt ſimplex, & tamen ſolida; infinita, non euanida; nunquàm inconſtans; nunquàm ſibi diſsimilis; nunquàm à ſe ipſa diſſentiens; mutans omnia, & ſingula tempora; principium vnde exeunt, terminus ad quem redeunt: ideoq; neque exiens, neque rediens: vna dies,
B innumerabiles dies, tempus ſine tempore, ſęculum ſine ſęculo. Tempus, inquam, eſt, ęternitas illa Dei, quia omnia tempora temperat; intermiſcẽs, & vetera nouis, & noua veteribus; ipſa vetuſtiſsima veterum, & nouiſsima nouorum: ſęculum autem, quia longiſsimum eſt ſpatium, quo nullum lõgius cogitari poteſt; cuius etiam virtus omnia ſęcula ſecat; non ſecus quàm lignum fiſſile, ex adamante facta ſecuris. Vna dies, & ſęculum, quum dicitur; ęternitas, intelligite perpetuitatem, & ſimplicitatem: quum dicitur multitudo dierum, & ſęculorum, intelligite non orbem, vel circulum, ſed immenſitatem, & infinitatem. An verò, quia infinitudinem habet, ideo non eſt finis? Immo vero finis eſt: ſed cuius non eſt alius finis, Gręci dicũt ſimpliciſsimè, ſed doctiſsimè Τέλος ἀτελές. An menſura non eſt, quia eſt
C immenſa? Immò menſura eſt; ſed menſura, quę menſuram non habet; Dicam græcè, eſt Μετριότης ἀμέτριος. Ne quęre, in hac menſura, partem poſt partem; nam ne partem quidem habet ęternitas. Menſura eſt, ſed indiuiſibilis: ſicut & duratio dicitur, quanquam immobilis. Vocate (ſi libet) quantitatem; at continua fingi poteſt, diſcreta non poteſt: diuidere anima poteſt, diuidi res ipſa non poteſt: omnino autem, principio, & fine carcat, neceſſe eſt; quia ipſa ſimpliciter principium, & finis eſt. Vultis, vt breuiter concludam? ſimpliciſsima ſunt enim veritatis verba, neque varijs egent circunlocutionibus, aut interpretationibus. Eſt menſura Dei, ęquata Deo. Eſt menſura omnium, excedens omnia. Metitur Deum, velut propè, & iuxtà poſita; procul, & per analogiam,
D metitur cętera.

Solius

*Solius Dei propria, & mundo, non niſi impropriè, & abuſione lo- E*
*quendi, communis Aeternitas.* CAP. IIII.

ERGO hic Deum adora, ò homo: nam in his tene-
bris, & caligine, poſuit latibulum ſuum: ne cuipiã,
in apertum ſanum ipſius diuinitatis ingredi liceat,
qui non pius & religioſus, luſtrauerit ſacram hanc
ſyluam, & reuerendum quaſi lucum Aeternitatis.
Equidem ſi in ſubtiliori, quo ſcholaſtica theologia
vtitur, dicendi genere verſarer; multò altius exor-
diendum mihi fuerat: vt in primis, & ante omnia, F
Deum ipſum, in conſpectum omnium hominum ponerem; tum de illa
ipſa naturę ſimplicitate, vnitate, infinitateq́, tractarem: quę haud dubiè,
omnia, ęternitatem ipſam, ſicut & vniuſcuiuſque rei createę ſubſtantia,
tempus ſuum, quod durationem vocant, naturali quadam intelligentia
antecedunt. Nam ęterna illa permanſio, & ſi (vt ſuo loco dicemus) res
alia non eſt ab ipſa natura Dei, durans in omne æuum, nunquàm fluens,
ſed ſpatio potius, & vetuſtate dureſcens; tamen ferè extrinſecus, illam ip-
ſam diuinitatis naturam circunſtare, contrà hęc alia quę diximus, ad illam
ipſam diuinam ſubſtantiam, intrinſecus pertinere videntur. Quod cla-
riſsimè illi docuerunt, à quibus, quę ego percurro, diligentiſsima ſubtili-
tate ſunt omnia perpolita: quorum ſtudium fuit emedullare vniuerſam G
theologiam, & (vt Gręci dicunt) Μεθοδεύειν ἐπιστήμην. Verumenim-
uerò, craſſa quędam philoſophia hiſtoria eſt; quę propterea non proti-
nus ingreditur alta penetralia Regum: ſed iure ſuo caſta, & verecunda, pri
mùm ambulat in porticu, aſtat aulę, explorat portas, & non niſi à longe
odoratur arcana. Itaque, & decorum eſt, & Deo dignum, vt ab omni
ęternitate, altiſsimè repetita hiſtoria temporum ęternorum, antequàm lu-
cidiſsimum illud ſacrarium diuinę maieſtatis attingamus; in denſiſsimo
hoc, ſine luce luco, quem caligo, venerabilem, vmbra, lętiſsimum facit,
in ipſa inquam ſęculorum arce, quę eſt ęternitas, ſanctiſsimum, & augu-
ſtiſsimum Dei numen adoremus. Profectò enim, vſqueadeò ipſius diui-
næ naturæ propria eſt, ſingularis hæc, & vnica prorſus dignitas æternita- H
tis, vt quoties Deum, diuinaq́; loquimur, abſque æternitate, infans, &
muta ſit in ore noſtro, omnis de diuinis rebus hiſtoria. An non ita eſt?
Nam, quamuis per tempus, & tempora facta ſunt quæcunque facta ſunt;
neque enim in æternitate fit aliquid; ipſe tamen Deus, vt in nullo eſt tem-
pore, quaſi compræhenſus temporibus; ſic ratione quadam Deo digna, &
incompręhenſa filijs terræ, in nullis omnino temporum finibus, ſed extra
omnia tempora, in ipſa regione æternitatis operatur: vt ſimul, (quod pa-
tres noſtri vbique notare ſolent) & in tempore abs Deo fiant quæcunque
fiunt,



A fiunt, & ipſe tamen æternum faciat quæcunque facit: quia Deus æternùm
facit, vt nouè fiant, cui dicere facere eſt, quo iubente, fiunt quæcunque
fiunt. Et hanc quidem dignitatis gloriam, & honorem, qui, vel Deo ipſi
ademerit, vel mundo, quo apud philoſophos, vix eſt quicquam antiquius;
cõmunem fecerit; nihil illi beatior futurus eſt Deus, quàm priſci illi, quos
Caſcos Latini vocant; Romulus, Hercules, Liber, & Tyndaridæ fratres,
per apotheoſin in cœlum relati, cum reliqua turba virorum, & mulierum;
quibus cęca gentilitas, dum ab erraticis dæmonibus regeretur, totum pro-
pè cœlum compleuerat. Hinc, ne ille quidem ipſe, vitæ voluptariæ, atque
adeò beluinæ præceptor, Epicurus, hominis ſenſum, & rationem, ita exue-
re potuit, vt quoties de Deo loqueretur, non ſemper diceret, eum eſſe bea
B tum, & æternum: vt ſibi quoque, gemina hac ratione, beatitatis, & æterni-
tatis, illà ipſa diuinitatis natura, nobis, qui Dei ſatu orti ſumus, ſublimior,
atque præſtantior eſſe videretur. Quin, & in ipſa Teucria, inter Muſul-
manos, Saracenos nomine, re Agarenos, omnium gentium lutulentos ma-
ximè, & impuros, præfecti, cuſtodesq́; Mahumetanæ ſuperſtitionis, & pro
Deo, velut publici excubitores, quotidie, antelucanis horis, ex altiſsima
quaque turri, per ſingulas vrbes, & oppida canunt; nec tam verè canunt,
homines prorſus Αμουσοι, quàm ingrato, & horribili prope ſono, vociſe-
rantur, Solus Deus fuit ſemper, Solus Deus futurus eſt ſemper. Quibus
acclamationibus, tecta omnia replent; vt nigras illas, & infelices animas,
ſocordem illam, & ignauam multitudinem, ad dedecora natam, tantis nõ-
C minibus dignam ira *D*ei, & merſam in profundum ignorationis, & tene-
brarum, excitent ad laudandum, glorificandumq́; Deum, noſtri generis
parentem. Et ſi enim, eos in figura beſtiæ aſcendentis de terra, vidit Ioan-
nes, non alijs tamen cornibus, quàm velut agni beſtia illa munita erat; ꝙ
innatam illis malitiam, & crudelitatem (hæc enim ſunt Turcarum arma)
tegere, & adumbrare nitantur, prætextu, & velo religionis, & obediẽtiæ;
quæ ſunt arma agni, & eorum qui ſequuntur agnum; quorum ſocietatẽ,
hircus ille fœtidus, diu tenere non potuit. Heus tu Peripatetice, qui de
tempore, & multùm, & multa dixiſti, in æternitate obmutuiſti, & ob-
ſtupuiſti; ad te enim eſt mihi ſermo. Ad ſtatuendam impiam illam tuam
D mundi æternitatem, de qua aduerſus priſcam Chaldæorum, & Aegy-
ptiorum ſapientiam, effrenata quadam audacia, & impudentiſsima te-
meritate nugaris; dicens mundum, aut omnino non factum, aut ratione
quadam vix intelligibili, ſemper factum eſſe; hoc eſt, faciente Deo, na-
tura, poſteriorem eſſe, æternitate non eſſe; originis principium habuiſ-
ſe, temporis non habuiſſe, vtroque autem modo nunquàm non fuiſſe;
oſtendendum tibi in primis erat, qui te omnium philoſophorum criti-
cum, & Ariſtarchum conſtituiſti; quòd naturæ ipſius Dei, quæ neque in
eo quod eſt, neque in eo quod agit, vllo vnquàm pacto mutatur; & mun-
di ipſius, qui totus verſatur in motu, poſsit eſſe vna menſura vitæ, & æta-
tis

tis, æternitas. Certè (vt græcis vocibus, & ipſe vtar) Αφθαρτος eſſe po- E
teſt; ideoq; ſempiternus. At verò Αποίητος eſſe non poteſt, ideò non
æternus. Quomodo enim, æternum eſſe poteſt id, quod nunquam idem
eſt? quod ſubinde mutatur? An non initium habuit? Nonne aliquando
non fuit? nonne ea ipſa ratione qua aliquando non fuit, ſibi relictum, ali-
quando non erit? aut certè, per ſe ſe, aliquando non eſſe, ſemper poteſt, &
poterit? Appella perpetuum, non abnuo: appella ſempiternum, non cō-
tradico: Immo verò, hiſtoria ipſa, neque perpetuitati, neque ſempiterni-
tati repugnat: quin ex ijs, quæ narrantur, & rebus, & temporibus, & locis;
verbis, ſententijſq; in vtraque ratione conſentit; vtrunque ſanè aſſeuera-
re, & licet, & decet. At, quàm magnopere inter ſe diſtant, ac differunt,
Mundus æternus, & mundus perpetuus, ac ſempiternus? quanquàm præ- F
clarè Cicero, Mihi (inquit) ne diuturnum quidem quicquam videtur, in
quo eſt aliquid extremum. Audiſtis iam, quàm ſit ſimplex, & indiuidua
mora æternitatis: in qua, neque collectio eſt, neque vlla collatio. non eſt,
inquam, collectio partium temporis, neque collatio animæ ratiocinantis.
Certè verò, vix intelligitur, vel ſempiternum ſine collectione, vel perpe-
tuum ſine collatione animi, conferentis diuturnitatem, ex eo, quod eſt
Diu, continuationemq;, temporis ſpatio, vel aliquando intermiſſam, vel
nunquàm interruptam. Sed, ſatis florum, & pigmenti; nunc loquamur
non diſerta, ſed fortia. Audite Amorrhæi, (hoc enim titulo, cuius inter-
pretatio eſt) loquaces, per allegoriam vocat Philo, ſubtiles hoſce philoſo-
phos, nempè peripateticos, qui ſe verborum obſcuritate tuentur, & caligi G
nem vbique offendunt lectoribus, quum alioquin comes veritatis, qua vi-
rum Dei ornat Moſes, ſit claritas. Audite inquam, & vos Peripateticorum
alumni: nondum enim (vt video) completa eſt iniquitas Amorrhæorum,
audite iā tertiò. Quomodo intelligi poteſt, vt ſit æquæuus Deo mundus,
& (vt aiunt) coæternus, niſi admiſceatur cum mundo natura Dei? niſi ſit
mundus ipſe Deus? idem (vt quidam dixit) rerum naturæ opus, & rerum
ipſa natura. vt propterea liceat adorare Cœlos, & Elementa, Solemq;, &
Lunam, & Stellas, tāquam particulas diuinitatis, de illa ipſa natura Dei, &
Ομουσία Θεῷ? Sit porrò per vos demonſtratum, quòd ita ſit, quòd nullus
ſit ordo inter Deum, & mundum, niſi qualis eſt inter ſolem & radium: in- H
ter corpus, & vmbram: quòd verè, & propriè mundus ſit æternus: ſtudio
igitur veſtro, & opera veſtra, attollit caput, barbarica hæc, & planè inſana
mundi Αποθέωσις; ex qua palam conſequitur ſentina illa malorum om-
nium Αθεότης, in quam tandem, velut in caudam, deſinit vniuerſum cor-
pus monſtroſæ, & corruptæ doctrinæ. O glorioſos labores, ò præclara ve-
ſtra ingenia, & planè (vt quidam dixit) peripatetica. Et quidem, O Sta-
girites, te principem in ius voco, quem in alijs omnibus, velut in dicendo
neruoſum, admirabiliq; rerum, & verborum ſciētia, & copia, flumen fun-
dentem aureum, ego olim maximè, admirabar, & ne Platonem quidem
excipiebam.



A excipiebam. Quid indicat tua illa amandatio, & relegatio Dei, vt perpe-
tuò, ſaltatorium illum ſuum verſet orbem; niſi, quòd Deum, cuius inclu-
ſione contentus non eras, tollere è mundo voluiſſes? Sed quem tollere eru
buiſti, incluſiſti. Qua ratione, præter rationem, per ſummam inſcientiam,
& imprudentiam, à mundo Deum, à Deo gloriam, & ab hominibus vni-
uerſam aufers pietatem, res indigna philoſophis. Neque verò tibi licet,
quia philoſophando, de more ſemper inambulas, vſque adeo fauere mo-
tui, & tempori, vt inuideas ſuos honores ſemper ſtanti æternitati. Vos er-
go viri, qui timetis Deum, audite. Illi, qui in hunc mundum, quem cer-
nimus, græcam illam Αγεννησίαν & ἀναρχίαν inducunt; dicuntq; eum eſſe
ſine principio, & ſine principe, ij, quum non videant lumen luminum,
B non bonum omnium bonorum, non principium omnium principiorum,
denique non finem omnium finium, de tota hominis fęlicitate diſſentiāt,
neceſſe eſt. Qui etiam tandem ignorare coguntur, quid agant, quò tendāt,
vbi requieſcant; neſcientes enim quò vadant, quomodo poſſunt viam ſci-
re? At verò Αναρχία Dei eſt, fundamentū, & baſis veræ pietatis, & fęlici-
tatis humanæ. Da ἀναρχίαν mundo, nihil homine miſerius. Da Deo, ni-
hil eſt beatius. Solemus ipſi, quoſdam populos appellare Aborigines, quaſi
ſine origine, quod eorum ignoretur origo: qui, vagi & errantes, ex varia
gentium colluuione, in vnum aliquem locum conuenerint, illicq; poſue-
rint ſedes, & conſtituerint domicilia. In hunc ſenſum, celebratur ſummus
ille Rex, & Sacerdos, cui titulus erat. מַלְךְ צֶדֶק vocant enim eum ſacræ
C literæ, Απάτωρα, ἀμήτωρα, ἀγενεαλόγητον quod quamuis homo eſſet,
& filius hominis, & natus de muliere, tamen nemo homo ſciret, vnde tam
chara Deo ſoboles duxiſſet originem; quo patre ſatus, qua matre natus eſ-
ſet, talis ille, tantuſq; filius. Non ſic mundus, non ſic: eſt enim verè initio
temporis factus, & non in ipſa æternitate creatus: &, quod vniuerſa natura
teſtatur, factorem habet ipſum Deum. Sed profani, quum primùm illum
vniuerſi orbis diluuium ignorent, quòd, præter libros ſacros, ſoli barbari
(ſic enim promiſcuè, cum cæteris quibuſq;, magna deſpicientia vocantur
à Græcis, Beroſus Chaldæus, & Metaſthenes Perſa) fideliſſima hiſtoria de-
ſcripſerunt, quid mirum, ſi fidem quoque creationis mundi, non ſuſcepe-
rint? Sint itaque illis, omnes creaturæ aborigines, at verè omnia originem
D ducunt ab ipſo æterno Deo: qui per Ieſum Chriſtum verbum ſuum, vir-
tutem ſuam, dexteram ſuam, fundauit terram in fortitudine, vt perſtet im-
mobilis ſuper nihilum: erexit orbem in ſapientia, vt quantum ſupereminet
loco, & ſitu, tantum cætera corpora virtute, & qualitate præcellat: & in
prudentia, extendit cœlum, vt tanquam ampliſſimum tentorium, omnem
hunc mundum inferiorem operiat, ac tueatur: denique omnia, & ſingu-
la, quæ ab initio fecit, ſuo ipſius arbitrio, mutat, reficit, perficit, conficit.
Iam, (vt reuertamur, vnde diſceſſimus) ſunt in ſcripturis ſanctis, montes
æterni, portæ æternales, pacta æterna. Eſt ignis æternus, ſupplicium æter-

num, delictum æternum. Legimus, & vitam æternam, Euangelium quoque, & teſtamentum æternum. Oratores porrò, & Poetæ, nihil habent in ore frequentius, quàm nomen æternum, & honores æternos, vani homines, & glorioſè loquentes. Porrò Ὑπερβολικῶς, & analogia quadam, velut magna ipſius dininitatis participatione, nomen habent, in primis, propter originis antiquitatem, ſuperæ illæ mentes; quæ in æternæ diuinitatis veſtibulo, quaſi Dij ſecundi, perpetuò aſsiſtunt dominatori vniuerſæ terræ. Ex ipſa porrò immortali incorruptibiliq; natura, hominum animæ, quæ delatæ foris, corpulentæq; materiæ expertes, ſuapte natura morte carent. Ob ipſam figuram, quæ clauſa vndique, principium, & finem ignorare videtur, orbes, & ſpheræ cœleſtium corporum, æternæ dicuntur. E
F Tum, ab ipſa plena coagmentatione partium omnium, dicuntur æterna elementa, quæ, ſecundum ſe tota, nunquàm in tempore contabeſcunt. A firmitateq;, & robore compoſitionis, quæ diutiſsimè reſiſtit ædacitati temporis, montes, & ſaxa. Vnde verò dicitur Inferorum ignis æternus, niſi ab ipſa peremni actione, quia nunquàm extinguitur? ſicut mors æterna dicitur, quia mori neſcit cum omnibus illis damnatorum penis, quas pro meritis Deus exigit, illi exoluunt; quæ à conſtitutione mundi paratæ dæmonibus, miſerorum animas torquere poſſunt, interimere non poſſunt. Ex promiſsione tandem æternorum bonorum, Euangelium Chriſti, & teſtamentum nouum, æternum dicitur, vnde, & redemptio æterna, & pôdus gloriæ æternum. Ecquis noſtrum ignorat, in ipſius Dei ſcientia, & voluntate, cui nihil nouè accedere poteſt, omnia eſſe æterna? Enimuerò, G
hoc eſt eſſe æternum, (vt Græci dicunt) non Ἀπλῶς, ſed Κατά τι. Neque prætereundum eſt, licentia quadam, & abuſione, quam ex Græcis catachreſin dicimus, dum verbis propinquis vtimur quaſi proprijs, conſueſſe nos per Ὁμωνυμίαν, vocare æternum, mundum ipſum, & tempus. Siquidem, ex continua illa ſucceſsione, quæ eſt diſpoſita in orbem perpetuum, eodem quaſi filo, & nunquàm variato ordine, in ipſa inſtabilitate ſtabiliter perſeuerat, vſque ad conſummationem ſæculi; vnde anni ipſi, & tempora, nonnullam ipſius æternitatis adumbrare videntur imaginem: vt meritò diuturnæ ætates, æterna tempora, & æternitates dici poſsint, iuxta quem ſenſum, & Deus ipſe dixit, Ne fortè ſumat de ligno vitæ, & viuat in æternum. Hæc quum ita ſint, res ipſa iam loquitur. Etenim penè, in ipſis na- H
turæ tabulis inciſum inſculptumq; eſt, abſolutè, & ſimpliciter, Deum verè, & propriè æternum eſſe; (quis enim iam dubitet?) & probatum planè eſt, & manifeſtum; eorum, quæ extant, nihil penitus eſſe æternum præter Deum: vt neque extra mundum ſit tempus, neque extra Deum ſit æternitas: illa æternitas quam laudamus, ad quam ſuſpiramus, de qua libenter, tam multa cogitamus, & ſcribimus.





A *Diuina æternitas, quæ ſempiternitate maior, & ſublimior, vix nudis negationibus deſcribitur, æternùm durat, & vltrà.* *CAP. V.*

VIDERAT in ſole ſuo hæc omnia, ſpeculator Dei, Moſes: diuinus ille Moſes, quem, & Lyceum agnouit, & Porticus; Academia venerata eſt; & nullæ philoſophorum ſcholæ ignorauerunt. Viderat inquam, lyncæis oculis (nos enim noctuæ ſumus) in
B hac ipſa æternitate, quę trãsfertur ad creaturas, quàm diſtat ab indignitate creaturæ, maieſtas, & gloria Creatoris. Ob id, quum domita Aegypto, ſibi ceſsiſſet purpureum mare, in fugam terga vertiſſet, & ingenti, ac memorando miraculo, ſe arandum præbuiſſet victoribus; ore magno Deum ſonans, & ſanctiſsimum illius nomen celebrans carmine, incipiens ab ampliſsima Dei maieſtate, & poteſtate, & tanquàm in inſignem conum pyramidis, deſinens in hanc ipſam pertinaciſsimè durantem æternitatem: quia intelligebat huius vocis לְעֹלָם, quæ æternum æuum ſignificat, tantam illam, quam audiſtis Ὁμωνυμίαν, deſtitutus verbo, & nomine, quo pro dignitate exprimere poſſet, infinita illa ſpatia diuinæ æternitatis; leuauit ca-
C pita noſtra, ſupra omne id, quod hæc ipſa ætetnitatis vox ingerit auribus: ſupra omne id, quod mens mortalium, de ipſa æternitate videre poteſt; quæ, nonniſi finita videt, & videndo metitur: dixitq; Deum regnare in æternum, & vltra לְעֹלָם וָעֶד. Εἰς τὸν αἰῶνα καὶ ἐπ᾽ αἰῶνα καὶ ἔτι, in ſæculum, & in ſæculum, & adhuc, vel, & amplius: ſiue (vt diuus Hieronymus tranſtulit) & vltra. Ecce vobis integros numeros, ò viri; quibus clauſit votiuã illam, & omnium antiquiſsimam panegyrin, dum inter choros, & choreas filiorum Iſrael, ipſe præcentor (quod nemo vnquàm antea feciſſe ſcribitur,) religionis, & pietatis ergò, præpotenti Deo canticum gratulationis offerret, dicens lingua illa ſancta, qua etiam loquebatur Deus,

יהוה ימלך לעלם ועד

D Κύριος βασιλεύων, εἰς τὸν αἰῶνα καὶ ἐπ᾽ αἰῶνα καὶ ἔτι,

Dominus regnabit in æternum, & vltra. Hos numeros ſonuerunt aquæ, totus æther audiuit, ipſe etiam rupes, ipſæ ſyluæ, & arbuſta ſenſerunt. Quid eſt autem, dominum regnare in æternum, & vltra, niſi, regnare vltra omnia, quæ dicuntur æterna? vltra omnia, quæ æternitatis vmbram, aut imaginem præſeferunt? vltra omnia, quæ nonnihil de ipſa æternitatis ratione participant? Extende quàm in longinquum potes intuitum mentis tuæ, ò Homo, in omnia tempora: vide, numera, & metire maxima ſpatia omnium ſæculorum, quæ, interdum, ob diuturnitatem, æternitatis

nomine cenſentur: collige ſimul omnia (inquit Moſes): & ſi fortaſſe ob- E
ruet te immenſus ille annorum numerus, ita, vt vltrà progredi non valeas, & propterea putes te alicubi debere conſiſtere, Deumq́;, ac Dei ætatem, & regnum illis terminis contineri; ſcito te falſum eſſe; adhùc enim, vltra illos fines, & terminos, viuit, & regnat Deus. Quòd ſi, viribus reſumptis, multiplicabis adhuc annorum annos, ætatum ætates, & ſæculorum ſæcula, & ex multiplicatione illa, efficies ſummam aliam multo maiorem, idq́; ſemel, & iterum, & tertiò, & infinitis vicibus; adhùc tibi dico, vltrà omnes hos numeros, omneſq́; menſuras, regnaturum eſſe, regnareq́; æternum Deum. Denique, nunquàm extendere adeò poteris annos æternos, ſiue antè, ſiue retrò, hoc eſt in tempora præterita, & futura, quin, plus vltrà, ſemper, ſinè vllo termino, & fine, ſeſe extendant ſpatia vitæ, & im- F
perij ipſius Dei. Qui, ſua ipſius æternitate, æterna omnia præteruolat; qui, vnicuique æternæ rei, æternitatis eſt author; qui æternus erat, iam tum, quum ea, quæ æterna dicuntur nondum eſſent; qui niſi foueat, diu eſſe non poterunt; qui niſi ſeruaſſet, iam non eſſent; qui niſi continenter ſuſtentaret, ac regeret, mox conciderent. Regna omnia, & imperia, vt regionum ac nationum oris, & finibus continentur, ſic temporum quoque ſuas metas habent, ac terminos; initia, progreſsiones, ſtatus, inclinationes, ruinas. At verò Deus, cuius eſt dare, & adimere regna; omnium rerum Rex, & regnator; per quem Reges regnant, & regna regnantur; qui, & tantis prodigijs, regnum nouum ſibi parat, in admirabili hoc exitu Iſrael de Aegypto; vbiq́;, ſemperq́; regnabit; per ſeip- G
ſum Rex, & dominus; nullas metas habens, nec rerum, nec locorum, nec temporum. Qui viuit, & regnat לְעֹלָם וָעֶד in æternum, & vltrà; hoc eſt, vt regni eius, nullus vnquàm ſit futurus finis. Profectò verò, & ſi tam noſtri quàm alieni, dum liberius aliquando loquuntur, abutentes de more, verbis ſimilibus, & propinquis, pro certis, & proprijs, abſque vllo diſcrimine, & tempus, æuum, & æuum, tempus, æuum quoque æternitatem, & æternitatem æuum appellare ſolent: ſiquidem, vox iſta ætas, quæ propriè ad tempus pertinet, per dictionis conciſionem, videtur eſſe æuitas, & æuitas æternitas: vnum hoc tamen, indicare videtur eiuſdem æternitatis crebrius poſitæ, diſtinctionem quandam: quod, iam tum ab initio (id verò nunquam animo obliuiſcendum eſt, ſed percipiendum intel- H
ligentia, & memoria cuſtodiendum) ipſis hebræis vna quinquagena annorum, vt alia multa omittam dicta eſt עֹלָם ſine ו, quaſi decurtato nomine æternitatis. Et græcis deinde, dimidiata eiuſdem æternitatis voce, ſempiternum æuum, quo cælites fruuntur, appellabatur Αἰων; vnde Αἰώνιος, & Αἰώνιον, deriuationes, quum vera æternitas digna Deo, plenum, & integrum vtriuſque linguæ nomen habuerit, ſicut ſupra præfati ſumus, hebraicè quidem עוֹלָם cum ו, græcè verò Αἰων Αἰωνων. Quid eſt enim Αἰων Αἰωνων, niſi ſemper exiſtens, vltrà omnia ſemper exiſtentia? hoc



A eſt לְעֹלָם וָעֶד? in ęternum, & vltrà? Quod vt de Deo congruè lingua gręca diceretur, ducta deriuatione, nō Εκ τοῦ αἰῶνος, ſed Εκ τοῦ αἰῶνος τῶν αἰώνων, non tam Αἰώνιος, quàm Περαιώνιος, & Υπεραιώνιος, dictus eſt Deus. Nam, inter ipſas quoque gentes, philoſophorum nobiliſsimi, & qui pręcęteris quaſi Dij habiti ſunt, ſicut omnia quę videmus, & tangimus, collocabant ſub rota temporis, hominum animas, inter ęternitatem & tempus, cœlos, & ſuperas illas mentes in ęternitate, ita Deum ipſum ſtatuebant ſupra, vel vltra ęternitatem. Vos appello, vos conuenio, ò pietatis amantes, an vobis ſatis eſſe, aut videri poteſt, ad Dei gloriam, & honorem, ſi illud tantùm dicatur, quod fuerit ſemper? quod ſit ſemper? quod futurus ſit ſemper? Etenim, ſi Τὸ ſemper, aduerbium eſt temporis, vt quando, &
B aliquando, quis negare poſsit, ipſum quoque mundum eſſe ſemper? fuiſſe ſemper? & futurum eſſe ſemper? Erit'ne igitur ęqualis Deus mundo? & mundus Deo? Quid? An non, et ipſum quoque tempus, ſemper fuit, eſt, et erit? Nam, omni tempore fuit tempus, et omni tempore tempus erit. Alioquin enim, et erat tempus, quando nullum erat tempus; et ſimiliter tempus erit, quando nullum tempus erit, quod quis dicat? Itaque diuino edocta ſpiritu, ſancta mater Eccleſia, non contenta medijs hiſce ſempiternitatis honoribus, in hymnis quos Deo canit, clara voce confitetur, et prędicat, eum eſſe glorioſum, benedictum, et ſuperexaltatum, non ſolum ſemper, ſed Εμφατικώτερον, in ſęcula quoque omnium ſęculorum, dicam gręcè Εν ἀρχῇ, καὶ νῦν, καὶ εἰς αἰῶνας τῶν αἰώνων; inde procul dubio affir-
C mans ſempiternitatem, hinc ęternitatem. Eſt ſempiternus Deus, quis id neget? et altiore ratione quàm mundus, et tempus: nam hęc non erant, et Deus erat: hęc non erunt, et Deus erit: ob id natura Dei à gręcis Theologis appoſitè, quod et latini notarunt dicta eſt Οὐσία, Quid enim eſt Οὐσία, niſi Οὖσ' ἀεὶ? Sed, quia hoc illi nomen videtur eſſe commune cum multis, nam et in campo naturę eſt Αείζωον; meritò factus eſt illi ęternitatis honor, peculiaris et proprius, vt verè multa, quę fecit Deus, ſint Αειδία, ſed eſſe non poſsint Συναΐδια Θεῷ, hoc eſt ęquata Deo. Quod ſi non decet, vt in re tam anguſta ſimus anguſti, nonne & ratio ſuſcipit, & docet fides, & ſempiternum, & ęternum aliquid, & dici, & eſſe, non ex ſe ipſo, ſed ex alio? Αποίητον inquam, & Ακτιστον, ſed tamen non Αγέννητον; hoc eſt,
D carens initio temporis, ſed non principio originis? Ergo, hęc ipſa natura Dei, ſicut ęterna eſt, quia erat antequàm dici ſuccederet dies, & temporum ſpatia voluerentur; ita ratione quadam eſt vltrà, vel ſupra ęternum: quia non ſolum eſt Αποίητος, & Ακτιστος, ſed prorſus Αγέννητος, inſecta, & ne genita quidem: vt quæ neque eſſe aliquando incępit, neque vt eſſet alicunde accepit, in quo profectò eſt, & Πρότερος, & Υστερος, ne minimam quidem in tanto regno ſocietatem admittens. Sic enim ab irreligioſa illa, ineptaq́;, & prorſus ridicula cauſarum infinitate diſceditur, quam tanta rerũ ſeries, atque ordo admirabilis horret, ac refugit: dum intelligimus, quod

Deus, ſit non ſolùm Ἀπάτωρ, & Ἀμήτωρ, ſed verè Ἀγενεαλόγητος, im- E
mo verò Ἀγέννητος, ἄκτιστος, ἀποίητος, ἀναίτιος, & ἄναρχος, vtpote Ἀρχὴ
ἀρχῶν, ἄρχων τῶν ἀρχόντων; non ex aliquo, neque ex nihilo, ſed per ſe ip-
ſum, & ex ſe ipſo. Non ita tamen, vt tanquàm Αὐτοφυής, ipſe, ſe ipſum
aliquando non exiſtentem, fecerit, genuerit, procrearit; ſibi materia fue-
rit, vnde fieret; ſe vt eſſe poſſet, quomodolibet adiuuerit; ſed vt omnino
authorem, & principium non habuerit; neque genitali naturæ ſemine eru
perit in lucem, neque caſu, aut fortè fortuna prodierit; neque virtute, &
conſilio (quod ad artem pertinet) factus, elaboratusq; fuerit. Ἀπόφασις
eſt, Deum eſſe ex ſeipſo; ſed exponenda eſt per Κατάφασιν; Dei nullum
principium, nulla origo. Quòd, ſi in natura rerum, prima mutatio gene-
ratio eſt, cuius quaſi tractu, res educuntur in lucem; neque enim mutari po F
teſt in aliud, quod nunquam fuit aliunde mutatum, quum naturali quadam
intelligentia prius concipiatur vnde inchoata ſit, quàm quo terminata mu
tatio; profectò, Deus vt eſt abſque origine, ita procul abeſt ab omni muta-
tione. An verò, aliquid mori poteſt, quod mutari non poteſt? Quæ enim
mutatio maior, quàm mortem ſubire; quàm morte intercipi? Sic tandem
igitur (vt gręca breuitate dicam) Ἀγέννητον, probat Ἀκίνητον, & Ἀκίνητον
Ἀθάνατον. Vt, quia Deus ęternus, per ſe ſe extat, idcirco natura eius per
omnia firmiſsimè ſibi conſtans, nulli ſit pęnitus mutationi obnoxia: vnde
& conſequenter ęternum perſtet, ab omni corruptione morteq; libera: abs-
qua procul abſunt & rugæ, & ſenium: quę ſemper matura, & ſemper fir-
ma, nihil ſentit vel fragilitatis, vel imbecillitatis. Ecquid ergo aliud cogi- G
tandum eſt, eſſe illam ipſam Dei æternitatem, niſi hoc ipſum quod dici-
mus, quod ex ipſo Deo ſenſu, menteq; abſtracti, concipimus, quod ex ipſa
diuinitate quaſi effulget, & efflorefcit, perinde forſan, ac in iuuenili corpo-
re gratia formæ, & iuuentutis: nunquàm natum eſſe, nunquàm aliter ſe ha-
bere, & nunquàm occumbere poſſe? hoc eſt (vt tribus verbis gręcis omnia
complectar) illa ipſa Ἀγεννησία, Ἀκινησία, Ἀθανασία, Non nuda inquàm
illa negatio, quam ſolam, voces ipſę pręſeferunt, natiuitatis, mutationis,
interitus; ſed vis potius firma, & ſolida, quam pro noſtra imbecillitate, alijs
quàm negationum conceptibus, intelligentia aſſequi poſſe, ferè deſperare
videmur: robur inquàm inuictum, & in expugnabile; quo ęterna natura
Dei, vt eſſet, nunquàm indiguit alienæ opis; in eo, quod eſt, tutiſsima per- H
ſeuerat, extra omne periculum poſita, vſque adeò, vt per quaſcunque tem-
porum mutationes, ne tentari quidem, aut periclitari queat, ſiue intus, ſiue
foris: quo demum, aut paulatim langueſcere, aut repente, etiam ſi totum
cœlum concidat, concidere, deficereq; omnino non poteſt. nimirum, per
ſe ſe, ſuper omnia extans, atque eminens, abſque origine, expers omnis
paſsionis, & ſupra ſortem mortalitatis, cuius ſatum, (vt quidam dixit) no-
bis omnibus, quaſi Tantalo ſaxum, ſemper impendet. Putandum nè verò
eſt, aliud eſſe Deum, & aliud ęternitatem? quaſi Deus, vt ſit ęternus, indi-

geat



A geat ęternitate, & quia eſt ęternus, ſit ſubiectus ęternitati, comprehenſusq;
intra ambitum æternitatis: quemadmodum ea, quæ temporaria ſunt, indi-
gent tempore, ſubiecta ſunt tempori, & ab ipſa temporum amplitudine ſu-
perantur? An potius, æternitas illa Dei, ſicut prior eſt, atque ſuperior om-
nibus alijs, quæ quomodolibet dicuntur æterna; ita ſi cum ipſa diuinitate
conferatur, ad quam omnia tandem referenda ſunt; aut modis omnibus ea-
dem eſt, aut certè, re ipſa non eſt alia natura, quàm natura diuinitatis? Vt
propterea, hic talis, & tantus, tantæ inquam antiquitatis, & venerationis
Deus, non aliundè, ſed ex ſe ipſo, & per ſe ipſum, ſit æternus; ſicut ex ſe ip-
ſo, & per ſe ipſum eſt Deus: ne vel diuinitas, ipſa æternitate, vel æternitas,
diuinitate, quomodolibet antiquior eſſe videatur. Vna res ſola, eſt neceſ-
B ſaria huic ingenti vniuerſitati rerum, ò viri, quæ mundus dicitur; tan-
quàm, omnium eorum quæ ſunt, fundamentum, & baſis: vis, & firmitas
ſtabilium, origo, & vita mobilium. Deus ille eſt; Αἴων αἰώνων; non Deus,
& Αἴων αἰώνων; Ratiocinando, cogitatione diſtingui poſſunt, duæ res eſſe
non poſſunt. Et quidem, ſi in hac ipſa vna natura, aliquo modo licet, ra-
tione colligere, & ponere gradus, & ordines; quanuis humanum ingeniũ,
vt primas vtrique defert, ſic priores modo quodam deferre videatur æter-
nitati, quàm rei æternæ; ſicuti, & calori quàm calido, & vitæ quàm viuen-
ti; re ipſa tamen, non ideo eſt Deus, quia eſt æternus; ſed contrà potius, ob
id quod Deus eſt, æternus: vt non diuinitas ipſa æternitatis, ſed ipſius diui-
nitatis ſit indigena ęternitas, Τὸ ὄν, eſt Deus. Ὁ Αἰών, æternitas: hæc vox
C eſt ex illa voce, & ęternitas ex diuinitate. An non igitur verum eſt, Deum
eſſe in æternum, & vltra? nam, Deo non æternante, æterna non eſſet ne
æternitas quidem ipſa. Sic, ſic, iuuat ire altius, qui ad ſumma nituntur, &
penetrare ad intima ſacraria rerum, qui diuinæ veritatis lucem inquirunt:
quam Deus ipſe, & vniuerſa natura, ne hominibus aliquãdo vileſcere poſ-
ſet, in profundo abſtruſit. Deus benedictus, ſi cum rebus temporarijs con-
feratur, æternus eſt, & dicitur: at ſi cum æternis, dicitur æternitas: ſi verò
cum æternitate, author æternitatis.

*Analogia diuinæ æternitatis, ad tempus, & ad præſens, præteritumq́, & futurum, in circulo temporis.* CAP. VI.

D

VTINAM modò ipſe poſſem (ecquis eſt, qui poſsit?)
non dicam cum dignitate laudare, ſed, vel deſignare
ſymbolis, vel verbis exprimere, aut demum intelli-
gentia, & ratione aſſequi hanc præclaram ætatem,
hunc florem ſæculorum, apicem hunc vniuerſi tem-
poris, decusq;, & faſtigium omnis ſempiternitatis,
æternitatem. Victus ſum iam hoc ipſo initio, ò viri:
& planè victum, atq; obrutum, me eſſe confiteor; Quem verò non obruat

B iiij tantæ

tantæ rei magnitudo, quę, & videri non poteſt, & modum, & menſuram E
non habet, & principium, & finem ignorat? Sed, quod pictores facere ſo-
lent, dum ſubtilitate pingendi defatigati ſunt oculis, exeamus in publicũ,
& extra cancellos libero cœlo, & aperta luce fruamur: vt paulatim colliga-
mus vires, & ſecretiora ingreſsi, quæ operta ſunt aperiamus, & videamus
de tantis tenebris ſplendeſcere lucem. Res enim, (vt videtis) lucem iam
cupit, ornatum refugit: quam, perſpicua breuitate concludere, dignum vi-
ro; longioribus adhuc verbis, in ſepiæ morem, quaſi Ariſtotelicis ambagi-
bus occultare velle, ineptum, & puerile videatur. Itaque, poſtquàm ſine
memoria temporis, ægrè admodum de ęternitate cogitare ſolemus; de illa
inquam, (vt græce loquar) Συνεχεία vitæ; quę exiſtens ex ſe ipſa, non
aliunde originem habens, tantarum fortitudine virium, nullo vnquàm tẽ- F
pore deficere poteſt: diuina oracula illius infinitionem, altiſsima quadam
ratione, ſignificarunt explicandam eſſe mortalibus; &, quoad licet, ferè de-
finiendam tribus temporibus; hoc eſt omnibus in vnum collectis. Ecce
vates ille aquilifer, dilectus domini, tria hęc verba. Eſt, Erat, Erit, præ-
ſens inquam, pręteritum, & futurum, velut pia thura, deuotus obtulit pri-
mogenito mortuorum, & principi Regum terrę, tanquàm vero, & ęterno
Deo. Qui eſt inquit, qui erat, & qui venturus eſt. Quem ſecutus noſter il-
le Mercurius, interpres Prophetarum, & magiſter orbis, Apoſtolus Paulus;
Ieſus Chriſtus (inquit) Heri, Hodie, & in ſęcula: communia planè omnia
Deo, qui mundum cum tempore fecit, non propria verbo, per quod fecit.
An verò, non vulgatum eſt, & celebre, etiam apud gentes, antiquum illud G
carmen, quod de Deo interrogatus Apollo, reſpondit?

Ην ζεὺς, ἐστὶ τὲ νῦν ζεὺς, ϗ ἔσσεται, ὦ μεγάλε ζεῦ,

Erat Iupiter, Eſt & nunc, & Erit, ò magne Iupiter. Et quidem, ſi omnes
lineę, & puncta, quę à centro ducuntur, cum inter ſe tanto diſtent inter-
uallo, vbi ad centrum redeunt, colliguntur in vnum; quid mirum ſi in ipſo
temporis orbe, pręteritum, inſtans, & conſequens, quum inter ſe ſe lineę
paralellę videantur, coeunt tamen in vnam illam, vnde tanquam ab origi-
ne, & principio exeunt, atomam & inſectilem ęternitatem? Ecquis non
videat, quàm diuerſa ſint Τὸ, Eſt, Τὸ Erat, & Τὸ Erit, in circulo tem-
poris, & in centro ęternitatis? quanquàm Romanus philoſophus, neſcio
qua ratione ſemel dixit, tempus eſſe ęternitatis portionem. In tempore H
enim, tranſeunt, veniunt, abeunt, redeunt: pars altera alteram pellit, fu-
gat, auertit: & fluxu perpetuo, vna pręcedit, comitatur altera, tertia ſubſe-
quitur: ob id, non eſt in rebus ſubiectis tempori ε Τὸ συνεχὲς vitę, ad quas
vita ipſa, quaſi guttatim ſtillando fluit, ſed eſt in ipſo Deo; qui eſt vita, qui
poſsidet vitam, qui eſt poſſeſsio vitę. Nam, in ipſa Dei ęternitate, tem-
pora perſtant, non fluunt: quia illa nunquàm fluit, nunquam refluit. Ita,
quum in tempore tria ſint, in ęternitate ſunt vnum: atque ideo in tempore
ſunt propria creaturarum, de quibus nunc dicitur Eſſe, nunc Fuiſſe, nunc
Futurum



A Futurum eſſe. Mutantur enim omnia, & commutantur, ętiam quę con ti-
nentur æuo; & acquirunt, & amittunt, ſi non in eo quod ſunt; certè in eo
quod agunt. Dei verò, non aliter ſunt propria, quàm, vt in illam ipſam
æternitatis abyſſum, tanta profunditate vſque adeò abſorbentur, vt iam
non ſint tempora, nec partes temporis, ſed vna tota ęternitas. Rego vos,
diligenter audite, nam ad hæc nondum deſcendiſſe, fortaſſe turpe eſt. Cœ-
leſtes illæ, diuinæq; legiones Angelorum, & hominum, quæ in ſumma qua
dam æterni, ac prępotentis Dei vicinitate, conſortioq; verſantur, ad intelli-
gendam tantæ huius æternitatis rationem, nullis ęgent analogię adminicu-
lis, nullis comparationum, proportionumq; luminibus. Theologiam ſanè
hauriunt ex pleno illo fonte, & capite Deo, non delibant ex anguſtis, & ſi-
B tientibus riuulis creaturarum: ipſe Deus illis eſt lumen, eſt lux, eſt fons lu-
cis; theologiæ, & omnium ſcientiarum ſol: ipſe in eis videt: ipſe ab eis vi-
detur; ipſe eſt obiectum, ſpeculum, vis, virtusq; videndi. Nos illi ſumus,
ò mortales, qui exules, & extorres à regione vitæ, & lucis, ex rebus ſenſibi-
libus, ad ſumma quæq; intelligibilia, per analogiæ pedagogiam vehimur,
vnde, & ſublati in alta illa ſubſellia, quaſi ex corporum planitie, reptantes;
quum tandem aliquando, aſcenderimus ad excelſa cacumina montium, ve
lut inſolito labore laſſuli, anhelantem ſpiritum ducimus. Itaq; hoc vnum
maximè cauendum eſt, & prouidendum, ne quod facilè, cuiuis etiam acu-
to, & perſpicaci accidere poteſt, dum non cernimus conſequentia, repu-
gnantia non videmus, in ipſa ęternitatis intelligentia, aliqua nos temporis
C analogia decipiat. Homines enim ſumus, hoc eſt (vt ſanctiſsimus Vates di-
xit) graui corde, & iuxta Poetam,

*Terrea progenies.*

Nulla certè alia, vel vox, vel ratio, conuenientior eſt tempori, quàm motus,
quàm lapſus, quàm tranſitus. Nam ipſum quoque quod vocant, Nunc,
pręſentis temporis, (vnde olim Nuncini, vt ab heri, Heſterni, à Cras Cra-
ſtini) in fluxu eſt, & quaſi per Διάρροιαν, nunquam idem permanet in toto
tempore; ſi tamen totum dici poteſt, cuius omnes partes nunquàm con-
ſtant; quod ita labitur, vt perſtare non poſsit; quod vix eſt, ferè non eſt;
quod non eſt niſi tranſeat; quod vbi conſtiterit, iam non erit. Itaque tem-
poris curſus, non alius ferè eſt, quàm fluminis: quod ita fluere, labiq; vide-
D mus ànte oculos noſtros (exemplum mortalitatis noſtrę, ò viri) vt nunquã
ſint eędem penitus partes pręterlabentium aquarum. Nam, ſi nihil aliud,
certè tria hęc, ad rationem temporis pertinent; ſucceſsio inprimis, vt in flu
mine perennis aquę decurſus: tum partes ſuccedentes, & fluentes, ſeorſum
acceptę, ac diſcretę; altera prior quę fluxit, altera poſterior, quę eſpectatur
vt fluat: deinde vero eędem, vt continuatę, & cohęrents ipſi Nunc, pręſen
tis temporis; quod ipſum quoque actu fluit, & labitur: illius quidem finis,
& terminus, huius autem initium, & caput. Hinc, communi loquentium
vſu, ſi non abuſu verius, pręteritum, pręſens, & futurum, dicuntur tria tẽ-
po-

pora, ex quibus, ob id intelligitur, & ferè efficitur vnum corpus temporis: E
(quum extra animam, nunquàm ſint ſimul omnia) quia, vt prędiximus, ipſi
Nunc, quod eſt in præſenti tempore, & præteritum tempus, & futurum,
hinc, inde, illud tanquàm fini, hoc tanquàm initio, perpetua continuatione
cohæret, & copulatur: quam continuationem ſi tollas, vagabitur quidem
anima per imagines ſibi præſentes temporum, & innumerabilia fortaſſe ſę-
cula, vel tranſijſſe, vel futura eſſe, deluſa mirabitur: ſed vbi erit, in rerum
natura, cum ratione temporis, ipſum tempus? Hæc quum ita ſint, profe-
ctò, ò viri, etiam ſi initio, fineq; careret, vt aſſeuerant qui apud Græcos di-
cuntur Οἱ ἐκ τοῦ περιπάτου, & nouè de tempore philoſophantur Platone
relicto; in quo vno, legitimo tantorum philoſophorum ſucceſſore, iure
hæreditario regnaſſe videtur vera philoſophia; infinitum ne eſſe poteſt F
tempus? an non efficitur potius? Efficitur inquàm infinitum, in orbem
iens, & rediens, ſine vllo fine, quum vnaquæque circuitio cœli, ſiue diur-
na, ſiue annua, punctum habeat, vnde incipit, & in quod deſinit. Non
ſic igitur æternitas, non ſic: illa enim infinitio non eget, vt circulari itio-
ne, & reditione progrediatur ſemper vlterius, nunquàm per vices intermit
tenda, continuanda quin potius, inſtar temporis per clauſulas, & inter pun
cta morarum. Nam ſecundùm ſe totam, actu eſt infinita, nullo loco ca-
pienda, nullo tempore definienda (græcè dicendum eſt ad orationis elo-
quentiam) Ἄπειρος, καὶ ἀόριστος, ſi tamen non Ἀπειρία magis Καὶ ἀορι-
στία. Etenim, ſi longitudinem aſpicias, eſt tanquàm linea, non colore in-
tincta, non figura deſignata, ſed mente concepta, cui nullo ex latere adſint G
puncta, ſiue orbiculi: hoc eſt principium, & finis temporis: ſi latitudinē,
& ambitum, eſt tanquàm ſphæra immenſæ magnitudinis, extra quam pro-
pterea nullum eſt tempus: ſi profunditatem, eſt tanquàm infinitum cor-
pus, quo omnes temporum dimenſiones, & ſpatia continentur. Iam, quæ
tandem ſocietas ò viri, ordinis huius ſucceſsionis in tempore, cum æterni-
tate ipſius Dei? Ecquod tempus rogo, per ſe ſe, in ipſam competit æter-
nitatem? An futurum, quod nondum eſt? An præteritum, quod iam de-
eſt? An præſens, de quo, haud temerè dubitaueris, eſt'ne? an non eſt?
Quid enim tam fluit, & labitur, quàm Τὸ eſt temporis, quod, multò ve-
locius tranſit, nictatione oculi? Equidem, niſi ora impiorum, tanquàm
ſepulchra patentia, & fœtoris plena vererer, vnde, horreſcentibus etiam H
capillis noſtris, audiuntur interdum infandæ illæ voces, non eſt Deus, tam
liberè, & conſtanter de ipſo Deo, negarem, Eſt, tempus præſens, quàm
verè de omni creatura, nego tempus illud indefinitum. Erat. An verò,
non certos habet fines Τὸ Eſt temporis? quorum cancellis ita circunſcri-
bitur, vt illùc aditum habere non poſsit, neque quod præterijt, neq; quod
expectatur vt veniat? Procul dubiò autem, nullis anguſtijs claudi, vel defi-
niri poteſt Deus: cui eſt hæc ipſa, quam audiſtis, infinita vitæ diuturnitas,
& æternum ſine fine ſpatium, in quo non eſt (vt Paulinis verbis vtar) Eſt,

& Non;



A & Non; ſed eſt in illo, Eſt. Atque ideò tandem, nihil eſt tam alienum ab
ipſo Deo, quàm quoduis tempus: Et ſimiliter, nihil eſt tam alienum à quo-
uis tempore, quàm Deus: cuius, Τὸ Eſt, neque cum præterito tempore
vnquàm præterijt, neque labitur cum præſenti, neque ita expectatur, vt ve-
rè non ſit cum futuro. An enim, quia Deus erat, ideò interijt, quaſi iam
non ſit? An, quia eſt, propterea euaneſcit, tanquàm diu durare non valeat,
An, quia venturus eſt, ob id tanquàm nondum ſit orietur? Immo verò,
quia erat, tanquàm Ἀγένητος, quęcunque tempora ſignaueris animo, cum
illis temporibus erat: neq; aliquandò erat, quandò ipſe non erat. Quia eſt,
tanquàm Ἀκίνητος, neceſſe eſt vt ſit, & nihil falſius cogitari poteſt, quàm
quod non ſit. Demum, quia tanquàm Ἀθάνατος erit, idcirco in fine ſæculi
B manifeſtabit ſeipſum hominibus, qui eum videbũt facie ad faciem: tuncq;,
apparebit, quòd ſit ſempiternitatis author, & modis omnibus immortalis:
qui, ſi etiam infinita tempora eſſent poſt mundum, adhuc in illis tempori-
bus ſemper erit, & nunquam deficiet, vt aliquando nō ſit. Sic enim ouans,
mecum ipſe cogito, cogitandumq; puto, vt qui non titubanter ſequor,
præſſa patrum noſtrorum veſtigia, (neque profectò mihi fit aliquid veriſi-
milius) quòd diuina æternitas, ſit velut lignum quoddam, in flumine fiden
ter poſitum, & infixum: aut potius altus quidam ſcopulus, & quaſi Marpe-
ſia cautes in mari: quàm, firmiſsimè collocatam, agitat quidem ſemper, ſed
frangere, ſed loco mouere nunquam poteſt, nec vis, nec impetus ſonan-
tium fluctuum, & procellarum: immo verò, vt ſit quaſi terra ipſa tota; cu-
C ius naturalem immobilitatem, & nunc, & antea, per omne tempus, fluitan-
tes aquæ, omni ex parte circunfluunt, ſed franguntur potius, ſorbenturq;,
& concoquuntur in viſceribus terræ, quàm vi concutiant terram. Quàm
valde differunt, ò docti viri, in ipſa æternitatis ſignificatione, ſeorſum ſin-
gula, & omnia ſimul tempora? ſingula, æternitatem vix indicant; omnia
non ineptè deſcribunt.

### *Diuinæ æternitatis nota, EST, & HODIE. Definitio, tota ſi=mul poſſeßio perennis vitæ, nunquam cæptæ, nunquam finiendæ.* CAP. VII.

D SIc, paulatim, incipit altè emergere, & erumpere la-
tè foras, fons & origo fontium. Qui ſitiunt, veniãt,
& bibant in ſilentio, dulces aquas, tam iucundæ co-
gnitionis: homines, iumenta, Græci, barbari, ſa-
pientesq;, & inſipientes. Hic eſt fons, O viri, fons
largus, & exundans, fons perennis, atq; perſpicuus,
ipſum Eſſe: phraſim Græcorum ſequor, quibus eſt
vice nominis Τὸ εἶναι. cuius puros latices, vix tan-
quàm canes Aegyptij, non nihil delibauimus: cuius planè virtute, & ſigni-

ficatione,

ficatione, exprimitur ipſius æternitatis Τὸ ἀκίνητον; vnde fluit Ἀθάνατον; E
quo demum confluit Ἀγέννητον. hoc enim triplici nodo, vt audiſtis ſupe-
rius, plenum ſe in orbem diuina nectit æternitas, vt ſit ſine principio, ſine
mutatione, ſine fine. Quid tu hic fruſtrà refers priſca illa hieroglyphica
Aegyptiorum, Perſarum, Græcorumq́; & Romanorum? Circum, vel
Sphæram, Puellam, & Anguem? Particulæ ſunt hæc perfecti, ſed non per-
fectæ; nam, ætatem puellarum, ſenectus obſidet: Anguis, immenſo etiam
orbe moritur; & ſphæra ſolida, & planus circulus, alicunde rotundatur. At
verò, Eſſe, dicam & cum Cicerone, illud quod eſt, pro eo quod græcè di-
citur Τὸ ὄν, & Ens à cæteris reddi ſolet; neque particula eſt; neque parti-
culam exprimit, ſed totum eſt, & totum ſignificat: nihilq́; prorſus relin-
quit, quod pro ipſius æternitatis, vel gloria, & maieſtate, vel luce, & intel- F
ligentia, à mortalibus deſiderari poſſe videatur. Id quod eſt, cogitate, ò vi-
ri, & æternitatem totam breuiſsimo compendio cogitaſtis. Hæc vna eſt,
ipſius quod æternum eſt & dicitur, atque adeò ipſius æternitatis, tota ratio,
tota vis, tota neceſsitas, antiquitas firmitas. Ratio inquàm, vis, neceſsitas,
antiquitas, firmitas τοῦ ὄντος, vel τοῦ εἶναι. de qua dum fuſius loquor, quæ-
ſo vt aures veſtras ſitientes inueniam. Igitur in vnaquaque re, quæ in gene-
ratione, & corruptione verſatur, Τὸ ἀνούσιον, præcedit, Οὐσίαν, & Τὸ ἄ-
ζωον, ζωὴν, ſimiliter quoque Τὸ ἀναίσθητον, αἴσθησιν: & Τὸ ἀνόητον, νοῦν,
καὶ νόημα: accipit enim eſſe, quum non eſſet; vitam, quum non viueret;
ſenſum, quum non ſentiret; mentem quoque, quum non intelligeret. Ve-
rùm enimuero, in vniuerſa rerum natura, neceſſe eſt, vt & Οὐσία, & Ζωὴ, G
& Αἴσθησις, & Νοῦς, antecedat quicquid eſt Ἀνούσιον, Ἄζωον Ἀναίσθητον,
Ἀνόητον. Sic generatim, ætate quoque ſuperiora eſſe videntur, quæ natura
ſunt meliora; & præcedunt tempore, quæ anteferuntur honoribus. Nam,
& viri pueris, & liberis parentes, & apud gentes Dij ſemideis, & hominibus
hæroes antecedunt. Sed, & in cœlo, ſyderum ortus eſt ante occaſum: &
in vita generatio ante corruptionem: & in ipſo ſæculorum orbe, intelligi-
tur ratio principij ante rationem finis: quanquàm in circulo idem punctū,
vtranque rationem complectitur. Quòd ſi Τὸ ὂν, vel Τὸ εἶναι, illud tan-
dem eſt, quod ordinem retinet, ſeruatq́; naturam; profectò neceſſe eſt, vt
ſiue antè inſpicias, ſiue retrò, id quod eſt, ſit ſemper vltra omnia: hoc eſt
primum (vt aiunt) in generatione, in corruptione verò poſtremum: ferè H
inſtar cordis, quod tradunt in vtero primùm formari, & nouiſsimè mori.
Et quidem, ſi, id quod non eſt, quod non viuit, quod non ſentit, quod non
intelligit, ne percipi quidem poteſt, niſi per id quod eſt, per vitam, per ſen-
ſum, per mentem; nimirum obliquum per rectum, priuatio per formam,
vt tenebræ quoque videntur per lucem, vt ſilentium auditur per voces, &
ſonos; fieri ne poteſt, vt id quod eſt, prodeat ex eo quod non eſt? quod vi-
uit, ex eo quod non viuit? quod ſentit, ex eo quod non ſentit? quod intel-
ligit, ex eo quod non intelligit? Scilicet, melius eſt non eſſe, quàm eſſe,

non



A non viuere, quàm viuere, non ſentire, quàm ſentire, non intelligere, quàm
intelligere. Hoc ipſum eſt haud dubiè, quod ſubodorata eſt omnis philo-
ſophia antiquorum, cuius erat pronunciatum illud, quod Græci Ἀξίωμα
dicunt. Oportuiſſe, vt antè primam rerum conditionem, aliquid extite-
rit; vnde alia prodire potuerint; & ſi nihil præfuerit, nihil effici potuiſſe;
quia ex nihilo nihil efficitur. Quòd ſi philoſophi illi, qui de natura loque-
bantur, materiam in principium, & ſubiectum in efficiens commutaſſent,
quid dici potuiſſet verius? quid vel ſenſui, vel rationi conuenientius? An
verò non eſt hæc illa Dei æternitas, quam quærimus? quam inuenimus?
quam ſcribimus? Quum enim tria ſint, quorum rationes nemo neſcit; il-
lud in primis, quod non eſt, neque eſſe aut fieri poteſt, vt aliquandò ſit,
B quod Græci Ἀδύνατον, noſtri, trita iam voce, Impoſsibile vocant; tum
illud quod non eſſe, æquè ac eſſe natura poteſt: quod græcè Ἐνδεχόμενον,
latinè contingens dicitur, cui accidit, vt ſit; & denique tertium; cui natu-
ra eſt eſſe, & non poteſt non eſſe: quod Ἀναγκαῖον, hoc eſt neceſſarium ap-
pellant; profectò Deus benedictus, in hoc ſupremo gradu firmiter poſitus
eſt, & intemeratè collocatus. Qui, iuxta etymon vocis huius, Neceſsitas,
vel Neceſſe, neque eſſe ceſſauit vnquàm, neque ceſſat, neque æternum
ceſſabit, aut ceſſare poterit. Verè neceſſe eſſe, immo verò ipſius eſſe, tota,
& abſoluta neceſsitas, quum reliqua omnia ſint modis omnibus, & Δυνά-
τα, & Ἐνδεχόμενα, hoc eſt, & poſsibilia, & contingentia (vtrunque enim
idem ſignificat apud philoſophos.) Ecquid mihi dabitis filij hominum,
C qui adhuc diligitis vanitatem creaturæ, & quęritis mendaciū contra Crea-
torem? Quid (inquam) mihi dabitis, quod niſi forſan comparatè (& vt
Græci dicunt) Κατά τι, neceſſarium dici poſsit, in vniuerſa natura rerum?
Certè enim, omnia quæcunque ſunt, anteà non erant, & ſibi ipſis relicta in
actum neque erupiſſent, neque erumpere potuiſſent: ſed vt exiſtant habēt
Deum ipſum authorem, ex cuius arbitrio prodierunt; abs quo etiam ita
continuè pendent, vt (quod & quidam Ethnicus dixit) eorum eſſe ſit fieri
verius. Nam Deus, ipſum eſſe non dono dedit, ſed mutuauit, immo verò
mutuat in dies, & horas, vt omnino reddere teneantur, quoties ille quod
ſuum eſt repetere voluerit: In Deum ſolum, igitur referenda eſt hæc ipſa
neceſsitas, quia citrà Deum, omnia eſſe, æquè ac non eſſe poſſunt: at Deum
D eſſe neceſſarium eſt. Neceſsitas planè beata, & amabilis, ò viri, qua Deus
neceſſario eſt, & aliquandò non eſſe omnipotenti impotentia nunquàm
poteſt. nam tantùm abeſt, vt neceſſariò eſſe, nolit, vt etiam ſine fine gau-
deat, quòd non ſolum non eſſe, ſed neque aliter eſſe, vlla ratione non poſ-
ſit. Nullum hic fatum, nullæ leges fataliter definitę, nihil violentum, nihil
inuitum. Non eſt aliquid triſte quod præmat; non aliqua neceſsitas, cui
Deus pareat; nulla vis, quæ cogat. Ipſa diuinitas, eſt tota neceſsitas: quia
nunquàm Deus eſſet, ſi aliquandò non eſſe poſſet: Vt non ſint duo, ſed
vnum, æternitas, & neceſsitas: adde, & immutabilitas. Ratione, & modo

ſignificandi

ſignificandi diſtingui poſſunt, re non poſſunt. Sanè, æternitas ſignificat, E
quòd ſemper ſit; immutabilitas, quòd in eo quod eſt, mutari non poſsit;
neceſsitas quòd fieri omnino non poſsit, vt aliquandò non ſit. Ita demum
vnum hoc verbum, Eſt, totam illam, quam diximus, trium temporum
glomerationem, complectitur: propter quod, & Τὸ hodie, nota temporis
præſentis, ob id quod vim habet omnium temporum, merito eſt, (vt Græ-
ci dicunt) Αειδίω θεότητος δηλοτικὸν, & quaſi Χαρακτηριστικὸν: quod, ſi
non decorè; at certè præ cæteris minimè indecorè, exprimere, & ſignifica-
re videtur illam ipſam diuinam æternitatem. An non dies omnes, & om-
nes annos, hoc ipſo hodierno metimur? omniaq́;, & tranſacta tempora,
& futura, ad hunc ipſum quem agimus hodiernum diem, referimus? Dici-
tur enim Heri, ea dies, quæ hanc hodiernam anteceſsit: & Cras, illa ipſa quę F
ſequetur: & haud dubiè, Craſtina dies, oriente ſole, quum aduenerit, tum
dicetur Hodie: ſicut & ea, quæ vltimo loco præterijt, Hodie dicebatur,
quæ nunc dicitur Heri. Dubitari'ne verò poteſt, poſtquàm de ſingulis
diebus aliquandò dicitur Hodie, quin ſi vno tempore dies omnes ſimul eſ-
ſent, ſimul omnes, Hodie, dicerentur? Hinc, & Paulus Apoſtolus, theo-
logorum ſol, ad totum humanæ vitæ tempus pertinere docuit oraculum il-
lud: Hodie ſi vocem eius audieritis. Quin, & æternam illam filij Dei ge-
nerationem, ipſam quoque æterni parentis ſobolem, ſua ipſius æternitate,
nulla non ætate præſentem, & eos qui præibant, & qui ſequebantur, præ-
ſentiſsima æterni Euangelij luce, admirabiliter illuſtrantem, ſummus ille
genitor, his verbis extulit, vt diceret, Ego hodie genui te. Nam Heri eua- G
nuit: Cras nondum venit: Hodie præſens eſt, ſicut id quod eſt. Ex eo enim,
& præteritum incipit, & in eo futurum conquieſcit; vt propterea, ad id
quod eſt, Τὸ Erat, & referatur tanquàm ad originem; & Τὸ Erit, tanquàm
ad finem: quia res futura eſt, vt aliquandò ſit, & nunquàm præteriret, niſi
eſſet. Philoſophamur? Immo vero, Θεολογούμενα ſunt hæc, dixit Græ-
cus ille Theologus, non Φιλοσοφούμενα. hæc inquam, quæ tractant Τὸ ὂν
προαιώνιον, οὐδὲ, φύσιν, οὐδὲ θέσιν, οὐδὲ κίνησιν, hoc eſt, neque naturam,
neque poſitionem vel ſtatum, neque motum: ſed illud, quod, æternùm,
eſt illud quod eſt. Et quid eſt, illud quod eſt? Principio, fineq́; carens,
nec tam carens, quàm non ægens, æternum in ſe ipſo, & ſecũdùm ſe ipſum,
ipſum (ſi ita loqui licet) ſui origo, ſuæq́; cauſa ſubſtantiæ; quod antè mun- H
di tempora, cum mundi temporibus, poſt mundi tempora, omnis mutatio-
nis expers (admirabiles tuos lepores, diſsimulare non poſſum, Græcia.)
Ταυτῶς, ἁπλῶς ἀμερῶς ἡνωμένως. hoc vnum ſemper eſt, quod ſemel eſt,
quod præſens eſt, quod totum eſt, quod ſimul eſt, quod tranſire non poteſt.
Ecquàm præclarè, Seuerinus ille, vir conſularis, cui tantopere debet, & gręca
philoſophia, quam latino ſermone propagauit; & romana eloquentia,
quam, vt potuit, ſeruauit è media barbarie; diuinam hanc æternitatem, ve-
lut ipſius numinis ſacrarium, inſigni, & glorioſo titulo condecorans, ap-
pellauit,



A pellauit, interminatæ illius, & perennis vitæ poſſeſsionem, eamq́; ſimul to-
tam, & perfectam. Non eſt poſſeſsio in tempore, ò viri: nam quæcunque
temporaria, tanquàm poma decidua, nullo ſtabili fundamento nituntur;
& varijs ſubiecta caſibus, nunc his quidem affluunt, nunc ad illos refluunt,
& in orbem agitata aliquandò, omnino defluent. Poſſeſsiunculam con-
ſtituere poſſunt, poſſeſsionem non poſſunt; niſi fiduciariam forſan, & ple-
nam ſpei: vtinam non etiam ſæpe ſæpius, ſpei dubiæ, falſæ, inanis; tãquàm
bullæ aquarum, enaſcentis ſimul & euaneſcentis. Diuina illa æternitas, ſpe
non nititur, æternus Deus, tutò, certòq́; tenet, ac poſsidet, hoc eſt in poſſe
ſuo (vt aiunt) habet. Itaque, æternitas, ipſa eſt certa, firmaq́; poſſeſsio. At
quorũ bonorum? Vitæ, inquit, non inamabilis huius noſtræ vitæ, quam,
B mors dura, & dira, nunquàm non obſidet: cui, & patentes, & ſecretas mo-
litur inſidias: aduerſus quas, & ſinguli, & omnes, (vt quidam Ethnicus
non ethnicè dixit) ciuitatem apertam, & indefenſam habitamus; ſed vitæ
perennis, & immortalis, immo ipſius, qua Deus fruitur, beatæ perennitatis,
& immortalitatis. Hæc eſt illa vita, qua nihil bonis viris charius: cuius iu-
cundiſsimo nomine recreamur: in qua bona omnia contineri facilè exiſti-
mamus: cuius etiam guſtatu vno, affecti interdum pij animi, vſqueadeò
mente excedunt, vt (quod & gentium philoſophi ſubodorati fuere) ne tẽ-
pus quidem ipſum, neque motum, vllo modo percipiant. Et vnde apud
Græcos tantus ille Ἔπαινος ζωῆς, tanta illa laudatio vitæ, niſi propter illam
æternam vitam? quia æternitas eſt tota vita, tota plenitudo vitæ, plena poſ-
C ſeſsio totius vitæ, ſimul tota (ne ab illo ipſo tanto philoſopho, theologoq́;
diſcedam) hoc eſt non accepta per partes, neque incepta, quia Αγεννησία,
perfecta verò, ideſt tuta ac ſecura, quia Ακινησία, adde, & nunquam finien-
da, quia Αθανασία. Sanè, Deus, neque ad occupandam, aut poſsidendam
illam vitam, paulatim, & quaſi gradibus inuolauit: neque partitorem ha-
buit, ex quo, neque partiarium cum quo, ſiue temerè, ſiue æquabiliter, ſiue
pro rata portione, æternitatis poſſeſsionem acceperit: neque demum, aut
ex alieno arbitrio pendet, vt illam vitam viuat, aut iure, aut iniuria prohi-
beri poteſt, ne ſine fine viuat. Ite, ite nunc mortales, animalia Ημερόβια,
exigua, caduca fragilia, exempla imbecillitatis, folia cadentia, & inanes ter-
ræ fungi: & quum quiſque veſtrum ſit mancipium mortis, aduerſus eum,
D qui poſsidet æternam vitam, caput erigite, toti inſoleſcite. Papè, Nihil eſt
hominis vita, niſi ipſa tota calamitas, & tamen quum illi blando vultu for-
tuna ſemel arriſerit, oblitus paria eſſe, in ſecunda fortuna, altum ſapere, &
in lubrica via, curſu certare, ac velut neſciens, res humanas agitari perpetua
rotatione, & circulo: ideoq́; putans ſe ſemper fortunatè agere, animo, &
verbis intolerandæ arrogantiæ plenus, nihil nõ ſibi tribuit, nihil non Deo
detrahit, O bone vir, Vndè tam immanis, & cæca barbaries? Γνῶθι σ'αὐτον,
Homo quum ſis, exiſtima te eſſe mortalem, atque ideò ſubiectus eſto æter-
no Deo, qui ſolus, poteſt te facere immortalem, ſi voluerit. Verè, ſi tota
lo animum

hominum vita comparata ad ipſum tempus breuiſsima eſt, & fugaciſsima; E
ſi tempus, & ætas vniuerſa ipſius temporis, ne particula quidem eſt, ſed ima
go tantum ipſius æui; ſi æuum, vix vmbra quædã eſt tenuiſsima ipſius æter-
nitatis; quid eſſe putatis, veſtras, ò Homuli, vitas, ſi cum illa ipſa æterna
Dei vita conferantur, niſi quod Pſaltes cecinit, Ἐξουδενώματα? Sicut dies
heſterna (inquit) quæ præterijt. Sanè quod præterijt, non eſt, nihil eſt, &
pro nihilo computatur. Ne ſuccenſete, quæſo, homini vera loquenti;
Veritas non erubeſcit. Et quidem, pulchra laudare par eſt, & turpia vitu-
perare. Pulchrè, virtutes omnes: ſcælera omnia turpia. Vt inter ſpinas tri-
bulus; vt lilium inter flores, ſic inter pulchritudines eminet modeſtia, inter
turpitudines ſuperbiloquentia. F

## *Eorum omnium, quæ de æternitate dicta ſunt, epilogus, & panegyri-cus ipſius diuinæ æternitatis.* CAP. VIII.

SED ECCE vereor illuſtres animę, dum nimium for-
taſſe ſagaces ſumus, & laborantes, ſudantes, curren-
tes; diuinæ æternitatis veſtigia, odoramur, & perlu-
ſtramus omnia; neq; interim in ipſa venatione pro-
gredimur, ſed ingredimur, & egredimur, velut per
gyros dedalei labyrinthi; vereor (inquàm) ne ali-
quis exiſtimet, nos inter venatores inertes eſſe nu-
merandos, & vix dignos, quos delicatè alant nemo- G
ra, ſaltus, ſyluarum comæ, & vada piſcoſa. Videtis iam, quàm grandi vo-
lumine creſcit de diuina Hiſtoria liber: & quum diu, multumq; fuerit in
manibus noſtris, nondum tamen aliquid locuti ſumus de ipſo Deo, quem
ſumma religione, & ſtudio, velut aſsidua venatione quærimus, & requiri-
mus, vt ex eo viuamus. Totus hactenus ſermo fuit, vt ſic dicam Χρονογραφία
Dei: quum illa ipſa æterna ætas, ſicut ſupra dicebamus, circunſtet ſolũ,
non ingrediatur intrinſecus illam ipſam puriſsimam, ſimpliciſsimamq; di-
uinæ naturæ ſubſtantiam. An verò non meminimus facetæ illius græcæ ſen-
tentiæ, Ἴσον εἶναι μέγα τὸ βιβλίον, μεγάλῳ τῷ κακῷ, paria inquam eſſe,
& nihil, vel parum differre grande malum, & magnum librum? Porrò, ſi
iudices eſtis; & nos quidem reformidamus veſtrum illud ſubtile, & per- H
acre iudicium: feſtinate lentè, maturate: & antequàm feratis ſententiam,
conſiderate attentius, quanto interuallo diſtant res humanæ à diuinis, & di
uinæ viciſsim ab humanis. Phocion quidẽ ille, quo vix ſanctior fuit quiſ-
quàm inter doctos ex Ethnicis; quem nemo vnquàm, aut ridentem, aut
flentem vidit, cuius in dicendo vim, Athenæ miratæ ſunt; rectè docebat;
oportere, vt ſermones de republica, de bello, de pace, de agris, hoc eſt de
rebus profanis, quales paſsim tractari ſolent ab Oratoribus, ſint perſimiles
nummis; qui eò ſemper chariores habentur, quo illis eſt pretium maius, &
maſſa,



A maſſa, tam numero quàm mole minor. Ob id ſanè, frequenter admodum,
theatro iam pleno, expectatus, vt oraret, obambulabat foris cogitabundus;
intentus in hoc vnum, vt circunciſa vndique oratione, eo ſententijs augu-
ſtior eſſe videretur, quò eſſet anguſtior verbis: ſicq; dum in eum, omnes
ora tenerent, expectarentq; oracula, crebris ipſe ſententijs, non tam orare,
quàm de cęlo in terras, velut nouus Iupiter tonare, & fulgurare videretur.
Verum enimuerò, de ipſo Deo, & de omnibus rebus diuinis, quæ longè,
longeq; abſunt ab oculis mortalium, quæ auditu tantùm percipiuntur, &
fide; in quibus vel maximè locum habet illud Poetæ,

*Segnius irritant animos, demiſſa per aures,*
*Quàm quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus;*

B quoniam caro ipſa corrupta, vitiataq;, refugit ab ipſo Deo; omneſq; homi
num ſenſus, & cogitationes ad malum propenſæ, abhorrent à via Dei, ar-
cta nimiùm ipſo initio, & duris obſita rubis, ac ſentibus; quis ille eſt, inter
pios, & cordatos viros, qui nolit, & loqui, & audire multùm, & multa, in-
ſatiabiliter? Habent hoc proprium diuina quæque, ò amici, vt longa nar-
ratione, illis, vis quædam in homines, magna, & incredibile pondus acce-
dat. Nam, vt in corpora ferrum, ſic in animos gladius verbi Dei, nõ tam
ſimplici ictu, quàm longa mora imprimitur, inculcatur, infigitur: quos
pia crudelitate ſenſim interficit; & vitali confoſſos vulnere, ſenſim quoq;
exuſcitat in vitam. O ter felices eos, & viuos, & mortuos, qui in ſeipſis di
uini amoris vulnus acceperunt. Itaque, præuaricatio mihi erat, de optabi-
C liſsima illa, & amabiliſsima æternitate, in cuius ſpecie beati exultant, in cu-
ius fide iuſti viuunt, ea tantùm breuiter, mediocriterq; attingere, quæ, in
legentium, audientiumq; animis, erant perpetuò inculcanda, infigenda,
repetenda. Idq;, vt Deum ſuper omnia amare, & eum ſolùm ambire, no-
bis ipſis vim inferentes, aliquãdo totis viribus niteremur; vt nos ipſos odio
habere, vt mundum contemnere, vt mortem meditari inciperemus: vt do
lores, labores, & aduerſa quæq; ferendo, vinceremus: denique, vt in ſpem
illam certiſsimam reſpirantes, magno, & forti animo, ingentia huius vitæ
tædia conſolaremur. Ecquæ tam longa poſſet eſſe narratio, etiam, ſi di-
centi non ineſſet, aut feruens Demoſthenis oratio, aut diues illa Ciceronis
lingua, quæ nouas ſubinde voluptates, admirationes, & plauſus, ſatieta-
D tem nunquàm, nunquàm tædium, oſcitantiam, aut torporem afferebat;
vt non breuiſsima videretur pijs animis, qui mundo mortui, Deo viuunt?
qui ad ęterna illa tabernacula toto corde ſuſpirant? quorum ſunt dulces il-
læ lachrymæ, & gemitus; Educ de carcere animam meam; Trahe me poſt
te; Quando veniam, & apparebo ante faciem Dei? quibus inquam, mi-
ſericorditer diuino vulnere ſauciatis, nihil eſt aut deſiderabilius, aut dele-
ctabilius, quàm audire vbi dilectus paſcat, vbi cubet in meridie: hoc eſt in
æternitate: vt & ipſi ſecum tandẽ aliquando paſcantur: paſcantur inquã,
ab illo, & ex illo; qui idem ſimul eſt, & paſtor, & paſcua; reficiens, refe-

ctio; menſa, panis, cibus, potus; vita, & via vitæ. Sed omnino tandem E progrediendum eſt vlterius in ſylua, vt inueniamus dilectum foris, procidamus ante eum, & intueamur vultum eius: ipſe verò nos erigat, & amplectatur, dicens; Surgite, Ego ſum, nolite timere: & iam poſthàc nemo nos ſuperbè deſpiciat, aut contemnat. Antea autem, per Ἀνακεφαλαίωσιν, claudendus eſt ſermo de ætate, & ſæculo huius dilecti noſtri. Ecquis mihi tribuat, vt vel album vertar in alitem; aut certè puris aſperſus roribus, induar veſte candida; quo niueus totus egrediar, & inter ſacros olores, oratione caſta, & verecunda, ipſe quoque non indigna æternitate canam? Tu me Dñe æternitate ſuperior, viuo flumine, quod ipſe es, ablue: candore tuo dealba animam meã: comple corda doctrina tua: aperi ora ſermonibus tuis: vt ſi veram, plenamq; intelligentiam, aut mente aſſequi, aut F verbo in lucem proferre non poſſum; concipiam ſaltem, & reddam imaginem proximam veritati: & inter ſapientiæ, & eloquentiæ opes, inter ſententiarum, verborumq; numeros, tanta maieſtas grandeſcere incipiat in ore meo; dum breuiſſima panegyri, pleniſſima Chriſtianę theologię flueta, effundo ſuper terram, vt deſcendant, tanquam imber, & ros ſuper gramen. Vos Dei amantes, ſi non fideliter colligo, quæ de ipſa æternitate, longo, latoq; ſermone ſeminaui; ignoſcite mihi primùm, deinde admonete, corrigite, docete me: vt lætus, & hilaris, veſtra cum gratia, ab æternitate tranſeam ad loquendum de ipſo æterno Deo. Itaque, ſicut ampliſſimus locus, vna ambeunte ſuperficie, multa corpora circunſcribit, quæ conueniunt, & congregantur eundem in locum; ipſum quoque generale G tempus, omnia loca, & propria, & communia vndique capit, & tenet; quæ, etiam quò ad motum, quem philoſophi lationem dicunt, metitur; terram inquam, & maria, & cœlos; nam idem eſt tempus, cœlo, terra, mariq;: ſic, infinita illa æternitas, ſuapte natura multò amplior toto tempore, quàm tempus loco, quàm locus corporibus, omnino omnes temporum circuitus ambit, & continet: quos etiam non ex ſe quidem, ſed à ſe tamen emittit; adeò inuicem implicitos, & colligatos; vt centrum vnius, ſit initium circunferentiæ alterius: præteritum inquàm præſentis; præſensq; futuri. Intrinſecus quidem, æternitas, nullam communionem habet cum temporibus; temporum omnium Ἀναρχία, ἀμεσότης, ἀτέλεια; extrinſecus tamen eſt domina omnium temporum; ipſa Ἀρχὴ, ipſa Μεσότης, ipſa H Τέλος. Atque ideò, neque Χρόνος, neque Αἰὼν, neque etiam Αἰώνιος, ſed Περαιώνιο:, ſed Μεταιώνιος, ſed Ὑπεραιώνιος, quam profectò maieſtatem, communis illa, & facilis, ipſiusq; romanæ linguæ ſplendore digna vox, Aeternum, ſignificare videtur. Quid eſt enim Aeternum; ſi ſonum attendas (neque enim ſentit auris, duarum vocalium in prima illa ſyllaba conglutinationem) niſi extra vtrunque terminum, à quo, ad quem, incipiendi, & deſinendi? Vt iure, ac meritò, quia extremorum, extrema ſunt nulla, & terminorum nulli ſunt termini; nobilis illa æterna ætas, à ſe



A à ſe emittens, & ad ſe reuocans omnia tempora, tanquàm vtrinque terminus, ſit vtrinque interminata, vtrinque incompræhenſa, immo, & ipſum Τὸ ἀπεράντον, καὶ τὸ ἀκατάληπτον, nullis contentum regionibus, nullis compræhenſum rationibus. Ecquàm multi fuerunt, qui exactas mundi ætates, primaq;, & extrema ſæculorum præcedentium, vel nuda, & ſimplici hiſtoria, cuius fides, notitia, & ratione temporum præcipuè nititur; vel doctis, artificioſisq; fabulis, vnde demum tam variæ opiniones, & ratiocinationes de temporibus; deſcripſerunt, numerarunt, penè dixeram finierunt: at verò ætatem æternitatis, tanquàm vtrinque terminis, finibusq, carentem, nulla vel hominum, vel Angelorum chronologia, ſed ſolus ipſe Deus reduxit ad calculos; qui etiam numerauit dies ſæculi, pluuiæ
B guttas, & arenam maris; ipſe quoque, omni ex parte, principio, fineq; carens. Nam ne Angeli quidem ipſi, quorum origines nulla temporis dies anteceſſit, ipſius initium viderunt; neque finem terra & cœlum, quorum creatione initium habuit prima ætas temporis, aut ipſi homines, in quibus, & fingendis, terminata eſt diuina coſmopœia; & beandis, fœliciſsimè omnis creatura conſummationem accipiet: quæ ingemiſcit, & parturit vſque adhùc. Audite viri. Nobis, ne ipſi quidem vltimi temporis fines, finiti ſunt, ſed infiniti: adhuc enim theatra reſonant, & voces vbique referuntur. Quando hæc erunt? Et, Quod ſignum conſummationis ſæculi? &, Non eſt noſtrum, noſſe tantæ rei tempora, vel momenta. At verò Deo, ipſa quoque vniuerſa infinitio æternitatis, finita eſt. Ille enim, vt ſeip-
C ſum quis, quantusq; ſit, ex toto compræhendit, ſic etiam compræhendit quanta, & quota ſit ſua ipſius æternitas: niſi tamen fas, & iura vetant, in re modis omnibus infinita, ad intelligentiæ lucem, vſurpare finitas haſce voces, Quanta, & Quota. Iudicate nunc inter nos, & gentes atheas, quæ, ipſi tempori, neſcio qua cæcitate, & errore, tribuunt id ipſum, quod diuinæ æternitati omnino tribuendum erat. Tempus inhæret rotundo volubilię; mundo: mundus compoſitione varia conſtat, & ordine: ordo ſeries eſt, & textura rerum, quæ ſunt in vniuerſa natura: natura paret Deo, & quaſi pedagogiam diſciplinamq; ſequitur, diuinis legibus, authoritateq; firmatam; diuinæ leges, naturæ iura præſcribunt, & ea fieri iubent, quæ vt fierent, veſtra illa, (ſi dicere licet) ò philoſophi, fata decreuerunt:
D ex fatis denique, non alia fiunt in tempore, quàm ea quæ ſemel decreta ſunt in æternitate. Ita demum, princeps locus eſt æternitatis: vis omnium eſt æternitas: omnia referenda ſunt in æternitatem: omnia pendent ab æternitate. quæ (vt ſic loquar) iacit rerum ſemina ſupra mundum; quorum deinde fœtum & prolem, non tam facit, quàm ſuſcipit ipſum tempus in mundo: & per curſus anni, ſolis, lunæq;, apud profanos, & per definitos ſtatus, naturæ, legis, gratiæ, apud fideles. Quouis te verte, ò homo, perindè ac in theſauro intacto, & locupletiſsimo, ex cuius archa ingentes pecuniæ depromi quàm facillimè poſsint, & quæ præteriere tem-

 pora,

pora, & quæ futura expectantur, & quæ inſtant, in ipſa æternitate repoſi- E
ta continentur: vbi etiam velut in ſpeculo, hoc eſt vno, & eodem tenore, certa, fideliq; præſentia, in illius luce leguntur, & facta, & faciunda.
Sanè de excelſo illo ſancto ſuo, Deus benedictus, neque præterita reſpicit: neque proſpicit futura: ſed ſimiliter, hoc eſt ſimpliciter, cuncta aſpicit, aut fortaſſe verius circunſpicit. Vt, in rota ipſius temporis, æternitas, velut punctum ſit medium; cuius immobilis ſimplicitas, ſemper æqualiter eſt præſens omnibus temporibus: & cuius immobili ſimplicitati, ſemper eſt æqualiter præſens circuitus omnium temporum. Punctum in linea, refert momentum temporis: idcirco in diuerſis partibus lineæ diuerſa puncta, quia non idem eſt. Nunc, in fluxu temporum. At verò,
punctum extra lineam, & in circuli medio, vnde æqualiter reſpiciuntur F
omnes partes circinatæ rotunditatis, ſimile eſt æternitati: quæ eodem modo compræhendit omnes temporis partes: licet inter ſe ſe non eodem modo ſe habeant, ſed vna præcedat, ſequatur altera, ò beatam æternitatem.
Sub cœlo ipſo, quod temporis arcem, & lepidè & congruenter appellamus; nihil eſt, quod non cedat tempori, quod non tabeſcat in tempore, quod non atterat vis temporum dura, & dira: ſingula enim tempus habent ſuum, quo fiant, vt ſint; quo decurrant, quandiu ſunt; quo tranſeant, vt iam non ſint; quo in contraria mutentur, vt alia ſint; ad extremum, ſuperat omnia tempus ipſum longum, & ineluctabile; magnus inquàm ille anguis, qui apud gentes, caudam ſub guttur attractam occul-
tat, dum tacitè proſerpens, homines fallit, & nullo ædito ſtrepitu omnia G
vorat. Quid? Nos omnes ſub tempore ſumus, an non videtis? Et tanquàm in feruenti pelago poſiti, inter fluctus, & vndas temporum, hùc, & illùc ferimur, rapimur, volutamur: heu nos miſeros: nam Ixionis inſtar circumagimur: immo verò, non ſecus quàm pilæ, in aquarum gurgitibus, nunc ſurſum, nunc deorſum impellimur, & duriſsimo temporis imperio, cui omnia parent, perpetuum torquemur in orbem. Adueniet tandem, adueniet, ò boni, optabiliſsima illa æternitas: præclara illa piorum hæreditas, & verè diuina ſors: & ex hac ipſa inſtabilitatis rota, in ſolidum illud, & firmiſsimum centrum tranſlati, non tam ſciemus, quàm videbimus, experiemur, tangemuſq; ipſum æternum, & totam rationem
ac naturam æterni æui: qua, quicquid vbique erit, idem omnino, & ſem- H
per erit: & neque aliud, neque aliter eſſe poterit. Etenim iubente Deo, ędax rerum tempus, amplius non erit, abſorbente, & decoquente tempora omnia, omnipotentia æternitatis: non ſecus forſan, quàm ſerpens ille viuaciſsimus Moſe, qui tanto miraculo, omnia ſerpentum genera, & Οὐραίον quoq; illum, ſolo afflatu oẽs ſerpentes interimentẽ, quem Aegyptij Ὑπερβολικῶς ἀθάνατον vocant, diuina quadam poteſtate deuorauit. Eia ò mortales, Quis eſt noſtrum, cui iam tandẽ non libeat, hanc ipſam diuinã æternitatẽ, tanquàm expectatiſsimã terram viuentium, tanquàm paratũ nobis

portum



A portum fœlicitatis, atque perfugium, & præſidium ſalutis, nauigantium
more, animis lætis, atque gaudentibus, amoris, & honoris gratia, ſalutare? Salue, ò temporum domitrix, ò vitæ, neciſq; domina, ò hominum ſpes, diuorumq; decus æternitas: quæ tuo numine beas cælites: quæ tuo nomine ſuſtentas mortales; quæ dás leges, & iura mundo; quæ in immenſa hac naui mundanæ Reipublicæ, es clauus imperij. Tibi, reſpondent ſydera, redeunt tempora; & nec dies, nec quies vlla, ac ne momentum quidem tenue, tranſcurrit in orbita mundi, vel tuo munere vacuum, vel tuis non ſubiectum oculis, vel tuo non parens imperio. Tu, ſolium illud excelſum Dei benedicti, quod conuelli, quod confringi, quod loco moueri nulla virtute poteſt. Tu, rerum omnium parens, omnium ſæculorum virtus;
B omnium principiorum poteſtas; vniuerſæ naturæ ſoſpes, & ſuperſtes. Tu, arx, & præſidium mundi; refugium mortalitatis noſtræ; portus firmiſsimus omnium creaturarum; quæ, niſi fortitudine tua fulcirentur, tenerentur, in nihilum conciderent. Quanta eſt fœlicitas tua, quanta laus & gloria, ò immenſa regina æui: vt nunquàm ex futuris pendeas, nunquàm præterita indoleas, ſed ſemper fruare præſentibus: quæ nuſquàm nõ ades, cui nihil non adeſt, abs qua nihil abeſſe poteſt: ex qua omnia ducuntur, ad quam omnia reuertuntur. Πάμφορος, πανεπίστροφος. Quàm exultabunt oſſa noſtra, viri fratres? quàm gaudebimus, & gratulabimur, alter alteri, dum ſuperatis vndarum fluctibus, non ſolùm retuſis, ſed infractis fortunæ telis, cohibitis viribus ſtellarum, diſſolutis vinculis neceſsitatis, re-
C tractatis quin etiã licijs fatorum, quæ inextricabilibus nodis contorta, pręmere nos, atque vrgere videbantur, in antiquam illam patriam reduces erimus; ad quam, in hoc exilio poſiti, intra nos metipſos altùm gemimus, & ſuſpiramus. Tunc profectò laudabimus, benedicemus, & verè, cum populo Dei, ſabbatizabimus.

*Lætumq; choro pæana canemus.*

Sanè, licebit tunc, iuxta Euangelium ęternum, quodammodo bellicum canere, & coram Deo, & Angelis Dei traducere irrequietas temporum pugnas, ac rerum omnium perpetuas viciſsitudines. Vbi eſt tempus, victoria tua? vbi eſt tempus, triumphus tuus? Triumphus temporis, naturę motus. Virtus motus, rerum inanitas. In rerum ſtatu, quieuit motus.
D Abſorptum eſt tempus, in victoria ęternitatis. Aeternitas vincit;
Aeternitas regnat, Aeternitas imperat, firmans omnia, implens
ſingula; quę nos fecit temporales, vt faceret ęternos.
Aeternitati gratias, Aeternitati laudes, Aeter-
nitati triumphales honores.

## *Vis & ſenſus diuini oraculi ad Moſen, Ego ſum qui ſum: Dices, Ille qui eſt.* CAP. IX. E

HVCVSQVE deducta res eſt: hucuſque peruenimus, pro-
perauimus, aduolauimus, & ſana, & ſalua ſunt omnia,
vt videtis; Deo gratias. iamq́; , non longè eſt Deus omni-
potens; qui in ſublimi illa ęternitatis arce, (dicam alienis
numeris, quę ipſi etiã Prophetę, aliena lingua locuti ſunt.)

*Vno, eodemq́, altè ſolio, atque in ſede reducta,*
*Tergeminus reſidens, facie venerabilis ipſa*
*Irradians, ſacrum ſuperis inſpirat amorem:* F
*Candida cæſaries olli, ceu mollia lanæ*
*Vellera, ſplendenti, veſtisq́ ſimillima luci,*
*Intacta niue candidior, niueoq́ liguſtro.*

Poſthàc igitur, non eſt animus vorare viam: ſuſpenſo quin potius gra-
du, & placidè incedemus. Nam, & humanę mentis hebetudo, donec pau-
latim aſſueſcat, ad iubar illud immenſum, ipſo initio cęcutire ſolet. Et tan
tam puritatem non recipiunt inquinati animi, ni ſucceſſu, & mora tem-
poris, expientur, & mundentur a ſordibus. Ipſum porrò corpus, quod
corrumpitur aggrauat animam: obturatq́; ſpiritui alueos, & oſtia, ne ex-
templo haurire poſsit diuinas, quę illi cęlitus à Deo emittuntur auras.
Apex quoque humanę intelligentię, adeò imbecillę eſt virtutis, vt pauci G
admodum, ijq́; , ſupra hominem, ſingulari quodam Dei munere euecti,
profundam illam inacceſſę lucis caliginem ingrediantur. Ipſi demum
optamus in ſpe, pręter ſpem, non tanquàm viatores feſsi, & anhelantes,
ſed tanquàm ciues ſanctorum, & domeſtici Dei, admitti ad conuiuium
illud inſtructum, & apparatum de ipſo ęterno Deo vero, & viuo: vt illic
perſcrutemur, quoad poſſumus, diſcumbamus, paſcamur & nos. Vtinam
conuiuij Rex,

*Depoſita grauitate tremenda, pulcher Ieſus*
*Dilectus Rex ille hominum, Rex ille deorum,*
*Quem authorem rerum, ſeruatoremq́, Deumq́*
*Diui omnes celebrant, poſitis de more corollis,* H
*Atque ita connexi manibus, plaudente chorea,*
*Perpetuum carmen dicunt.*

pro incredibili erga noſtrum genus benignitate, & gratia, dignetur mani-
feſtare ſeipſum nobis, & cęnare nobiſcum: vt lęti, & hilares accipiamus
omen, futuros nos aliquando tandem commenſales cõuiuij illius cœleſtis,
& ęterni, de quo Baſilius Zanchius noſtro ęuo Orobiorum & cenoman-
norum ſplendor, oraculi illius Euangelici interpres, Beatus qui mandu-
cabit panem in regno Dei, cecinit.





A *Fœlix, qui potuit cœleſtum accumbere menſæ.*

Intereà porrò, vos, qui, non ad eximendam epulis famem, ſed ad obſo-
nandam deambulationibus cœnam, in hæc noſtra excurritis, meum in ſinu
veſtro gaudium, quæſo gaudete omnes. Neque enim, ab illis principia
auſpicamur, quæ internuntij vates, Apoſtoli, aut Prophetæ dixerunt de ip-
ſo Deo, ſed ab ijs, quæ per ſeipſum, oraculo ſuo, voce ſua, Deus omnipo-
tens, de maieſtate ſua, deq́; ſubſtantia ſuæ ipſius naturæ, nobis mortalibus
(prò quanta indulgentia Regis) reuelare dignatus eſt. Vnus pro omnibus,
& inſtar omnium Moſes, ea audiuit, intellexit, retulit: quem, ille præ om-
nibus, ſapientiæ antiſtitem eſſe voluit, & vt eſſet, effecit. Ob id ſanè, vt
illos ſequar (quos miſtagogos vocant,) Moyſes ægyptia lingua accepit no-
B men ab aquis: nam, & fons ſapientiæ Chriſtus Ieſus, ſedebat ad aquas; &
ipſa ſapientia in ſacris literis per allegoriam, aqua dicitur, quæ inſtillatur
cęlitus, & potata vertitur in fontem ſalientem aquarum viuentium; ſed,
& ingenia, quę pręceptis ſapientię imbuuntur, comparantur à Prophetis,
plantis, & arboribus, quę in amœniſsimis hortis, ſunt aquarum huberri-
mis, & nunquam inareſcentibus riuis, irriguæ: pręter id, quod apud pro-
fanos poetas, procul à fontibus, nullæ ſunt literarum deliciæ: Hinc in tanta
celebritate habetur fons Caſtalius, Aganippe, Permeſſus, Pegaſeus:

*Vatum Pierijs, ora rigantur aquis.*

Et Cycnea vox, quæ tantæ ſuauitatis eſſe dicitur, maximè in extremo
ſenio, vbi auditur, niſi ad ſtagna aquarum? Propterea enim viri ſapientes,
C atque ſuauiloquentes, appellantur Cycni ad flumina. Quid, quod ipſis
quoque Muſis tribuitur Aonia regio, plena aquarum, & fontium: Et quid
aliud ſunt Nymphæ, quàm numina lymphæ? Neceſſe igitur erat (vt ad vos
reuertar, ò viri prudentes) qui & ipſi ad ſacrum, & patentiſsimum fon-
tem Iacob, ſedetis dies, & noctes, & bibitis ſuauitatem aquarum, tanquàm
mel de petra: quis enim alio nomine vocet mellitam, immo verò ſuper mel
& fauum dulcem doctrinam Chriſti? Neceſſe inquam erat, vt futurus ſa-
pientię antiſtes, illum ipſum ęternum Deum, de quo ſcripſit magnus ille
Sirach, omnis ſapientia à domino Deo eſt, & cum illo fuit ſemper, & eſt
ante æuum, infinitamq́; illam ſempiternitatem, poteſtatem, diuinitatem,
cognoſceret clarius, apertius, plenius, quàm cæteri omnes, qui cum tot an-
D tea ętatibus, & ſęculis præceſsiſſe leguntur; ne Abraham quidem ipſe exci-
pio, ò viri, neque Iſaac, neque Iacob; tres illos hęroas, tam multis illuſtres
virtutibus, & tantis celebres laudum pręconijs. Illi enim (vt quod verum
eſt dicam) ſuis vbique contenti exiguis caſulis, pellibus, tentorijs, velut ad-
uenæ, & peregrini ſuper terram, per omne æuum priuatam vitam traduxe-
runt; tametſi pro ingentibus eorum meritis, vbique terrarum, clariores
quàm olim Romæ, Saturnini Graccorum, & Flacci, ſummi viri, & prima-
rij ciues, habebantur: id quod indicant pompæ funerum, & tumuli; cau-
ſæq́; , & controuerſiæ, in quibus magno, & vnanimi partium conſenſu, eli-

gebantur arbitri honorarij, & iudices. Et ſinguli quidem, ſuas ipſarum E familias, & domos, in officio continebant, inſtituebantq; recta fide, & optimis, ac Deo ipſi acceptis moribus: ad ipſam quoque humanitatem, & manſuetudinem animi, cicurabant quotquot cum illis conuerſabantur, quantumuis agreſtes, & barbaros homines: tamen, nunquàm ad id muneris abs Deo electi ſunt, vt in Chriſti typum, cuius doctrina eſt lex, & lux, vniuerſum humanum genus, diuinarum legum ſeptis, atque repagulis, intra rationis ambitum coercerent; habenis, ne deflecterent ab orbita, aſsiduè morarentur; ſpeq;, & motu, quę duo, ſunt & ipſarum legum virtus, & rerum publicarum anima: abſtractum à ſcelerum turpitudine, excitarent, compellerentq; ad pulchritudinem ipſarum virtutum. Prouinciam hanc duram, & perdifficilem, ſuſcepit, vocante imperanteq; Deo, Moſes, ma- F gnum quoddam, & nouum, naturæ, immo verò non naturę, ſed diuinæ gratiæ, miraculum. Sanè, pręter illud, quod ſua ipſius ſementina die, pater eum genuit, mater concepit, & antiquo iure tradux traducem tetigit: operante Deo, qui illum ad res tam ſublimes, elegerat, nihil ferè, illi commune erat cum alijs hominibus. Summa erant illi omnia, auguſtiſsima omnia. Renatus erat ex aquis, quum vix natus eſſet ex ſanguinibus: incluſus fuerat myſtica archa, vix excluſus ex carnali vtero: exceptus fuerat in regia apud gentes, ad ſalutem; quum ex humili, & caſabunda taberna, expoſitus eſſet à Iudæis, in maximum, & miſerrimum naufragium: Eruditus fuerat in occulta philoſophia, in ſcientia ſyderum, in numeris, in figuris, in Hieroglyphicis literis, & in omnibus diſciplinis Chaldęorum, & Aegy- G ptiorum; vt ne magicis quidem artibus, neque peritia coniectandi ex aſtris; à quopiam decipi poſſet; vt virtutum naturalium ferè nihil ignoraret; vt quaſi ambideſter, diuinis humaniſq; artibus vteretur; quibus condocefacti Aegyptij, & Iudęi, iam non rebelli ceruice, onus, & iugum detrectarent, atque depellerent: ſed ſcirent, ſuis ipſorum capitibus impoſitum eſſe ſempiternum dominum, quem dies & noctes timerent, ac formidarent. Denique, deſtinatus fuit legatus, & nomothetes Dei, vt inde, diuina virtute, ſignis, & ſermone potens, implacabilem illum tyrannum domaret, & ſterneret, portentis terribilibus; hinc, tanquàm ſacrarum legum, & diuinę voluntatis interpres, indoctam Iudęorum multitudinē, longa Aegyptiorum conſuetudine, peſsimis moribus inquinatam, & male olentem H apud Deum, corrigeret, emendaret; & ad veram religionem, ſimulq; ad mutuam beneficentiam, & beneuolentiam, (in his enim duobus omnia pendent,) ęquiſsimis inſtitutis paulatim traduceret. Quid dicam? Datum illi fuit, vt publicam in orbe perſonam, Dei nomine repręſentaret; vt pro Deo loqueretur; pro Deo daret leges, & iura; indiceret, ediceret, iuberet, prohiberet, abſolueret, condemnaret, occideret, viuificaret. Parua loquor; Deus, vnum Moſen, in toto orbe terrarum, ex animo amicum, vereq; beneuolum, vnum maieſtati ſuę fidelem iudicauit, cui fide-

ret;



A ret; cui ſe, & ſua ipſius ſecreta concrederet: cum quo, tanquàm cum ſe ipſo loqueretur: cui ſe placido vultu, in petra, quę Chriſtus eſt, familiariter, & amicè videndum exhiberet; quem per lucem corruſcantem, ex aſpero ſenticeto, hoc eſt, per euangelicam doctrinam, ex ſenticoſa Chriſti carne, & cruce, ſcintillantem, erudiret, inſtrueret. Quàm grauiter Philo, Eſto (inquit) hic titulus proprius Moſè, Homo Dei. Homo enim erat Moſes, non Deus, neque Deo miſtus: ſed maior quouis homine, minor vno Deo: qui, non tam ſe ſe agebat, quàm diuino numine agebatur, in omni vita ſua: quem Deus ſibi ad vnguem formauerat: qui præ cęteris ſe ſe committebat, & commendabat prouidentię, & curę Dei: quem totum poſsidebat Deus: in quo nihil erat ſęculare; nihil Aegyptium, aut profanum: qui vi-
B uebat animo, non corpori, diuinam mentem, diuinis verbis, diuina verba, diuinis factis ſignificans: vt admirabili quadam velut muſica, cor, lingua, & manus, ſibi inuicem librata, reſponderent; neque vlla eſſet diſcrepantia, aut orationis à vita, aut vitę ab animo. Quæ olim, in alijs vatibus, diuiſę erant, Theologia, & Θεουργία, eas, homo Dei, totus diuinus, in ſe ipſo coniunxerat. Erat theologus, erat Θεουργός, ob id, Dei dono, inſignis cornibus tempora, & illuſtris ſplendoribus oculos. Theurgicam ſanè poteſtatem, cornua indicabant, vt eſſet terrori ipſis etiam Dæmonibus: theologicam ſapientiam pręſeferebant radij, quibus erat dilectus Deo & hominibus. O magne Moſes.

*Vatum, quem plurima turba*
C *Effert, atque humeris extantem ſuſpicit altis.*

Certè, proximè, & ſecundum Chriſtum, noſtrę ſalutis authorem, & conſummatorem, nemo vnquàm alius, tam neceſſarius humano generi, quàm Moſes. Adam, fuit humani generis parens, Chriſtus, ęternum erit dominus, & magiſter. Moſes, ad hunc vſque diem, eſt communis omnium in Chriſto credentium, pędagogus. Ex Adamo, natura; ex Chriſto, gratia; ex Moſe, rudimenta naturę, ad gratiam. Adam terrenus, decoxit nobis; Adam cœleſtis redemit nos; Moſes, inter cœlum & terram medius, indoluit debitum noſtrum; & lętabundus, oſtendit pecuniam in ſacculo, ad redemptionem noſtram. Per illum Adam, naſcimur filij mortis; per Chriſtum, renaſcimur filij vitę; per Moſen, non ſolum agnoſci-
D mus peccatum, & ſtipendium peccati mortem; ſed, & videmus ante oculos noſtros, pendere vitam noſtram, vt odio habeamus mortem, & diligamus vitam. Ecquàm magnum oſtium, ò viri, generi noſtro aperuerat Moſes, ad ſalutem; niſi occaſione accepta, veterator ille, ille ſerpens callidiſsimus, incendiſſet ignes, & fomites; vt per antipariſtaſim, peccatum reuiuiſceret: & quod dextera manu, datum erat, ad vitam, ſiniſtrè excipientibus, verſum fuiſſet in mortem. Hic igitur ipſe talis, & tantus Moſes, tam Deo charus, & cui tam charus erat Deus, qui tot, & tanta ſecreta ſcripſit de Deo, de verbo ſuo; de Spiritu ſuo, de opificio ſuo, qui diuinarum legum tabu-

las,

las, Iudæis ędidit, & inuulgauit: quarum inclyta fama vniuerſum orbem E
cū ingenti Dei gloria peruagata eſt: Nam eſt carmē illud Poetæ Aethnici.

*Tradidit arcano quodcunque volumine Moſes.*

hic inquàm, ille eſt, qui, quum mitteretur in Aegyptum, quaſi alter Deus,
vt filios Iſrael, de fœdiſsima illa, & ignominioſiſsima barbaræ gentis ſerui-
tute, liberaret, fidei prudentia rogans dominum; Ecce ego vadam ad fi-
lios Iſrael, & dicam eis, Deus patrum veſtrorum, miſit me ad vos; ſi dixe-
rint mihi, Quod eſt nomen eius, quid dicam eis, poſtquàm, neque mihi
dicere, neque illis audire licebit, arcanum illud tuum ſanctiſsimum no-
men, quod reuelandum erit ſuo tempore, à filio tuo, domine Deus? Ex
ore ipſius Dei, audiuit id, quod nemo vnquam alius, ante eum audierat,
Ego Ero, qui Ero, אֶהְיֶה אֲשֶׁר אֶהְיֶה כֹּה תֹאמַר לִבְנֵי יִשְׂרָאֵל אֶהְיֶה שְׁלָחַנִי אֲלֵיכֶם. F
ò Moſes: Dices filijs Iſrael, Miſit me ad vos, Ille Qui erit. Quàm
pauca verba, ò viri; ſed quàm multa myſteria. Rex Aegypti, olim
virga furoris mei, nunc ſuperbè nimium exaltatus ſuper filios meos, fa-
ctus & ipſe, robuſtus venator ouicularum mearum, non diu erit, Ci-
to veniet dies ſua, in qua dicetur, Beſtia quæ fuit, non eſt: At Deus ve-
ſter, ſemper erit. Hunc audite, timete, colite; in hunc credite. Ecce mi-
ſit me, vt liberem vos in manu forti, & brachio excelſo. Sic fatus eſt Mo-
ſes, in lingua ſancta, ex ore Dei. Sed nos, iam græcè, latineq; loquamur,
cum tempore præſenti. Εγὼ εἰμι, ὁ ὤν, οὕτως ἐρεῖς τοῖς υἱοῖς ἰσραὴλ. ὁ ὤν,
ἀπέσταλκε μὲ πρὸς ὑμᾶς. Ego ſum qui ſum, dices filijs Iſrael, Ille qui eſt,
miſit me ad vos. Et quidem, ipſi quoque Hebræi, docent, diuiſis, & com- G
binatis literis, hoc ipſum nomen, quod iterum atque tertiò repetitur, eſſe
compendium nominis illius, quod ineffabile vocant, & complecti omnes
differentias temporis Fui, Ero, Sum. Ecquis comprehendat illud, Qui
ſum? illud, Qui eſt? Quàm magnum eſt, quàm immenſum? quàm imper-
ſcrutabile? Hæc eſt altitudo, hoc profundum, hoc vaſtiſsimum illud chaos,
infinita illa abyſſus, obſcura inquam & tenebroſa vorago incomprehenſi-
bilis diuinitatis: quæ in ęternitate latet, & in qua latet Aeternitas: quæ ſę-
cula voluit, & reuoluta reſorbet: in cuius immenſitatem, profunditatem,
infinitatemq;, qui aſpicit, non habet vbi mente conſiſtat, & in contem-
platione deſtituitur: cuius vadum tentari poteſt, inueniri non poteſt; in
quo aqua multa, nauigatio longa, pericula plurima, littora nulla. Dicas H
quicquid ad Dei laudem pertinere videatur, quòd ſit magnus, beatus, po-
tens, ſapiens; niſi dixeris, Ille qui eſt, nihil dixiſti: dicas hoc, & illa; huic
per illa, nihil addidiſti: nihil aliud dicas, quam, Ille qui eſt; nihil penitus
de ipſius Dei maieſtate, & gloria detraxiſti; adeò tota diuinæ naturæ ſub-
ſtantia, ſoliditas, in hac ipſa Οὐσιωνυμία, ſummatim colligitur. Ille, qui
eſt, Ego ſum, qui eſt, Quid eſt enim, Ego ſum qui eſt, niſi, Ego ſolus
ſum? qui ex me ipſo ſum? qui æternus ſum? qui non eſſe non poſſum? qui
primus, & nouiſsimus ſum? Eſſe, meum eſt, quia ipſe mihi, ipſe omnibus
ſum;



A ſum: ex quo ſunt quæcunque ſunt, ſine quo, quæ non ſunt, nunquàm eſ-
ſent: & quæ ſunt, in nihilum laberentur, & caderent. Abſoluta planè ſi-
gnificatio, clariſsimis verbis cōteſtata, conſignataq; æternitatis Dei. Nam,
vis, neruus, & tota ratio verbi illius, quod ſubſtantiuum Grammatici vo-
cant: quod in hoc Dei oraculo, ſecundo loco repetitur, quod prædicati
loco ponitur, quo tanquam illuſtri, & ſuperlato cognomine Deus appella-
tur; quid eſt aliud, quam illa ipſa Οὐσία? Et quid aliud inſinuabat
Deus, hoc ipſo arcano verbo, quo ſe ipſum velut breui quadam finitione,
ferè circunſcripſit, niſi ſe ipſum eſſe: & neceſſe eſſe, vt ipſe ſit ſemper: ne-
que aliud quidpiam eſſe, niſi per illum: quia ille non habet vt ſit: ſed eſt ip-
ſum eſſe: ſine quo tam nihil eſt, quam neque ipſum ſine ſe ipſo eſſe poteſt.
B O' Plato, ò Plato, ò græcæ philoſophiæ ſol, Ecce loquor tecum: arguo te:
& ſtatuo contra faciem tuam. Quum in ægyptum profectus eſſes, illicò;
legiſſes ex Moſe אֶהְיֶה Qui ſum, Qui eſt, græcè Ὁ ὤν, cur Athenas reuer-
ſus, tanta exiſtimatione, & gloria florens, vt quaſi Apollo Pythius putare-
ris, mutato articulo ſimul & genere, ſcripſiſti tuum illud Τὸ ὄν, & Deum
appellaſti, non illum qui eſt, ſed illud quod eſt? Superbène, vt quæ à no-
ſtris didiceras, non aliena furta, ſed propria inuenta crederentur? Timide
ne, vt non in te quoque inſanirent Deorum cultores? Aſtute ne verò po-
tius, & malitioſè, more græco, vt quum ambigerent populi, eſſet ne Deus
vnus, vel multi Dij; tu velut duabus ſellis ſedens, cenſor, & arbiter de reli-
gione iudicare, & pro libito nunc Deum, nunc Deos aſſerere poſſes? Hæc
C quidem, forſan iuſtè, in Platonem dici poſſunt, ò viri; ſed nos mitioris
ingenij ſumus: & cauemus, quam maximè, ne ſiniſteritatis, aut etiam ma-
lignitatis ſuſpicione, notari mereamur. Quid enim prohibet, vt putemus
Platonem, dextero illo ſuo ingenio, vel cogitaſſe, ea quæ indiuidua vel
ſingularia dicuntur, poſſe multiplicari, ipſam verò formam cuius indiui-
dua ſunt, quam neutrum nomen ſignificat, neceſſario eſſe vnam ſolam? vel
exiſtimaſſe forſan hoc ipſo neutro nomine obſtruenda eſſe ora eorum, qui
ludebant in Dijs, & maribus, & fœminis; in quibus mirum quam inſanie-
bat antiquitas? Porrò verò negari tandem non poteſt, quin indiuidua ip-
ſa, quæcunque ſunt ægeant participatione ſpeciei, vt ſint: atque ideo credi
par eſt, Platonem, qui de rebus diuinis tractabat, tanta ſententiarum copia,
D flumineq; verborum, vt Θεῖος, iam tum appellaretur, ſignificare voluiſſe,
quod nihil ſit Deo prius, nihil fortius, nihil melius, nihil denique in ipſa
etiam natura notius. Immo verò, quod Deus ipſe, ſit primum, & antiquiſ-
ſimum omnium, omnium vis, & robur, omnium amor, omnium lux, om-
nium vita: cuius participatione, omnia ſunt, viuunt, agunt. Sed iam deſi-
namus Πλατωνίζειν. Aegypte demens, quæ cœlum nunquam, nunquam
ſydera aſpectans, Deum, ne aliquando quidem cogitare poteras, defixis
ſemper in terram oculis, vnde tibi abſq; nube, & imbribus, perpetua erat,
& ingens rerum copia. Perfide Iſrael, qui, vt ſcelere ſaltem Aegyptios ſu-
perares,

perares, quum te illi viribus, atq; potentia ſuperarent; Deum, ipſum ſciẽs, E
& prudens ignorabas, quem Moſes quotidie prædicabat, quem patres tui
ab initio coluerunt. Tenebræ veſtræ, lumen noſtrum; infidelitas veſtra,
noſtra fides; veſtrum ſcælus, noſtra ſalus; Deo gratias. Interrogante enim
Moſe, quo nomine ſignificari vellet Deus, & reſpondente numine, Di-
ces Ille qui eſt, iam intelligit vniuerſus orbis, tantum abeſſe, vt Deus non
ſit, vt ille ipſe ſolus ſit, & nihil ſit præter eum: qui per ſeipſum eſt: cuius
participatione ſunt quæcunque ſunt: cuius virtute durant quæcunque du-
rant, cuius beneficio erunt quæcunque erunt; quia ille ſemper erit, ſicut
ſemper eſt, & ſemper fuit, אֶהְיֶה Eſt ille qui eſt: Fuit ille qui fuit: Erit
ille qui erit.

F

*Uſque adeò naturale eſſe ipſi Deo, vt verè, & proprie ſit, vt quod non ſit ne cogitari quidem poſſit.* CAP. X.

IGNOSCITE ò boni, & æqui literarum cenſores,
contractioni, & breuitati meæ, dum de immortali,
& excellentiſsima natura illius, verba facio, qui eſt
pater verbi, qui dat nobis verbum. Multa, ſi vellẽ,
huc in vnum, & natiua, & adoptata cõgregare poſ-
ſem: ipſa enim materia facit ingenium: ſed, puto
me vobis gratiorem futurum, quod nonnihil omi-
ſero, quàm quod nihil omiſerim. Certè verò, & G
ruſtica eſt, & inurbana illa manus, quæ, & honorem decutit ſyluis, & ex
toto ſpoliat pomis arbores, pampinis vuas, agros floribus. Illud vnum por-
rò, vt ex toto præteriri non debet, ſic neque differri vlterius poteſt; quod
eorum, quæ dicta ſunt, propter affinitatem, quaſi appendix, ad ſecundam
menſam pertinebit: & quia in eo nihil eſt niſi pertenuè, collocabitur inter
bellaria ſcholaſticarum ſubtilitatum. Vniuerſa natura rerum, inter gene-
rationem, corruptionemq; poſita, velut quæ perpetuam choream ducit in
oculis ipſius Dei, nunquam ſui ſimilis, nunquàm eadem, ſæpe vultus variat
ſuos, & diuerſas perſonas oſtentat; ſimulachrumq; eſt potius, aut, ſi reci-
pitis, ſimile ſimulachro, quam corpus firmum, quam res ipſa ſolida, quàm
ipſa permanens veritas. Deus ipſe, qui naturam condidit, & naturam ad- H
miniſtrat, de quo Plato elegantiſsimè (vt ſolet) dixit Ἐπ᾽ ἐκεινα τῆς οὐσίας,
quod ſit vltra eſſentiam; ille eſt qui ſolus verè, & propriè exiſtit; vtroque
enim aduerbio, maiores noſtri dilucidè, & diſtinctè vſi ſunt, cum ingenti
eorum laude & noſtro fructu. Hoc ſanè eſt verè eſſe, nunquam nõ fuiſſe,
nunquam non futurum eſſe; nunquam aliter eſſe; ita vt nullo vnquam
tempore, niſi mentiendo dici poſsit, Non eſt, Non erat, Non erit: Aliter
eſt, Aliter erat, Aliter erit. Quid eſt autem eſſe propriè, niſi, non aliun-
de pendere in eo quod eſt; non participẽ fieri eius quod eſt; eſſe ens prin-
cipale;



A cipale; nitiui propria; eſſe, & durare per ſe ipſum; vt, quum ſingularum
rerum ſingulæ ſint proprietates, eſſe ſit illius proprium, aliorum mutuum?
Dicam breuiter, & ſtrictim. Verè, refertur ad eſſe, vt non ſit falſum,
non fictum, non vanum, non ſit vmbra, ſit res, ſit corpus, non eminen-
tia, ſubſiſtat, non euaneſcat. Sanè, nota ſunt ſimulachra pugnæ; quibus,
etiam ad verum diſcrimen, & ad iuſtam aciem, aliquando aſſueſcimus: ob
id enim apud Maronem, ille

*Multa modis ſimulachra videt volitantia miris*

At verò, quod dicimus Propriè, refertur in eum qui eſt, hoc eſt in ip-
ſum Deum, cui ita eſt naturale, vt ſit, vt ipſum eſſe, dici poſsit, ac debeat,
Dei propria, genuinaq; natura. Omne enim quod habemus, aut eſt pro-
B prium, aut eſt mutuum: & quidem, quod mutuum, non eſt perpetuum:
quia quod perpetuum eſt, eſt & proprium: vnde & certa illa, atque deter-
minata rerum vocabula, penè nata vnà cum ipſis rebus, dicuntur nomina
propria, Ecce apud eundem Poetam

*Propria hæc ſi dona fuiſſent.*

Et illud,

*Connubio iungam ſtabili, propriamq; dicabo.*

Iam ad vos eſt mihi ſermo, ò Filij hominum. An non ita eſt, quod ni-
hil verè, & propriè ſit, niſi ſolus Deus? Nihil ſtabile ſub ſole: præterit fi-
gura huius mundi: generatio venit, generatio præterit. Eſt ne igitur in
mundo ſolida, & ſtabilis veritas, an potius inconſtans, & incerta vanitas,
C quæ videntium oculos fallit, dum ſibi grandia videre videntur, & inania
vident? niſi tamen vſque adeo erroribus imbuti ſumus, vt, quod interdum
profani etiam ſcriptores conquerebantur, vanitati veritas, & falſæ opinio-
ni, diuturnitate temporum confirmatæ, cogatur cædere ipſa etiam natura.
Sed audiamus ipſum concionatorem, Regem, & filium Regis, ad demen-
tatum hominum genus, in morem bacchantis, ipſo concionis initio, ex-
clamantem. Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Ecquid amplius ha-
bet homo, de vniuerſo labore ſuo, quo laborat ſub ſole, niſi ſolam vanita-
tem? Nam quicquid acquirit, præterit, & prætereundo, poſſeſſorem fallit
& eludit. Ecquę alia eſt ratio vanitatis? Habetis Dei vatem ſanctiſsimum.
Somniatores fruſtra locuti ſunt, vanè conſolabantur: & Poetam.
D ſed illos

*Expectata ſeges, vanis eluſit auenis.*

Et iterum

*Nec ſi miſerum fortuna Sinonem*
*Finxit: vanum etiam atque mendacem improba finget.*

Eſt, & locus ille Ciceronis, Memini, neque vnquam obliuiſcar noctis
illius, Tibi vigilanti, aſsidenti, mœrenti, vana quædam miſer, atque ina-
nia, ſpe falſa inductus pollicebar. Certe verò lex, pſalmi, Prophetæq;, &
Euangelia, atque etiam apoſtolicæ literæ, in hoc totæ ſunt, vt non popula-
ri trutina,

ri trutina, ſed quaſi ſtatera aurificis, iuſto libramento explorent, & expen- E
dant, hinc pondus immobile veritatis Dei, inde tenues, & inanes auras va-
nitatis creaturarum: ne ſpes noſtras collocemus in re inani, ſed ſolida, hoc
eſt non in creaturis, ſed in ipſo Creatore: vt non computemur cum viris
illis diuitiarum mancipijs, qui cum dormierint ſomnum ſuum, aperientes
oculos ſuos, nihil inueniunt in manibus ſuis. Ob id, tam ſæpe legimus, cor
vanum, homines vani, cogitationes vanæ, ſpes vana, vana ſalus. Vniuer-
ſa vanitas omnis homo viuens. Vir vanus erigitur in ſuperbiam. Nota
eſt demum vox impiorum, Vanus eſt, qui ſeruit Deo. Et illa iuſtorum.
Vani ſunt omnes homines, quibus non ſubeſt ſcientia Dei. O nos beatos
Viri, ſi velut lapide lydio, diſparata vanitate à veritate, iam aliquando ab
iſtis picturis, & imaginibus; animum ad rem, & veritatem ipſam traduxe- F
rimus: vt, quemadmodum in rerum natura, ſic in cogitationibus, & men-
tibus noſtris, (ne ab orbe ipſo toto diſcrepare videamur,) altas agat radices
veritas, & in auras paulatim effluat, euaneſcatq;, vniuerſa vanitas. Nihil
hic agimus de vanitate peccati, qua penè in nihilum vertimur: aut de va-
nitate humanæ vitæ, cuius, vt Ethnici loquuntur, ineuitabile fatum eſt
mors, quam ne ad Iouis quidem veſtibulum, ſi tanquam ad aſylum confu
gies, euadere non poteris. Sermo eſt de communi vanitate, quæ eſt ipſa
mutabilitas. Veritas profectò, ſolius eſt Dei, vanitas indiuidua eſt comes
omnis creaturæ: cui ſubdita eſt etiam nolens: vt, muto quodam eloquio,
non eſſe nobis quieſcendum in creaturis, ſed trãſeundum per creaturas ad
creatorem, doceat nos hic ipſe mundus, qui nunquam in ſe ipſo quieſcit: G
quemadmodum Deus benedictus, quum ſex diebus verſaretur in conden-
da natura, nũquam quieuiſſe legitur: ſed quum finem impoſuiſſet coſmo-
pœiæ, tum primum requieuit, extra omne opus, quod patrarat. Et quo-
modo quieuiſſet in vanitate, in vacuitate, ille qui eſt Παντῶς τὸ ὄν, ὐδα-
μῶς μηδὲν? Ecquæ requies, ipſi etiam homini eſſe poteſt, in vacuo; quan-
do, & ipſe quoque, niſi repleat eum ſpiritus Domini, nihil aliud eſt, quam
terra inanis, & vacua? Ne putate rogo Fratres, vana eſſe quæ dicimus, ob
id quod de ipſa vanitate loquimur; non eſt vanus qui dicit Omnia vanitas:
neque eſt mendax pater eius, qui dicit Omnis homo mendax. vterque,
homo eſt qui loquitur, ſed ambo, eo quo ſupra hominem viuunt, ſpiritu,
ſupra hominem loquuntur: verè ſe ipſos excedentes, diuini vates, diuina H
ſapientes: poſiti animo, & mente, vt extra cœli ſoliſq; vias, ſic extra men-
dacia, & vanitates. Vanus eſt qui loquitur de vanitate pro vanitate, con-
tra veritatem; Ille non eſt vanus, qui loquitur contra vanitatem pro veri-
tate, & ex ſpiritu veritatis: ſed iam receptui canendum. Alia igitur om-
nia, præter Deum, tanquam vana, & vanitas, modo ſunt, modo non ſunt:
Deus, & ſolus eſt, & ſolum eſt: neque vnquam, neque vlla ex parte, non
eſt, neq; non eſſe poteſt. Οὐσία, plena τῦ ὄντος, ἐξυσίαν ἔχων τῶν ὄντων:
ex ſeipſo poſsidens tanquam ſuum, id totum quod eſt: ſine quo, neque
perſtant



A perſtant in eo quod ſunt; neque eſſe incipiunt quæcunque ſunt. Hinc vir
ille, inter orientales maximè Deo charus, qui, licet inter barbaras nationes,
vnde originem duxerat, verſaretur, innatam tamen, & inueteratam barba-
riem, moribus, pietate, diſciplinaq; deleuit; hoc vno inſigni nomine Τῦ
ὄντος, Deum ipſum adorabat, cuius eſt illa dulcis, & clara vox, Nonne tu
qui ſolus es? Sed & Delphi, ſuo illo Apolline, clari, & illuſtres in omnibus
gentibus, vbi templum ingrederentur, hoc ipſo verbo Εἶ, quod templi po
ſtibus, grandibus inciſum literis, ſe ſe legendum tranſeuntibus oſtentabat,
Deum ipſum, ſumma religione, ſalutabant. Significare enim videbantur,
Tu ſolus es, qui non eſſe non potes; à quo omnia, quum per infinita ſæcu-
la nunquam fuiſſent, vt primum eſſent, acceperunt. Huc itaque illud ſpe-
B ctare videtur, quod ſymbolica theologia docet Deum habitare in meri-
die: quod & ſupra inſinuaſſe me obliti non eſtis, ò Viri. Nam Deus non
habet mane quod illuceſcat: non veſpere quod occidat: lux ſemper plena
diei, in qua tenebræ non ſunt vllæ: in qua nihil cedit, nihil decedit; cui
nihil accedit, nihil ſuccedit; apud quam, non eſt tam quotidie, quam ho-
die; neque hodie labentis temporis, ſed ſemper ſtantis æternitatis, quod,
non ſemel venit, vt ſemel eat; neque aliquando vadit, vt iterum redeat;
ſed, idem æternum manet, vt æternum maneat. Dies perennis, qui nullis
inchoatur exordijs, nullis clauditur finibus: dies ſolſtitialis, cui neque ac-
ceſsio fit vlla, neque vlla deceſsio: dies omnium maximus, qui lucet ſingu
lis, fulget vniuerſis: non primus inter dies, ſed vnus omnium dierum: dies
C qui non eſt factus, ſed per quem alij omnes ſunt facti; cuius præſens, & in-
deficiens lumen, ſæcula omnia, quaſi multi dies, ſed tanquam dies vnus,
vna, continua, nunquam defecta, nunquam interciſa luce colluſtrat: in ſe
ipſum rediens, à ſe nunquam recedens, omnia lumina ad ſe reuocans. Sed
nolim vobis videri ſtultus, & obliuioſus ſenex, qui de veritate dixerim, de
proprietate tacuerim: duo enim proponebamus, quod naturale ſit Deo,
eſſe verè, & propriè. Quid eſt igitur tandem, quod Hebræi, inter Dei
laudes, tantopere efferunt præclarum illud trium literarum nomen, שדי,
quod, Græci ferè eſt, Αὐταρχής, niſi, quia Deus non ſolum verè, ſed &
propriè eſt: quia neque ab alio habet vt ſit; neque eſſentiam habet qua ſit;
ſed neque æget, vel ente vel eſſentia, vt eſſe habeat: quin potius, nihil ha-
D bens, eſt omnia; & nihil eſt quod ille non ſit: atque ideo, ſibi omni eſt ex
parte ſufficiens: qui, nullius rei indiget, quo, cætera omnia quantumuis
huberrimæ fœcundiſsimæq; naturæ eſſe videantur, nunquam non indi-
gent. An verò, in aliqua creatura eſſe Αὐταρχία poteſt? Sed, tametſi diuus
Paulus, humiliore quodam ſenſu Αὐταρχίαν, pertinere docet ad Chriſtia-
ni hominis laudem, vt qui paruo contentus victum, & veſtitum diuitias
putet: apud philoſophos tamen ſimpliciter, & ſine addito id quod eſt
Αὐταρχὲς, oportet vt ſit etiam Αὐτοτελὲς, ſe ipſo perfectum: quod titulus
eſt ſolius Dei: Solus igitur Deus ſibi ipſe ſufficit: nimirum per ſe ſe exiſtẽs;
per

per ſe ſe abſolutus, & perfectus, vt hinc euidentiſsime appareat, quòd ip- E
ſum eſſe, ſit omninò proprium ipſius Dei, non commune alijs rebus: ſicut
ex illa immutabilitate apparet, quòd verè non extet niſi ſolus Deus. Et
quidem lingua ſancta Dei, in qua (vt dicebamus) ſcriptum eſt, Ero qui
ero. (Aleph enim litera א quæ præcedit, ex præcedit, ex grammatica He-
bræorum, indicat quod אֶהְיֶה ſit futuri temporis,) ſpectauit & expreſsit
hanc ipſam, quam futurum tempus manifeſtè oſtendit, cùm ſempiterni-
tatis ſecuritate, proprietatem. Contrà, peregrinæ linguæ græca, & lati-
na, in quibus legitur tempore præſenti, Eγὼ ὁ ὢν, Ego ſum, qui ſum, re-
ſpiciunt vnam illam, ad quam omnino proprietas, & perpetuitas conſe-
quitur, diuinam veritatem. Sanè omnis philoſophia docet, nunquã nos
homines de Deo ipſo magis mentiri, quàm cùm obliti præſentis, præteri- F
ta futuraq; loquimur: quippè, qui omnibus præſens, & quo nihil præſen-
tius, omnia velut præſentia, & coràm poſita, videt, continet, poſsidet;
quem, & ſemper, & vbique præſentiſsimum, tempora, loca, acta, neque
præterita fugiunt, neque futura latent. Iunge omnes æditiones ſimul, ò
bone, & ecce habes alas, quibus, volare poſsis ad intelligendum eſſe Dei,
& verum, & proprium. Manifeſtior hebræa eſt, & facilior, cuius ſcopus
eſt proprietas: Græca eſt multò ſublimior; cuius finis eſt veritas. O Deus
meus, ò veritas, ò immutabilitas, ò proprietas, ò ſempiternitas. Tu es Tὸ
πᾶν, reliqua Tὸ μηδὲν. Nihil verè eſt, quod ipſe non ſis. Ob id conci-
pis, & facis ſingula, quia es omnia: es quicquid ſum ego: es quicquid ago
ego: es quicquid ſunt omnia; & quicquid agunt omnia. Quid, ſi auda- G
cius dicam, Ipſe es quicquid eſt, & quicquid non eſt, quia es ipſum Tὸ ὄν,
quo, ſunt quæcunque ſunt, &, quo, eſſe poſſunt, quæcunque non ſunt:
&, quia in te non differt, illud quod es, ab eo quo es, verè ſolum es, & ſo-
lus es. Nam, cætera, non ſunt Aπλῶς, ſed, Kατά τὶ; nimirum, quia abs
te habent non nihil illius quod eſt, quod ipſe es. Iam, quæ tanta inſcitia,
animis noſtris ineſſe poteſt domine Deus, vt te non eſſe cogitemus? te, in
quo viuimus, in quo mouemur, in quo ſumus: quem cœli, & elementa lo-
quuntur, quem belluæ prædicant, & ipſi quoque muti piſces maris? Per
ego vos, per veſtram fidem, per veſtram ſalutem, per veſtram deniq;, quam
tantopere colitis, philoſophiam, adiuro obteſtorq;, ò filij hominum, au-
dite. Si verè in ipſa natura, & non in hominum opinione duntaxat, ecce H
vobiſcum philoſophice ago, ſi hæc duo contradictoria ſunt, Eſſe, & Non
eſſe, cogitari ne poteſt, vt id quod eſt, ſit id quod non eſt? vt lux inquam
ſit tenebra? vt forma ſit priuatio? vt plenum ſit inane? Hoc profectò dicit,
qui dicit Deum non eſſe. Vnde verò moueri poteſt cogitantis animus, ex
ipſa natura Dei, quæ obiectum eſt huius cogitationis, vt inde, ſe ſe tam im-
pudenter exerat, vt dicere non vereatur Deum non eſſe, aut etiam non eſ-
ſe poſſe? cuius neque cauſa præceſsit vlla, neque priuatio, neque potentia:
qui, nullam intrinſecus relationem habet ad ipſum non eſſe; tanquam, vel

inde



A inde originem duxerit, vel in eius finibus aliquando moratus fuerit? Verè
nihil prohibet, vt cogitemus animo, quòd in vniuerſo nulla creatura ex-
tet, & tractemus de omnibus, perinde ac non eſſent, quoniã res ita habet,
fieri poſſe, vt omnino non extent, quæcunque extant. Et ſi enim, creatu-
ra, quemadmodum non eſt per ſe Ens; ſic neque eſt (vt Logici loqui ſo-
lent) per ſe non ens, quandoquidem aliena virtute, & eſſe induit, & non
eſſe exuit: illud tamen veriſsimè dicitur, quod omnia citra Deum ex ſe
ipſis tam ſint non entia, quam non ſint entia; vt, quæ compoſita ſunt, ini-
tium habent, finem habere poſſunt, & Deo indigent, qui initium fini, &
finem coniungat initio. At verò, Deus, quo colore cogitari poteſt, vt nõ
ſit, in quo neque initium, neque finem, neque partes, vlla inuenit cogita-
B tio: immo verò, in quo nihil inuenit aliud quàm eſſe, quàm ſemper,
quàm vbique, quàm totum, quàm omne, & perfectum: in quo, nihil
commercij, nihil communionis, cum ipſo non eſſe, cum ipſo nihilo, cum
ipſo imperfecto? Eſt ne vero Deus, quo nihil maius cogitari poteſt, quo
nomine gentes Deum ipſum, iudicio, fama, & prædicatione circunfe-
runt, ſi vere illud non eſt, quod vt aliquando non ſit, ex ratione ſua co-
gitari non poteſt? Equidem ſæpe ſæpius, dum noſtra libertate abutimur,
ab ipſo Deo, quem ſemper ante oculos habere oportuerat, ita mentem
auertimus, vt non niſi ea quæ corporeis ſenſibus videmus, cogitemus ani-
mo: tum certe negligimus, & imprudentes, non cogitamus Deum. Quis
hoc ignorat? Interdum, & ſuperbè cogitamus, quòd non ſit aliquis Deus,
C quòd caſu ferantur omnia; mundusq; ipſe totus, ſit abſque vllo principio,
& ſine vllo principe. Heu, quanta eſt libertas hominis? quanta poteſtas?
Non nè dicit malum, bonum, & bonum, malum? lucem tenebras, te-
nebras lucem? Et ſicut ſcriptũm eſt, delitias computat eſſe ſub ſenſibus?
hæc omnia, veriſsima eſſe, veriſsimum eſt. Sed enim, vt hæc omnia ma-
nifeſta ſint, quid præſtantiſsimæ naturæ Dei, cum tanta caligine, & igno-
ratione mortalium hominum? Finge homo quantum audes, aude quan-
tum potes, ille verò qui eſt, nihil habet in ſua ipſius natura, vnde, quòd
non ſit, cogitari aliquo modo poſsit. Nondum ne intelligis? Accipe
verbis clarioribus: tu te Deum cogitare putas, ſed, quum Deum non eſſe
cogitas, aliud cogitas, quod non eſt Deus: creaturam cogitas, & putas te
D cogitare creatorem: perinde ferè, ac imprudens ille, & ſtultus homuntio,
qui dum inhiat cumulandis terrenis opibus, nihil niſi labores, & angores
animo verſat, & iudicio, & opinione falſus retur tum ſe maximè de
optatiſsima fœlicitate cogitare. fel habes in manibus fili mi, & clamas mel
mel; ſpecies decepit te, ò Fili hominis. quod cogitare te dicis, habet ne-
ſcio quid ſimile Dei; Sed non eſt Deus: nam & fel videtur eſſe ſimile mel-
li, ſed tamen quantum diſtat à melle? Quod ſuapte natura cogitari po-
teſt, vt non exiſtat, non eſt Deus. Deus eſt illud quod eſt; quod non po-
teſt non eſſe; quod non poteſt cogitari non eſſe; immo vero, quod cogi-



tari

tari non poteſt, niſi cogitetur eſſe, quia eſt ipſum eſſe; & nihil de Deo in- E
telligit qui non intelligit ipſum eſſe.

## *Aduerſus inſipientem qui dixit in corde ſuo, Non eſt Deus.*
## CAP. XI.

IAM ne vides bellua? iam ne ſentis? Quid adhuc
muſſas? quid inſana murmura rodis? Quid dicis
in corde tuo, Non eſt Deus? O nimium mutus,
ò nimium loquax. Non dum cognouiſti? non
dum reſipuiſti? non dum ſublatis oculis intellexi- F
ſti, nihil eſſe tam voluntarium, quàm quod ipſe de-
preſſa voce loqueris, Deum non eſſe? nihil tam ne-
ceſſarium, quàm quòd publica naturæ vox, & om-
nium gentium lingua teſtatur, & prædicat, Deum eſſe? Ecquid eſt, ſi is
non eſt, quo omnia ſunt? An res caleſiunt, ſine calore? An illuſtrantur,
ſine luce? Itaque ſi aliquid aliquando eſſe potuit, poteſt; aut poterit, non
ne ſtatim conſequitur, vt Deus ſit? Nam nulla res, ſe ipſam facere poteſt,
vt ſit, quum non eſſet: tam ergo nihil eſſe poteſt, ſi Deus non eſt, quam
omnia eſſe poſſunt, ſi Deus eſt. Et tu quidem, qui tam magna ſpiras, vt
dicere non verearis, Deum non eſſe, ſi ille non eſt, tu quomodo es? &
quis es, & vnde es, & vbi es? Tu ne inquam es, & talis es, & tantus es; & G
Deus nihil eſt? Tu tam ſtultè arrogans, & tam arroganter ſtultus, in te
rationem, & mentem ineſſe putas, in toto mundo non putas? Quid enim
dicere te arbitraris, quum dicis, Non eſt Deus? Non eſt anima in homi-
ne, non eſt pater familias in domo, non eſt præfectus in vrbe, non eſt Rex
in regno. Et quomodo viuit homo? quomodo perſtat domus? quomo-
do non eſt deſerta vrbs? quomodo non eſt viduatum regnum? O deli-
rationem incredibilem, ò nimis altas inſipientiæ ſtirpes. Non eſt Deus,
Non eſt carina in naui? non eſt in animali cor? non eſt fundamentum in
ædibus? non eſt ſol in cœlo? non eſt dominus in vniuerſo? Quomodo
verò non ſoluitur nauis? quomodo mouetur animal? quomodo ſurgunt
ædes? Quomodo ſplendet cœlum? quomodo adminiſtratur vniuerſum? H
Non eſt Deus? Ergo eſt circulus ſine centro? eſt linea, & nullum pun-
ctum? ſunt numeri, & non eſt ipſum vnum? Non eſt Deus? Sunt Τὰ
ὄντα, & non eſt Τὸ ὂν? Sunt ſingula, & non eſt Τὸ πᾶν? ſunt omnia,
& non eſt Τὸ ἓν? Ecquis tandem ferat, & patiatur ineptam hanc tuam
ſtultiloquentiam, ò inſipiens? aduerſus tantam illam orbis terræ fidem,
& conſenſum, quo integræ nationes, & populi, vno ferè ore, de ipſo di-
uino numine, mirabiliter ſentiunt, & loquuntur? Vox tua eſt contra
omnes, & contra te ſunt voces omnium. Et iuſtum eſt quidem, vt orbis





A terræ pugnet contra inſenſatos, qui dum audent belligerare cum Deo, in-
ſcientes, & imprudentes, repugnant vniuerſæ naturæ. Non eſt commen-
tum principum, aut literatorum hominum, ad continendas in officio ple-
bes, religio, & cultus Dei ò Impie. Initium habuit cum ipſa humana na-
tura; non minus quàm ſermo; prærogatiua, & priuilegium hominis pro-
prium, quo maximè cunctis animantibus antecellit. Ob id, ab ineunte
ætate, certa quadam pietatis vmbra, verſante ſemper ante oculos noſtros,
naturali inſtinctu, & ſinguli, & omnes, ducimur, ferimur, impellimur,
ad cognoſcendum, colendumq; Deum noſtri generis parentem: non ſe-
cus, quàm vel ſubrumi agni, vel noſtri infantes, antequam dediſcant lo-
qui Buas, & Papas, & Tatas, & Mammas, accurrere ſolent, dum eſu-
B riunt, ad ſuas ipſorum genitrices. Genus enim Dei ſumus, qui corpora
noſtra è limo finxit, animas noſtras ex nihilo creauit, nos omnes verbo
veritatis genuit. Deus verè eſt pater noſter, cuius ſacroſanctam imagi-
nem, noſtris præcipuè inſculptam animis, cum magna, & incredibili glo-
ria circunferimus. Et propterea, niſi vel opinionum impietate, vel im-
probitate ſcælerum, paruulos illos igniculos reſtinxerimus, quos à natura
nobis iniectos, grandis ab origine morbus ſopitos tenet, ſalutaris gratia
ſuſcitat, & accendit: nihil tam ſæpe agitant humanæ mentes, nihil tam li-
benter modis omnibus verſant, quàm ipſum Deum. Deo ardent corda,
Deum canunt linguæ, ad Deum anhelamus, ad Deum ſuſpiramus: Deum
denique eſurimus, & ſitimus: cui etiam in maximis tribulationibus poſi-
C ti, quum neſcimus, & ne cogitare quidem poſſumus, quid agere debea-
mus, ſupplices manus tendimus, & genibus pronis aduoluimur; quaſi,
videamur, ſimul Deum hauſiſſe animis, & lac ſuxiſſe faucibus. Quanta
colligatio ò Deus, quanta ſocietas, religionis cum ipſa tota cognatione na-
turæ? An verò non cernis inſipiens, vt iam aduerſum te inſurgant impijſ-
ſimæ quæque gentes, apud quas tantum abeſt, vt nullus ſit Deus, vt etiam
legamus innumerabiles Deos? O infauſtam, & mali ominis vocem, vereq;
(vt aiunt) mali corui malum ouum. Non eſt Deus. Si diceres, Chri-
ſtum non eſſe Deum, Iudæorum ſuperſtitio, ad hunc vſque diem, tota te-
cum inſaniret: tibi blandiretur Mahometes, Celſus, Porphiriuſq;, inter
philoſophos, tuam ipſius cauſam tuerentur: eſſetq; forſan aliquis Arius,
D inter noſtros falſos fratres, qui pro te hæc impia bella ſuſciperet. Sed,
quum tam inſulsè loquaris, Non eſt Deus, fabula eſt quicquid dicitur de
Deo, ægri ſomnium eſt, putare eſſe aliquem Deum, quis comedere po-
teſt rem tam inſulſam, & nullo ſale conditam? Quis vel guſtare poteſt
tam lætale venenum, quod vix guſtatum affert mortem? Nemo homo
tibi fauebit, nemo te defendet: immo verò nemo erit, qui, extremam
hanc impietatem vſqueadeo diſſimulare valeat, vt non ſtatim inſultet in
inſipientiam hanc tuam, in tuam hanc animi quaſi inſanabilem inſanita-
tem, & dicat, plenus ira, & zelo; Vah qui deſtruis fidem Dei, qui de-

turbas ex antiqua poſſeſsione Deum. Vah peſtis, & funus humani generis, qui dum vis homines facere liberos à metu numinis, facis ſeruos omnis iniquitatis. Quid potuiſti vnquàm, humano generi pernitioſius cogitare, quàm non eſſe Deum? cuius religione, & cultu omnes hominum ſocietates, natæ ſunt, auctæ, retentæ? Sed, ò viri prudentes, poterit ne vlla docti aut indocti hominis oratio mouere ex opinione hominem impium, qui ſine Deo vitam degit ferarum more? Itaque, verendum eſt forſan, ne qui animo candido cum inſipiente luctamur & congredimur, vt reprehenſus, conuictus, fractus, agnoſcat nihil eſſe, vnde ſibi ſapiens videri poſsit; ſiniſtrè demum à vobis excipiamur: & dum longiora cum eo miſcemus colloquia, ipſi quoque iuxta Salomonis parœmiam videamur inſipientes: quaſi, vel confidamus inſipientiam ipſam reſipiſcere poſſe; vel timeamus, ne homo inſipiens euertat magnam illam diuini numinis fidem; quæ iam vbique gentium recepta, altas egit, firmaſq; radices. Quid enim inſipientius cogitari poteſt, quàm tot prudentum hominum, atque adeò vniuerſi humani generis vitam, opinionem, doctrinam, ſenſus mores, ex vnius inſipientis hominis tam incondito, & ingrato ſermone, pendere? Interea porrò audiamus ipſi, fortiſſimum illum Dei militem, & vatem ſanctiſsimum, qui, vt machæra prælibabatur prælia Domini, ſic voce, & fidibus, diuina canebat. Is igitur in impios illos, & ſine Deo viros, Protagoras, Epicuros, Diagoras, Theodoros, Lucretios, Lucianos, altius inſurgens pro Deo, cui & ſpiritu & corpore, ſeruiebat; ſummo iure, eorum inſanam mentem, cenſoria, & vere regia authoritate notauit: quòd tam arroganter & ſtultè, non modo Chriſtum, cum Iudæis, & Deum Iudæorum, cum gentibus, negauerint, ſed abſolutè, & ſimpliciter, diuinum numen, vel ex toto ſuſtulerint, vel an eſſet, dubitauerint. Videte autem in primis, quàm graui indignatione concitatus, factus velut animo impotens, iracundus, contumelioſus, ſuperbus, (hoc ipſi aduerſus ſe ipſos odium, & ſupercilium merebantur) vniuerſam illam impiam, & imperitam multitudinem, vix pro vno homine habendam eſſe iudicauit: tum verò non clàm, ſed palàm, in medio terræ, in conſpectu ſolis huius, in oculis omnium hominum, impreſsit eis in faciem; vulnus, & plagam inſipientiæ: cuius fœda, eaq; luculenta cicatrix, neque manibus elui poteſt, neque curatione tolli, neque diuturnitate vaneſcere. An non audimus. אָמַר נָבָל. Dicit inſipiens. Quot נְבָלִים, fuerunt ab orbe condito, quot רְשָׁעִים, quot לֵצִים, dicam græcè, quot Ἄθεοι, Θεομάχοι, Certè, hic vſurpari poteſt Hemiſtichium illud Ennianum,

E (margin, beside line 1); F (margin, beside "parœmiam"); G (margin, beside "corpore"); H (margin, beside "lenta cicatrix")

*It nigrum campis agmen.*

Et quidem, hac ipſa ætate noſtra, inter paucos viros, quos ab ipſius virtutis ſplendore & gratia, niueos, & candidos nominare ſolemus, agminatim conſpiciuntur homines impij, non ſolum inueterata carie, & putredine

vitiorum



A vitiorum nigricantes, ſed denſiſsimis ſcælerum omnium nubibus, horrendiſq; fumis decolorati, exuſti, atque nigerrimi: digni propterea, quos, ipſi, atro carbone notemus, & iuxta Poetam,

*Quos, pater omnipotens, ſpeluncis condat in atris.*

& tamen Dauid נָבָל nominat, numero inquam vnius non plurium: cur autem hoc, niſi, quia, vt pro toto populo habendus eſt vnus, qui recte ſapiat, ſic turba quæ deſipit, vix pro vno haberi debet. Ob id, & in Euangelio, vnus tantum reprehenditur in numeroſa illa plebe, quæ aduerſus dominum murmurabat, quod pares feciſſet nouiſsimos primis: & vix vnus eijcitur è cœleſti conuiuio, quod ſordidus irrupiſſet ad menſam, non indutus veſtem nuptialem. Iam verbera, & vibices videamus, perditi huius

B hominis, qui dicit Non eſt Deus: Quæ profectò inſipientia, comparari poteſt huic inſipidæ ſcientiæ, & impiæ ſapientiæ? Nam, quid tam inſipidũ, quàm diuina non ſapere? Ecquid illi dulce ſapiat, cui tanta dulcedo non ſapit? Voca tu illum, emotæ mentis hominem, fatuum, delirum; iuxta ſeptuaginta interpretes Ἀφρονα; cum alijs græcis Μαινόμενον; Μωρὸν: Ἀνόητον; certè, Spiritui ſancto appoſitè admodum, in latina lingua dicitur inſipiens; cui non ſapit palatum, cui cor non ſapit, cui nõ ſapit pectus, qui verè nihil ſapit. Idem eſt vir bonus, & ſapiens; idem eſt malus & inſipiẽs; corruptus iudicio, peruerſus ſapientia, conſpurcatus tetro ſapore, cui bona turpia, & mala videntur honeſta. In lingua ſancta, eſt נָבָל, eſt & נָדִב. Voces ſunt contrariæ; contrariæ ſunt & res, quæ ſignificantur his vocibus.

C Chaldaicæ interpretationis נָדִב, eſt iuſtus: נָבָל, eſt impius. Hebræis נָדִב, eſt gratus נָבָל, eſt ingratus. Arabibus נָדִב, eſt benignus, & liberalis; נָבָל eſt immanis, & immitis. Quæ ſimul omnia, & deteriora quoque, competunt in eum, qui diuino amore non tangitur; qui Dei obliuiſcitur; & beneficia quoque, quæ abs Deo accepit, ſe accepiſſe negat: ſimilis illi temulento, & perfido viro Nabal, qui, quum tanta à Dauide Rege beneficia accepiſſet; durus, peſsimus, & malitioſus (ſic enim dicit ſcriptura ſacra) per ingrati animi crimen; quod ne vxor quidem eius Abigail negare auſa eſt, inſoleſcens, non erubuit dicere, Quis eſt Dauid? Et quis eſt filius Iſai? Verè typus Iudaici populi, qui vua fellis ebrius, ſpiritui ſancto reſiſtens, dura ceruice, & indomabili corde, ſtultus factus eſt: & vſqueadeo inſanijt, vt mali-

D tioſè tandem diceret, dum in Chriſtum baccharetur, Hunc neſcimus vnde ſit: Vnde illud, Heccine reddis Domino Deo tuo, popule ſtulte, & inſipiens? Ob id, Rex ille ſapientiſsimus, cui, ne iota quidem myſterio vacat; mentem diſsimulauit, cor accuſauit, cor in ius vocauit, cor condemnauit. An non legis אָמַר נָבָל בְּלִבּוֹ Dixit inſipiens in corde ſuo? Sic, & diuinus ille Prophetarum interpres, ad Romanos, Ἀσυνετος αὐτῶν ἡ καρδία. Inſipiens (inquit) cor eorum. Sane affectionum animi, quæ à Græcis Πάθη, à Latinis morbi dicuntur, cor ipſum eſt ſymbolum & ſedes, ipſa autem mens, fons & origo intelligentiæ. Atque ideo, docemur Atheos ho-



mines,

mines, non tam per ignorantiam dixiſſe, Non eſt Deus, quàm, dira cupi- E
ditate flagrantes, in votis habuiſſe, vt non eſſet Deus; vt non eſſet, qui de
excelſo ſancto ſuo in terras proſpiceret; qui humana curaret, qui vniuſcu-
iuſque rationem haberet, quem nemo euaderet, qui bonos præmijs, malos
pœnis afficeret. En, quàm fœdum ſaporem redolent, hæ putidæ carnes, hæc
triſtia cadauera: dicam hæbraicè, ex integro. אָמַר נָבָל בְּלִבּוֹ אֵים אֱלֹהִים. In-
dicat profectò hęc omnia quę diximus, ꝙ ab illo ipſo amabiliſsimo diuinę
naturæ nomine, quod omnis creatura veneratur, Propheta abſtinuerit; for
midabile illud iudicij, atque iuſtitiæ, quam vnam perfidi, & transfuge prę
cæteris timent, expreſſerit. An non videtis? Dixit inſipiens (inquit) in
corde ſuo, Non eſt אֱלֹהִים, non inquit dixiſſe inſipientem, non eſt יְהֹוָה,
ſed dixiſſe, non eſt אֱלֹהִים non eſſe inquam, qui requirat, non eſſe qui intel F
ligat, non eſſe qui iudicet.

*Scilicet, is ſuperis labor eſt, ea cura quietos*
*Sollicitat.*

Vileſceret Deus, ſi hæc minima naturæ attenderet: Sic enim, in ſacris
literis legitur, dixiſſe impios. Si eſt ſcientia in excelſo? Dominus non
videt nos, Dereliquit terram, & in cœlis habitat. Vniuerſa, æquè, eue-
niunt iuſto, & impio, bono, & malo, immolanti victimas, & ſacrificia
contemnenti. Et Poeta quidam, non contemnendus carmine, induens
perſonam hominis impij, cecinit.

*Nam, quum res hominum tanta caligine volui*
*Aſpicerem, lætosq́; diu florere nocentes,* G
*Sæpe mihi dubiam traxit ſententia mentem,*
*Curarent ſuperi terras, an nullus ineſſet*
*Rector, & incerto fluerent mortalia caſu.*

Hoc demum, quia eſt colophon omnis improbitatis, & ipſius impieta-
tis profundum; idcirco, נָבָל, dum tanti ſcæleris conſcientiam ferre non
poteſt, loqui lingua non audet; nutu non ſignificat; non eructat venenũ,
quo imbutus eſt: ſed, callidè improbus, omnia circunſpectans, quicquid
increpuerit pertimeſcens; nam conſcientia timorem parit, & ſuum quem-
que ſcælus exagitat: diligentiſsima animi intentione conſiderans, ne videa-
tur, ne audiatur, concoquit in corde ſuo hæc impia conſilia; ſecum ſolus
tractat, hoc ſummum impietatis crimen. Crimen, non hominis amentis, H
ſed malæ mentis: non inſani, ſed malè ſani. O me miſerum, ſi eſt Deus,
vtinam non ſit Deus. Ecquis ſcit, an ſit Deus? Figmentum fortaſſe eſt,
quòd ſit Deus. Non eſt aliquis Deus. Abi in malam Crucem,
impie, tu nihil es, & nihil eris. Deus autem te nolen
te, ſemper erat, ſemper eſt, &
ſemper erit.

Id



A

## *Id quod eſt, vel ipſum Ens, dici de Deo, & de creaturis, quia omnia ſunt Entia Deus eſſentia.* CAP. XII.

HOc demum, eſt ordine rem ſcire, tractareq́; aptè, &
congruenter, viri fratres; ab eo, quod primum eſt
ordiri, progredi ad omnia, perducere ad extremũ,
& nouiſsima conferre primis. Quod, dum ipſi mo-
do, poſt primam orationis excurſionem, facere ag-
gredimur, attentos vos eſſe cupio: ſatis enim (vt ar-
bitror) ad conſolandos pios, quorum omnis ſpes in
B Deo eſt, oratione pathetica confuſus eſt impius, per
quem triſtis ille rumor increbuit, Non eſſe aliquem Deum. Nunc ad cõ-
ferendum cum creatore, creaturam, iterum in ſublime ferimur, vt explo-
remus, excutiamus, explicemus intelligentiã Τȣ̃ ὄντος, latinè, illius quod
eſt; quatenus dicitur, de ipſo æterno Deo, & de omnibus rebus quæcunq;
ſunt. Quum igitur, in vniuerſa natura rerum, ſint quatuor gradus, & quaſi
ſcalæ, quibus ab ipſis creaturis aſcendimus ad Creatorem, Eſſe, Viuere, Sẽ-
tire, Intelligere; nemo vnquam dubitare poterit, ſiue hominis intelligen
tiam ſpectet, ſiue ipſam rerum naturam, quin totius huius ædificij ſit pri-
marius quaſi lapis, & in fundamento locandus, id quod eſt; ſiuè, ſubſtan-
tiuata (vt aiunt) participij voce, dicere mauis, ipſum Ens: quando quidem
C cætera, velut concreta ſunt, & (vt ſic loquar) ex ipſo ente, quaſi corporata.
Quid eſt enim viuere, niſi proprium, & definitum eſſe, eorũ quæ viuunt?
& ſentire eorum quæ ſentiunt? intelligere quoque eorum quę intelligunt?
quum ens, & eſſe, magna illa, & penè immenſa ſua ipſorum amplitudine,
qua ſpatiantur per totum orbem, niſi per illos velut alueolos, in anguſtum
adducantur, non modo hæc omnia in vniuerſum contineant, ſed ſimul
quoque amplectantur ea, quorum fortaſſe non minor eſt numerus; quæ
neque intelligunt, neque ſentiunt, neque viuunt. An fingi poteſt, extare
aliquam naturam, vitæ, ſenſus, mentisq́; participem, & ipſius entis exper-
tem? An neceſſe non eſt, vt quicquid numeratur inter ea, quæ ſunt, non
nihil omnino, de illa ipſa prima, & antiquiſsima entis ratione, participet?
D Sunt genera, ſunt ſpecies, ſunt horum notiones, & idææ, formæ ſimiliter,
quæ ab idæa deducto nomine, Τὰ εἴδη, dicuntur: ſunt ſingularia, quæ ca
dunt ſub conſpectum oculorum noſtrorum: ſunt communiter accidẽtia:
Eſt tempus: eſt motus: quamquam fiunt verius: quorum fluxu perpetuo,
tota natura iam iam lapſura eſt; lubricum ſanè, & periculoſum in multos
annos ingreſſa. Prætereo ea omnia, quæ, Græcis dicuntur Τὰ ὄντα ἐν δύ-
ναμει: illa quoque, quorum eſſentia, non tam eſt res in ipſa natura exiſtẽs,
quàm cõceptus, mentis compoſitio, & veritas in anima. Eorum igitur om-
nium, quæ proximè recenſebam, Τὸ ὂν eſt quaſi genus; cuius collatione,

D iiij alia

alia quæuis genera, ea quoque, quæ ſimpliciter prima dicuntur, ſpecies po E
tius vocanda ſunt. Ex eo quod eſt, omnis diuiſio naſcitur; ad id quod eſt,
omnis reſolutio terminatur; ente, vniuerſa continentur, & compræhen-
duntur. Ens eſt, quod primum cognoſcimus; quod primùm nominamus;
vnde omnia pendent; ſine quo nihil ſunt: quo tandem, ſi additamenta ſe-
ponas, ne cogitari quidem poteſt aliquid, maius, aut melius: immo verò,
quod ſeorſum acceptum, & conſideratum, eſt melius omnibus: nam illud
fine alijs, quale, & quantum eſt? alia verò quid eſſent ſine illo? tametſi in
eo fundata, & collocata, excellunt ipſum ſolum. Nonne ita eſt? Contine-
tur in Socrate homo, in homine animal, in animali corpus, in corpore ſub
ſtantia, at verò Ens in omnibus. Vnicuique rei, proprij ſunt termini ac
fines, quibus inuicem altera ab altera diſtinguitur ac ſeparatur: vt in cam- F
po naturæ, hæc vnam claſſem ſibi vendicet, illa aliam: accidentia quoque
ipſa, maximè verò qualitates, intrinſecus, & extrinſecus, ea ſunt, quibus
manifeſtum eſt, quod vna res, non ſit talis, qualis altera. Sed enim, eſſe ſim
pliciter, & antecedit, naturali quadam intelligentia, tum eſſe hoc vel illud,
quod definitam naturam; tum eſſe tale, vel tale, quod qualitates proprias
ſignificat: & re ipſa, ſubijcitur atque ſubſternitur illis omnibus, tanquam
omnium, baſis (vt dicebam) & fundamentum. Tolle Ens, ſuſtuliſti om-
nia: pone Ens, poſita eſt matrix omnium. Hinc tanta illa, in quibusq; re-
bus naturæ ſagacitas, qua, bona appetentes, & declinantes à malis, ſibi tan-
topere, & prouident, vt diu ſint, & cauent, ne vnquàm non ſint. Immania
cætæ, contemptibiles vermes, platanus alta, lenta ſalix, ſaxa, ignes, aqua, G
terra, quibus nullus eſt ſenſus, in hoc vnum totis viribus incumbunt, vt ſe
ſe, in eo quod ſunt, tueantur, vt perniciem vitent, & quæ illis perniciem
afferunt, longè, longeq; repellant. Omnis enim natura, etiam ſi ſenſum
diligendi non habet, neque odiendi, hanc procurationem habet ingenitã,
vt ipſa ſeipſam ſeruet, vt ſequatur quæ illi proſunt, vt quæ obſunt declinet,
denique, vt eſſe cuſtodiat, non eſſe refugiat. Cur me auocas frater, ad mi-
ſerum mortalium genus, in quo non pauci, dum, è miſerijs, & neceſsitati-
bus, in quas illi plerunque coniecerunt ſe ſe, ſcientes & prudentes; ſtatim,
pro libidine exire non poſſunt, vitioſa animi impotentia, à temperantia, &
virtute plurimum diſsidente, emori cupiunt? Nam illi quoque, ſi certò pu
tarent, ſe nullos prorſus, & nuſquam futuros eſſe moriendo, æquiore for- H
taſsis animo paterentur miſeriam ſempiternam, quàm eligerent perire fun
ditus, è numero eorum quæ ſunt, & verti in nihilum. Quid enim, tam di-
rum, vagatur ante oculos noſtros, quàm omnino non eſſe? Quòd ſi, tam
magnum eſt, & tam nobile munus hæc ipſa prima participatio diuinitatis,
hic ipſe primus rerum gradus, hoc ipſum inquam eſſe, quòd naturę omnes,
(vt audiſtis) auguſtè, ſanctèq;, venerantur, & colunt; qualis, & quantus, eſt
hic ipſe Deus; qui, ſi loquendum eſt propriè, non eſt Ens, ſed ante Ens, &
ſupra ens; Αρχέτυπον, forma principalis, abſolutum exemplar, & (vt ſic
loquar)



A loquar) pulcherrima illa facies; vnde ens, & eſſe, quaſi ſimulacrum, & ima-
go deducitur: de quo propterea tam ſæpe audiſtis, quòd ſemper ſit, quòd
verè ſit, quòd proprie ſit; quòd ſimpliciter ſit, quòd ſolus ſit, & nihil ſit
præter eũ? Ecquæ eſt illa pulcherrima facies, niſi Οὐσία, Οὐσιότης, Οὐσιαρ
χία; Οὐσία τῶν ὄντων; οὐσιότης οὐσίας; ὑπερουσιότης οὐσιότητος. Hæc ſane
ratio, ſublimis, venerabilisq;, & Deo non indigna prorſus exiſtimari de-
bet, poſtquam humanum ingenium altiorẽ in terris, aut inuenire, aut hau-
rire non poteſt: tametſi homines illiterati, & (vt antiqui loquuntur) pro-
fani, aſſueti ſenſibus, & in rebus ſenſibilibus occupati, dum à mundo, ſupra
mundum, vtcunq; traducũtur, ægrè admodum, Εν τοῖς οὖσιν, οὐσίαν, ęgrius,
Οὐσιότητα, agerrimè Υπερουσιότητα videre poſſunt: quorum eſt illud in
B libris gentium Τετράπεζαν videmus, Τετραπεζότητα, non videmus. Iam
ergo videtis ò viri docti, vobis enim, muſisq; vobiſcum contenti ſumus;
videtis inquam, quam differunt, Eſſe, quod dicitur de Deo ipſo, & quod
dicitur de creaturis. Hoc ſiquidem, animi ratiocinantis opera, extare, &
eminere videtur ſupra decem genera, quæ Græci Κατηγορίας appellant,
quum, re ipſa, ſeparatum à rebus, quæ claſsibus illis continentur, non mo-
do non conſtet, ſed ne exiſtat quidem. At verò, illud, per ſe ipſum, abſq;
omni mentis agitatione, in ſe ipſo ſubſiſtit, extra omnia, ſupra omnia, & ta-
men commune omnibus. Quomodo inquam commune? non quod il-
lud ipſum, de omnibus dicatur, ſed, quod eo ipſo nihil non fruatur, ſingu-
la participent, omnia gaudeant. Non eſt ita commune creaturis eſſe Dei,
C quaſi, vt illa ſint, ipſum omnibus, & ſingulis inſit; ſed, ita, vt ſit primum &
principale, ex quo quæcunque ſunt, accipiunt vt ſint, &, ſi illud non ſit, ni-
hil aliud eſſe poſsit, & ne id quod eſt quidem. Quo fit, vt ea quoque, quæ
in mundo maximè extare videntur, comparata ad id quod eſt Deus, ad id
quod dicitur verè, & propriè de Deo, ſint vſque adeo debilis eſſentiæ, vt
Ανούσια, verius dicenda ſint, quam Ενούσια, Cõtra Deus dicitur Επιούσιος,
ſupra omnem eſſentiam, compræhendens omnes eſſentias, decus, & ſplen-
dor omnis eſſentiæ, hoc eſt, nullum non complectens eſſe, & nullam exclu
dens eſſentiam. Quia enim, nulla eſt forma, ſiue inhæreat, ſiue denomi-
net, ſiue referat, quæ, rei illi cuius eſt, non aliquo modo largiatur vt ſit, eſ-
ſe ſiquidem munus eſt formæ: is qui ſimpliciter ipſum eſſe compręhendit,
D compræhendit quoque eſſe viuum, eſſe ſentientem, intelligentem bonũ,
ſapientem: quæ ſingula, à ſuis ipſorum formis proficiſcuntur; hoc eſt, à
vita, à ſenſu, à mente, à ſapientia, à bonitate; atque ideo, Deus eſt forma
formarum, & exemplar omniũ exemplarium; quod, de ipſo æterno Deo,
omnis philoſophia teſtatur, & ſacra, & profana. Et quidem, ſi melius eſt
eſſe, & viuere, quàm eſſe ſolum; & ſentire, quàm viuere ſine ſenſu; & in-
telligere, quàm ſentire abſque mente; qua ratione, cæteris rebus, natura
diuina præcellere poſſet, niſi, modo, & ratione, quàm ipſe ſolus nouit, eſ-
ſet hæc omnia? Quid? Eſſetne Deus quidpiam aliud, quàm potentia quę-
dam

dam ſola, & recipiendi facultas, quàm deinde formarent, vita, ſenſus, in- E
telligentia, quæ extrinſecus adueniunt ipſi Enti? Habeat hos honores, in-
dignitas materiæ, non maieſtas æterni Dei: nam, & philoſophorum ſen-
tentia eſt, materiam, nihil non eſſe poteſtate, Deum, nihil non eſſe actu,
ſed Θεοπρεπῶς. Quicquid igitur, (vt concludam) in mundo eſt, aut etiã
extra mũdum, vna illa ſempiterna natura Dei excepta, ens dicitur, ens eſt:
at verò, ipſe Deus, ſolus, & eſt, & vocatur eſſentia. Sic, ſanctiſsimus ille Hie-
romyſta, Deus (inquit) qui exordium non habet, eſſentiæ nomen verè te-
net. Digna profectò, atque æquiſsima diſtributio rerum, & rationum: vt,
quum non poſsit creatura coire in vnam naturam cum creatore, neq; ratio
eſſentiæ, eſſe vna cum ratione entis, in hac ipſa bipatẽti, apertaq;, & minus
ſcrupuloſa partitione naturæ, creator ſibi eſſentiam vendicet, ens relinqua F
tur creaturis. Nam, quid eſt Ens, ſi vocem, & aurem conſulas, niſi eſſe ha-
bens? Ecquid eſt eſſentia, eodem, ex vi vocis, aurium iudicio, niſi eſſe en-
tium? Quæſo vos, viri docti; poſthac ipſæ rerum formæ, quæ comparatæ
ad compoſita, eſſentiæ dici conſueuerunt, dum cum ipſo Deo cõferuntur,
non iam eſſentiæ nomine gaudeant, ſed cum cæteris rebus, entis appellatio
ne contentæ ſint; vtpotè, à ſumma illa eſſentiæ ſublimitate, atque ſimplici-
tate, per rerum, & rationum iuncturam, qua nulla caret, magna ex parte de-
generantes. Eſt enim ſolius Dei propria, ſumma illa puritas, ſimplicitas,
ſinceritas: quæpropterea facit, vt ipſe ſolus Deus, tãquam inſigniter clarus,
& illuſtris, hoc ipſo velut ſuo proprio, & certo vocabulo Οὐσία excipiatur
à multitudine eorum quæ ſunt, quaſi à plebe: & tanquàm cœli, & terræ re- G
gnator, cum gloria, atque prædicatione, efferatur apud omnes gentes: pu-
blico orbis teſtimonio atque conſenſu, adeptus ſi non honorem, ſaltem no-
men honoris. Verè eſt nomen honoris, nomen grauiſsimum, ſanctiſsimũ,
præclariſsimum, Eſſentia. Nam, omnia quæcunque ſunt, ſumma, media,
infima, tanquàm deductiones, & deriuationes Dei, diuina dicuntur: ſicut
& lineas concentricas appellamus, quæ ab vno ducuntur centro; & ſigilli
nomen habet, illa, quæ ceræ imprimitur ſigilli forma; Vultus quoque ap-
pellatur, illa imago quam ſpeculum reddit ex vultu. Et tamen, hunc hono-
rem referuamus eſſentię, vt nihil cõfiteamur eſſe de eſſentia Dei, niſi Deũ
ipſum: vnde illa vox, cœlo ædita, & iucundiſsima terris, Ομούσιον, de filio
Dei, quem non factum, non creatum, ſed genitum, prædicamus ex illa H
ipſa ſubſtantia, & eſſentia Patris. An non eſt infinita maieſtas huius nomi-
nis, & ſignificationis, eſſentia? Nihil eſt vſque adeo nobile, & præcellens,
nihil vſque adeo ſublime, & glorioſum, inter creaturas, vt decerptum dici
poſsit ex illa ipſa ſumma eſſentia diuinitatis: quum tamen nihil ſit, tam vi-
le, tam abiectum, nihil tam exiguum, aut indignum, quod non ſit aliquo
modo, exemplum æterni Dei. Authoritate eſſentiæ, Deus eſt ſegrega-
tus ab omnibus, bonitatis exceſſu, ſe ſe, vt vult, diffundit per omnia, & in
omnibus.

Quàm



A
## *Quàm ſignificanter & appoſitè Deus dicatur Ens, Eſſentia, Res Subſtantia, Forma, Natura.* CAP. XIII.

HABETIS, vt puto, & tenetis id totum, in quo rei
cardo vertitur: ſicut enim ille qui negat, proximè,
& ſecundum ſolem, ignem eſſe calidiſsimum in-
ter corpora, (quanquam ſol virtute dumtaxat cali-
dus eſt, neque in ſeipſo habet qualitatem caloris,
vt neque Saturnus frigoris,) non dum, vt corpus ca
lefaceret, appropinquauit igni; nondum aliquid
B didicit de natura ignis; nondum vel res calidas cũ
igne, vel cum rebus calidis contulit ignem; ita, quicunque dicit Deum nõ
maxime extare inter omnia quęcunque extant, non modo non videt Deũ,
non modo nihil intelligit de natura Dei, ſed omnino ita incurioſus eſt, &
negligens ipſius æternæ diuinitatis, vt, neque Deum cum rebus, neque res
cum Deo, componere, conferreq; meditatus fuerit, vel ſemel in omni vi-
ta; dignus propterea, qui ſibi relictus, labatur, & ruat in hoc profundum ba
ratrum ignorationis: quo tandem præbeat ſe ipſum miſerum, & acerbum
ſpectaculum: &, qui tam altè ſe ſe efferebat, inani tumidus gloria, proſtra-
tus, & abiectus humi iaceat, ſitq; ludibrio vniuerſo orbi. Sane ex ijs, quæ
longè, lateq; oſtendimus, Deum eſſe, primum, & maximum omnium eo-
C rum quæ ſunt, & per eum alijs conuenire, vt ſint, tantæ eſt neceſsitatis, vt
mutari, tantæ veritatis, vt negari; tantæ demum in ipſa rerum natura, cer-
titudinis, & euidentiæ, vt ignorari omnino non poſsit; ſi modo homines
ad hoc ipſum venerabile Dei nomen ſtudio, & meditatione, vtcunque aſ-
ſurgant: & qui vſque adeo ſapientes ſunt in creaturis, non ex toto deſipiãt
in creatore. Adhuc tamen in ſudata veſte, tantiſper laborandum mihi eſt,
ò viri pij, vt iuxta ſacras literas de ipſo Deo, quatenus extat, quòd huius pri
mi libri ſcopus eſt, ipſam quoque veram, & non inanem philoſophiam ſe-
ctantes, tum ſcitè cogitare, tum ſignificantibus uerbis loqui ualeamus. Re-
ſtringemus autem, ea quæ de ente, & eſſentia dicta ſunt; uelut eruditi, au-
rea illa ſententia, quam, Poeta nobilis notauit carmine.

D *Laudato ingentia rura,*
*Exiguum colito.*

Quoties igitur æternus Deus, in ſe ipſo glorioſus ſemper, & ſuper exal-
tatus in ſæcula, comparatur ad ea quæ non ſunt, toties numeratur inter ea,
quæ communiter habent ut ſint, quæ Græcis dicuntur Τὰ ὄντα: dum au-
tem ad hæc ipſa confertur, recenſetur extra ea; &, non Ον ſolum (hoc
enim ſimplici nomine, fortaſsis, abſque articuli pondere, exprimendũ eſt
Ens, quod in decem prædicamenta diuiditur) ſed ad declarandam illius
excellentiam, & ſublimitatem, adiecto articulo, Τὸ ὂν dicitur; quia om-
nia

nia

nia per illum ſunt, & ex illo: tandem uerò, dum comparatur ad ipſum Τὸ E
ὄν, vocatur, Τὸ αὐτὸ ὄν. Αὐτὸ ἄνθρωπος, eſt exẽplar hominis; Αὐτοζῶον.
viuentis; Αὐτὸ ὄν entis: nimirum, rationes, vireſq; ipſius eſſe, abſque vlla
proportione tranſcendens. In quem ſenſum, Deus ipſe dicitur etiam. Αὐ-
τὸ ζωὴ, Αὐτοαἴσθησις, Αὐτὸν νοῦς, Αὐτοσοφία, Αὐτὸ ἀγαθότης, & Αὐτὸ
ἀλήθεια, voces quæ ad verbum redditæ in latinam linguam, ſicut & illæ
aliæ Οὐσιότης, ὑπερουσιότης, vix illud effugiunt, quod frequẽter audimus
apud Momos, Βαρβαρίζειν. Inde igitur intelligimus, nihil omnino eſſe in
creaturis, quòd non ratione quadam ſublimiore inueniatur in creatore,
& de ipſo creatore dicatur. Habet autem vox illa, Τὸ αὐτὸ ὄν vim huius
ſiue græcè, ſiue latinè ſcribas, aut loquaris, Οὐσία, Vſia. Iam enim Theo-
logi omnes, romana ciuitate palàm donaſſe videntur, Vſiam, ſicut, & La- F
tini rhetores eſſentiam. Significatq;, quòd Deus ſit fontana plenitudo
omnium eorum, quæ ſunt; ſicut quia dicitur vita, intelligitur eſſe fons vi-
tæ, omnibus quæcunque viuunt: qui, ſi ſeipſum in ſeipſo continuiſſet,
neque manaſſet foris, nihil omnino viueret, nihil eſſet in vniuerſa natura
rerum: & tamen ille eſſet, & viueret, cuius eſſe, & viuere, ex ſeipſo eſt, ne-
que illi aliunde venit. Et res quidem ita habet, vt audiſtis. Verumenim-
uero, magna ratione, Deus, abſtinuit à voce illa abſoluta eſſentiæ; &, ſe-
ſe, nomine contracto, appellauit Ens, & Ille qui eſt. Solida enim, & fir-
ma loqui oportebat Moſen ad populum: ideoq; Deus qui nõ tam Moſen
quàm promiſcuam plebem erudiebat in Moſe, concreta, & quaſi corpora-
ta, non ſimplici, & abſoluta voce eſſentiæ, ſuæ ipſius diuinitatis numen (vt G
par erat) ſignificauit. An non videtur eſſentia ipſa, rudi vulgo eſſe opus
ratiocinantis animæ, magis quàm res exiſtens extra animam? Omnino au-
tem, quàm pauciſsimos inuenias, qui, non putent, eſſentiæ rationem col-
locandam eſſe inter ſecundo intelligibilia: quod in ente ſit eſſentia, ſicut
in viuente eſt vita, in ſapiente ſapientia, lux in re lucida, & calor in calida:
quum alioquin, Deus, ſicut non habet vnde ſit, ſic non habeat cui inſit: for
ma quidem omnium, ſed ea quæ eſt extra omnia, hoc eſt typus, & exem-
plar, ſegregatum à rebus quas format, & perficit. Atque ideo, ex ipſo no-
mine Entis, facilius multò quam ex ipſo nomine eſſentiæ, intelligi poteſt
Deum ipſum non inhærere, non alteri cuipiam niti, ſubſiſtereq; in ſeipſo,
& per ſe ipſum. Nunc dicemus de re, & nihil omnino præter rem. Vt H
enim hinc incipiam, Res vſqueadeo dicitur de ipſo Deo, & de tota natura
Dei, vt etiã transferatur ad perſonas diuinas, & dicantur à patribus tres res,
quæ nos beatos faciunt, & quibus fruendum eſt, Pater, Filius, & Spiritus
ſanctus. Videtur autem ratio rei ad animam dici, & ab anima cuius eſt re-
ri, & ratare, hoc eſt ratum habere, cui irritare, & reprobare directè oppo-
nitur. Hinc, tam ſæpe veritatem cum re, & rem cum veritate coniungere
ſolemus, dicentes, Res ipſa indicat, Res ipſa loquitur, nimirum, opponen-
tes rei verba, præſertim inania, & falſos rumores. Locus ille notiſsimus
eſt



A eſt Ciceronis. Vides quam argumentatio tua diſtet à re, atque ab ipſa veri-
tate. Et ille Liuij, Et iſtud quoque, dictu, quam re, vt pleraque alia,
multo facilius, ob id fortaſſe, ſapientibus græcis finitimæ ſunt voces rerũ
& actionum Πράγματα, καὶ πράξεις. longinque admodum rerum, &
verborum Πράγματα καὶ ἔπεα. Quid ergo, tam reipſa verum, tam alie-
num à verbis inanibus, tam ratum, & conſtans; denique, quid vſqueadeo
tam in animis omnium populorũ certum, firmum, & immutabile, quàm
Deus ipſe: quem eſſe, omnes ducunt animo; renturq; eſſe rem certã, per-
ceptam, firmam, indubitatam, ratam, atque etiam gratam? Quo ad no-
men ſubſtantiæ, non eſt, vt quiſpiam hæreat, ſeductus à notha illa, & adul-
terina ſubſtantiæ ratione, quæ ad categoriam pertinet; hoc eſt, vt acciden-
B tibus ſubijciatur, ſubſternaturq;, tanquàm illorum fundamentum, & ba-
ſis, Ὑπόστασις, græce dicitur. Nam, quæ communio accidentium cum
Deo, cui nihil, & qui, nulli accidere poteſt? Ecqua categoria includitur
Deus, qui non eſt quid, neque aliquid? neque vno aliquo genere, ſed ne-
que pluribus, immo verò neque omnibus continetur; vtpotè cuius nulli
ſunt fines, nullæ oræ, nullæ regiones, aut termini? Prima ſanè, & legiti-
ma ratio ſubſtantiæ, quæ nullis clauſa eſt categorijs, ſed egreditur omnes
categorias, huc ſpectat, in hoc ſita eſt, quod ſapientes omnes probant, nul-
li improbant, vt ſuis ſubſiſtat, viribus, vt non indigeat alienæ opis, vt ſibi
ſoli nitatur, & hæreat: ratio abſoluta prorſus, quæ, omnem contractionem
pariter & relationem ignorare videtur. An igitur non eſt Deus ſubſtan-
C tia, proprièq;, & maximè ſubſtantia, veriſsime ſubſtantia, quando ea quo-
que quæ inter ſubſtantias omnes extare, & eminere videntur, ſi conferan-
tur cum ipſo Deo, minus multo quàm accidentia ſunt? atque ideò ſolus
Deus eſt ſimpliciter Ens: reliqua omnia putantur eſſe pro nihilo; vt acci-
dentia dicuntur eſſe Κατά τι, comparata ad ſubſtantiam, ex qua habent vt
ſint, & vt inſint, ſine qua neque ineſſent, neque eſſent. Ὑπάρξις græcè di-
cenda eſſet ſubſtantia Dei, quæ ad naturãm pertinet, potius quàm Ὑπόστα-
σις, & Πρὸ ὑπάρξις, verius quàm Ὑπάρξις. Deſcendendum modò eſt,
ad formam, & ad naturam. Ecquis eſt, qui audeat detrahere ipſi Deo, no-
men, rationemq; formæ? Ecquid tam verè eſt forma, quàm ipſe Deus?
forma formarum, forma formans omnia, forma nulla alia forma formata,
D forma formoſiſsima? Certè, organum illud Spiritus ſancti, & vas electio-
nis, dixit, vt formam hominis, ſic formam Dei. Quid enim tam expers
materiæ? quid tam pulchrum? quid demum tam commune, & tam parti-
cipabile, quæ tria, formæ maxime propria eſſe putantur, quã ipſe Deus?
Adde & rationem exemplaris: hæc enim non eſt niſi formæ, eſtq; digniſsi-
ma ipſo Deo: ad quem ſi conferantur quæcunque ſunt, rogo quid ſunt
aliud quàm materia? eaq; rudis, & incompoſita, impedita, deformis, & vt
græca æditio habet apud Moſen Ἀόρατος, καὶ ἀκατασκεύαστος. Nam tunc
maxime formantur res, & perficiuntur, quum Deus velut vltimam manũ
imponens

imponens operi, imprimit in illis intrinſecus, nonnihil (vt ſic loquar) for- E
mæ ſuæ, pulchritudinis ſuæ, diuinitatis ſuæ, mox enim fit vt ſint omnia di
gna Deo, & placeant oculis Dei: de quibus meritò dicat vetuſtiſsimus ille,
& tantæ venerationis ſcriptor; Vidit Deus quod eſſent valde bona. Nam
per filium ſuum, qui iam tum in principio in forma Dei erat, tanquam per
verbum plenum idearum, emiſit, & expreſsit tantas in vniuerſitate rerum
ſpecies: & tanquàm per imaginem naturalem, in hominum animis, ſuam
ipſius formam quaſi ſignat, & imprimit; vt per illum, ſuæ ipſius ſubſtan-
tiæ characterem, efficiantur Θεοείκελοι, & Θεοειδεῖς. An vero Forma
eſt, & Natura non eſt? Forma dicitur Θεοπρεπῶς, & Θεοπρεπῶς Na-
tura non dicitur? Immo verò, ſummi illi theologorum vertices, & Chri-
ſtianæ religionis firmiſsima columina, quum lōge ſublimius de ipſo etiam F
naturæ nomine ſentirent, quàm philoſophi, quos velut nimium teneros,
hæc ipſa creatæ naturæ facies, hæc ipſa pulchra, & nimium iucunda rerum
vniuerſitas, velut ſplendente fuco, miſerè faſcinauit: æternā illam, & præ-
potentem diuinitatis ſubſtantiam, naturam appellauerunt. Nota eſt illa
vox apud Cepham columbæ filium, cui non caro & ſanguis, ſed Deus pa-
ter, ſui ipſius, & filij, atque adeo vniuerſæ diuinitatis myſteria reuelauit
Θεία φύσις, diuina natura. Inde edocti qui Apoſtolos ſecuti ſunt, filij, ne-
potes, & pronepotes, Σοφὸς, vt in prouerbio eſt, Ἄλλος, ἀπ' ἄλλου, pu-
tantes de Deo, tam caſtè, & religioſè, quam etiam propriè, & appoſitè lo-
qui, quoties opus erat, non minus frequentabat hanc vocem Natura Dei,
quam philoſophi dicere ſoleant Natura hominis, aut Angelorum. Non G
ob id quidem, quia Deus, & in verbo ſuo ante ſæcula, & in communi illa
materia principio temporis, fecerit: perq; omnes ætates in toto orbe faciat
quæcunque facit: hæc enim ad artificium diuinum ſpectant, non ad natu-
ram: neque item, quia in lauacro aquæ in verbo vitæ, Deus nos ſibi gignit
filios: ſanè, hæc ipſa ſpiritalis regeneratio, in Dei voluntatem, non in natu-
ram referenda eſt, iuxta illud. Voluntariè genuit nos verbo veritatis; vt
ſimus initium aliquod creaturæ eius: ſed, ob id vnum naturæ nomen tri-
buebant ipſi Deo; quia Deus, ex ſuo ipſius vtero, in æternitate ſua, gignit
ſibi ſimillimam prolem: eſtq; in illa ipſa ſubſtantia Dei, multo verius, quā
in humana natura, Pater, & Filius: vnde omnis paternitas, & filietas, in cę-
lo, & in terra nominatur. Quid tu hic opponis mentem naturæ, vel natu- H
ram menti? Mens vtique Deus eſt, eaq; prædita intelligentia, & volunta-
te: an verò intelligentia & voluntas, non etiam natura eſt? Vtique, dum
ad agendum accedunt, & inuicem comparantur in agendo, aliter ſe habet
natura, quam voluntas; propter quod, & in ipſa ratione cauſæ, opponun-
tur, agentia Φυσικὰ, & Προαιρετικὰ; ſed in eo quod ſunt, ipſius naturæ,
res, & nomen, ipſam quoque voluntatem ambit, & cōplectitur. Et Deus
quidem, vt ad nos conuertitur, vt nos reſpicit, vt ad nos, & in nobis agit,
hoc eſt, in rebus creatis, extra ſuam ipſius ſubſtantiam, (hæc ſanè illius eſt
velut



A velut ſecunda facies, ſecunda contemplatio, ſecunda proprietas;) volun-
tariè prorſus agit, non natura: at in ſeipſo, & ad ſe ipſum, in rebus ſuis, in
altiſsimis vbi habitat, in ſumma illa caligine, in quam nemo inferre poteſt
oculos; in prima inquā illa conſideratione, qua Deū intelligimus eſſe ſibi
omnia, pelagus omnium bonorū; (hic eſt enim vultus ille quē quærimus:
quē requirimus: hæc eſt illa maieſtas, quā videre deſideramus.) Deus, om-
nino, natura prius agit, q̃ voluntate. Vt tandem, colligendo quæ dicta ſunt,
ne in corpore orationis diſperſa, nunc in fine è manibus elabantur; huc
enim fortaſſe ſpectabat Salomon, quum in orationibus epilogos præferret
exordijs. Deus benedictus dicatur Res, quia nihil in vniuerſo tam ratū,
& conſtans. Id Quod eſt, quia nihil tam cōmune, & participatum ab om-
B nibus quæcunque ſunt. Dicatur Subſtantia, quia nihil tam ſibi ſoli nititur,
& ſtat ſuis viribus. Eſſentia, quia nihil tam neceſſarium, tam primum, tam
independens, dicatur Forma, quia nihil tam pulchrum, & decorum, cha-
rumq;, & amabile. Demum, Natura, quia gignendo, & producendo,
nihil tam modis omnibus potens, aut tam fœcundum, quam ipſe Deus.

## *Deum ipſum, vt eſſe, ſic & agere ſupra omnem, & totam philoſophorum naturam.* CAP. XIIII.

ABITE hinc procul ingratiſsimi hominum, quicunq;
eſtis, abite. Abite inquam ſacrorum, & religionū
hoſtes, qui refractis clauſtris pudoris & reuerentiæ,
C dum diuinum numē agnoſcere recuſatis, cuius in-
finita benignitas, velut ſol quidam tepidus, & lętus
imber, terram veſtram, nunquam non fouet & irri-
gat; ab ipſo Deo, quo nihil eſt mundo manifeſtius,
ad occultam, multiplicemq; naturam deficientes, &
impiè prætexentes tantas vires, & iura, voce, menteq; ſacrilega, inclama-
tis; Non eſt alius Deus, quàm natura: natura eſt parens rerum omnium:
omnia parent naturæ: Quanta eſt vis, & poteſtas naturæ, in cœlo, in terra,
& in mari? Tantum abeſt, ò dilecti Dei, vt natura ipſa, quam nō niſi pro-
fanæ gentes, tanquam numen agnoſcunt, & venerantur, ſit ipſe Deus, vt,
D niſi Dei virtute agitaretur illa ipſa tota natura, intrinſecusq; agitata caleſce
ret, haud dubiè, ſterileſceret protinus: neque iam eſſet natura, niſi nomi-
ne, & titulo: frigida (inquam) & effœta viribus, ex qua nihil omnino na-
ſci poſſet: quum alioquin, virtute Dei adiuta, & fecundata, polleat tanta
vbertate, & copia generandi, vt etiam fide careat. Occulto enim modo,
& planè diuino, magnum illum, & potentem naturæ vterum, implet diui-
na maieſtas: vimq; illius vberem ciet: quam, & reciſam interdum exuſci-
tat: vt, plena ſemine, efficiatur quotidie parēs nouarum rerum; ſicut etiā,
ratione quadam longe ſuperiore, mentibus noſtris, amanter infundit ſe-
men,

men, & geniturам ſpiritalem; vt virtutis, & pietatis fœtus, per nos, in nobis concipi, formariq; poſsit, grauidante Deo. Quem, ob id, virum, & ſponſum animarum noſtrarum appellarunt ſanctiſsimi vates: à quibus, ea quoque anima, vidua cenſetur, quæ, vel diuinum ſemen ingrata non excipit, vel eo excepto, indiligens abortum facit. Magnum quidem eſt, diueſq;, & præpotens naturæ regnum, in ijs omnibus, quæ Græci Φυσικὰ vocant: eſt enim illi natura Φύσις; & pullulantia, dicuntur Τὰ φυόμενα. Siquidem, earum rerum, quæ ſolito curſu, & non præter ordinem fiunt, aut gignuntur, natura ipſa communis eſt procreatrix, & quaſi parens: ab orbe condito vim habens, ſiue ingenitam vnde gignat, ſiue innatam, vnde naſcendi principium eſſe poſsit. Hoc eſt enim, (vt aiunt, qui etymologiam ſequuntur, rationemq;, & originem verborum indagare ſoliti ſunt.) Hoc F
eſt inquam natura, naſcitura, genitura, & origo naſcendi. Nam, & in rebus viuentibus potiſsimùm, quarum generatio natiuitas dicitur, vſurpari communiter ſolet naturæ vox: tametſi, quidam vim generandi, non naturæ tribuunt, ſed animæ: cuius gradus paulo eſt altior, quanquàm ne illa quidem abſolute egreditur fines naturę. Verumenimuerò vos interrogo: antequam cōderetur mundus; nata ne erat illa ipſa tota natura? an potius, ne in illa quidem prima rerum conditione naſci potuit, ſed verè facta fuit? quia, nulla erat intrinſecùs naturæ vis, nullum ingeniū, nulla indoles, nulla virtus, vnde, quaſi ſua ſponte naſceretur; ſed ſola Dei poteſtas, qua, velut principio efficiente, non gignente, produceretur extrinſecus. Erat enim ſolus Deus ante naturam, &, non nata de Deo, ſed, à Deo facta fuit vniuer- G
ſa natura: qui, etiam ea fecit, quæ græcè dicuntur Πρὸ ὑφεστηκότα naturæ. Et fecit, poteſtate illa ſua regia, rex regum, pleniſsimè ſui iuris exiſtens, nō aliunde vlla ratione dependens: cunctaq;, pro ſuo ipſius arbitrio adminiſtrans: vt, illo primo principio, apertā ſignificationem daret ſui ipſius altiſsimi principatus. Ecquantum vobis debemus ſacra rubeta: ſic, pro moris ſuaue olens feratis amomum: in quibus, Moſes, arcanum illud æternæ ſempiternitatis oraculum, & audiuit, & intellexit. Sanè, inſtructus quantum homini capere fas erat, de diuina maieſtate, adoriri cæpit immenſum iſtud opificium mundi: credens calamo, & cæris, res tantas: dignas, quas, vt pauci intelligunt, ſic plurimi legant, omnes credant. Niſi enim perſpe-
ctam habuiſſet vim illius verbi אֶהְיֶה, Erat, Eſt, Erit: nunquā illud aliud H
pronunciaſſet בָּרָא, Fecit, Creauit. An non videtis grandiloquum illum Ioannem, ſuæ ipſius Euangelicæ enarrationis initio, de Deo, & de verbo Dei tam ſæpe repetere Τὸ Erat? Mox aperire humano generi, Deum ipſum, per verbum ſuum, fuiſſe Architectum huius ingentis vniuerſitatis? Omnia (inquit) per ipſum facta ſunt; &, ſine ipſo, factum eſt nihil. Vbi nam legimus, de natura, vel aliqua, vel tota, Τὸ Erat? Inter ea igitur numeranda eſt, & omnis & ſingula natura, de quibus dicitur, Omnia per ipſum facta ſunt: vt, Dei, ſit facere, naturæ, fieri: quia, qui erat facit; quod





A non erat, efficitur vt ſit. Quid hic obijcis, quod de ipſa natura, de materia inquam, quæ, terræ nomine, in coſmopœia ſignificatur, ſcripſerit Moſes, Terra erat; ſicut Ioannes, de verbo Dei, Verbum erat? An verò non pudet, ſimilibus ſtrophis ludere in re diuina? Terra quidem erat, ſed, quum iam facta fuiſſet: In principio enim, (inquit Moſes) Deus, qui ante illud principium, erat principium ſine principio, fecit cœlum ſimul, & terram: &, hæc ipſa cœli, & terræ creatio, principium fuit, & caput vniuerſæ creationis rerum. Intuere autem, qualis tum erat? Erat (inquit) terra inanis, & vacua. At vero Deus quam plenus erat, etiam antequàm quicquam faceret? Quod factum eſt (inquit Ioannes) in ipſo vita erat, O' dignū Ioanne verbum. Quod vides totum, ò homo, & quod non vides totū, id om-
B ne, in Deo erat, & in ſe ipſo non erat. Ecquanta magnitudo Dei, in quo æternùm erat, eſtq; nunc, & ſemper erit, mundus ſenſibilis, & mundus intelligibilis. Audi Poetam, noſtræ ætatis theologum, dignum fortaſſe, qui cum aliquibus antiquis conferatur, in hymno ad Deum, hoc Euangeliſtæ verbum interpretantem.

*Quicquid enim per te conſurgit, nouimus in te*
*Duxiſſe æternam Rex clementiſsime vitam;*
*Nec quicquam, vitæ poſſet contingere metam,*
*Ni prius idæa viuens tranſmittier alma*
*Iuſsiſſes; veluti nunquam vas fictile, formam*
*Poſſediſſe poteſt, figulus ni mente reuoluens*
C *Prompſerit externo viſu, quod poſsidet intus.*

Sed, ecce, ne digrediamur, videtis quàm ſtultum ſit, loqui de natura ſine mundo, vel aliter quam de mundo: tum enim condita eſt natura, quando conditus eſt ipſe mundus; neque aliud eſt natura, quam id quod voluit, vt eſſet, Deus; vt, neque miniſter ſit naturæ, neque comes, ſed Dominus. Iam, ſi placet definire ipſam naturam, appella, naturæ nomine, quod tibi magis libet, ò homo, Animam mundi, ſenſu, & voce Platonica; vel, vt ille, inter Arabas Iatrologiæ Princeps, dixit; Datorem formarū. Quicquid aliquo modo eſt; Omnia ſimul, quæcunque ſunt. Mundum ſenſibilem, qui eſt plenus rerum; intelligibilem; plenum idæarum. Quod intrinſecus cietur, & quod ciet; Cœlos, & elementa, quorum fœcundiſsima virtu-
D te nihil non procreatur. Corpora inferiora, quæ ſuperiorum impreſsione formantur, & quaſi ſigillo expreſſa, eduntur in lucem: Viuētia omnia quæ ſeminarium habent, quo propagare, & propagari poſsint. Semētem ipſam ſeu ſationem, vel ſeminationem. Vim vel facultatem, inſtar ignis, nunquam ocioſam: ſed ſemper, ad gignendū ex ſimilibus ſimilia, progredientem. Rationem, vel proprietatem perpetuam, & innatā, qua, & ſe diligunt omnia, & ſe, vt nunquam deficiant, tueri, munireq; cupiunt; ideoq; ipſius ſempiternitatis æmula, ſine vllo præceptore, ſollicita ſunt, vt profutura ſequantur, fugiantq; contraria. Alia enim non puto eſſe, quibus, iure tribui

poſſe videatur, hoc ipſum naturæ nomen. An verò, non hæc omnia, & ſin- E
gula, Deus fecit? res creauit? formas dedit? vires impreſsit? certis, & pro-
prijs muneribus inſigniuit? Ergo, ò agmen adulantum, ò philoſophi in-
quã adulatores naturæ, detractores, & vituperatores Dei, quæ tanta ineptia
fuit, quæ amentia, nequitia; vt ima ſummis paria facientes, ſumma imis
perturbantes, miſcentes, confundentes, lutum figulum diceretis, figulum,
lutum appellaretis, vnó nomine, architectum, & ædes exprimeretis, Deũ,
& naturam vna voce vocaretis? Quàm doctius, noſter Maro, diſtinxit
Deum, ab ipſo mundo, & ab vniuerſa natura, canens

*Deum nanque ire per omnes*
*Terraſq;, tractuſq; maris, cœlumq; profundum*
*Hinc pecudes, armenta, viros, genus omne ferarum* F
*Quenque ſibi tenues, naſcentem arceſcere vitas.*

Sed, & quum dixit,

*Principio cœlum, ac terras, camposq; liquentes*
*Lucentemq; globum lunæ, titaniaq; aſtra,*
*Spiritus intus alit, totamq; infuſas per artus*
*Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet;*

non ne oſtendit, tam præſtare Deum vniuerſæ naturæ, quàm præſtat ani-
ma, humano corpori? Appellat enim Deum, Spiritum, mentem, fontem
animarum, originem omnis vitæ, vnde omnia mouentur, aluntur, ſuſten-
tantur. Hemiſtichium vero illud

*Numero Deus impare gaudet,* G

eodem ſpectat, quanquam ſecretiore ratione, ſignificat enim harmo-
niam mundi, & numeros illos, concordi diſcordia, inutcem admirabili-
ter concinentes, & conſonantes, pendere ab ipſo Deo; qui iam ab initio,
elementorum inter ſe pugnantium litem compoſuit; tum naturam ipſam
totam, & ſingulas eius partes, ac membra, numeris pariter imparibus, po-
tentiſsimè, ſapientiſsimeq; ligauit, ad ſuam ipſius gloriam. Vnde prodijt
carmen illud Naſonis.

*Hanc Deus, & melior litem natura, diremit.*

Quin & ipſe Ariſtoteles, in explicandis rerum viribus, & functioni-
bus, Deum, & naturam, tanquam duo diſtincta principia, ſociali fœdere
coniungere ſolet: nimirum, qui de naui loquuntur, qui de curru, adiun- H
gunt nautam naui, aurigam currui: quaſi ſit anima nauis nauta, & currus
auriga. In quem ſenſum, celebratur aureum illud Pythagoræ verbum,
Deum, eſſe Ψύχωσιν τȣ̃ παντός. Itaque philoſophi illi, qui inter Deum,
& naturam, mundumq; corporeum, nullum diſcrimen agnoſcere volue-
runt, & ipſius diuinitatis laudes, quas inuiſibili Deo reliquas facere de-
buerant, mundo tribuere non ſunt veriti, verè cum ipſo mundo, de cu-
ius admirabilitate tot, & tanta ſcripſerunt; qui collatus ad Deum nihil
aliud eſt quàm vanitas; euanuiſſe, euaneſcereq; videntur. Quorum ad-
huc



A huc extant, & leguntur ab omnibus de mundo verba illa. Sacer eſt, æter-
nus, immenſus, totus in toto, immo verò ipſe totum, finitus, & infinito
ſimilis: omnium rerum certus, & ſimilis incerto; extra, intra, cuncta com-
plexus in ſe, idemq; rerum naturæ opus, et rerum ipſa natura. O te miſe-
rum Plini: ò te infœlicem, quem tanquàm Πλανὴν, et Πλανώμενον, in tuam
gratiam græcè loquor Παντὲς φιλόσοφοι καταγελῶσι. Quid porrò, putas,
moliebantur illi alij tanti nominis Μωρόσοφοι, qui Deum, et naturam ip-
ſam tam arctæ neceſsitudinis vinculo colligabant, vt nunquam alterum ab
altero, ne ad momentum quidem, vllo diuortio ſeiungi paterentur; niſi
hoc vnum, vt Deo ipſi voluntatem, et libertatem detraherent; vt natura-
lem illi neceſsitatem appingerent; vt vim omnem diuinam, quam etiam
B ſupremo cœlo affixerant, intra naturæ fines, ſumma cum Dei indignitate
coercerent, et perſuaderent orbi, nihil poſſe Deum ſine natura, ſicut nihil
natura poteſt ſine Deo: quum alioquin ipſum Deum à natura tota, vt Re-
gem à regno, vt Imperatorem ab exercitu, in qua re ſuos ipſorum manes
teſtes inuoco, (adeſtote iurati) quaſi manu, diſiungere penitus, ac diſpa-
rare debuiſſent. Quippe qui, omnibus ſolutus legibus, nulla neceſsitate
præſſus, nullo fato cohibitus, quæcunque voluerit liberè exequitur: im-
mutabilis manens, et mutans omnem totamq; naturam: cui propterea (vt
ipſi etiam Ethnici, viderunt, et intellexerunt) parent motus cœleſtes, obe-
diunt maria, terraq;, et omnis hominum vita obtemperat: ſine quo, nec
domus vlla, nec ciuitas, nec gens, nec hominum vniuerſum genus, nec re-
C rum natura omnis, nec ipſe tandem mundus eſſe poteſt. Sed enim quid
moror? Sapientes Græci, iam in ore omnium hominum poſuerunt,
aliam eſſe ſcientiam de natura, & aliam de Deo. Illam, velut æditam, &
non æditam, Magni Alexandri præceptor, dixit ab ipſo appellatam fuiſ-
ſe Περὶ τῆς φυσικῆς ἀκροάσεως. Hanc, velut vniuerſæ philoſophiæ prin-
cipem, & reginam, omneſq; alias ſcientias, ſapientiæ titulo anteceden-
tem, nemo non vocat Τῶν μετὰ τὰ φυσικά. Quid ad hæc reſpondere
poteſtis? At verò, tandem poſt omnia, res ipſa loquatur; non loquan-
tur verba, vel noſtra, vel aliena, ò Philoſophi. Illa ipſa natura, pro qua
pugnare ipſi dicitis, quum veriſsimè aduerſus eam pugnetis, & repugne-
tis; vt fidem faciat vniuerſo orbi, quam, ſua ipſius vis, & poteſtas, cum
D infinita illa præpotentis numinis virtute, & maieſtate, comparari omni-
no non poſsit; vſque adeo libens, ac lubens, militat diuino imperio; vt,
ſæpe ſibi, vim inferat, & vltra vires audeat ſuas: vt, ad ipſius Dei nutum,
pleraque in ipſius ditione ædantur præclara facinora, & præter, & ſupra,
quodam modo etiam, contra naturam; idq;, natura ipſa, non diſsimu-
lante, aut conniuente; ſed, bona fide potius, & in clariſsimo ſole, tan-
quam non ingrata, aduerſus Dei hoſtes bella gerente. Mirum, profectò
mirum, ò viri pij, nihil omnino, vniuerſæ naturæ videri tam proprium,
& naturale, quam, velut pediſſequam Dei, in cunctis obedire Deo, ſequi

 Deum,

Deum, & contra ſe potius multoties agere, quam aliquando recedere ab E
obedientia mandatorum ſuorum. Indicat Aegyptus, ſpectaculum iræ Dei, vindicantis inaudito miraculo, ſuam ipſius perfidiam, & impietatem. Vidit enim, & quis non admiretur? quaſi rabidas tigres, ſæuire muſcas: paluſtres ranunculos, ferire in morem aſpidum: inſanire locuſtas, vt truces leones: demum, & vinarios culices, æquare armatos vnguibus vrſos. Vnde, miſerè afflicta, affecta, confecta, defecit: &, præ furore, cacomagi illi, rerum nouitate pauentes, quos Moſes patefecerat, prætulerat, domuerat, exclamare cœperunt coram ſuperbiſsimo Rege, Non eſt hæc vis naturæ, ò Rex; Digitus Dei, eſt hic; ad frangendos, & conterendos rigentes animos populorum tuorum; vt domiti, & condocefacti, diſcant ſubeſſe Deo: ad exigenda ſupplicia tuæ impietatis, qua dixiſti, F
Dominum neſcio, & Iſrael non dimittam: Denique, ad excitandam, tam ingenti miraculo, in omnes fines terræ, ſui ipſius nominis celebritatem, & gloriam; qua omnes nationes diſcant, non eſſe arma paria Dei, & hominis; &, tenuioribus, aduerſus potentiores, ius eſſe petendum à numine. An non vides ò Rex, quam dirè, & fortiter, hæc minuta animalia, in corpora Aegyptiorum, quaſi tela vibrantur: &, vt magno impetu aduolant, ſic, infixa cuti, pertinaciter hærent, donec ſatientur eorum carnibus, & ſanguine? In Aegyptum, & Aegyptios, ab ipſo Deo armata natura deſæuit: & ad ipſius perniciem, ſupra proprias vires, cœli ipſi, & omnia mundi elementa conſpirant. Quid hic referam, ò Dei amantes, & colentes, egreſſum è ſuis finibus ignem, adhibuiſſe cœleſtes G
rores, vt in camino, quaſi in pomerio, refrigeraret pueros Deo charos? Quid recenſere neceſſe eſt, vel immites Leones, quorum ſolo aſpectu terremur, & conſternamur, oblitos leoninæ ferocitatis, blanditos fuiſſe viro deſideriorum Dei? vel piſcem marinum velut Dei fugitiuarium, quum, nihil ſit natura taciturnius piſcibus, impetu facto, hominem Deo contumacem, cœpiſſe, tenuiſſe, & reddidiſſe? vel denique iumentum illud, tam indoctum, & indocile, erudiente Deo protuliſſe myſteria, & magum inſtituiſſe, quem dorſo vectabat? O' Deus, ò Deus, ipſi quoque anſeri, & gracculo, donaturus, Cycni, ſi libeat, ſonum. An vero notiſsima non ſunt ingentia illa rerum miracula, & imperante Deo, ſol ſteterit? vt Iordanes, fontem verſus retrofluxerit? vt mare, conſpecta H
virga Moſe aufugerit? vt per medium eius, exercitus Dei, ſicco pede tranſierit? Hæc ſemper Memphis, Babylon, Solima, ſemper Iudæi ſemper Chriſtiani, ſemper omnes gentes loquentur: nulla vnquam tacebit vetuſtas, nulla vnquam inobſcurabit obliuio. Vos date Deo gloriam: Sancta ſanctis; profana, profanis. Sit gentibus natura, vel mundus Deus; dicant caput cœlum, ventrem mare, terram pedes: aures in æthere collocent, oculos vocent Solem, & Lunam; Ficta ſunt omnia ad ſummam iniuriam diuinitatis. Nam, & ab initio ille ipſe Pythagoras, qui, primus, ſe

philoſophum



A philoſophum dixit, quum alij, ſapientiæ titulo, ſuperbè gloriarentur, Deum eſſe incorporalem manifeſtiſsimè declarauit: In cuius laudem Epitaphium extat,

*Mente cœlus adijt, & quæ natura negare*
*Hominibus viſa eſt, oculis ea pectoris hauſit.*

Nos porrò ſcimus, quia natura eramus filij mortis. Deus nobis vitam dedit: Natura ſumus peccatores: Deus peccata noſtra ſuſtulit. Ite, ite, & præ ancilla perdita, contemnite benigniſsimum hærum: præ natura corrupta tota, contemnite æternum Deum. Et philoſophi quidem, nondum definitum habent, fuerit ne humano generi melior parens, aut triſtior Nouerca, natura; nos contra certo ſcimus, quia pater optimus eſt nobis Deus.
B Nam, ſi ex natura nobis ingenita, ſumus homines; ex Deo nos inhabitante, ſupra naturam euadimus boni homines. Ecquantum diſtat à bono homine, communis homo? Tantum ergo diſtat à natura, Deus. Vniuerſa vanitas omnis homo viuens: At homo bonus, vnus cum Deo efficitur ſpiritus. Cõmunibus hominibus dicitur; Vos nihil eſtis, & nihil eritis: Iuſtis & ſanctis dicitur. Omnia veſtra ſunt, ſiue cœlum, ſiue terra, ſiue mundus,

## *Deo ipſi, potius quàm naturæ, tribuenda, quæcunque in natura fiunt: etiam ſi curſu naturæ fiant.* CAP. XV.

C EQVIDEM, ipſe quoque agnoſco ò naturæ amantes, & ſtudioſi, ingentia ipſius vniuerſæ naturæ iura, præconia, laudes, vires. Ecquis eſt mortalium, cui iucundum non ſit, & amabile, celebrare naturam ipſam; niſi qui temerè potius agitur quam agat? qui neque arte, neque rationibus viuit? qui ſequitur impetus furentes, & ipſe furens? qui amat, & colit propriam voluntatem, radicem, & altricem malorum omnium, vnde ipſa quoque fuit corrupta, & vitiata natura? Quis enim ignorat, cæcam, & imprudentem temeritatem, dum tarditatis impatiens, viribus gloriatur ſuis, & quod libens aggreditur, nolens extinguit ſta
D tim, & enecat, maximè contrariari ipſi naturæ? quæ conſultrix ſemper, & prouida vtilitatum, oportunitatumq; omnium, in omnibus quæ molitur, lenta quadam feſtinatione procedit, & maturitati, & perpetuitati ſtudens, lætos ſemper & fœlices expectat rerum euentus? Ecquæ eſt artium ratio, quæ diligentia, quod acumen, quod, non ſibi, artificij ſui exempla petierit ab ipſa natura, artificioſa planè artifice rerum omnium? Profecto, illi, qui Deorum ſtatuas, & ſimulacra fabricantur, naturalem hominis ſtaturã, ſpeciemq;, ſibi ante oculos poſuerunt: qui ſtruunt ædes, & palatia, contemplati ſunt in ipſa natura, cacumina montium, auium nidos, aluearia apum,

 foueasq;

foueaſq; ferarum : Sutores, & Zonarij, aſpexerunt naturales veſtes, arbo- E
rum cortices, volucrum pennas, ſquammas piſcium, riparum, & ſyluarum
amictus denſiſsimos : ſed & illi, qui domi ſe ſe oblectant, cultione paterni
hortuli, foris mirati ſunt lætiſsimos, quos natura tulit, agros, & cum rau-
co aquarum murmure, ingentia rura. De impetu, & furore, quid dicemus?
Nam nullus eſt impetus, nulla vis, nullus furor qui procedente tempore nõ
tandem ipſa naturæ poteſtate frangatur : & experientia eſt teſtis : nihil vel
matureſcere, vel diu durare, vel demum fœliciter perfici poſſe, aduerſante
repugnanteq; natura. Voluntas porrò hominum (nanque, infra hominẽ,
nulli ineſt hæc libera appetendi vis) ſponte ſua amplexa malum, adhæret
malo : & ſua ipſius manu ſibi creat omnia mala, ſæpe in ſuam ipſius perni-
ciem, fines recti tranſiliens : Contra verò naturæ genius, aduerſus omne F
malum, perpetua bella & ſuſcipit, & gerit : quaſi equus non intractatus, &
tener, ſed domitus, & vetulus; qui, doctus audire vocem ſeſſoris, vt ille iuſ-
ſerit, ſtet, currat, volet, vertat, tranſmittat, pugnet, vincat, vnde & videatur
eques ipſo Bellerophonte melior. Omnino enim mala, quæ in naturæ di-
tione contingunt, tam ſunt præter intentionem naturæ, quàm ea, quæ in
regno voluntatis perpetrantur, niſi voluntaria ſint, mala eſſe non poſſunt.
En, quanta eſt natura; omni arte prudentior, potentior quouis impetu, ac
violentia, voluntate firmior, atque adeò ipſa etiam fortuna felicior. Sed
enim, ò Viri, inter tantas naturæ laudes, legitimas, veras, certas, nunquam
obliuiſcamur, nunquam deponamus; iaculorum certamina, ſapienter à
nobis laudari non poſſe, niſi etiam ornemus laudibus validos lacertorum G
toros; quibus, & torquentur, & vibrantur iacula : vt, qui naturam laudat,
Deum ipſum in primis laudare meminerit, abs quo agitur, &, ad quem
tendit vniuerſa natura. Non eſt Αὐτεργὸς natura, ò philoſophi, non eſt :
ſed Deus, velut inſignis, iaculo & gyganteis lacertis, ille eſt, qui librat na-
turæ tela; qui & dirigit, & iaculatur ad ſcopum; vt illius ictus deerrare nũ-
quam poſsint, tanquam poſiti procul à temeritate, præter impetum, ſupra
artem, & extra humanam voluntatem. Et, quid eſt natura, vt à prædictis
cauſis diſtinguitur (numeratur enim, vobis docẽtibus, & ferè, primum lo-
cum obtinet inter cauſas) quid inquam eſt, niſi admirabilis quædam ratio
artis diuinæ, indita rebus? cuius virtute tam ſingula quàm omnia ad pro-
prios fines impigrè, velut concitata feruntur: vt, quanuis, mente ſenſuq; ca H
reant, abſq; vllo errore tamen, & citra omnem doctoris operam, illos aſſe-
quantur : perinde ac miſsiles ſagittæ, aptatæ neruo, fortiterq; & prudenter
impulſæ. Nota eſt, poetæ illa admiratio.

*Alis alapſa ſagitta eſt,*
*Incertum, qua pulſa manu, quo turbine adacta,*
*Quis tantam Rutulis laudem, caſus ne, Deus ne*
*Attulerit.*

Et profectò, boni philoſophi dixerunt, opera naturæ, eſſe opera intelli-





A gentiæ; intelligentiæ non errantis; Dei inquam benedicti : qui, quum ex
eorum placitis, tanquàm ſummus, præpotens, immenſus, ſupremum cœ-
lum inhabitet, quo omnes alij continentur, mouentur, regũtur (nam alijs
intelligentijs tribuunt cœlos inferiores,) etiam ſi omnia quæ in mũdo ſunt,
aberrarent à ſcopo, ſolus quæque dirigeret in fines ſuos : tam omnibus na-
turis, & intelligentijs maior, ac melior, quam toto quoque mundo, vt ſu-
pra audiſtis, antiquior, atque ſuperior. An verò, eſt alius Deus, qui opera-
tur ſupra naturam, & alius, qui operatur cum natura? Ille ipſe Deus, qui ſu-
per aridas, & ſitiẽtes terræ glebas, ex improuiſo pluit, quum tres annos per-
petuos, cœlum fuiſſet æneum in terra Iſrael, ille ipſe eſt, qui quotidie, nu-
bium, & ventorum miniſterio, aduocat aquas maris, & effundit ſuper faciẽ
B terræ, ad vſum cunctarum gentium : Ille qui ſemel fecit, vt Aaronis virga
repente floreſceret; ille eſt, qui ſolito naturæ curſu, frondæ, ac flore, ligna,
& plantas, veſtit, & ornat, per ſingulos annos : & qui olim cadauera rurſus
animauit, & eduxit è tumulis, ille eſt, qui hodie animat viua quæque naſcẽ-
tia, & ex vteris matrum educit in lucem. Iam, ſi fas eſt ima ſummis, & imis
ſumma componere; quod eſt natura cum arte; id ferè eſt Deus cum om-
nibus cauſis naturalibus. Quæcunque fiunt, cœlo, terra, mariq;, natura
quidem vniuſcuiuſque rei, ſua ipſius virtute facit, & perficit; ignis vrit,
emollit aqua, ſaxa lædunt, alunt cibi, plantæ generant, animalia ſentiunt.
Quis id neget, abſque ipſius creatoris iniuria? Dei enim perfecta ſunt ope-
ra : & vnumquodq;, cuius eſt opus, eſt gratia operis : & benedixit Deus
C omnibus, vt ſibi ſimilia procreare poſsint : animal, animal, planta, plantã.
Enimuero, ſicut Deus, qui naturam ſine ipſa natura fecit, & multa, & ma-
gna interdum, operatur in regno naturæ, in quibus illa vim patiendi tantũ
præbet, non agendi; ita, natura ipſa, in omnibus ijs, quæ natura fiunt, vbi
ipſa maximè operari videtur, continenter æget diuina ope, velut emendi-
catæ pecuniæ ſuffragio; quæ, ſi ſe ſubtraxerit naturæ, natura quoque ſe ſub-
trahit operi : neque poteſt, vel proſequi quod cœperat, vel conſummare
quod prouexerat. Natura, applicat artem, & inſtrumenta artis; Deus ap-
plicat naturam, & vires rerum naturalium : atque ideo, niſi Deus incipiat,
natura non incipit. Rogo, attendite, quanquam inſtrumentis artium, ar-
tificio, & ſcientia dari poteſt, vt applicata ad materiam artis, dum ipſius ar-
D tificis induſtria, & manu mouentur, promptè, expediteq; ſeruiant operi,
tamen dari non poteſt, vt abſque artifice, ipſa ſe moueant, & agant artifi-
cioſa opera. Similiter igitur à maieſtate diuinæ ſolertiæ, omnibus naturis
dari potuit, vt adiutæ, & directe diuinitus, ſuis ipſarum viribus vtentes,
propria munera tam diligenter & exquiſitè perficiant, vt nihil induſtrius,
exactius perfectius, fieri poſſe videatur : ſed, vt ſine Deo, vel tantulum age
re poſsint, ne Deus quidem ipſe, dare potuit. Itaque quum tantam rerum
naturalium claſſem, augeri cernitis, propagatione perpetua, hoc eſt con-
ſueto naturæ curſu, ac legibus; ne putate, naturam ſolam eſſe quæ tãta ef-

ficiat, ea ipſa virtute, quam ſemel accepit ab ipſo Deo: Deus eſt, qui paula- E
tim progreditur agendo cum natura, condeſcendens imbecillitati naturæ;
qui, ſi ſolus ageret, ſtatim, velut omnipotens, perficeret, quæcunque ſemel
aggrederetur. Deus denique eſt, qui perficit actionem, per ipſam vim na-
turæ, tanquàm per inſtrumentum, quo etiam vtitur, vt libet. Sentit illa
vim Dei; ille verò,

*Et præmere nouit,*
*Et laxas dare nouit habenas.*

Liberi non ægent parentibus, quorum ſemine prognati ſunt, vt cũ ado-
leuerint, gignant nepotes, & pronepotes: at vniuerſa natura, vel ex toto
otiabitur, vel fruſtra aggredietur opus, niſi Deus, laturus opem, præueniat
ſemper, & quaſi præuolet; vt faciat quidem, ſed faciente Deo, quo non fa- F
ciente, non faceret, quia ille facit, vt faciat. Non ita tamen, vt ab ipſo Deo,
prius tempore vnum fiat, aliud verò ab ipſa natura: ſed, quod exemplo vi-
deri poteſt, dum multorum opera nauis trahitur, & deducitur in portum,
eodem tempore, & ſimul efficiatur totum virtute Dei, & virtute naturæ,
Deus porrò, origine ſaltem prius, efficacia verò, & magis, & melius, agat,
quam ipſa tota natura. Vos appello, qui dicitis, Deum efficere, vt res ſit;
cauſas ſecundas, vt hæc vel illa ſit: eſſe inquam ſimpliciter deberi Deo; gra-
dus autem, & modos, cauſis ſecundarijs; quòd diuina illa virtus ad minima
quæque non deſcendat, & non penetret, ſed tanquàm ſumma, ſummis tã-
tum inſiſtat. Vos inquam appello, & conuenio. Almus iſte ſol, nobis con-
ſpicuus, qui mundo longè, lateq; collucet, nonnè corporibus omnibus, & G
molem largitur, & formam, & figuram, & colorem, & vim, & motum?
non ſolus quidem, ſed tamen, in ordine cauſarũ naturalium, ferè primus?
Deus igitur, qui multò magis ſolem ſuperat, quàm primum exemplar an-
tecellit imaginem, & imaginem depictam ex imagine; radios ſuæ virtutis
diffundens, per intima quæque rerum omnium, quomodo non ſerit, vel
plantat, non, eſſe ſolum, ſed menſuras, pondera, vireſque omnes, & om-
nes numeros illius quod eſt, in omnibus, & ſingulis rebus? In eo enim, nõ
tanquàm in ſubiecto accidentia, non tanquàm in materia formæ, ſed tan-
quàm deriuationes in cõtinente, in exemplari, & in cauſa, ſunt omnes gra-
dus, vt dictum eſt, Τȣ̃ ὄντος, vnde etiam prodeunt, ad omnia, & ſingula
quæcunque ſunt: vt propterea nihil ſit, quod ab ipſo Deo nõ dependeat, H
& ipſum Deum non recognoſcat authorem. Indè, meritò in diuinis elo-
quijs, vbi tanquam in altari ſanctiſsimo, & religioſiſsimo, nunquam non
fumant æterno Deo pia thura, & lucent puriſsimi ignes; ipſa quoque toni-
trua, fulmina, pluuiæ, venti, ignes, plantæ; ſemen quoque ipſum, & geni-
tura; quin & æducatio plantarum, atq; etiam iumentorum; quæ haud du-
biè, non ad miracula ſpectant, ſed ad naturæ opera; vtpotè non ſupra na-
turam ædita, ſed in natura, & cum natura, & per naturam; omnia hæc in-
quam referuntur in Deum; illiq; offeruntur, tanquàm perpetuæ quædam
victimæ,



A victimæ, & iuge ſacrificium: Audite viri, quàm eleganter, in re tanta locu-
tus fuerit Iobus ille ſanctiſsimus: Quum ipſi (inquit) ex vtero matrum na-
ſcimur, Deus, nos, quaſi mulget in ſemine, perinde ac circunfuſam niuei
lactis copiam. Natos, Deus præmit, & coagulat, quaſi caſeum: pelle, &
carnibus veſtit ad vitam: denique neruis munit, & oſſibus ad robur, & tui-
tionem vitæ. Quid, quòd non homines ſolum gignit, & fouet, & in vtero
matris, membra noſtra compingit, & format oculos, & plantat aures, & na
res, tornat, & ora; ſed, & coruos paſcit, & lilia veſtit, & de cœlo tonat, &
reſpicit terram, & facit eam tremere, & tangit montes, & fumigant: & li-
gat aquas in nubibus, & generat ſtillas roris, & gelu: & rigat montes de ſu-
perioribus ſuis: & emittit fontes in couallibus; & veſtit fœno agros; & dat
B eſcam iumentis, & inebriat terram, & germinare eam facit. Ecquid adhuc
dicitis, cauſas ſecundas præparare materiam, Deum inducere formã? quaſi
verò, formæ in generatione naturali à foris inducantur, & non potius in-
tus educãtur? natura enim educit cum Deo, & Deus præparat cum natura;
vt totum ſit Dei, totum ſit naturæ; neq; enim, admiſcenda eſt hic cum ge-
neratione creatio, vel cum creatione generatio. Siquidem, præter homi-
nem, rem maximè diuinam, in nulla generatione rerũ naturalium, aliquid
propriè creat Deus: vt omninò, & illud ipſum Τὸ εἶναι rerum, ſit etiam ab
ipſa natura, quia non fit ex nihilo; vt ab initio quum crearet Deus cœlum,
& terram: ſed, ab eo die, communi curſu fit ſemper, ex eo, quod medium
eſt (vt diximus) inter Τὸ ὄν, & Τὸ μηδὲν; quod dicitur à Græcis philoſo-
C phis Ὂν ἐν δυνάμει; id quod eſt in potentia; fit inquam ſemper, naturali
curſu, naturaliq; virtute; ſed auſpice Deo; qui, vt eſt ſua ipſa natura, ſic eſt
ſupra reliquas omnes naturas. Quocunque voles te verte, ô homo, & in
omnibus naturæ finibus, occurret tibi Deus: vbique videbis Deum, ope-
rantem in omnibus rebus, exiſtentem, & quaſi inſertum in omnibus natu-
ris. Nihil ab illo vacat, opus ſuum ipſe implet. Cœleſtia in primis, quæ
ſunt prima naturæ membra: tum, ea quæ verſantur inter cœlum, & terrã:
tertio loco, ea quæ ſolo continentur: nam, quæ extra hos terminos ſunt,
velut extra mundum ipſum, ad ditionem naturæ non pertinent: vnde, &
dicuntur Τὰ μετὰ τὰ φυσικά, maximè diuina, &, ad Deum, non ad naturã
ſpectantia. Dic tu, ô Ariſtoteles, Deum, & naturam nihil fruſtra agere;
D intellige alia eſſe opera Dei, alia naturæ; doce, in mundo eſſe duo regna,
naturæ vnum, Dei alterum: hæc tua natura quam Deo ſocias, (rationem
ipſe videris) ſi commentum nõ eſt, ſi aliquid eſt, aut Deus eſt, aut ex Deo,
& ad Deum: quæcunque ſunt, diuina ſunt omnia, Deus in omnibus, in
Deo omnia, Deus omnia. Ita, non eſt niſi vnum regnum Dei, quo ipſa
etiam regnatur vniuerſa natura: quia nihil natura facit, quod Deus ipſe nõ
faciat, vt eadem ſint opera Dei, quæ & naturæ. Neque verò, naturæ ipſius
opera, Dei eſſe dicuntur, quia Deus, ſit illa ipſa tua natura: ſed, ideò tribuẽ-
da ſunt Deo potius, quàm naturę, ne quiſpiã arbitretur ſemel iuſsiſſe Deũ,
vt

vt hæc & illa fierent, idq́; ab omni æternitate, tum verò per tempora ſe po- E
ſuiſſe curam, & exequutionem omnem in ipſam naturã, hoc eſt, in cœlos, & elementa reieciſſe: quo, quid dici poteſt falſius? Certè verò, & in omni militia, ordo, vis, bellum, victoria, triumphus, iure, ac meritò, ſunt potius referenda in Ducem, quam in militem. Non militat natura ſibi, ſed Deo, ò viri. Deus ſolus, eſt dux, & imperator totius militiæ, cœli, & terræ, marium: qui, exercitu potens, & claſſe formidandus, molitur, parat, diſponit, deducit, mouet, & dirigit ſingulas legiones, & ipſum quoque totum robur vniuerſæ naturæ.

## *Quæ ratio & proportio inter Deum ipſum, & naturam.*
## CAP. XVI. F

HOc ſaxum iamdiu voluimus: hãc incudem iamdiu tundimus: vt illi tandem, vel doceantur, vel cõfundantur, qui, de natura, aduerſus Deum, hoc eſt, de figmento aduerſus figulum, multiplicant loqui ſublimia, gloriantes. Quamuis autem, non more ſolum rhetorico, leuiter, & populariter, perſuaſiſſe, ſed, demonſtratione propè mathematica, vigilanter, fortiſsimèq́; probaſſe putamus, ſempiternã Dei virtutem, atque diuinitatem; &, iam planum, & perſpicuum factum eſt, ipſius naturæ, cuius virtus, vndequaque eſt comprehenſa finibus, ac termi- G
nis; & ipſius Dei, qui omnes compræhendit fines, ac terminos, nullam eſſe rationem, proportionem, comparationem; tamen, vt in morem nutricis, manſa quæque inſeramus in ora legentium; ecce ante oculos veſtros, ò ſapientiæ alumni, ipſius æterni numinis, & naturæ conditæ, clariſsima ſymbola, vel exempla; almum hunc ſolem, & lucẽtem globum lunæ; quæ duo lumina, illuſtrant cœlos, & vegetant terras. Memini, non nihil huius ſimilitudinis, me obiter inſinuaſſe ſuperius; ſed, eò magis tota placebit, quo latius eam proſecuti fuerimus, vſque adeò aptè conuenit, & præ omnibus alijs mirè quadrat. Equidem, non ex Phœbo, orta eſt Phœbe; nam Phœbum, & Phœben Deus fecit; ipſe tamen Sol, quem, antiqui, dum tralationibus ludunt, cor cœli vocant, Homerus appellat Διὸς τέκος, ſacræ literæ, H
quaſi proprio nomine dicunt Φῶς, אור, nõ modo vas luminis, ſed ipſum lumen, ſiue lucem; ſolus inter omnia corpora, eſt fons lucis: qui, ex ſe ipſo lucens, & nõ ex alio corpore lumen accipiens, ſuum ipſius ſplendorem, ferè, tanquam pecuniam publicam, cunctis ſyderibus fœnerat. Quem, tametſi Græci, communiter, deducta voce ab Hebraica עֶלְיוֹן, quæ excelſum ſonat, fortaſſe etiam, ab Helia, dum in curru ſuper æthera veheretur, accepto exemplo; nominant Ηλιον, & Ηέλιον, latinitas nihilominus, quod tantam claritatem ſolus obtineat, ſolem appellauit. quanquam, & huc al-

ludere



A ludere videtur, illud Græcorum cognomen Απόλλω; ſignificat enim Ὅτι μόνος ἐστὶ καὶ οὐχὶ πολλοί. Luna porrò, velut terra quædam cœleſtis, aut, ſi mauis, terreſtre quoddam cœlum, vt mortalitatis, & immortalitatis, ſic lucis, & tenebrarum, confinium eſt: quæ, noctis tempore circulos abſoluit ſuos, & per occaſum ſolis, nobis lumen præbet: cuius cornua, nunc naſcuntur, nunc creſcunt, nunc euaneſcunt, nunc redeunt; quia non habet vnde ex ſe ipſa luceat: propter quod, & dicitur Luna, quaſi (vt nobilis naturæ interpres, acutè interpretatus eſt) luce lucens aliena. Itaque, Deus benedictus, cui eſt honor, & gloria in ſæcula ſæculorum, tanquam ſol inuiſibilis, in quem multo melius quàm in hunc noſtrum ſolem, conuenit exclamatio illa Varronis. O ſumme ſol, qui totam hanc mundi compagem, tuis ra-
B dijs illuſtras: & illa laudatio Thracij Orphei,

Πάντ' ἐσορέας, καὶ πάντ' ἐπακούεις, καὶ πάντα βραβεύεις.

quippè qui vitali calore omnia fouet, & admirabili virtute regit; tanquã naturæ cuſtos incorruptus, excubitor vigilantiſsimus; ſoſpes perpetuus; qui, nihil non videt; nihil non audit; omnia, ſingulaq́; diſpenſat; ex ſe ipſo ſimpliciter, & per ſe ipſum, eſt plenus luminis, immò verò totus lumen. Vniuerſa aũt natura, ipſius lunæ inſtar, eatenus lucet, quatenus diuina luce pfunditur: ſi tñ, vt veriora loquar, non luce, ſed fumoſo potius quodam lumine participat. Obſcura ſanè ſunt oĩa q̃ creata ſunt: Lumen accipere norunt: dare neſciunt: quorum eſſe, vſque adeo exiguum, & tenue eſt, vt, quod philoſophi de ſua ipſorum hyle, vel ſylua, dicere ſolent, mediũ quo-
C dammodo videatur inter eſſe, & non eſſe. Illud quod omnino non eſt, quod non habet, vt ſcholæ loquuntur, eſſentiam aliquam: hoc eſt, cuius non eſt exemplar in ipſo Deo, eo enim (vt aiunt) reſpicit eſſe quod dicitur eſſentiæ: illud inquàm, eſt nox cæca, & infauſta, profundiſsimis tecta tenebris, nullis illuſtris, aut reuerenda ſyderibus. Deus contrà, eſt clariſsima, & æterna dies, luculenta, ſolida, integra, quæ nunquam veſperaſcit, ſed neque nubibus vllis violatur, aut fœdatur. Quæ igitur, inter hęc extrema collocata ſunt, & ſingulæ inquam, & vniuerſæ creaturę, & luce, & tenebris, & die, & nocte participant, vt, quæ, ſuapte natura, magis opaca quã Luna, ſolis beneficio illuminantur, & aprica fiunt. Neque enim, eſſe ipſum, in ſua ipſius ſinceritate, puritateq́;, & vnitate recipiunt; ſed ex vtroque per-
D miſta, partim numerantur inter ea quæ ſunt, partim inter ea quæ nõ ſunt. Sunt enim, ex vna illa menſura, et gradu quem habent, non ſunt ex innumerabilibus numeris, et gradibus, quibus, et ſeorſum, et ſimul, deficiunt omnes ab ipſo Creatore. Atque ideò, quemadmodum media nocte, dum Lunam videmus, nunc creſcentem, nunc deficientem, nunc diuiduam, nunc maculoſam; ex ipſa Luna, præclarum illud, et aureum lumen ſolis, cogitamus animo: quod, etiam, vt primum cœlo exoritur, læto clamore ſalutamus: eam verò, quam paulo ante cum ingenti admiratione tanquam reginam ſyderum venerabamur; ne dignaremur quidem vno gyro ocu-

lorum

lorum noſtrorum, ſi cerneretur ſole præſente; vnde, et illa fugit protinus E
conſpectum hominum, vt quæ videri forſan erubeſcit in præſentia tanti lu
minis, pleni, perpetui, indeficientis: ita profecto, ratio exigit, vt, hac ipſa
nocte vitæ noſtræ, qua (vt videtis) in carcere obruimur tenebris, expectan
tes diem futuri ſæculi, hoc eſt beatæ æternitatis; quum ſublatis oculis, &
animis, mundum aſpicimus, contemplamurq; cœlum, & cœleſtia, per tan-
tos radios, & ſparſa rerum lumina, ad fontem illum æternæ lucis, iuſta ve-
neratione aſſurgere debeamus. Dic tu Maro, vatum decus.

*Vos ò clariſſima mundi*
*Lumina.*

Dic vt Moſes, prophetarum Alpha. Fecit Deus duo magna luminaria;
omnino tamen, ex vno fonte lucis, quãquam gemino ſydere, omnia diei, F
& noctis ſpatia illuſtrantur. Quid, quod Luna, luminare minus, formatur
ex ſole, in prima illa confuſa deformitate, & inchoatione rerum, iam iam
niteſcente. Et hyemes, & æſtates, non Lunam ſequuntur, ſed aſcendentẽ,
deſcendentemq; ſolem, vnde, & duæ illæ ſolis portæ, Capricornus inquã,
& Cancer, ille aſcendentis, hic deſcendentis tantopere celebrantur in cœ-
lo? Denique apud Aegyptios, hieroglyphica illa Iſis, quæ, in phyſica, non
fabuloſa theologia eſt, vel terra, vel tota potius natura rerum, hieroglyphi-
cos quoque hyeme luget Oſyrim; hoc eſt, ſolem; dum illius orbata lumi-
ne & calore, quaſi in ſe ipſa ſtuporem cõtrahit: ſuiq; ipſius fontes, & riui,
non ſecus quàm in pulcherrimo vultu attoniti oculi, vberius manare, & la-
chrimari videntur: agri quoque viduati cultu, ſquallentem, & mœſtam fa G
ciem oſtentant: quòd, abſente ſole à naturæ regno, vel omnino abſint, vel
fruſtra adſint cætera lumina. Quid dico lumina? Aethnici dicunt & Nu-
mina. Nam non niſi diuerſæ ſolis virtutes, & effectiones, nomina dedere
numinibus: vt propterea, non ſolum omnes cœli ſplendores, ſed & omnes
Dij gentium pariter, apud ſapientes illos antiquiſſimos, referãtur in ipſum
ſolem: Sol ſit in omnibus: omnia ſint in ſole: ſint ſolaria omnia: ſol ſit
omnia: verè Ηλιος, quaſi Τῆς ὕλης κύϱιος; dominator vniuerſæ materiæ,
quæ demum vna eſt rerum natura. Ad hunc modum tandem igitur, ſol
ſolis, ſol inuiſibilis, Deus benedictus, ſolis exemplar, & effector, qui, vt di-
uina eloquia canunt, fabricatus eſt auroram, & ſolem, ex ſe ipſo, ſibi ipſi
ab omni æternitate lucebat intrinſecus; vt per tempus, & tempora, omnia H
quæ ille voluiſſet, extrinſecus lucere poſſent ex eo, & per eum. Neq; enim
eſſe Dei, eſt ſicut illuminare, vel ſicut calefacere, tametſi actus eſt, & is qui
maximè Energia dici debet, ſed eſt ſicut lucere, & calere; quæ natura ſaltẽ,
aut origine, actiones illas antecedũt, ex quibus, materia extrinſecus lucem,
caloremq; ſuſcipit. Et quidem, ille ipſe ſol, etiam dum Lunam non illu-
minat, ſibi lucet: Ignis quoque tametſi, interdũ nihil illi adhibeatur, quod
calefaciat; in ſe ipſo tamen, nunquam calore caret; vtpotè, natura calidus,
& fons caloris: ob id enim, quæ caleſcunt, ſemper igneſcere videntur. Ita
ergo



A ergo Deus, quia illius natura eſt, vt ſit, quum etiam nullos extra ſe emitte-
ret ſuæ ipſius diuinitatis ignes, vel radios, erat ſemper in omne æuum. Ne-
que enim, ideo ipſi ſumus ò viri, quia Deus eſt; ſed, quia, bonus quum ſit,
non in ipſa æternitate ſed in principio temporis ſemetipſum communicãs
& quaſi diffundens, ignipotens creauit ignes, & effudit lumina pater lumi-
num. Iam, vt quæ altè iacent, paulatim eruamus è fodinis, ſi ex vna natu-
ra vnum; & ex alia gignitur aliud, quàm ineptè, ò philoſophi, iungitur
Deo natura comes: & poſtquàm gaudetis, hac ipſa naturæ voce, cur non
potius dicitur Deus ipſe abſolutè natura, natura ſimpliciter, natura omniũ
naturarum, ex quo, & ſingula, & vniuerſa naſcuntur, qui eſt vis, & pote-
ſtas pleniſſima rerum, parens, & ſator omnium, origo, & radix, vnde pro-
B deunt non ſolum actiones omnium poteſtatum, ſed, & multo antea pote-
ſtates omnium actionum. Quamuis enim communiter operatur per cœ-
los, per Angelos, per miniſtros, per inſtrumenta, per omnium rerum vi-
res, ſicut & ipſa natura, tamen ingentia illa miracula rerum, quæ ſupra cõ-
memorabam, ſunt linguæ quædam cœleſtes, quæ, nutantibus mortalium
animis indicant, & teſtantur, & quòd non indigeat naturæ miniſterio illa
ipſa vis æterni, & præpotentis Dei, &, quàm exiguum ſit id totum, quod
cauſæ inferiores præſtant, quando operantur ſimul cum ipſo Deo, ſi cum
eo conferatur quod facit Deus. Neque enim, ſimile eſt veri, Deum actu-
rum aliquando quidpiam ſupra omnem naturæ vim, niſi etiam dum agit
cum ipſa natura, excederet mirum in modum vires naturæ. Quærite phi-
C loſophi, quantum poteſtis, aliam quandam naturam, diuini regni conſor-
tem, oleum, & operam perditis. An verò obliti eſtis doctrinæ veſtræ, ma-
gnam illam, & ampliſſimam ſyluam naturæ, quæ vt materia, ſic & natura
dicitur, vim eſſe patiendi, non agendi? Deus ergo imprimit, illa recipit:
Deus agit, illa patitur: Deus imperat, illa paret. Atque, ideo, illa eſt natu-
ra, qua mouentur, quæcunque mouentur: quum alioquin ipſius Dei vir-
tute, moueant quæcunque mouent; ſine quo nè illa quidem mouerentur,
quæ ex illo ſolum, & non aliunde habent, vt moueri poſſint: quin, neque
illa ipſa materia extaret, vnde eſt in omnibus, quæ mutantur huiuſmodi
vis; ſi tamen vis, & non infirmitas potius: nam, vt mouere eſt virtutis, ſic,
cedere mouenti, debilitatis eſt argumentum. Putas ne, homo, ad Deum
D non niſi res diuinas, naturales omnes, ad ipſam ſolam pertinere naturam?
Non ſic res habet, non ſic. Non diuiditur ex æquo iuriſditio Dei, & na-
turæ: nihil quidem agit natura ſine Deo: at Deus (vt vult) agit cum natu-
ra, & ſine natura: Itaque, naturalia dicuntur, quæ cauſam agentem, & pro-
pinquam, in communi ſylua, & campo naturæ, habent, ad quam proximè
referantur: quæ verò ab ipſo Deo ſine alterius naturæ opera, aut miniſte-
rio, fiunt, diuina meritò vocare ſolemus. Vt propterea, in eis, Deus, ſit vis
illa maior, quæ vnamquamque naturam, ipſam quoque totam exuperat;
at verò in illis, dicatur ratione quadam, & ipſe natura; vtpotè, ſeſe non ni-
hil

hil attemperans virtuti naturæ; & vbique, ſolito curſu naturæ procedens, E
nihilq; agens, quod ad miraculi rationem pertineat. Ea enim ſolum, quæ
miracula dicuntur, ſunt ſupra naturam: tametſi homo, altiſsima quadam
ratione dicitur mundi miraculum: cuius generatio prorſus naturalis eſt, &
abſque vllo miraculo. Audite, Deus eſt Ens, & ſupra Ens: eſt ſubſtantia,
& ſupra ſubſtantiam, ita igitur eſt Natura, & ſupra naturam. Quid? An
non dicemus ſuo loco Deum eſſe Idæam; & ſupra idæam? eſſe fatum, &
ſupra fatum? eſſe fortunam, & ſupra fortunam? Iuuat ò amici, allophylo-
rum prata deflorare, eruere ex terra aurum, aut ex arena lapillos, vt ex ip-
ſis etiam Aegyptiorum ſpolijs, & ex tyri, Aethiopumq; opibus, ab ipſa re-
ligionis, & ſapientiæ arce mille propugnacula pendeant, & omnis armatu-
ra fortium. Nobis, non vobis laboraſtis ò gentes: Mella veſtra ipſi come- F
dimus: dulces veſtros nidos ſæpe reuiſimus: aratra veſtra noſtros agros co-
luerunt: vellera veſtra, filios noſtros variegatis veſtibus induerunt. Nos
inquam exercitarunt inuentiones veſtræ: nos exacuerunt ingenia veſtra:
diſciplinę veſtrę nos excoluerunt: ſtudia veſtra noſtros conatus adiuuerũt:
nos in labores veſtros introiuimus: quæ ipſi ſeminaſtis nos metimus. ſed,
vos ſeminaſtis inter ſpinas, ideo amiſſa meſſe, omnis vobis fructus interijt;
at nobis, qui ſpinas veſtras cõbuſsimus, ex bono ſemine, quod, veſtris ma-
nibus, omnium rerum ſator, in mundi agro ſeminauit, in dies magis, ac
magis inundant campi, creſcitq;, & abundat ſpica meſsis. Fili hominis,
dum nunc tandem ſententiam iſtam claudimus, & peroramus, auſculta, at-
que animum aduerte ſedulò: non enim in fictis cauſis verſamur, ſed in ve- G
ris litibus pietatis, & impietatis, illam fidelis hiſtoria docet, hanc inanis phi-
loſophia tuetur. Quoties incidit ſermo de comparatione, ſiue naturæ,
cum Deo, ſiue Dei cum natura, nega naturæ omnia, da Deo omnia; quia
Deus eſt ante naturam; ſine Deo nihil eſt tota natura: Deus eſt vis tota na-
turæ, abs Deo totus mundus regitur, & (ſi ferre poteſt latinæ linguæ caſti-
monia,) tota natura naturatur.

## *In impiam philoſophorum catenam, Deum agere, vt vult, & vniuerſam cauſarum ſeriem nihil poſſe ſine ipſo Deo.* CAP. XVII.

TOLLITE iam philoſophi, veſtrum illum ordinem, H
quem tanto ſupercilio, dicitis naturalem; catenam
illam veſtram, quam iactatis auream: veſtram illam
multiplicem, quam in omnibus neceſſariã ducitis,
cauſarum coniugationem. Recedant hæc vetera de
ore veſtro. Date & ipſi gloriam Deo, cuius munus
eſt, & ſophia, ad quam anhelatis, & philoſophia,
cui dies & noctes incumbitis. Gloria mundi Deus,
cauſa omnium cauſarum, origo omnium originum, principium omnium
princi[p]iorum.



A principiorum. Ideoq; non eſt redigendus in ordinem cum cæteris cauſis:
ſed ſi non à plebeis, & vulgaribus, in quorum numero omnes illi habendi
ſunt, qui à pietate ſunt alieni, à doctis viris, qui tanquàm flores ſunt in vni-
uerſo hominum genere, eximendus eſt extra ſeriem omnium cauſarum:
ipſe per ſe ipſum, æternum, exemptus, & ſolutus omnibus legibus, qui dat
omnibus leges, & iura. Doleo ſuper vos, philoſophi nobiles: Dolet mi-
hi cor, dolet animus, & verè omnibus literarum ſtudioſis dolendum puto;
quod, quum in vniuerſa natura, oculatiſsimi eſſe videremini, perſpicacio-
res Lynceo, & Argo; toti oculei, immo vero ipſi oculi, quin & oculiſsimi;
non ea tamen videre voluiſtis, quæ cœcus ille nunquam ſatis laudatus Me-
leſigenes, Deo fauente vidit. O vitioſos philoſophorum oculos, viri fra-
B tres, qui lucem reformidarunt, ò ex toto cœcos, qui non viderunt. Et di-
uina quidem, à nobis mortalibus remota, neque oculis aſpici, neque tangi
manu, neque vllis corporis ſenſibus percipi poſſunt; ſed tamen, habet ſuos
oculos mens, vt & ſuas aures, et fauces, quibus videre, audireq;, et guſtare di
uina quæq;, et Deum ipſum, ipſo opem ferente valeamus. Homerus igi-
tur, cui natiuitas, vel à melle, vel à melodia, ſeu ab vtroque potius, primum
illud nomen dederat, quod fundere deberet poëtica mella, et ſpargere ab
ore pegaſeum melos, nõ excęcatus quidem ab ineunte ætate, vt Didymus,
ſed ab ipſa natiuitate cœcus, fortaſſe, vt ipſa quoque Dei gloria, priſcis illis
ſæculi in illo clareſceret: et per illius linguam, plenam eruditionis, et ſapiẽ-
tiæ, in omnem Græciam latè propagaretur, mirum, quam pręcelſo animo,
C aditum iſtud ſacrum, penetrauerit; quàm ſanctè, & religioſè, contra hanc
philoſophorum catenam de admirabili, & inuicta Dei virtute, ac poteſtate
diſſeruerit. Docuit nimirum, Deo ipſi nullam neceſsitatem incumbere:
nullam vim inferri poſſe: totam catenam, ſeriemq; cauſarum, neceſſariò
ſubeſſe Deo: nec quicquam moliri poſſe, niſi continenter illi adſit ipſe
Deus. Neque verò profectò, minus eſt admirandum, quanto dicendi ar-
tificio, hanc ipſam ſublimem theologiam, ad gratiam, & leporem, fabula-
rum myſterijs, colorandam, pingendamq; iudicauerit, & re ipſa, omnis ge
neris floribus colorauerit, ac velut acu pulcherrima varietate depinxerit.
Digniſsimus ſanè, qui, propter doctrinam conſecrandam immortalitati,
naſceretur in myrrha; propter ſuauitatem, & iucunditatem poematis, mo-
D reretur in viola; propter ſingularem ornatum, & incomparabilem picturę
gloriam, poſt fata migraret in pauonem. Sed iam videamus quanta cum
gratia, & maieſtate fingit, Quum inquit, roſeis digitis Aurora terras illu-
ſtrare cępiſſet; Iupiter conuocauit concilium Deorum, & Dearum; qui-
bus magno ſilentio auſcultantibus, vult, & ore minaci, concutiens caput,
hunc in modum locutus eſt. Audite Dij omnes, Deæq; pariter, quæ dictu
rus ſum; & nemo veſtrum, ſiue mas, ſiue fœmina, aut orationi meæ relu-
ctari nitatur, aut illius quod perficere mihi animus eſt, executionem remo
rari. Si quis veſtrum, ſuppetias tulerit vel Argiuis, vel Teucris, hunc ego,
vel

E vel deijciam ad ima terrarum, vbi altiſsimum barathrum eſt cum portis ferreis, tanta profunditate demerſum, quanta diſtantia eſt à cœlis ad terras; vel ſaltem vſque adeo turpiter, & deformiter cedam, vt ignominia ſumma ſit illa futura, redire ad cœlos, tam fœdè, & inſigniter cæſum. Ita magno veſtro malo intelligetis, quam ſim valentior ego, & hominibus, & Dijs. Quod ſi fortaſſe, mihi irato, & minanti non creditis, &, vel ſingulos, vel omnes Deos, Deaſq; iuuat experiri, quãtæ ſint meæ vires; agite, reſtem auream è cœlo ſuſpendite ad inferos: eaq; appræhenſa, me hinc detrahere in terram, quantum poteſtis cuncti tentate; veſtris nixibus id nunquam efficietis: at verò, ſi mihi id facere in mẽtem ſemel venerit, ego ſolus, in terras, & in maria, vos vniuerſos, ex hoc cœli vertice dabo præcipites: quin, & ipſam reſtem circumligatam, cum ipſis quoque inferis, traham ad ſummitatem huius olympi, vobis etiam reluctantibus. Vt omnes tandem videatis F quantum Deos ſimul, & homines poteſtate, & libertate pariter antecello. Quid hic addere neceſſe eſt, ò boni philoſophi, vel ad doctrinam, vel ad ipſius doctrinæ lucem, & intelligentiam? Duo illa carmina græca notare ſat fuerit, ex quibus tota ſententia pendet.

Εἰ δ' ἄγε πειρίσασθαι θεοὶ ἵνα εἴδετε πάντες
Σειρὴν χρυσείην ἐξ οὐρανόθεν κρεμάσαντες.
Καὶ τὰ λοιπὰ.

Similia porrò his ſunt, quæ in eodem Homero leguntur, parte alia pulcherrimæ picturæ Iliados. Nam Iupiter inquit Deorum pater, & hominũ, Hectorem miſeratus, dum largo vulnere percuſſus, redderet ſanguinem, G ad Iunonem conuerſus toruo vultu ſic fari cœpit, ò inexhauſtæ malitiæ caput, ò omnis doli artifex,

*Non memor es, quum te de ſummo penſilem olympo*
*Demiſi? Vt quæ pedes geminas, graue pondus, ad imos*
*Appendi incudes? manibuſq; tenacia vincla*
*Ex auro inieci: aereis tu nubibus altè*
*Pendebas: fremuere Dei, per ahenea cœli*
*Templa, indignantes: neque te diſſoluere quiſquam*
*Eualuit.*

Ecce igitur quàm manifeſtum eſt, ſummam illam maieſtatem, poſitam eſſe extra omnem neceſsitatem ordinis, & catenæ cauſarum; vtpotè, cui re H ſiſtere non poſſunt, neque Dij, neque Deæ; &, quæ ſola domat, & Deos, & Deas. Et quidem, Deus, non eſt prima cauſa tantum: ſed ſimpliciter, & ſine vlla additione cauſa: illa inquam cauſa, de qua adagium factum eſt: Nihil fieri ſine cauſa poteſt. Nam, ſine omnibus alijs cauſis, quid eſt, quod fieri non poſsit, ſi Deus voluerit? At, ſine Deo, etiam ſi tota ſeries nitatur, nihil effici vnquam poterit. Sit philoſophus Φιλομύθης, hoc eſt amator fabularum; &, in Platone, referat ſolem olim occidere ſolitum, vbi nunc oritur; futurumq; , vt alias oriatur, vbi modo occidit, Hæ fabulæ, in ore





A Chriſtiani Theologi, non iam fabulæ ſunt, ſed blaſphemiæ: ideoq; illud tantum dicimus, quod abeſt ab omni fabula, ſolem eſſe opus Dei, vt, & totum cœlum; ſimiliterq; cœlorum omnium concitationem, & conuerſionem: Deumq; propterea, flectere poſſe ſolem, & cœlos omnes, in quam ille voluerit partem, dextram, ſiniſtram, anticam, poſticam, ſupernam, infernam: quin, & ſiſtere omnes illas, & totas cœlorum moles; imperareq; Angelis ſuis, vt & à motu, & ab vniuerſi orbis agitatione, quieſcant; quod, & aliquando faciet. Nouimus inſuper, huius immenſæ, atque inuictæ poteſtatis Dei ipſius, datas eſſe magnas ſignificationes humano generi; ob id vnum, ne ſempiterna illa virtus, atque diuinitas teſte careret; vnde ipſi homines non iam cœlo, aut ſoli, vt olim, ſed ipſi Deo, cui cœli, B & virtutes cœlorum ad nutum obediunt, hymnos & laudes, cum ingenti iubilo, & gratiarum actione decantarent. Et quidem, illa vna ſignificatio ſatis eſſe deberet pro innumerabilibus: Nam Lucifer, ille cœlo, & toto mundo ſuperior, princeps vniuerſæ militiæ cœli, & vt perſtemus in metaphora, primus annulus catenæ ſecundarum cauſarum; qui, tantæ virtutis, & maieſtatis erat, vt ſibi videretur, facile fieri poſſe, vt ipſi Deo per omnia ſimilis euaderet; quum ſuperbè nimium elatus, ſeditionem inter legiones illas cœleſtes concitaſſet, & iam verſutus, nouam necteret catenam, qua ſe ſe altius ſuſtolleret in cœlum, & Deum ad ima detraheret; infinita illa numinis poteſtate, catena ligatus eſt ad mille annos: ita, incidit in laqueum quem parabat; ſuis ipſius funibus conſtrictus eſt; &, quod ne C Ethnicos quidem ipſos, vt ipſi ſcitis, ex toto latuit; proiectus in tartara, ex Angelo, migrauit in Satanam. Ecquid aliud dicemus amplius? Vt perſuaſum eſt iamdiu philoſophis, elementa non agere ſine cœlo, & inter cœlos principem illum orbem agitare ſequentes, & mentes animos, & animos corpora; ſic, diuina hiſtoria docet, Deum nihil non mouere in vniuerſo orbe, nihil moueri poſſe ſine Deo; eatenuſq; ſolum agere, mouereq; ipſam rerum naturam, quatenus, antea, diuina quadam, tametſi nobis ignota, & non percepta motione, cietur. Neque enim, Deo ipſi, vlla incumbit neceſsitas auxilij, neque cauſæ efficientis, quæ illum adiuuet facientem: neque temporis, aut loci, in quo faciat: ſed neque, aut formæ, per quam, aut materiæ, ex qua, neque exemplaris, ad quod, aut motus, cum D quo; ſiue demum finis, propter quem, & cuius gratia, moliatur hæc tanta rerum miracula, quæ in mundo quotidie facit. Ex ſeipſo enim, tanquam ex magna penu, vt qui eſt Ens, & Eſſentia, profundit vniuerſas opes, vireſq; cauſarum: omnium effector, virtus, motio: omnium Ἰδέα, & Εἶδος: omnium radix: vim præbens omnibus: omnium omnia: à quo, (vt dicebam ſuperius) nihil vacat: qui, vniuerſum ſe ipſo implet; cuius eſt omne quod eſt: extra quem, nihil eſt; per quem accipit vt ſit, idipſum etiam, quod propè nihil eſt, hoc eſt vltima materia. Supra materiam, eſt ea, quæ interius ciet, agitatq; natura; Supra naturam eſt anima; ſupra ani-

mam ratio; ſupra rationem mens; ſupra mentem intelligentia. Deus, eſt E
ſupra omnia, innumerabilibus modis, vtens ſua illa immenſa poteſtate;
illuminans intelligentiam, ſanctificans mentem, rationem exacuens, vita
animæ, poteſtas formæ, opifex materiæ, dominus vniuerſæ naturæ.
Quod ſi, ipſi cupitis, vt rationes rationibus nectam, certè, imago in ſpe-
culo, moueri non poteſt, niſi ſe ſe moueat vultus, qui eſt extra ſpeculum:
inde enim orta eſt, & inde ſeruatur: ſic ergo, poſtquam res naturales, ſunt
ſimulachra, & exempla diuinarum idæarum, vt artificiales naturalium
(nam ex Deo ſemel conditæ, ex Deo quoque tenentur, ne concidant) quo
modo mouere ſe natura poteſt, vt aliquid agat, niſi Deus ipſe primus ſe ſe
exerat ad agendum? Ob id ipſa quoque natura, tametſi intenta in ſempi-
ternam illam maieſtatem, præ nimio ſtupore, & admiratione, gaudet qui- F
dem diu religioſo ſilentio continere, quod ſermone explicare non poteſt;
tamen poſtquam à Deo ſemel condita, ab eo etiam perpetuò tenetur, regi-
tur, adminiſtratur; venerabunda, dum tantum numen ſalutat, & colit, tan-
quam non ingrata creatori, proſtrata in humum, erumpit tandem, &

*Fundit opes, mundumq; beat, tam diuite lingua*

replens cœlos, & terras gloria eius. Et quidem, aliæ cauſæ, vim agendi
non habent ſimpliciter, ſed tantum relatæ ad ea, quæ ab illis efficiuntur:
nam, comparatæ ad priores illas virtutes, & naturas, à quibus traxerunt
originem, cauſarum nomen amittunt: ſicut, & ipſa effecta, ſubeunt no-
men, rationemq; cauſæ, quoties referuntur ad illud, quod ab eis pendet, vt
exiſtat in natura rerum. Porrò Deus, qui eſt extra totam rerum vniuerſi- G
tatem, vtpotè dominus vniuerſitatis, ſimpliciter eſt cauſa, abſolutè cauſa:
nulla ratione efficitur in ſeipſo, ſed eſt ſolùm in omnibus, & per omnia,
cauſa, & effector. Et perſpicuum eſt quidem, in quouis ordine aliarum
cauſarum, quod, ea, quæ plura efficit, tametſi & illa effecta eſt, cauſa dici-
tur potius, quàm effectus: è diuerſo, illa, quæ pauciora facit, frequentius
dicitur effectus, cauſa inſolenter, & rarò. Interea porrò, quæ ipſæ cauſæ
efficiunt, quæ prius veniunt in lucem, priora dicuntur; quæ poſterius, po-
ſteriora: ſic, & inter cauſas, quæ prius efficiunt, primæ dicuntur, quæ ſe-
cundò, ſecundæ, quæ poſtremò, poſtremæ. At, præter Deum, nulla eſt
cauſa, omninò prima, ſed, in ſuo genere tantum prima eſt, quæ prima di-
citur. Deo enim, nihil eſt prius, immo Deus eſt primus omnium. Quod H
ſi, philoſophia idipſum docente, quicquid eſt in aliquo ordine primum,
eſt cauſa omnium, quæ ſequuntur ſucceſsione quadã; an aliquid eſt, quod
Deus ipſe non efficiat? cuius non ſit origo? cui non det vt exiſtat? quan-
quam non omnia, eodem vel temporis, vel dignitatis ordine efficiuntur.
Agnoſcamus, Agnoſcamus tandem, Deum eſſe fontem fontium, &, vt
Græci lepidè dicunt, Πηγὴν πηγῶν: vnde omnia manant, quæ fiunt, &
quæ facta ſunt; quæ fiebant, & quæ in poſterum fient. An enim aliquid
effici poteſt, quod effectorem non habeat? Ecquis eſt effector, niſi qui
efficit?



A efficit? Efficit nè verò, vel natura, vel ars, niſi efficiendo tranſmutet? Trãſ-
mutatio, non nè exigit tempus? Tempus, non nè eſt ex æternitate? Deus
non nè eſt æternitas, & (vt ſupra dicebamus) author æternitatis? Sed, quid
eſt, quod Stoicus ille Poeta, mihi in aures ſubmurmurat?

*Fato ſtat Iupiter ipſe.*

Et iterum,

*Se quoque, lege tenens, & ſæcula iuſſa ferentem.*

O conſuetudo mentiendi, quantam iucunditatem habuiſti in veſanis
poetis, quum pena abeſſet, & licentia conſequeretur. Sit vniuerſa natu-
ra corporea, per ſe ſe ſubiecta neceſsitati; ſentiat mundus inferior, ſupe-
rioris mundi vires, & imperium; cuius tela ſuperare, retundere, aut decli-
B nare, omnino non poſsit; mundus ipſe quoque ſuperior, tanta neceſsitate
præmatur agendo, quanta inferior patiendo; porro Deus, & inferioris, &
ſuperioris mundi author, & opifex

*Sedet interea conditor altus,*
*Rerumq; regens flectit habenas*
*Rex, & dominus, fons, & origo,*
*Lex, & ſapiens arbiter æqui,*
*Et quæ motu concitat ire,*
*Siſtit retrahens, ac vaga firmat.*

Ecquid ſcæleratius excogitari poteſt, ò Viri, quàm, vt ſumma illa, & ſum
mo principe digna libertas, derogetur ipſi Deo, vt mox ſecũ auferatur vni
C cum illud, & verè ſanctiſsimum, admirabileq; commercium, quod eſt ho-
mini cum maieſtate diuina, dum ſperat, metuit, colit, adorat, deprecatur?
An vero, recepta in ipſo quoque Deo, vt in cæteris naturalibus cauſis, agen
di neceſsitate, habebit quicquam virium, hæc noſtra fides, hæc noſtra ſpes,
hæc noſtra charitas, & pietas; vt ſummo illi rerum principi, amoribus, de-
ſiderijs, colloquijs, miſceri aliquo modo valeamus? &, nõ potius, (id quod
vnicè molitur impietas gẽtium) erit ex toto vanus, quiſquis mortalium ſer-
uit Deo, ſi non poteſt non agere id quod agit, neque aliter quàm agit. Ex
ſe ipſo eſt, ex ſe ipſo agit: non agit naturaliter, non neceſſariò, non volun-
tate humana, ſed voluntate diuina, ratione Deo digna. Non eſt miniſter,
neque comminiſter: non eſt ſeruus, neque conſeruus, eſt dominus, eſt prin
D ceps, agit, vt decet dominum, vt decet Principem.

*Quem, non externæ pepulerunt fingere cauſæ,*
*Materiæ fluitantis opus; verum inſita ſummi*
*Forma boni.*

Ob id, nihil eſt in mundo, ſimpliciter, & abſolutè, neceſſarium: quia, &
hæc prima cauſa, nihil extra ſe agit ſimplici, & abſoluta neceſſitate; &, om-
nis illa tanta naturæ neceſsitas, huic diuinæ voluntati, in quam, omnia, vt
ſic dicam, conijciunt oculos, dicto citius, paret, & obtemperat. Illa, eſt
ineuitabile fatum rerum omnium, cui, & ſol aliquando ſtetit, & Luna:

 cui,

cui, abſque gelu duratæ ſunt aquæ: cui, virtutis ſuæ oblitus eſt ignis: cui, & E
flumina ſubſiderunt, & mare dulce factum eſt, & ferrum natauit, & ru-
pes, & ſaxa conuerſa ſunt in fontes, & latices aquarum currentium. O' cau-
ſa, cauſarum, ò cauſa ſine cauſa, ò cauſa ſupra omnem cauſam. Cauſa, quæ
moues, & non moueris: quæ efficis, & non efficeris. Cauſa, cui, rerum ſta-
bilium ſtant cauſæ: cui, rerum mutabilium immutabiles manent origines:
cui, rerum temporalium ſempiternæ viuunt rationes: ante initia ſæculo-
rum, ante primordia initiorum, ante origines primordiorum, ante ſcaturi-
gines originum. Αἴτια ὑπεραίτιος, ἀρχὴ ὑπεράρχιος. Humanum genus,
te ſupplex colit, & adorat, ò Deus, agnoſcens, & confitens, Quòd, ma-
gno iure, dignus es hoc titulo Cauſa cauſarum; quia abſolutè, tu ſolus es
cauſa, non eorum ſolum, quæ fiunt; ſed eorum omnium, quæ aliud fa- F
ciunt. Quòd, ne vnum quidem eorum quæ ſunt, vlla cauſa facit ſine te;
Illud ſolum quòd nihil eſt, & quo ipſi in nihilum penè vertimur, ſine te
authore; quanquàm, ne ſine te quidem permittente, fieri poteſt. Quòd,
nulla fatorum ſeries, eſt tam intertexta, quam non retexere, nulla tam re-
texta, quam non detexere poſsis ſi velis. In manu tua, cuncta ſunt poſita ò
Deus, & tuæ voluntati, quis nam reſiſtit? Tu excelſa deprimis, tu depreſſa
extollis: tu euellis, tu deſtruis, tu diſsipas, tu ſeris, tu plantas, tu

*Diruis, ædificas, mutas quadrata rotundis.*

Ecquando erit, ò viri pij, vt philoſophi, & hæretici, philoſophorum
hæredes, hæc omnia intelligant; & cadant ſquammæ perfidiæ, & impie-
tatis ab oculis eorum? vnde, & ſurgant velociter, vt Deo gratias agant. G
Tandemq́; vna illa catena tenebrarum, qua velut Aegyptij, mente, &
animo ligati ſunt, de ſuis ipſorum manibus euaneſcat, noſq́; illos audia-
mus, clamantes & exultantes. Nunc ſcimus verè, quia Deus vltionum
liberè egit.

## *Aurea catena rerum omnium, DEVS, omnia trahens, ligans, tenens, omnium amor, deſiderium, bonum, finis.* CAP. XVIII.

NEMO putet, nos erubeſcere catenæ nomen; quod, à
captiuitate ductum, duriorem etiã, & diriorem red-
dit ipſam captiuitatem. Vincti, & captiui ſumus om H
nes, qui Chriſto nomen dedimus: &, in eo ipſo, qui
nos fęliciſsima ſorte captiuos fecit, in faciem quoque
Regum, & Cæſarum, ſancta quadam (vt ſic loquar) ſu
perbia gloriamur. Gloriamur inquã, & gaudemus;
dum, pro nomine Ieſu, perferimus catenas, vincula,
cõpedes, verbera, ferrũ, ignes: poſtq̃ amor ille noſter, vt nos ab æternæ mor-
tis cõpedibus liberaret, in vincula conijci, ligari, detineri, duris ſentibus cõ-
figi, clauis trabalibus in altũ ſuſpendi, nõ indignũ exiſtimauit. Ecquis vnq̃
ſolui



A ſolui cupiat ex his catenis? quis non cũ ingenti gaudio circunferat has cate
nas? Quid dico catenas, & non potius, torques, monilia, armillas, coronas,
chriſtianæ nimirum virtutis, & fortitudinis inſignia, pręmia, decora, orna-
mẽta? Sed, paradoxa fortaſſe videbuntur ea q̃ dicimus, hominibus alienis,
& profanis, ò beati: oculis enim purgatis, & longè ſublimioribus opus eſt,
ad hæc diuini amoris miracula intelligenda: quos, qui non habent, ſunt cę-
cis ſimiles, &, vt vulgò dicitur, abſunt præſentes. Interea igitur, dum ſan-
cta hæc, & diuina myſteria noſtri amoris, ſuo loco meditanda relinqui-
mus, opportunè, quod ipſis etiam profanis gentibus vtile, & iucundum fue
rit, tractandum nobis eſt de catena mundi, à qua, vt ego quidem exiſtimo,
nimiùm turpiter, philoſophi, delapſi ſunt ad catenam Dei, non diſtinguẽ-
B tes inter mundum, & Deum. Et quidem, mundus ipſe totus intextus eſt,
& contextus; & ipſa vniuerſa natura, vndique eſt multiplicibus inſerta ca-
tenis. Quis id non videat? Nam in tanta compage rerum naturalium,
vix inueniri poteſt aliquid, ſeparatum prorſus, & non connexum cũ alijs;
ſunt quin potius omnia mundi membra, quaſi in criſpa coma, cincinni, ſex-
centis nodis intorti: nihil enim eſt, quod non agat, & patiatur, quod non
tribuat, & recipiat: quod nõ ſit cauſa effectrix, & effectus: vnde, & eadem
res penitus, tanquam cauſa, antecedit, & tanquam effectus, ſequitur: idq́; ſi
non ſemper tempore, certè ſemper natura, origine, ratione, dignitate.
Quid, quòd in chao illo, terræ inanis, & vacantis, cui veſani Poetæ æter-
nitatem dederunt.

C *Frigida pugnabant calidis, humentia ſiccis,*
*Mollia cum duris, ſine pondere habentia pondus,*
*Non bene iunctarum diſcordia ſemina rerum.*

nunc autem, tanta cum pace, & concordia, grauia, leuia, rotunda, recta,
frigida, calida, pro cuiuſque rei natura & virtute agunt, mouentur: nimi-
rum, vincta, & colligata, continuatione diuini ſpiritus; quod, omnibus
vinculum eſt, & catena iucundiſsimi amoris: quo, trahuntur, vt coeant ſin
gula; ligantur, vt fiant omnia; tenentur, vt perſtent & ſingula, & omnia;
ex quibus, tãdem, vno ordinè, tam pulchrè, & benè diſpoſitis, admirabilis
quædam, & verè diuina harmonia perficiatur. Elegantem admodum tã-
tæ rei ſimilitudinem, perhibere mihi videtur lapis ille

D *Quem, magneta vocant, patrio de nomine Graij,*
*Magnetum, quia ſit patrijs in finibus ortus.*

is enim, ferro admotus, quaſi ſpirãte affectu, duriſsimũ chalybem ad ſe tra-
hit, & ſuſpẽdit: quò, & alius trahitur, & ſuſpenditur; & deinceps alius, vt fe-
rè vnius momenti ſpatio, lõgo quodã nexu, catena fiat annulorũ; quã, nũ-
quã ſatis mirentur oculi, nunquã ſatis mirentur animi. Ex noſtris, quidã po
litiſsimæ literaturæ, id carmine expreſsit, &, vt ipſe reor, feliciſsimè, hunc
in modum. *Ceu ferreus olim*
*Annulus, arcana quem vi, magneſia cautes*

 *Suſtulerit,*

*Suſtulerit, longam nexu pendente catenam*
*Implicat, & cœcis inter ſe conſerit hamis.* E

Verè ſiquidem, cœli, elementa, animantes, ſaxa, agri, plantæ, dum, ab ipſo Deo tanquam à magnete, fortiſsimè ſimul, & ſuauiſsimè trahuntur ad ſuum ipſius amorem; & ſeorſum ſingula, & ſimul vniuerſa, tãquàm excitata per omnipotentiam diuini amoris, vt conuertantur ad illud commune bonum Πᾶσιν ἐφετὸν, πᾶσιν ἐραστὸν, πᾶσιν ἀγαπητὸν; in vnum ſimul conſpirant; perinde ferè, ac vnius corporis membra, quæ vno ſpiritu viuificantur, cuſtodiuntur, animantur, vt ſint vnum animal; aut, tanquam fides vnius citharæ, quæ graues, acutæ, mediæ, dum vna artis peritia pulſantur, vnum ex omnibus conficiunt melos; ſiue demum, quaſi vnius reipublicæ ciues, qui, non tam formidine legum, quàm amore ipſius virtutis, F in officio, religioſiſsimè perſtant; &, nullis vnquàm negotijs auocari poſſunt, vt aliquid intermittant, quod ad officium ſpectet: in quo colendo, omnem vitæ honeſtatem, & in negligendo, omnem turpitudinem ſitam eſſe intelligunt. Ecquis profectò referat, quàm aptè, & ordinatè, rerum, quæ in mundo ſunt, ſpecies, cohæreant, connectantur, conſtentq́, & perſeuerent, ac muneribus ſatisfaciant ſuis; ita, vt ex contrarijs motibus, vnum efficiant admirabilem, incredibilemq́; cõcentum, & Deo dignum? Nam, quæ ſuperiora ſunt, generatim, inferioribus prouident, vt illis nihil deſit: inferiora, ad ſuperiora conuertuntur; vt ab illis aliquid accipiant: paria, velut fœdere amicitię ſociata, ſibi inuicem, bona ſua communicant quàm libentiſsimè: & ſingula quæque, vehementer, & amanter, aduerſus contraria, ſe ſe tueri ſtudent, quàm maximè poſſunt, vt non deficiant. Negate, G ſi poteſtis, ò philoſophi. Sunt autem hæc, quatuor rationes amoris; &, ſi dicere placet, quatuor amores: Græci, breuiſsimè explicant. Ἔρωτα προνοητικὸν, ἐπιστρεπτικὸν, κοινωνικὸν, συνεκτικόν; Latini, dicerent. Amor, qui prouidet: amor, qui conuertitur: amor, qui communicat: amor, qui continet. Eſtne verò, nouum, amorem dici vinculum, rete, catenam, laqueum? Extat oraculum illud: In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis. Et illud, Expandit rete pedibus meis. Apud profanos vates, famoſa ſunt Cupidinis, & Veneris retia, plena inſidiarum, quas, cœcus ille puer, & inſana mater, orditur. At, naturalis amor, quo ſe ſe res inuicem complectuntur, nihil habet impurum, nihil periculoſum: eſt extra H omnem culpam, & extra omnem pœnam. Omnes porrò amores, omnes illæ catenæ rerum, quibus arctiſsimis ſe ſe vinculis conſtringunt omnia, ex illa vna admirabili, fortiſsimaq; catena dependent, quæ eſt amor Dei, verè fons omnium amorum. Nemo neſcit, in ipſa natura eſſe mutuos rerum amores, mutua odia: hinc tantæ ſympathiæ, & antipathiæ, in herbis, in plãtis, in lapidibus; quin, & in belluis, & in piſcibus, in hominibus, in ipſis quoque genijs: quas, quis non maximè admiretur, etiam ſi maximè videatur ſapiens? Sed enim, hic ipſe naturalis amor Dei, amor eſt, omnibus cõmunis,



A munis, & ſingulis ferè proprius: quo, velut delicatiſsimo cibo, quæcunque facta ſunt, aluntur, nutriuntur: nam ſuperæ mentes, & animi hominum, ratione; belluæ, ſenſus iudicio; plantæ inſita appetitione vitali: ſaxa demum, & reliqua omnia, quæ id tantum muneris participant, vt extent, eo ipſo quo ſunt, non elicito quidem aut imperato actu, ſed indita quadam propenſione, inclinationeq́; & quaſi pondere, in Deum feruntur, Deum amant, cuius intuitu, faciunt quæcunque faciunt. Sequuntur enim eum, non ſecus, quàm oues bene ſaginatæ, ex paſcuis, ſequuntur Tytirum. Deus, paſtor eſt ouium; qui, ſuper ingentem hanc vniuerſitatis lyram, tendit arcum bonitatis ſuæ; &, ſui ipſius amoris ſagittas ardentiſsimas, per omnia immittit, & iaculatur, hubertate plenitudinis ſuæ, implens, & inebrians B omnem creaturam. Omnes amores ex hoc amore; omnis bonitas, ex hac bonitate; omnis pulchritudo ex hac pulchritudine; & denique, omnis voluptas, ex hac voluptate; cuius velut torrens, nihil non rapit, nihil non tenet. Et cœlum quidem ipſum, tam immenſę magnitudinis corpus, quanta facilitate, & velocitate mouetur, vt Deo pareat, tam à ſiniſtra in dexteram, quàm à dextera in ſiniſtram, hoc eſt ab occaſu in ortum, & ab ortu in occaſum? Sol, nunc nobis excubias facit, nunc illis, qui è regione, aduerſis veſtigijs, ſtant contra noſtra veſtigia, quos Antipodas vocant. Luna, ordine perpetuo, nunc curuatur in cornua, nunc plenum orbem oſtentat, nunc æqua portione diuiditur, nunc videtur nulla. Ignis, nunquam non incendit aera, nec tamen aqua ſiccatur. Flumina omnia, intrant mare, & C tamen mare non redundat. Mare ipſum, exurgit apertis oſtijs ſuis, & tamen, arena tenuiſsima confringuntur tumentes fluctus eius. Aquæ, erumpunt quaſi de vulua, & procedentes, inundant agros, colles, & montes; & tamen, tota tellus ſuſpenſa manet, medio librata ſpatio: Tempora, tranſuolat, & tamen dies, & nox perſeuerat; Generatio venit, & generatio præterit; & tamen, terra, quæ ſcæna eſt, vbi hæc omnia fiunt, ne quatitur quidem, ſed in æternum ſtat. O' maximas, atque imperioſiſsimas, easq́; occultas, & incognitas vires amoris. Res certè admiratione dignisſima viri. Nam, quum ipſe Deus, nullius rei prematur inopia; bonorum noſtrorum non indiges, cecinit Rex ille fortiſsimus, quum affluat, & exuberet omnibus bonis; ſua ipſius vox eſt. Ego oſtendam tibi omne bonum: tamen, D omnia quæcunque ſunt, ſupra quàm dici poſsit, æternum amans, & diligens, ideoq́, faciens, fouens, cuſtodiens; nam ſi odiſſet non feciſſet; & ſi odiret non ſeruaret; in ſe ipſum, omnia, inſatiabiliter conuertit, dirigit, reflectit, reducit. Quid? omnibus inijcit, neque ſolum inijcit, ſed infigit, ſed infixos relinquit occultiſsimos quoſdam, &, qui euelli, aut extrahi nulla ratione poſſunt, diuini amoris aculeos. Quibus, dulciſsimè vulnerata natura, quem alium cuperet, quem amaret, in quem ſuſpiraret, niſi in ipſum Deum? In cuius amoris gratiam, iam tum ab orbe condito, pulcherrimam choream ducere cœpit, per cœli ſtrophas, & antiſtrophas, & ad hunc

 vſque

vſque diem, mundus ipſe totus, perpetuò recinit, ſaltatq́; ad concinnitatem, & concentum ſphærarum cœleſtium. Quæ, dum Poetarum plectra, & plectri ſimiles, linguæ, quoad fieri poteſt, ſtudent imitari, implent, & artificioſis carminum numeris, aures, & incredibili Muſarum lepore, atque innumerabilibus gratijs, hominum animos. Vtinam, hanc mundi muſicam, ipſi quoque aliquando ſentiremus, ò dilecti Dei: vt, ſtudio, & emulatione excitatis animis, cum ipſis vatibus, diuina patientes, magnalia Dei, numeroſè, & cum omni gratiarum cumulo, caneremus. Nam, quis alius eſt finis naturæ, in his cœlorum ſonis, & numeris, niſi canere iucundiſsimũ hymnum æterno Deo; &, nullo vnquàm die, nulla vnquàm nocte, non agere ſabbatiſmum, in illius obſequijs, & irrequietis laudibus? vt, vel ſuo ipſius exemplo erubeſcere homo poſsit, ſi velit; qui, Deo ingratiſsimus, & omnium belluarũm, ac ferarum inſipientiſsimus, ſolus diuinos amores refugit, & Dei cõtemptor, & oſor, à veneratione numinis, ſuo ſe vitio alienare non veretur. Heus tu, quicunque es. Tibi, qui de more, contra omnis naturæ morem, tam ſæpe auerteris à Deo, tibi inquam preſcriptum eſt, vt, vno ſaltem hebdomadæ die, ad illum, tua ſponte conuerſus, ſanctiſsimum illius nomen, amanter, fideliter, religioſéq; colas, & glorifices; cur illum ſaltem diem nõ religioſè (vt par eſt) perpetua obſeruatione cuſtodis? Ecce magnus hic mundus, vna lege contentus fuit; quam in eo ſemel inſculpſit Deus. Iam enim Deum reueritus honore perpetuo, in illius obſequijs nullum non diem feſtum agit; nulli illi non ſunt læti, & feſti dies; quibus, ſemper Deum adorat, Deo famulatur, Deo agit gratias, Deo ducit choros. An verò, vel fallimur ipſi, vel fallimus? Sed, quis hoc ipſum non videat? Quemadmodum enim heliotropium, ſolaris herba, ad orientem ſolem, ſuo ingenio manè conuertitur, interdiu ſequitur ſolis iter, ad veſperam quoque, velut amoris, & zelotypiæ plena, curioſè videt, vbi ſuus ille ſol occidit, vt & illa ſecum occidat; &, quod demum, magna admiratione non vacat, nubilo etiam obumbrante diem, dum aquila non videt ſolem, illa tamẽ ſolem videt, & citra errorem, cum ſole ſemper gyro voluitur; Sic, in campo ipſius naturæ, omnia quæcunque ſunt, & quæ ſentiunt, & quæ non ſentiunt, tanquam afflata diuinis odoribus, ipſum Deum omnia amantem, omnibus ſupra quam dici poſsit amabilem, totis viribus amant, quærunt, ambiunt: ad quem iucundiſsimo quaſi curſu, & perpetua contentione mouentur: vſque adeo, vt fœdum, & turpe exiſtiment, in hoc ipſo amoris certamine, alterum ab altero ſuperari. Venite, venite, & videte omnes, qui diligitis Deum: videte inquam ſpectaculum iſtud viſu digniſsimum, & admiratione pulcherrimum: quàm vniuerſa natura, toto hoc tẽporum interuallo, à principio ſæculi, ad finem vſque, velut in faciem Dei, ſemper intenta, vultũ tantæ maieſtatis, verecundè, & reuerenter obſeruat: quàm, ad nutum Dei, cum gaudio ſimul, & tremore agit, & agitur: quàm, diuino imperio promptè, ac libenter auſcultat: & ne latum quidem vnguẽ ab

E (beside line 1), F (beside "ipſius exemplo"), G (beside "quibus, ſemper Deum adorat"), H (beside "ne mouentur")



A ab eius legibus præſcriptiſq; diſcedit: & denique, ſicut dixit almus ille, & naturæ, & ſcripturæ interpres, Apoſtolus, quàm, ipſius Dei incredibili deſiderio fatigata omnia, doloribus quaſi parturientis ingemiſcant, donec fœlix illa, & ſuprema dies adueniat, in qua, diuini circini ratione, certiſsima, & conſtantiſsima, claudatur hic magnus & aureus ſæculi circulus: atq; à puncto ad punctum, ducta, terminataq; linea, primum, & vltimum grecæ literaturæ claſsis elementa, coeant in vnum Deum; & omnia illuc recurrant, vnde altas ducunt origines; ſitq; Deus tandem, & appareat omnia in omnibus. Nimirum, vena, & ſcaturigo omnium, vnde, vt eſſent acceperint; author, et effector à quo prodierint; exemplar ad cuius ſimilitudinem efficta fuerint; propoſitum, et finis cuius gratia de nihilo emerſerint;

B ſed, et quaſi forma, qua extiterint, viguerint, vires ſuas exercuerint; demum, locus, et quies, vbi, reuelata gloria filiorum Dei, propter eos quoq; nouabit omnia, et imponet finem deſiderio, metamq; laboribus. Quid hęſitatis? Ipſi quoque currentium aquarum riui, omnes tandem recurrunt ad fontes: et labentia flumina, quò magis increſcunt, et exundant, eo velocius ad mare refluunt, vnde fluunt: ſed et ſphæra, vel orbis, voluitur, et reuoluitur circa centrum, vnde lineæ ſingulæ producuntur: numeri quoq;, quorum ſpecies, vi vnitatis explicata, ſubinde excreſcunt in infinitum, in ipſam demum reſoluuntur vnitatem: quin, et ipſum lumen ſolis, quod à ſolis globo procedit, redit etiam ad ſolem; et, tum maximè in centro ſolis viget totum, quum diſperſum per partes, vix in aere lucere videtur. Itaq;,

C quid eſt, cur mirari debeamus quum omnia ſint deriuationes Dei, ſi omnium quoque finis, et terminus ſit ipſe Deus? Vnitas, abs qua numeri, in quam numeri. Centrum, ex quo lineæ, in quod lineæ, ſol abs quo lumina, in quem lumina, et verè pater luminum. Πάντων γενέθλη, ἀρχὴ παντῶν, παντῶν τὲ τελευτὴ Dicam quam breuiſsimè. A quo, Ad quem, inde Ὢν, hinc Ἀγαθὸν. Hæ ſunt duæ rationes, Ratio entis, ratio boni: Hæ ſunt duæ relationes, Relatio principij, relatio finis, Deus, quia eſt ens, principium eſt, ex quo omnia, quia eſt bonum, finis eſt, in quem omnia: græcè breuiſsimè dicerem, Ἐκ τῆς οὐσίας, τὰ ὄντα, ἐκ τῆς ἀγαθότητος, τὰ τέλεια. Nam, quæ eſt ratio principij, niſi entis, quod eſt omnino primũ? Quæ eſt autem ratio finis, niſi bonum? quia ſi tollis bonum, tollis finem.

D His relationibus, coniunctæ ſunt duæ negationes; principio Ἀναρχία; fini Ἀτέλεια; vt ſit Deus, principium ſine principio, finis ſine fine; hoc eſt, quod et ſupra dixiſſe me recolo, Πρῶτος, et Ὕστατος, primus, et vltimus. Vltimum quidem eſſe videtur, Mors, ſed, eſt vltimum quod conſumit, Deus, eſt vltimum quod conſummat. Mors triumphum agit de rebus; in Deo, res omnes triumphum agunt de morte. Quid iactas Franciſce famã, et ſupra triumphum mortis, triumphum famæ? Habet et ſuam mortem fama, quin et tempus, quo omnis fama langueſcit, extenuatur, extinguitur. Vnicus eſt triumphator omnis mortis, Deus, ſolus æternus, ſolus immortalis.

tális. Mors omnia ſoluit: Deus omnia ligat, & religat. Catena, quam E
nunquam vidiſtis, & ne ſomniaſtis quidem, ò philoſophi, Catena ſupra
montes, ſupra nubes, ſupra orizontas, ſupra cœlos, & deorſum etiam at
tingens, & ligans ipſos quoque inferos.

*Vnde ductum hoc ipſum nomen tantæ venerationis, virtutiſq́, & ſignificationis, DEVS.* *CAP. XIX.*

INVENIMVS Deum, ò beati. Gaudete, & mecum,
iam tandem, exultantibus animis, ingeminate dul-
cem illam, & plenam boni ominis, vocem, Deus,
Deus. Sic, poſitis anchoris, nautæ, qui paulo ante, F
inter fluctus aquarum, timẽtes dira naufragia, hùc,
& illùc, vnam terram, ad ſuam ipſorum ſalutem,
ipſis quoque oculis requirebant; dum profundum
æquor egreſsi, applicant ad litus, lætiſsimo vultu,
terram canunt, & recinunt; vnde illæ toties repetitæ iubilationes, & plau-
ſus ſociorum naualium, græcè Γλὼ ὁρῶ, latinè Terram video. Sed enim,
nondum conuiuium clauſimus: nondum ad hæbraicum סֶלָה, ad græcum
Διάψαλμα, peruenimus. Illud adhuc ſupereſt, quod & exigunt catena-
ti labores noſtri, vt, poſt omnia, quæ diximus de Deo, explicemus vires,
& ſignificationes huius nominis Deus: oſtendamuſq́;, in eum, qui hoc
ipſo titulo cognominatur, & cuncta, & ſingula competere, quæ dicta ſunt G
de Deo: alioquin, peruicacibus ingenijs, quorum perfricta fronte, & indo
mabili contumacia, ſupra quam ferre poſſumus, fatigamur, quomodo ma-
nifeſtum feciſſe dicemus, quod Deus ſit? Sanè, fugitiuum ſeruum, fugi-
tiuarius qui quærit, etiam ſi inueniat, nunquàm certus eſſe poteſt, quod
inuenerit, niſi certò ſciat, illum ipſum eſſe quem quæſiuit. Quid ſit res
ipſa, quæ Deus eſt, ad huius primi libri velut præcognitionem non perti-
net. Radix, & virtus nominis, ea eſt, quæ nobis omnino eſt præcognoſcẽ-
da; antequam, quæſtionis illius, ſit, an non ſit Deus, religioſam deciſio-
nem, pijs, & certis rationibus affirmatam, in tuto ponamus. Nam, & philo-
ſophi ipſi, de inani tractantes, antequàm dubium illud; An in ampliſsimo
vniuerſitatis regno, locum habeat inane, vel vacuum; negando definirent; H
quanta dixerunt; vt, quid ſignificetur nomine inanis, aut vacui, re ipſa nõ-
dum cognita, explicarent. Et ſi verò, non ignoramus, theologiam gen-
tium, ſicut, & philoſophiã, à barbaris ſumpſiſſe originem; ab ipſis inquàm
magis Perſarum; à Gymnoſophiſtis Aethyopum; à Druidis Gallorum;
nam, & conſtat, eos, qui primas fores aperuerunt philoſophiæ, natos eſſe in
extrema barbaria: Sanè, Phœnix fuit Ochus, Thrax Orpheus, Athlas pa-
triam habuit Libyam, & Mercurius Aegyptum: tamen, quia, & philoſo-
phiam, & Theologiam, Græci ipſi, vt militiam, & ciuilia iura, Romani ex-
coluerunt;



A coluerunt; ordiemur à græca illa voce, Θεός, vnde, hæc Romana Deus,
fluxiſſe videtur, craſſa litera Θῆτα in Δέλτα mediam, ob magnam elemen-
torum cognationem, de more mutata, neque enim, inter eas, lis vnquam
vlla, aut contentio fuit; vt ad eam dirimendam, neceſſaria fuerit, ipſarũ vo
calium concertatoria, forenſis, & iudicialis ſententia, quemadmodũ inter
Σίγμα, & Ταῦ. Profectò igitur, magnum oportet, vt ſit ſublimeq́;, & glo-
rioſum, hoc ipſum, de quo loquimur, nomen, præſertim, cum articuli põ-
dere, apud Græcos, apud Latinos verò, quibus nullũ nomen non eſt Ἀνάρ-
θρον, cum pronominis emphaſe, Ὁ θεὸς, Ipſe Deus. Siquidem Ἕλληνες,
illi veri, & legitimi Græci, inter quos primùm adoleuit philoſophia, nan-
que, apud Pelaſgos omnium antiquiſsimos, qui & Theſſali dicti ſunt, bal-
B butire viſa eſt, deinde vniuerſa Græcia in qua floruit, & cæteri omnes, qui
more infantium geſtiebant Ἑλληνίζειν, quorum commercio philoſophia
ipſa ferè conſenuit; admirabili quadã conſpiratione, & conſenſu, diu, mul-
tumq́; cogitantes, quo nomine, velut certo indice, & proprio quaſi chara-
ctere, moſtrare poſſent, deſignareq́;, & appellare ſummum illum orbis prin
cipem, qui mundũ adminiſtrat: cuius eſt imperium in omnes viſibiles, inui
ſibileſq́; naturas: haud quidem, abſque afflatu numinis, & naturę inſtinctu,
conuenerunt in hanc vocẽ, Ὁ Θεὸς, quanquàm ſępius neutro genere, diui
nitatem illam vniuerſi mundi moderatricẽ appellabant, Τὸ θεῖον. Indicant
porrò, & palàm oſtendunt, diuitias, & theſauros, honoremq́;, & gloriã in-
gentis huius cognominis, quatuor illa verba, Τὸ τιθέναι, Τὸ θέειν, Τὸ θεάσθαι,
C & Τὸ θεωρεῖν, omnia verius quàm ſingula, radices, matrices, ſeminaq́;, &
vteri, in quibus, & ex quibus, hæc ipſa ſancta Θεωνυμία, concepta, forma-
taq́; fuit. Quid eſt enim Θεάομαι, & Θεωρῶ, niſi video, obſeruo, ſpecta-
tor ſum? Et quid eſt Θέειν, aliud quàm currere? & Τιθέναι, quam pone-
re, & collocare? O amice lector.

*Dixi ſigna tibi, tu condita mente teneto,*

Certè his tantum acceptis auditione, & ſenſu, etiam ſi nihil aliud ipſi in
medium afferamus, ſignificatio magna ſit, quod Deus, benedictus, ſit ſum-
mus ille Θεάων, & Θεωρὸς, qui ſui ipſius contemplatione, & viſione bea-
tiſsimus, pro humani generis ſalute, nihil non videat, nihil non obſeruet;
ſcrutator cogitationum, cordium, & renum; vſque adeo, vt nulla creatu-
D ra ſit illi inuiſibilis, vt nihil effugiat oculos ſuos, vt nemo dicere poſsit, Si eſt
ſcientia in excelſo? Dominus non videt nos.

*Cui ex alto cuncta tuenti,*
*Nulla, terræ, mole reſiſtunt,*
*Non nox atris nubibus obſtat*
*Vno mentis cernit in ictu*
*Quæ ſint, quæ fuerint, veniantq́,*
*Quem, quia reſpicit omnia ſolus*
*Verum poſsis dicere ſolem.*

Deinde,

Deinde, quod ſit ille Θεῶν, ille hyperion, ille curſor promptiſsimus, E
expeditiſsimus, ita nobis dicto audiens, vt pro ſua ipſius incredibili boni-
tate, quoniam nihil eſt, quod ſine eo peragere queamus ſoli; vbicunque
ſimus, ſimul atque velimus, accurrat; opemq; ferat; continenti curſu, etiã
ſequens fugientem; &, quadriga ſua, cuius equi, ſunt, Gratia, Pax, Vita,
Salus; ſiſtens fugam; vt non fugiamus à conſpectu, & oculis patris: incitãs
etiam, ad currendum in via virtutis, & ſic currendum, vt, contingentes
metam, optatum brauium comprǽhẽdamus curſu. Ad extremum, quod
ſit ille Τεθηκὸς, qui, in magno hoc mundi theatro, omnia, & ſingula, ad-
mirabili ordine, diſtribuit, collocauit; vt inconcuſſa firmitate, & peren-
nitate, per omnia ſæcula durent, tanquàm, quæ in illius ſtabilitate, & ſecu-
ritate, collocata ſunt. Hoc eſt enim profectò illud, vt de reliquis interea F
taceamus, quod barbari noſtri, minimè barbari, veræ philoſophiæ, & ſan-
ctæ religionis parentes, admonebant, vt gentes, oculis in altum ſublatis;
contemplarentur animo. Poſitio inquàm, & ſitus totius mundi, & ſingu
larum partium eius: munitiones quoque, & ornatus. Inde, futurum, vt
infinitam illam ſupremi numinis poteſtatem, agnoſcerent, cuius proprium
nomen, nunquam audierant. Et hoc quoque, illud eſt, quod primùm,
permouit illos populos, vt numine, quæ, nullo adhuc nomine nota, vene-
rabantur, ab hac ipſa rerum poſitura, græce Θέσει, quam Εν τῷ κόσμῳ,
non vehementer admirari non poterant, cœperint appellare Θεὺς; quaſi
Κοσμοθέντας, τὰ πράγματα πάντα. Sic, ex voce Θέσεος, per ſincopã,
nata eſt vox iſta Θεός. Vox, planè, æternæ cuiuſdam firmitatis, atque om- G
nino incommutabilis poteſtatis; cuius quaſi neruo, rerum omnium vires,
tanquam lacerti fluidi, agitati, & quaſſati motionibus continuis, regũtur,
& ſuſtinentur ne concidant. Et, qui nam claui, vel ærei, vel adamantini,
immo verò, quæ ſolida tigna, quæ denſæ trabes, tam immenſa pondera fer-
re poſſent, cum incolumitate vniuerſitatis, & compaginis mundi; niſi eſ-
ſet hic ipſe Deus, omnia implens, & tenens; glutinator, glutinamentum,
glutinumq; tenaciſsimum; immo verò ipſa tenacitas, & ipſa etiam tenaci-
tate tenacior, & (vt breuiter pij in templis ad horam orationis nonam, dul-
ciſsimè canunt;) Rerum omnium tenax vigor. Sanè, omnibus, & ſingu-
lis rebus, inuicem bella gerentibus, ſeq; inuicem perpetua viciſsitudine im-
mutantibus, mundus ipſe, vt Cicero doctiſsimè ſimul, & elegantiſsimè di- H
xit, tam arctis, tenacibusq; vinculis, cohærere, & velut firma quadam con-
tignatione, necti, iugariq; non poſſet, niſi cõtineretur, vno illo diuino ſpi-
ritu, omnia permeante, & implente, ad quem magno iure clamare cogi-
mur. O', quã bonus, & ſuauis eſt, ſpiritus tuus, in nobis Domine. Ecquã
apta, & decora ſimilitudine, dictum eſt, ò viri, quemadmodum malum pu-
nicum, contegitur, & communiter vnius corticis quaſi cute, & corio; &
grana eius, tam ſingula, quam omnia, idem cortex interioribus pelliculis
ſeruat, & continet, loculis alioquin intercæpta, ac diſtincta; ſic vniuerſis
orbis,



A orbis, Deo ipſo, mundum omnem foris ambiente, & protegente, cuſto-
ditur intrinſecus; &, Deus, viciſsim, ſingula mundi membra, quibus locus
eſt, ſuus cuique proprius, varijs modis ſe interſecante natura; admirabili ra
tione, & Deo digna, quod & in catena noſtra inſinuauimus, continuatũ,
conſertumq; tenet. Hoc non eſt opus naturæ creatæ, non humani artificij;
proprium eſt ſolius diuinæ virtutis, &, ne à nomine, quod tractamus rece-
dere videamur, Τεθηκότος θεότητος. Ita verò, intelligimus, in hac ipſa
vetuſta, & annoſa naturæ imagine, Deum ipſum, non tam depictum fo-
ris in extima ſuperficie, quàm inſculptum intrinſecus, in ipſis naturæ viſce
ribus; nimirum, cuius fortiſsimo clypeo, tota rerum natura ſeruatur. Idq;
profectò, multò mirabilius, quàm ſcuto Phidiæ, in quo, illius imago ſcul-
B pta erat, egregium illud Mineruæ ſimulachrum quod tantopere vniuerſa
antiquitas celebrauit. Ecquis ſcit, ò viri docti, an clariſsimus ille ſtatua-
rius Phidias, neſciens quidem, quid faceret, ſed, quod de figulo, in libro
Hieremiæ, dixit diuus Hieronymus, Deo volente, figurans parabolam,
exiguum quendam typum, mundo reliquerit, quo, intelligeremus om-
nes, quemadmodum Deus naturam teneat, ac ſuſtentet: dum benignus,
ac propitius, fortiſsimam illam ſuam, inſuperabilemq; virtutem, exhibet
Θεμελιοῦσαν, τὰ, ὅλα, καὶ περισφύγγουσαν, hoc enim propriè, ſonat Epi-
theton illud, quod, Deo tribuunt, ſacræ, & profanæ literæ. Παντοκρά-
τωρ. Et ſi verò, Latini, Παντοκράτορα, vna voce omnipotentem red-
dere ſolent, ſi tamen, vim huius nominis, ſignificanter exprimere volu-
C mus, Deus dicitur Παντοκράτωρ, quaſi, omnia tam extra complectens,
quàm intra connectens, vtrinque inquam tenens, firmans, conſeruans,
ſtabiliens Θεμέλιος, θεμελιώτης ipſa Θεμελίωσις. Et hæc quidem, di-
cta ſint de græco nomine Dei, Θεὸς Θεότης. Iam, ſi romani ſermonis
vocem, inueteratam, & corroboratam, quæ Deus eſt, erigimus aures,
& animos, planè apparet, non parum ſignificanter principem illum, qui
omnem hunc mundum regit, tanquam cauſa cauſarum, rerum omnium
opifex, & vt ille cecinit,

*Mundi melioris origo.*

vna omnium voce appellari Deum. Quid eſt enim Deus, ſi vel ſonum
ſolùm attendas, niſi diues? Diues inquam ſimpliciter, diues rerum om-
D nium: qui dat omnibus: qui nullius indiget: qui à nullo accipit: ideoq;,
ſolus, veriſsimè liberalis, nullius vtilitatis intuitu, nullius ſpei gratia, lar-
gè, munificè, regaliter, aperit manum ſuã, et omnia implet bonitate, dãs
affluenter etiam ingratis. Hinc Varroni, quum de romana lingua ſcribe-
ret, diues dictus eſt, quaſi diuus: quod, perinde ac Deus, circũfluat omni-
bus copijs, et in omnium rerum abundantia viuat: alienamq; inopiã, et mi-
ſeriam, nihil ipſe interea, incõmodi, aut detrimenti in ſe ipſo accipiẽs, le-
uare tam velit, q̃ poſsit. Et, vnde quæſo, ſęculo illo pacatiſsimo, et politiſsi-
mo, quo, cadente ſynagoga, et defloreſcente lingua ſancta, nouellę gentiũ
plantulæ,

plantulæ,naſcebantur; &, literæ humaniores,græcæ,& latinæ eruditionis, E
florebat proſa,& carmine; ætas profectò, ſi dicere fas eſt, digna Chriſti na-
talibus; &, quæ vocaretur plenitudo temporis; vnde inquam, natum eſt,
vt adulatione fœdiſsima, principes, Mœcenates,patroni, & benefici quiq;,
Dij vocarentur à vatibus, & fermè colerentur pro Dijs; niſi, quia hoc ip-
ſum Dei nomen,nomen eſt liberalitatis,& beneficentiæ.Iupiter à iuuando
dictus eſt: Deus à dando. Nota ſunt carmina illa poetarum.

*Nanque erit ille mihi ſemper Deus.*
*Deus nobis hæc ocia fecit.*
*Si quis Deus, & ſimilis Dijs.*

An verò, tritum non eſt per omnes vias,& vicos, Homo homini Deus?
Age verò, cur non credamus, à verbo græco Δεόμαι, quod eſt, indigeo, F
deſidero, peto, occaſione accepta, latinos, pia quadam violentia deduxiſſe
nomen Dei: cuius ope, nemo non indiget; ad quem omnes confugiunt;
quem omnes creaturæ vocant,&inuocant, ipſi etiam pulli coruorum. Eſt
& Græcis, Δέος, timor, ò viri docti; &, credere par eſt, Romanos, qui,
quoad poterant,Græcorum imitabantur,& voces,& ſenſa; neque,in imi-
tatione ſubſiſtebant, ſed æmulabantur; &, ſi Ciceroni credimus,non rarò
contendentes,quæ à Græcis acceperant, faciebant meliora; ipſo etiā Deo,
iam tum,principem illam vrbium, præparante, ad chriſtianæ religionis &
pietatis cuſtodiam,&tutelam; quum intelligerent, populos, in officio cō-
tinendos eſſe, timore non tam hominis, quam numinis; grauiſsimo, &
prudentiſsimo iudicio,ſummam illam poteſtatem,cui cœli,& terræ paret, G
appellauiſſe hac ipſa voce timoris,mutata ad leporē,quarta vocali in quin-
tam: Vt,hoc ipſo nominē Deus,hoc ipſo inquam timore, &tremore, ve-
lut breuiſsimo quodam theologicæ doctrinæ rudimento,inſtituerent,ini-
tiarent ad religionem, & cultum Dei, vniuerſum orbem terrarum. Certè
in ſacris literis legimus, Initium ſapientiæ timor domini; in profanis,

*Primus in orbe Deos fecit timor.*

&,vt omninò non recedamus à Græcis,videmus idem elemētum inchoa-
re Θεὸν, & Θάνατον. Quid porrò horribilius morte? cuius vel ſola vox,
auditio, cogitatio, memoria, terret, & terrendo exanimat. Ita, quoties
Deum audimus auribus, toties, Theta græcum meditantes animo, neque
enim ab re dicitur litera mortis, quippe, quæ,ſua ipſius figura,circulum vi- H
tæ,linea interſecat media; par eſt,vt ſemper pauidi,in Deum ipſum conie-
ctos habentes mentis oculos,ſeruiamus illi in timore; &,ne exultantes qui-
dem in diuinis laudibus, exuamus prorſus timorem; immo, cum tremore
operemur ſalutem noſtram; ne,de noſtris meritis, aut viribus, præſumen-
tes,efficiamur digni morte,& pereamus à facie iræ Dei, ſicut fluit cera à fa-
cie ignis. Ecquis non timebit te, ò rex gentium? Leo rugiet, quis non ti-
mebit? Dominus locutus eſt,quis non formidabit? Hinc populares illæ vo
ces, Loquere tu nobis; Non loquatur dominus, ne fortè moriamur. An
verò



A verò non affixerunt ſacræ literæ,& hoc ipſum terroris epitheton, ipſi Deo?
Rex magnus,& terribilis,ſuper omnes Deos, inquit Pſaltes. & iterū,Ter-
ribili,& ei qui aufert ſpiritum principum,terribili apud reges terræ, Quid?
Num non quotidie canitur, Sanctum, & terribile nomen eius? Audite
adulterinæ plantationes, audite, turpi ſcælerum marcore tabeſcentes hęre-
tici, & hæreticorum diſcipuli: plenitudo diuinitatis,nō eſt illa vna veſtra,
quam,ad obſcenæ vitæ licentiam, & patrocinium, fingitis, lenitas, patien-
tia, miſericordia in peccatores: ſed, ſi vna tantum voce, breuitatis gratia
vtendum eſt, ad explicandam diuinitatem, quatenus reſpicit humanū ge-
nus · iuſtitia,vel iudicium, potius eſt, quod, humano generi, exhibet Deū
totum,& perfectum; hoc eſt, & patrem,& dominum: Patrem miſericor-
B diarum,dominum vltionum: patrem benignitate, Dominum ſeueritate:
patrem diligendum,dominum formidandum: diligendum quia placatur,
formidandum,quia iraſcitur: diligendum,quia non vult mortem,ſed pœ-
nitentiam peccatoris: formidandum,quia ad æternam vſque mortem,pu-
nit peccatores impœnitentes. Quid dicis Marcion, quid dicis? Iuſtitiam
in homine laudas,in Deo non laudas? Non eſt bonus iudex,niſi ſit, & mi-
ſericors,& iuſtus; & eſt bonus Deus, quum ſit miſericors tantum, & non
iuſtus? An non eſt bona iuſtitia, & vindicta, quum bonus eſt iudex? qūo
ergo erit mala in Deo,ſi bonus eſt Deus? Ad Πάθος pertinet in homine,&
miſereri, et iraſci: atq; ideo vtrumq; propriè eſt humanum,neutrum diui
num: iam tu reſponde mihi,cur illud ad Deum transferre licet,hoc non li-
C cet? Detectus es, mihi crede, frater: neque dicere proderit, Ludens feci.
Talem,Deum depingis,qualem velles: nimirum,cui peccata placerent,qui
peccati miniſter eſſet,qui ad peccandum homines irritaret, in cuius facie,
ipſe peccare,quem contemnere,& irridere impunè poſſes. Sed, ille, talis
eſt,qualem eſſe oportuit,& qualis eſſe voluit: amat bonos,odit malos, ira-
ſcitur ſcæleſtis, furit in ingratos, miſericors eſt errātibus,& diſsimulat igno
rantes. Equidem, ò viri, miſericordiæ,& vltionis,quaſi duarum filiarum
Dei, vna eſt mater,& matrix bonitas; atque ideò, Deus, quia eſt ſimplici-
ter bonus,tum miſeretur,quum bonum eſt miſereri: tum iraſcitur, quum
bonum eſt iraſci. Bonitas eſt, quæ vtrunque concipit, ſed iuſtitia vtrunq;
iudicat,& diſtinguit. Cur miraris? Nam,ab initio Deus,tanquam bonus,
D creauit mundum; & tanquam iuſtus, diſtinxit membra mundi: vt, ma-
gno myſterio,Moſes,quo,non ſapientior alter, in diuino illo opificio,no-
minauerit Deum אלהים, quod, eſt nomen iudicij, & iuſtitiæ. Siquidē,
& ſitus, & habitus, & motus, & ſtatus, & ortus, & occaſus rerum, indicia
ſunt,creatoris non temerè ſuas profundentis opes,ſed admirabili ſua ipſius
ſapientia, ſingula diſtinguentis rectè, & ordinantis. An vero,nō & diſtin-
guitur in ipſa lege, geminum illud præceptum; Diliges Deum, & Time-
bis Deum? Sic,& diſtinguitur ante oculos ipſius hominis, ignis, & aqua,
bonum, & malum, vita, & mors; dum, relinquitur in manu conſilij ſui,
vt,

vt, ad quodcunque velit, porrigat manum ſuam. Similiter, & diſtinguit E
Deus, illud quod pollicetur obedientibus, & illud quod præuaricatoribus
comminatur: percutiens idem ipſe Deus, ſed & ſanans: occidens, ſed & vi-
uificans: humilians, ſed & ſubleuans. Hinc igitur, græca illa Δέησις, præ-
catio, ſupplicatio, humilium, & timentium Deum, vt liberet à morte, vt
reſtituat vitam: cui propterea, timentes, genua flectimus, caput inclina-
mus, & ſupplices manus tendimus: amantes autem, pro acceptis beneficijs,
corde, ore, & opere, quod, holocauſtum eſt Deo ſuauiſsimum, magnificè
gratias habemus, agimus, referimus.

## *Prouidentia, virtus, & ratio nominis DEI, ipſis quoque cæcis gentibus nota, per vmbram Fati, Sortis, & Fortunæ.* F

## *CAP. XX.*

QVAM grauis, quàm ſancta, quàm plena veræ pieta-
tis, & religionis Θεωνυμία, viri fratres. Nomen
gratum philoſophis, iucundum theologis, amabile,
& venerabile omnibus Chriſtianis: nomen celebre
laudibus, & nullo vnquam caſurum tempore. Sed,
videte, ne fortaſſe exiſtimetis, hoc ipſum iam ferè
vbique domeſticum, & familiare nomen, Θεός,
Deus, eſſe illud verum, propriumq́., & naturale; G
quo, diuina maieſtas, ſe ipſam nominat; quo, Angeli, quo diui, quo Pro-
phetæ, eam venerantur, inuocant, colunt, laudant. Etenim, ſi diuina na-
tura, non initio ſolùm temporis, ſed, & originis principio caret, nihilq́;
propterea, aliunde, in ſe ipſo accipere poteſt intrinſecus; poſtquàm hoc ip-
ſum nomen, Deus, tametſi cognomen verius dixeris, & nouum eſt, & fa-
ctitium; tantaq́;, vt audiſtis, ingenij ſubtilitate, & dexteritate, compoſitũ
à Græcis; quos meritò viri docti Ονοματοθήρας appellant, & Ονοματο-
ποιοὺς, nominum inquam ſagaciſsimos venatores, & in illis fingendis, &
componendis, artifices fœliciſsimos, & inuidendos; neceſſe eſt, vt, ſummus
ille cœli, & terræ moderator, cuius ſacroſanctam maieſtatem, hoc vno titu
lo, & cognomine contenti, religioſo ſilentio veneramur; ſi non à nobis, H
certè à ſe ipſo, à choro cœlitum, vocetur alio quodam ſanctiori, amplio-
riq́; nomine; quod illi, vt virtute, & ſignificatione proprium, ſic, ſæculo
quoque, & ſempiternitate, ſit æquæuum. Ecquam argutè, eluſit ſemel,
docta barbaries, ineptam, & moroſam græcitatem? Quærebat importunè
nimium, & arroganter Græculus. Quid erat cum Deo tuo olim, antequã
mundum faceret? Non erat ſolus, reſpondit barbarus; erat, cum Deo ip-
ſo, nomen eius. Planè, græcos edocens, & Latinos, non niſi ſumma teme-
ritate cogitari poſſe, naturali ingenio inuentum eſſe, vel traditum nomen





A proprium ipſius æternæ diuinitatis: quod, Deus ipſe ſolus, per ſe ipſum,
mortalibus reuelauit. Sanè, ne ab vniuerſo quidem genere noſtro, etiam
ſi omnes homines, & qui mortui ſunt, & qui viuunt,

*Et nati natorum, & qui naſcentur ab illis,*

in œcumenicam ſynodum vocarentur; vt, ordine, rogati ſinguli ſententiã
dicerent: concipi poſſet ſanctiſsimum illud, atque ſeparatiſsimum nomen
Dei, quo, ipſe, ſeipſum nominat. Præclarè admodum, Plato. Tres in-
quit negationes, ſunt propriæ ipſius diuinitatis; Ασώματος, Αρρητος, Ανώ-
νυμος, Incorporea, Ineffabilis, Innominabilis. An verò, non oportet, vt
naturale Dei nomen, illam ipſam diuinitatis naturam, non circunſcribat
ſolum, & vtcunque declaret, ſed plenè, atque integrè definiat; complecta
B tur totam, & perfectam notitiam ipſius Dei? Sic ſanè, O Ανθρωπος
(exemplum enim, ſubijciendum erat, ad intelligentiæ claritatem) ſic in-
quam, ipſius hominis græcum nomen, & vocabulum proprium, ſumptum
à forma, à materia, à fine, totam ipſam hominis eſſentiam, intrinſecus, &
extrinſecus metitur, & comprehendit: ſignificans nimirum, quod homo,
corpore ſit ſurſum erectus ad agẽdum, &, quod animo ſupera aſpicere poſ-
ſit ad contemplandum, in quibus tota prorſus conſiſtit ratio hominis. Vt
propterea, hoc ipſum nomen, ſit velut annulus quidam regius, velut exi-
gua quædam, ſed prætioſiſsima gemma, quæ; tam ingentis coloſsi, quan-
tus eſt homo, plenã reddat imaginem: Ecquod ſimile nomen, habent mor
tales, naturali notum intelligentia, quo, vnanimes moueantur, ad celebrã-
C dum ſummum illum vniuerſi orbis dominum, Regemq́; potentem; cuius
virtute, concipere animo, & explicare ſermone, norint, id totum quod
verè eſt ipſe Deus, deniq́; infinitam illam maieſtatem, dignis efferre poſ-
ſint laudum præconijs,

*Tu digna tibi perſoluere dona*
*Sola potes rerum inuentrix, & firma poteſtas.*

Nam, ſi nobis intelligere, & effari liceret, ter ſanctum illud, & admirabi-
le nomen, quod ſignificat, & exprimit principem illam naturã æternæ diui
nitatis, haud dubiè, corde, & ore, exultantes in Deum viuum, per fora, per
vicos, illud vnum totis animis caneremus: & cætera taceremus, tanquã in-
digna Deo; niſi forſan, memoriam abundãtiæ ſuauitatis eructantes, ex ma
D gno illo rerum omniũ theſauro, memoria, depromeremus ſingula quæq́;,
etiam minima, quæ facerẽt ad Dei laudem: &, ſi neceſsitas non vrgeret, cõ-
fitendi, laudandi, prædicãdi, his enim tribus modis, Dei nomine rectè vti-
mur, non abutimur; ſanctam illam maieſtatem reueriti, proprium nomen
ipſis quoq́; Angelis, & Angelorum primatibus tremendũ, intra cordis no-
ſtri arcana, velut Πυθαγορίζοντες, perpetuò cuſtodiremus. Et quidem (vt
rem tantam ponamus ante oculos omnium,) verba illa, quæ legimus in ſa-
cris literis, Dij eſtis. Deum Pharaonis. Supra omne id quod dicitur Deus;
Dijs non detrahes. Deus venter, Deus huius ſæculi, indicant, extare appel-

latıonem aliquam ſecretiorem, ſanctioremq́;, & antiquiorem: quæ nō ſit E
vſqueadeo cōmunis, ſed maximè propria, illi ſoli qui verè eſt Deus ſuper
omnes Deos: cuius eſt illa vox, etiam apud prophanos philoſophos, O' Dij
Deorum. Hinc, inuētę ſublimes illæ voces, ipſi romano eloquio forſan, niſi
longius vtatur verborum circumlocutionibus, inacceſſæ: quas, ex Theolo-
giæ viſceribus, obſtetrix Græcia prudenter eduxit, Ὑπέρθεος, ὑπερθεό-
της, θεαρχία, vt quū hæc ipſa ſimplex, & nuda nuncupatio, Θεὸς, & Θεό-
της, ex tanta communitate, ferè facta eſſet ambigua, nō deeſſet theologis,
qui, de ſupremo numine, neq; indignè, neq; incertè tractare cupiebāt, hęc
ipſa mira grandiloquentia verborum; cuius excelſitas, ſuperior eſt & Deo,
& diuinitate: cur nō dixi, & deitate? Nam hæc vox Deitas, abſolutior eſt,
atq; ſecretior; tametſi Diuinitas eſt notior, & elegātior. Certè verò, appel- F
la (vt libet) in lingua latina, Θεότητα, hoc eſt, vel diuinitatem, vel deitatē;
conſtat, tam à Græcis, q̃ à Latinis, accipi quidem, pro illo ipſo Deo; ſed ta-
men in neutra lingua, hanc ipſam agnominationem, ſumptam eſſe à ſecre
tiſsima, & longè, longeq́; ſeparatiſsima natura diuinitatis: ſed potius, ab
operationibus quas videmus, & tangimus. Ab efficientia inquam, à diſpoſi
tione, à conſeruatione: quæ omnia tandem, in vnam prouidentiæ rationē
coeunt: exeunt à prouidentia, referuntur ad prouidentiam, & ad prouidē-
tiam omnino, ſpectant, & pertinent: vt nimium verè, omnis theologia, te-
ſtatum habeat, naturam Dei eſſe inexplicabilem, græcè Ἀνεκφώνητον, ipſam
verò Θεονυμίαν, hoc eſt, nomen Dei, Deum inquam, non eſſe nomen na-
turæ, ſed prouidentiæ. Quid eſt, quod audio à tergo, hominem non po- G
litum, in cœtu, & frequentia ſcholarum, interpellantem me? Cur, in ipſo
Deo, diſtinguis eſſentiam, à prouidentia? Vna res eſt Deus, & quicquid eſt
Dei. Sed, quiſquis es, tibi facie ad faciem loquendum eſt: neque enim, ip-
ſe vnquam abhorrui à ſcholis; neque nunc doceo vitare ſcholas; in quarū
exercitationem, ita me olim ſtudioſè dedi; vt, modo vehementer doleam,
intra priuatos parietes (apertum profectò arrogantiæ ſignum, & argumen-
tum nimiæ temeritatis) ſe ſe continere magnam partem eorum, qui ſtudēt
vniuerſæ encyclopediæ; & in re etiam theologica, q̃ pauciſsimos eſſe, qui
velint tradere ſe publicis præceptoribus, dolandos, expoliendos, & imbuen
dos, vt inquit ſummus ille gētium doctor, & magiſter, in doctrina ſana, &
iuxta formam ſanorum verborum. Inde enim, oriuntur, &, mea quidem
ſententia, creſcunt hæreſes in Eccleſia Dei: quas, per ignorantiā forſan, diſ-
ſeminat genus hoc hominum, ij inquam ſine ſcholaſtica exercitatione do-
ctores; qui (vt cum diuo Hieronymo loquar) antequā diſcipuli fierent, ma-
giſtri eſſe voluerunt, non intelligentes quæ loquuntur, neque de quibus af-
firmant: in quos, mirè quadrat philoſophicū illud. Ad pauca reſpicientes,
de facili enunciant: ſed hæc, parerga ſunto, ò amici; quæ etiam rogo vos,
vt ipſi quoque amicè excipiatis, zelum noſtrum corrigentes, ſecundū ſcien
tiam veſtram; nam, ex abundantia cordis os loquitur. Ad rem autē. Quo-
niam,



A niam, ratio (vt aiunt) formalis, eſſentiæ, quum ſit abſolutiſsima, ratione
prouidentiæ, quæ omnino nos, & noſtra reſpicit, illa ipſa acie mentis, quæ
ſubtilitate ſua, & ſeparata coniungit, & coniuncta diſſeparat; inuenitur eſſe
multò prior, atque etiam multò ſublimior; tibi ne, mirū videri debet, ò bo-
ne, ſi, & eo ipſo nomine, quod à prouidētia ſumitur, eſt multo maius, & me
lius, nomen diuinæ naturæ vel eſſentiæ? Nomen inquam; quod neq; ab ho
minibus, neq; per hominem inuentum, aut traditū fuit: nomen, quod nul
lus angelorum excogitauit: nomē, quod ne ipſe quidem Deus ſibi ipſi im-
poſuit: ſicut neque ipſe ſe fecit: quia æternus eſt Deus, & æternum nomen
eius: neque tempore, neque natura, neque origine, neque vlla ratione po-
ſterius. Erit alibi, locus de nomine naturæ Dei; nunc, de Θεονυμία loqui-
B mur: quæ & toties diximus, & dicemus, eſt nomen ſumptum à prouidētia.
A loco inquam illo, qui, inter omnes vniuerſæ, & naturalis, & moralis phi-
loſophię locos, priſcis illis temporibus, mirum q̃ torſit omnia ingenia philo
ſophorum, atque adeò omnium hominum. Nemo homo non quærebat,
non dubitabat, non interrogabat, Eſt ne mundus, diuina prouidentia con
ſtitutus? Regitur ne caſu, aut prouidentia mundus? Reſpicit ne terras, &
hoc præſertim miſerum, atque afflictum mortalium genus, mens illa ſupre-
ma, quæ Deus dicitur? Quàm plena catenarum, hæc quæſtio ò viri? Mihi
videre videtur hydram illam multorum capitum, cui aliquot reciſis, totidē
renaſcebantur. Annexa enim mox illi fuit, quæſtio hæc altera, de Deo, &
Dijs. Sit ne vnus Deus, vel multi Dij? Et prodierunt in medium, quis
C credat? Triginta Deorum millia, & inter hos Deos, trecenti Ioues. Hæc
porrò quæſtio, peperit nouam quæſtionem, illam inquam de natura Deo-
rum, Hi, cœleſtes omnes dicebant Deos: & hos ſecundum regiones cœ-
li, quater quatuor diuidebant: illi producebant Deos, cœleſtes, terreſtres,
infernos, marinos, fontanos, fluuiales: alij, tria tradebant Deorum genera:
fabuloſum, quod Poetę finxerūt: naturale, de quo philoſophi loquuntur;
quod à populis remotum, nullo includitur loco, nullo finitur tempore: ci-
uile, & populare, traditum à principibus, ad retinendos cætus & ſocietates
hominum. Primum ſanè genus, pertinet ad theatra: Secundum, replet cœ-
los, & terras: Tertium, colebant in templis flamines, & archiflamines: Gręci dicunt Θεοὺς, μυθικοὺς, φυσικοὺς, πολιτικοὺς, nam & triplicem theolo-
D giam faciunt Μυθικὴν, Φυσικὴν, Πολιτικὴν. Subinde igitur, ex hac ipſa
quæſtione, catenatio facta eſt, alterius quæſtionis, de diuinatione. An quæ
futura ſunt, Dij ipſi nouerint; an quæ futura nouerint, certò ſint euentura?
Et demum, vtrum neceſſariò eueniant, quæ illi euentura eſſe prædixerint,
aut potius accidere poſsit ſecus, q̃ ab ipſis Dijs prædictum ſit. Hic nè verò fi-
nis? Immo verò, hic conſecutione quadam neceſſaria, annectere cœperunt
quæſtionem illam, quæ, vtinam tandem aliquando finem ſit habitura: illam
inquam, nimium importunam, & inquietam, quæ tanquam ſerpens, adhuc
nexat ſe nodis. Ecquantas in orbe tragœdias, quantos olim ignes, & flam-

 mas

mas excitauit? vtinam verò non & nunc excitaret: quæſtionẽ dico Περὶ τȣ̃ E
ἐφ' ἡμῖν; ſic enim Græci loquuntur, huius quæſtionis, vel diſputationis, au
thores, & parentes; de eo quod in nobis eſt, hoc eſt, in noſtra poteſtate; id,
quod ſcholæ dicerent, de libero arbitrio; nã, & prophani philoſophi tra-
ctarunt, Περὶ τȣ̃ ἑκȣσίȣ καὶ ἀκȣσίȣ; de voluntario, & inuoluntario. Sanè
enim, ſi diuina Πρόγνωσις, & Πρόνοια, præuidentia inquam, & prouiden
tia, ratam, firmamq; certitudinem, & neceſsitatẽ habet; ne Deum falli poſ-
ſe aliquando dicamus, vt perſtent oracula, & diuinationes, magna pars reli
gionis, & cultus, vt ipſi ſcitis, quis locus relinquitur contingentię rerũ? atq;
ideo quid eſſe in hominibus poteſt voluntarium, liberum, ſpontaneum?
immo verò, quid non eſt neceſſarium, coactum, violentum, ſi omnia huma
na negotia, ex ipſius prouidentię velut cœleſtibus habenis, vincta, & mode F
rata, nobis, noſtro conſilio, aut arbitrio, nihil liberè facientibus, ſed ſupremo
numine, in cunctis nos regente, & (vt ſic dicã) aurigante, gubernãtur? Hinc
porro exorta eſt tanta illa, & tam aſpera diſceptatio, nõ definita olim, neq;
percepta, ſed lubrica, atq; ambagioſa, & in qua Stoici præ cæteris æſtuabãt,
de fato, de fortuna, de ſorte; & illa de virtute, de fine hominis, de immor-
talitate animæ, de futura vita, de præmijs bonorum, & malorum. Quæ tan-
dem, velut extremam caudam, ſecũ traxit per difficiles illas alias, & per ob-
ſcuras quæſtiones, plenas nodis, quos neque expedire ingenio: neq; diſſeca-
re gladio poterant. De obſeruationibus eorũ, qui, ſe ſe Chaldæos, aut Ge-
nethliacos appellant, in genitura hominum, in cætu, circuitu, tranſitu, ſtel-
larum; errantium præſertim, quæ maxime fatales dicebantur; de cœlorum G
influentia, de complexionibus corporum, de animorum affectibus, de oc-
cultis viribus rerum, de oraculis, de miraculis, de reſponſis, de dæmonibus,
de genijs: de laribus. Ex quibus omnibus, vt ipſi ſcitis, originẽ habuit vni-
uerſa magia, cum ſuis præſtigijs, ſortilegijs, augurijs, aruſpicijs, prædictioni-
bus, præſenſionibus; quibus tanto tempore dementatus fuit totus orbis ter-
rarum: dum fallaces homines, ſiue proſpera, ſiue aduerſa euentura dicerẽt,
ſpe, & metu, alienas detinebant aures, ſuasq; auro locupletabant domos.
Haud dubiè verò, vt concludam, quod molior, quanquàm peregrinæ il-
læ voces, fatum, fortuna, ſors, tempus Ανάγκη, δίκη, αἶσα, μοῖρα, Adra-
ſtiaq;, Nemeſis, & reliquæ, quæ in omnibus illis quæſtionibus diſſoluen-
dis, aut ventilandis, cœco illo ſæculo, populares erant, alio tendere vide- H
bantur, quàm ad Deum; re ipſa tamen, omnes illi, & primi, & turbæ, etiam
obturatis oculis, quod de Ariolo illo filio Beor, altiſsimè ſcripſit Moſes,
dum hæc dicerent, Deum non videndo videbant; &, neſcientes quid di-
cerent, in his omnibus, adumbrata diuinæ prouidentiæ myſteria loque-
bantur. Res quidem tantas digerere, non eſt præſentis operis, ne-
que temporis ò viri: ſed tamen, vt à fato incipiam, quod Εἱμαρμένην
Græci dicunt, an non ſignificatur voce fati, diuinum decretum? iux-
ta Poetam,

*Si*



A *Si te fata vocant,*
an non ſeries cauſarum, vt cauſæ cauſa nexa, ordine ſempiterno, rem ex ſe
gignat, vnde, & præterierint, quæ facta ſunt, & quæ inſtant fiant, & ſe-
quantur quæ futura ſunt? Huc enim illud ſpectat,
*Quo fata trahunt, retrahuntq́, ſequamur,*
Quis igitur noſtrum non iam in ipſo fato, videat vim illam diuinam, ab
omni æternitate decernentem verbo ſuo? (Semel enim locutus eſt Deus,
& idipſum ſecundò non repetit) vniuerſamq; catenam rerum immutabi-
li virtute tenentem; &, ad omnia, mirabiliter admouentem machinas, &
inſtrumenta viſibilia, & inuiſibilia; vt ordinatè, numeroſè, ſuper omnia
horologia cœli, immo verò ſupra ipſum cœli motũ, ratis, & certis legibus,
B inoffenſoq; tenore, fiant quæcunque fiunt? Quod ſi fatum, fortaſſe nihil
horum eſt, ſed ipſa natura tota, neque enim ineptè ſcripſit Maro.
*Nam quia nec fato, merita nec morte peribat.*
neque Cicero. Præter naturam, præterq; fatum, profectò conſtat, vel vo-
ce ipſa, naturam ducere nos ad authorem Deum; cuius ſimulachrum eſt,
abs quo condita fuit, abs quo ſeruatur, ad quem refertur: Fortunam porrò,
quis, Deum ipſum non legitimè vocet? eamq; proſperam ſimul, & aduer-
ſam: cuius proſpero flatu, ſi rectè vtimur, ad optatos prouehimur exitus,
qui, ſi reflauerit, miſerè, & miſerabiliter affligimur? Sanè, Deus, occul-
to iudicio, quod etiam, ad fortunæ rationẽ pertinet, vt de ea loquuntur phi
loſophi; cuius vult, miſeretur, &, quem vult, indurat; transferens regna,
C deponens reges, ſuſcitans de terra ægenum, & erigens ad tanta faſtigia; vt
ſedeat cum principibus, & ſolium gloriæ teneat. Num, & nomen ſortis
indignum eſt Deo? Ipſe, eſt ſors noſtra, pars noſtra, hæreditas noſtra; qui,
nos vocauit in partem ſortis ſanctorum: nam, quum eſſemus filij mortis,
Deo verſante vrnam è cœlo, cecidit ſors ſuper nos, & annumerati ſumus,
cum filijs vitæ. An non eſt Deus Μοῖρα noſtra? Parca noſtra? quæ, ap-
præhendens digitis fuſum, torquet, & voluit nobis ſtamina vitæ; &, nunc,
viris ſanguinum dimidiat etiam dies, & nunc, pijs adijcit etiam multos an-
nos. Quid? An non poteſt dici omnium rerum tempus, Deus? qui, om-
nia facit ſuis temporibus? cuius ordinatione perſeuerant tempora? ad quẽ,
omnia tempora pertinent, ſine tempore? Huc ſpectat græca illa appella-
D tio Αἶσα. Quid eſt enim Αἶσα, niſi Ἀεὶ ȣ̃σα, ſemper exiſtens? Nonne ve-
rò, hoc eſt nomen Dei Οὐσία? Οὐσ' ἀεὶ? Ἀνάγκη ne non eſt Deus? Et, quæ
alia neceſsitas, fingi poteſt, præter Deum ipſum? qui, ſolus, non eſſe nõ po
teſt, quum omnia non eſſe, æquè ac eſſe, poſsint; &, cui omnia quæcunq;
ſunt, neceſſe eſt, vt obſequantur, & pareant. Quid dicemus de voce nu-
minis? Verè, Deus eſt numen, qui nutu ſuo concutit terras, & tremefacit
olympum; cuius ſupercilium, eſt ipſum imperium vniuerſi orbis. Dubi-
tari ne verò poteſt, quin ipſe Deus, cuncta finierit, terminarit; ita, vt, neque
numero, neq; magnitudine, quicquam ſit infinitum in rerum natura, præ-

*Hiſt. Diu.* G iij ter

ter ipſum ſolum? cuius ſapientiæ non eſt numerus, cuius magnitudinis nō E
eſt finis? vt propterea, magna ratione dicatur Πεπρωμένη. Δίκη, tandem
Adraſtiaq;, & Nemeſis, in quem conueniunt, niſi in Deum ipſum? qui,
ſolus, eſt Deus iuſtitiæ, ſolus, iuſtitia ipſa, ſolus, inſolentiæ, & arrogantię
vindex; qui, vt humano more loquar, feruet ira, & furore, aduerſus eos,
qui tumore animi elati, dum magna ſpirant, alios, & ipſum quoque Deū,
ſuperbè contemnunt. Denique, extra controuerſiam poſitum eſt, Deum
ipſum eſſe vim illam maiorem, cui mirabilia quæque inſperata, & inopina
ta tribuebat antiquitas: vt, ſi magno terræmotu, montes & valles hiaſſent;
ſi inferi, viuos homines abſorbuiſſent; ſi, imbres ruentes, eluuionibus, vr-
bes, & prouincias obruiſſent; ſi, excurſiones, aut etiam receſſus maris, in
inſulis, & continentibus, notabiles mutationes feciſſent, ſi, conflagrationes F
cœleſtes, aut etiam crateres montium, tanquam torrentes ignei, integros
populos exuſsiſſent. Eia, qui diligitis Deum, videte, quanta eſt maieſtas
Dei, qui, tanquàm lux mundi publica, etiam in medijs illis tenebris, luce-
bat, vt illuminarentur; & tenebræ, eam non compræhenderunt. Sed vide-
te hoc quod præcipuum eſt. Quàm magnum, quàm ſanctū & terribile eſt
nomen ipſius Dei, hoc inquam nomen, Deus, tantarum, vt diximus, agno-
minationum, compēdium, & ſumma: Certè verò ob id, tam græcè, quàm
latinè quadriliterum eſt, perinde ac illud ipſum, proprium, & naturale no
men, quod in lingua ſancta eſt יהוה. An verò, myſterio caret, quod nomi
nis huius initium, eſt quarta, claſsis alphabeticæ, figura, Δ, quæ, Δέλτα di
citur? Sane, ad initiandos homines, vni, & trino Deo, fortaſſe, neceſſariū G
erat, et ipſum trigonum. Admodum profectò ſacra figura, quæ, et cœlo
fulget, tribus ſtellis, in æquilateri trianguli formam poſitis; quibus, nomen
Δέλτοτον; et in terris, olim viſa eſt, tribus conſtans inter ſeſe implicatis
triangulis? vnde, prodijt diuinum illud Pentalpha, quod, in ſalutis ſignū,
ab Alexandro, accepit Antiochus, dictus Sother Rex Syriæ. Ecce trian-
gulus ſalutis, illius ſalutis, quam, ſacris illis, numero quinis, fontibus, è ſua
ipſius corporis fodina, tanquam ex beata minera thermarum, effūdit Chri-
ſtus Ieſus; iam tum natus, dum, primum iubente Auguſto, deſcriberetur
vniuerſus orbis, ſub Cyrino, præſide Syriæ. Cedant, Cedant iam tandē,
omnia illa gentium nomina, huic vni nomini, DEVS. Non obijcia-
tur aurum Aegyptiorum; ſed, recudatur in meliorem for- H
mam, prophana verba ſupprimantur; ſancta in-
telligentia retineatur. Deus, vbique, et
ſemper, tutò, ac iucundè,
canatur, ſcribatur,
legatur, au-
diatur.

*Omnes*



A

## *Omnes olim gentes, & populos, vt ſtudio, & opinione diſſentiſſe in Dijs, ſic, natura duce, conſenſiſſe in ipſum Deum.* CAP. XXI.

EXIGITIS nunc, vt video, veſtro iure, amici lecto-
res; vt iam aliquando, tollentes omnes remoras, lo-
qui, & tractare incipiamus, de illa ipſa, vera, & pro-
pria natura æterni Dei. Verumenimuerò, præcla-
readmodum, & ſapienter ſcriptum eſt, Qui credit
non feſtinet. Nos, Deum ipſum nōdum videmus,
in numero credentium ſumus; ne igitur, quęſo, ipſi
B in diuina hiſtoria feſtinemus, vt præpropere ſcire ve
limus, Quid ſit Deus. Hoc ipſum potius, quod Deus ſit, quod, tanquam
in columna, baſim, velut fundamentum in ædibus, & ſicut carinam in na-
ui, firmiſsimum eſſe oportet; ſiquidem, & myſticos Eccleſiæ pedes, qui-
bus totum corpus penè nititur, ſpiritus ſanctus, aurichalcho ſimiles facit;
ſtabiliamus adhuc, magis, ac magis, ex ipſo gentium, ac populorum con-
ſenſu; vt, quæſtionem illam, quæ, in corpore theologiæ, primum locum
obtinet, An ſit Deus; diuina hiſtoria, publico orbis teſtimonio, fęliciſsimè
abſoluat. Sic enim, impij quique, vel Athei, veriti, ne ipſis tacentibus, la-
pides clament, & crepitantes, impetu facto, contundant eorum ora, excla-
mare cogentur, ſicut cupimus, Teſtimonia tua, credibilia facta ſunt nimis,
C ò Deus. Verè enim magna hæc, & vnanimis gentium, ac populorum in
omnibus regionibus, & ſæculis fides, atque conſenſio de Deo, lex, iudi-
ciumq; naturę putanda eſt: nam, non aliter confirmaretur diuturnitate tē-
poris, neque, cum ætatibus hominum inueterare potuiſſet. Mēdacia, &,
quæ fucum habent, tanquam putres fungi, citò naſcuntur, & citò pereunt:
neque enim, vim ſolidam habent, qua reſiſtant temporis malleo: porrò, ip-
ſa veritas, &, quæ veritate nituntur, perinde ac palma, arbor illa nobilis,
quæ non cedit ponderi, ſed ſurgit aduerſus pondus, multo quidem cum
tempore, profertur in lucē; ſed, quo magis demum præmitur, eò fortior,
ſumma vi, & contentione perdurat, & longa tandem ipſius temporis exa-
gitatione, ſplēdeſcit. Quàm bellè, proh ſancte Ieſu, dixit homo ille nouus,
D qui, amabili quadam violentia, philoſophiam, è Græcia in Latium migra-
re coegit, vt, ſecum in ocio, Romæ degeret. Quàm bellè inquam, dixit.
Opinionum commenta, delet dies; naturæ iudicia confirmat. Hoc, eſt na
turæ iudicium, ò homo, quod, non eſt ſupra te, neque procul abs te poſi-
tum: ſed, propè te eſt, in corde tuo; quod, & ipſæ gentes (vt diximus) oſtē-
dunt, naturaliter ſcriptum in cordibus ſuis, Numen quoddam eſſe, pru-
dentiſsimum, æternum, & beatum, quod Deum dicimus; cuius admirabi-
li prouidentia, adminiſtrentur, ac procurentur, & quę in cœlis ſunt, & quę
in terris; ea verò, quàm maximè, quæ ad homines pertinent. Certè verò,

 opiniones

opiniones Deorum, fuerunt violenti quidam impetus, &, hominum quaſi E
furores, atque ideo parum diuturni; nam, Dij Deos pellebant, noui vete-
res, Romani Græcos, Græci Aegyptios. Religio, cultus, & fides Dei, eſt,
ipſa ſaltem inclinatione, naturalis; vtpote perpetua: acceſsione quidem
temporum, incrementa ſuſcipiens, quaſi aurora, quæ creſcit in diem per-
fectam, & plenam lucis; ſed tamen, in ſua ipſius radice, quæ, rectè ſubſtā-
tia dicitur, & Υπόστασις humanæ fęlicitatis; nempe, quòd Deus ſit, & quod
inquirentium ſe, ſit remunerator; æternùm perſeuerans: tanquam ſol,
qui in ſe ipſo nunquam eclypſim patitur. Communem ſermonem, ho-
mini quidem natura dedit; aptum, & elegantē, non dedit. Ratione enim,
& exercitatione fit, vt, qui natura loquuntur, arte, & vſu eloquantur: cō-
trà porrò, vera cognitio Dei, cultuſq; pius, & ſyncerus, ipſius diuinitatis, F
Dei munus eſt; ſed, natura, quæ ipſam religionem dare non potuit, in ſtin
ctum ad religionem, & dare potuit, & verè dedit. Et quidem, id quod
omninò res ipſa loquitur; tanta eſt naturæ coniunctio, neceſsitudo, affini-
tas, inter ipſum mundi opificem Deum, & ipſius diuini opificij miraculū,
hominem; vt, non ſolum in ijs viris, vel hæroibus, qui, infra ſe ſenſibilia,
in ſe rationalia, ſupra ſe ſpiritalia contemplantur, & ſapiunt; quos, iure,
ac meritò Deo charos, & Deo genitos, antiquitas appellabat; ſed, in pro-
miſcua & communi multitudine virorum, & fœminarum, quam (vt ad-
agio dicitur, conſultò veritas, & ſapientia fugit; in ſcæleratis quoque &
facinoroſis hominibus, quos, Apoſtolus vocat filios iræ Dei; in bonorum
virorum hoſtibus, & aduerſarijs, qui, & ipſam virtutem, & fontem vir- G
tutis, Dei cultum execrantur; denique, in ipſis etiam barbaris nationibus,
quæ, ex toto Deum ferè ignorare videntur; inſideat ſemper animo, &
nunquam non verſetur ante oculos, intenta quædam, & vehemens cogita-
tio in Deum, & deſiderium inſatiabile cognoſcendi Dei. Quid, quod
in illis etiam altiſsimis quæſtionibus, quæ omninò ſupra nos ſunt, Quid
ſit Deus, & Qualis, & Quantus; ex ipſis & mirabilibus, & memorabili-
bus hiſtorijs, legimus, omnes gentes, fuiſſe, iam tum ab initio, occupa-
tiſsimas. Apud quas, illud quoque perſuaſiſsimum erat, eos, præ cæte-
ris omnibus, dignos exiſtere, qui homines dicerentur, & vniuerſis homi-
nibus imperarent; vtpotè, ingenio præſtantes, excellenteſq; virtute, &
moribus; qui, Dei, & diuinarum rerum ſtudioſiores eſſent; qui Dei co- H
gnitione, & cultu, nihil antiquius ducerent; qui palàm, & coram popu-
lo, abundantes ſonantibus verbis, vberioribuſq; ſententijs, honoratè, ho-
norificè, & grauiter, de Deo ipſo, multa; magna, & glorianda prædica-
rent. Videbantur enim, quoties præclara illa, verè diuina, & domina
rerum, eloquendi virtute, ſuauitate ſermonis, & perſuadendi potentia,
ad philoſophiam, ad religionem, ad ſapientiam, vnde in beatæ vitæ por-
tum peruenitur; traducebant profanum vulgus, quod ad mortalia ſemel
progreſſum, ad diuina regredi vix poteſt: toties ex feris, belluis, ex mutis
lapidibus,



A lapidibus, ex aridis fungis, id quod etiam eſt in fabulis Poetarum, inſigni
miraculo ſuſcitare nouos homines. Hinc, & principes illi, qui rerum po-
tiebantur, nondum leoninam induti audaciam, ſed aſtutam ſub pectore
gerentes vulpem, vt ſimplicioribus populis fucum facerent, & continuan-
dæ tyrannidis gratia, callidè, ſe ſe inſinuarent in eorum animos: vix dici
poteſt, quanta vafricie, quum à nulla re magis abhorrerent, quàm à reli-
gione; nihil magis tamen, præſeferrent externo cultu; quàm religionem,
& eam ipſam pietatem, ſanctitatem, fidem, ſumma hypocriſi ſimularent
foris, quam odio vatiniano perſequebantur intus. Eos imitati ſunt poſte-
riores Romanorum monarchæ; qui, perpoliti quum eſſent humaniori-
bus literis; putarenturq;, non fortunæ munere, ſed probitate morum, ad
B ſummum illud culmen honoris, meritò perueniſſe; vt, apud populum
quoque, maiorem authoritatem, & gratiam conſequerentur, obligabant
ſe, & ſuos, religione; ambitioſiſsimè de Deo, & de rebus diuinis tracta-
bant; referebantq; in Deum, & diuina oracula, quæcunque illi, populis
credenda, facienda, & cauenda, è proprio capite ſomniaſſent, & finxiſſent.
Vnde, tanta olim ſuperſtitio, fuſa per gentes, oppreſſerat omnium ferè
animos; atque, anilibus fabulis, ariolationibus, obſeruationibus, hominum
imbecillitatem adeo occupauerat; vt, nemo ex vera, & conſtanti ratione,
religioſus eſſe crederetur, niſi primum aniliter, &, cum incredibili ſollici-
tudine, anxietate, atque miſeria, eſſet ſuperſtitioſus. Interroga Scithas,
Armenios, Perſas, Hyperboreos: Quum enim de cæteris rebus ſummis,
C imis, terrenis, cœleſtibus, ſacris, profanis, nunquam conuenire, ſed, alij
ſemper alia ſentire videantur; &, non modo gens, genti, vrbs, vrbi, ſed
neque domus, domui, neque vir, viro, neque demum, quiſpiam ſibi ipſi,
ſemper, & ex toto conſentiat; in tanta nihilominus opinionum cōtentio-
ne, & pugna, de ipſo diuino numine, omnes, ſi non acumine ingenij, &
exercitatione rationis, certè, diuinatione quadam, & communi naturæ iu-
dicio, idem ſentire, idem credere, idem dicere conſueuerunt. Vt, quamuis
nulla doctrina, aut diſciplina eruditi ſimus, hanc ipſam tamen prænotionē,
vel informationem, habere videamur ab ipſa natura; quod omninò Deus
ſit, qui ſi non ſit, nihil ſit, vel eſſe poſsit. Iam, ſi conuenias ſummos illos do-
ctrinarum Principes, qui per omnem antiquitatē floruerunt, quot quot, in
D ipſo homine, pręter tam multas ſentiendi vires, agnouerunt eſſe rationem,
ac mentem, eamq; coluerunt, velut ſolam homine dignam; qua, & corpo-
ralia quæq;, eaq; præſentia, & abſentia; incorporalia quoq; appræhendi-
mus, percipimus, meditamur; quemadmodum illius, tanquam rei præſtan-
tiſsimæ, diuinitatem, & immortalitatē crediderunt, & probauerunt; ſic, de
diuino numine, & ſempiternitate illius virtutis ac diuinitatis, firmiſsimis
demonſtrationibus, aſſeruerunt, nullatenus, niſi magna impietate, & inge-
nij peruicacia, poſſe dubitari. Tria hæc, Numen diuinum, Prouidentia;
& animorum noſtrorum Immortalitas, apud illos, adeo inuicem coniun-
cta

ƈta erant, & complicata, vt, ſumma fide rectam rationem ſecuti, arbitra- E
rentur ea diuelli, diſſociariq; non poſſe; quod, qui alterum è medio tolle-
re, vel infirmare tentaſſet, is, re ipſa doceret, cæterorum fidem, non eſſe ſo-
lum concutiendam, ſed euertendam. Homines illi in primis, qui Dei pro-
uidentiam ſuſtulerunt, ad extremum, ex ipſis etiã mortalium animis, euel-
lere nitebantur Dei fidem; & perſuadere ſimiliter, hominum animas, non
ſecus quàm iumentorum, cum ipſis corporibus eſſe interituras: eſſeq; pro-
pterea fabulas inanes, quæcunque de futura vita, de piorum præmijs, &, de
ſupplicijs ſcæleratorum, vnanimi conſenſu, theologi, Poetę, & philoſophi,
per omnia ſæcula docuerunt. Deinde verò, Epicurus, velut publicus hu-
mani generis hoſtis, quum doceret ante omnia, nihil ſupereſſe moriente
corpore; quo, nihil dici potuit, efficacius, ad ſubruenda fundamenta ſan- F
ctorum cœtuum, ciuitatum, ſocietatis, & amicitiæ, vniuerſæq; innocentiæ,
& virtutis: tandem, ipſum Deum, humanarũ rerum cura non tangi; Om-
nia, abſq; numine, & caſu geri, inimica Deo opinione, ſed neceſſaria qua-
dam, (vt ille etiam rebatur) conſecutione; ſentiebat. Ex cuius officina,
videtur prodijſſe, carmen illud arrogantiſſimum, Cæſaris Dictatoris.

*Nunquam ſe cura Deorum*
*Sic præmit, vt veſtræ vitæ, veſtræq; ſaluti*
*Fata vacent.*

Neque dubium, quin & inde etiam, abyſſo abyſſum inuocante, ſui ip-
ſius ſequaces, & diſcipuli, negauerint eſſe Deum. Quanquàm autem, ar-
tes ipſæ, quæ, non contemplatrices ſunt, ſed effectrices, vim firmam, & ef- G
ficacem non habent, ad ipſius veritatis cognitionem, potiſsimum de rebus
diuinis; tamen, vt nihil deſit, poſt principes, & rerum, & doctrinarum, ſi eas
in conſilium aduocaueris, vna voce, vnoq; conſenſu, & ſingulæ, & vniuer-
ſæ, teſtabuntur, quod nulla ſit ars, quæ non referatur in Deum; vt, quoniã
Deus eſt, rerum omnium author & opifex, omnia idcirco ſint plena nomi-
nibus diuinis, rationibus diuinis, arte diuina. Quid eſt enim profectò, il-
lud, quod antiqui, Vulcanum fabrum, Apollinem ducem chori, bellipotẽ-
tem Martem, & frugum dominam, Cererem, faciebant, niſi, quod, neſciẽ-
tes quid dicerent, hoc dicebant. Hoc inquam, nullam eſſe artem, quæ nu-
mine vacet; nihil addiſcere homines ſine Deo; omnia referenda eſſe in
Deum; quem, non in omnibus muneribus recognoſcere, extrema ſit impie H
tas: quia, eo neglecto, omnem etiam viuendi rationem, ab hominibus ne
gligi, atque ignorari, neceſſe ſit. Sic, ad authorem, opificemq; ſuum, natu
ra recurrit, ſic, dominum recognoſcit, dum, quos videt ſuperſtitiosè deli-
rantes in Dijs; impetu, & machinis, reuocat ad agnitionem, & cultum ip-
ſius Dei. Multi quidem, cum ea ipſa natura, quam, vt parentem, & ma-
giſtram ſequi debuerant, tam ingratè egerunt, vt, hæc ipſa innata pietatis
ſemina, nulla ratione adoleſcere paterentur; vnde tam abiecti iudicij eua-
ſerunt, vt nihil de numine ſentirent, quales fortaſſe illi fuerunt, quos,

Vliſſes,



A Vliſſes, Homericum prudentiæ humanæ exemplar, ideoq; Πολύτροπος,
καὶ ποικιλομήτης, in ignotam terram deſcendens, conſcenſa ſpecula, ſcru-
tari cœpit.

*Num fera gens, nullasq; vnquam mollita per artes,*
*Iuſtitiam ne colunt, & ſancti iura verentur*
*Hoſpitij; ac numen cœleſtum mente capeſſunt.*

Sed enim, ſi obſcurari potuit hæc agnitio Dei in aliquibus hominibus,
extingui tamen non potuit apud integras nationes, & latos populos. Qui-
bus, etiam athei illi, vel anumines, qui ad magnas haſce naturæ voces, obſur
duerant, non ſecus habebantur, quam Aelurus, inter Leones, Noctua, in-
ter aues, Cercopitecus, inter homines. Homines inquam, dicebantur no
B mine, & vultu, quum, reipſa, communi iudicio, cenſerentur agreſtes, in-
domitæq; feræ, quæ, ab omnibus beneuiuendi legibus, præceptiſq; & ratio-
nibus, abhorrerent. An non ſic dixerunt, ipſi quoque ſummi gentium
oratores, & philoſophi? Nulla vnquam gens fuit tam immanſueta, & fe-
ra, nullus populus tam immanis & agreſtis moribus; cuius non mentem, à
principio aliqua imbuerit, ipſius diuinitatis opinio. Quid neceſſe eſt hic,
diſtinguere populum à populo? gentem à gente? Nos, populos diſtingui-
mus; nos nationes ſeparamus; ipſi, agris, & vrbibus, metas, terminoſq; prę-
ſcribimus; denique regnorum, & prouinciarum, finitores, ipſi ſumus. At
verò, Deo, vna domus eſt mundus ipſe totus; in quo, tanquam altiſsimus
ſol, longè, lateq; collucens; cuius, vix vmbræ ſunt, hi occidentes, redeun
C teſq; ſoles; vbique terrarum, procul etiam ab vrbibus, inter ſyluas, in cry-
ptis, in foueis, in plagis omni habitatione deſertis; nullos non homines;
etiam agreſtes, & feros, moribuſq; intractabiles, luminibus irradiat ſuis;
ſpargens in nobis, dum naſcimur, ſui ipſius notitiam, & memoriam ſempi
ternam. Audite. Deus benedictus, (quod, quanta poſſum voce, teſtificor,
proclamo, denuncio,) non ſolum in Græcia, & in Italia, ſed, in omni quo-
que barbaria, agnoſci cupiens, iam tum ab initio, quando (vt Apoſtoli vo-
ce vtar) dimiſit gentes ingredi vias ſuas; hoc eſt, vt nullis deſcriptarum le-
gum aggeribus, nullis munitæ inſtitutionum obicibus, atque repagulis, pro
libero voluntatis arbitrio, ratione duce, honeſtè, vitam tranſigerent; per
omnes quoque ætates, ſuæ ipſius diuinitatis teſtimonia clariſsima, certiſsi-
D maq; reliquit; cœlo nos tegens, terra ſuſtentans, refrigerans aqua, fouens
calore, perflans ſpiritu, dans de cœlo pluuias, & tempora fructifera; ſem-
per, & vbique benefaciens, implenſq; cibo, & lætitia, corda mortalium; vt,
nemo Deum non agnoſceret; nemo non laudaret, omnes diligerent, co-
lerent, venerarentur, admirarentur. Hinc itaque, prodierunt tam multa
illa præclara ipſius Dei cognomina, quibus, vbique terrarum, in ſignum
communis fidei, & conſenſionis, laudabatur à gentibus, & populis; ante-
quam, (vt cum Prophetis loquar) diſrumperentur cœli, & notum fieret no
men eius. A philoſophis quidem, qui theologiam naturalem profitebantur,

tur,

tur, vocabatur Deus Αὐτὸ ἀγάθον: Ipſum bonum: Idæa boni: genitor ſo- E
lis: lux lucis: pater diei: principium vniuerſitatis, Rex, & generis,& loci,
ſubſtantiarum intelligibilium: ſol mundi viſibilis: mens & animus mundi
inuiſibilis: vnitas ipſa: veritas,& omnis veritatis exemplar: immortalis vi-
ta, fons vitæ, & immortalitatis: ſingularum, & cunctarum rerum author,
cauſa, origo, principium effector, forma, finis: omnia implens,omnia or-
nans, omnia perficiens. Ipſum Omne, Plenum, Totum, Perfectum: vn-
de eſt eſſe omnibus quæcunque ſunt, his quidem clarius, illis autem obſcu
rius. Iſtis planè agnominationibus, vbique ſcatent philoſophorum libri,
platonicorū præſertim; qui, ſi diuo Auguſtino credimus, ad noſtra dog-
mata, in cunctis propius acceſsiſſe videntur; quanquam, Diuus Hierony-
mus, hanc gloriæ palmam, tribuit ſtoicis: ſed, quis iudicet, inter tantos he- F
roas, chriſtianæ Theologię nutritios,& quaſi parentes? Plebes verò,& po-
puli, (neque enim præteriri ſine piaculo poſſunt,) cognominabāt Deum,
à natura optimum, à poteſtate maximum; à viuacitate, omnia ſentientē,
& mouentem; à ſcientia, & ſapientia, latos habentem oculos. Vt eſſet
omnibus timori, vocabant fulminatorem, vltorem, nubes congregantē,
ventos cientem; vt eſſet amori, & honori, appellabant animam mundi;
vbique præſentem, omnia implentem, inuictum, cœli,& terræ opificem,
victorem, ſtatorem, ſaluatorem, liberatorem, expiatorem, hoſpitalem, ſo
dalitium, præſidem amicitiarum, cuſtodem vrbium, tutorem hominum.
Dominum, Regem, Altitonantem, Bellipotentem. Quid, quod philo-
ſophi, & populi ſimul, iam tum à principio, deducto nomine, ab hebraico G
illo יהוה, per omnia ſæcula, cōuenire viſi ſunt, in hoc ipſum nomē, quod,
vt Græcis Ζεὺς, ſic Latinis eſſet quadriliterum, Iouis, niſi vna litera, duas
ſedes impleret. An vero ignoramus vim huiuſce nominis, ò viri? Dic tu
eam Cratyle, ſed phiſicè, non poeticè. Iupiter Poetarum, ille homo ina-
nis, ne grauiora dicam, de quo, tandem Homerus, ſubodoratus ex Moſe,
eum qui eſt, atque ideo, eos qui non ſunt, negligens, & contemnens, nau-
ſeabundus cecinit quaſi palinodiam, dicens,

*Quique Ioui fidat, magna hunc dementia cœpit.*

Indignus eſt, de quo, in diuina hiſtoria loquamur. Sed enim, philoſo
phi omnes, ne Ariſtotelem quidem excipio, vix dici poteſt, ſpreto prorſus
obſceno illo homine, quàm, in hoc ipſo nomine Iouis, ſibi cōplacuerint, H
Ariſtoteles ipſe poſt Platonem, duabus (inquit) vocibus efferimus hoc no-
men. Ζῆνα, & Δια: nam hæ duæ voces, è regione collocatæ, illud ſonant,
quod eſt vera, & vnica gloria magni Dei, nimirum PER QVEM VI-
VIMVS. Sanè, Ζῆναι, Viuere eſt, & Δια Per, Ecce communis Iupiter,
ò viri, hoc eſt, compoſitis vocibus, Iouis, nomine, Pater, titulo: nam &
dicebant olim Neptunus, pater; Saturnus, pater; Liber, pater; pater inquā
omnium, Iupiter, Dieſpiter, diei pater, temporis inquam creator: nam, à
parte, totum intelligitur. Hic eſt, Deus Deorum, vt aliquando finiam.

Quem,



A Quem, Ὑπατον Κρειόντων, vocabant gentes, de quo, interpretante Apo-
ſtolo, loquebatur ille, qui de Ioue dixit, Ipſius enim genus ſumus; Ho-
merus porrò quum ait,

*Iupiter, accepit ſummum ſuper æthera cœlum,*

non niſi de hoc ipſo æterno Deo, intellexit; qui, ſolus, emphaticos dici-
tur ipſe Deus: quia ſolus, verè eſt; ſolus, eſt verè Deus, verus, & viuus.
Vnde illud apud eundem Homerum,

*Nec mihi, ſi Deus ipſe,*
*Deleto ſenio, iuuenis promiſerit annos,*

Deus, ignotus re, & nomine; iuxta titulum illum aræ, Ignoto Deo: no-
tus, hoc ipſo nomine Iupiter. Iuuans pater. Vnde, & tam ſæpe Plato, &
B Socrates, iurabant per Iouem. Qui, tam altè collocatus eſt, vt, ipſi etiam
Angeli, comparatione facta, in terra eſſe videantur: vnde, in ſacris literis,
vox illa, primatis olim Angelorum, In cœlum conſcendam. Proh ſancte
Ieſu, quanta eſt maieſtas, huius myſtici Iouis, quanta eſt dignitas, huius no-
ſtri, æterni, & veri Dei.

*Illum ipſum æternum Deum, vnum ſolum eſſe, &, in rerum natu-
ra, duos omnino eſſe non poſſe.* CAP. XXII.

SED, quid iuuat, ò mortales, hæc omnia, quamuis
altè emerſa, probaſſe, & demonſtraſſe; ſciræq;, &
C credere, quòd Deus tantæ authoritatis, & maieſta-
tis ſit, quòd antequàm quicquàm faceret: nunquàm
non fuerit; quòd vbi etiam omnia deficiāt, ipſe eo-
dem ſemper ſtatu, & habitu futurus ſit; ſi, nondum
in diuinam hiſtoriam relatum eſt, quod non ſit, ne-
que eſſe poſsit niſi vnus ęternus Deus: quando, luxu
riantibus hominum ingenijs, iamdiu innumerabiles fuerunt ex auro, argē
to, & argilla facti; &, nunc quoque, plures non deſunt, ex nihilo, & pro ni-
hilo, hæreticorum temeritate, & impietate, conficti Dij? Verè, hoc eſt
primum caput, credulitatis noſtræ, vt ſic loquar, cum alienis hominibus.
Creduli enim, vocantur Chriſtiani omnes; quaſi, cæterorum cognitio ſit
D ſcientia, Chriſtianorum opinio; cæteri ſapiant, Chriſtiani deſipiant; cæ-
teri, in credendo graues ſint, & prudentes, Chriſtiani ſint imprudentes, &
leues: quum alioquin, Chriſtianus, eo ipſo, quòd ſapientiam mundi, ſtul-
titiam eſſe ducit, &, quòd ſtultum eſt Dei, ſupra omnes philoſophię apices,
venerabundus, admiratur; credens in Deum, & nunquàm ſine fide, diſpu-
tans de Deo, ſolus ſit ſapiens: tametſi, & ille, ſupra quàm dici poſsit, gloria-
tur in domino, quòd vocetur credulus Dei, ſicut & vocatur puellus Dei:
vt, qui per omnem vitam, etiam ſenſu canus, tanquàm malitia paruulus,
committit ſe totum curæ Dei, &, omnem cogitatum ſuum, iactat in Deū,

quem

quem credit habere patrem. Verè, inquam, ò Viri, vt, quæ ad hunc locũ non ſpectant, prætereuntes, ordine proſequamur quod cepimus, hæc eſt prima, Chriſtianæ ſapientiæ, & religionis notitia; hæc eſt prima, ad Deũ, ſanctè pieq; colendum, ianua; vt diſcamus primùm, & ſciamus (nam hæc duo, ſe ſe conſequuntur, Diſcere, & Scire;) Deum eſſe vnum, & ſolum: neque poſſe diuinam naturam, multiplicari in plures Deos, & ne in duos quidem. Sunt in ſacris literis, quod, & non tacuit diuus Paulus, Dij multi, & Domini multi: &, alios quidem, participatio, alios verò, nuncupatio, alios porrò, vſurpatio, fecit. Sunt apud ſapientes gentium, Dij falſi, nihil præter nomen, diuinitatis habentes, nempe idola. Sunt & dij minores, quos vocant Deos, natura diſſolubiles: atque ideo, ab illo primo depẽdentes, & ſecundos: dæmones inquàm, intelligentiæq;, & Angeli. Illi in primis, qui, lumina cœleſtia perpetua vertigine circunferunt: & illi, qui aerijs amicti corporibus, humani generis principes, & cuſtodes, vagantur toto orbe terrarum. Hinc, apud gentes, Θεογονεία; Θεῶν γένεσις; ortus, ſatus, genealogia Deorum. Verumenimuero, ſummus ille deorũ Deus, cuius infinitæ ſapientiæ, inuentio eſt, id totum quod videtur, & quod non videtur; (vnde illa exclamatio, Ω θαυμαστὸν σοφιστήν. O admirabilem artificem, ò ſtupendæ ſapientiæ architectum) ille magnus Deus, qui omnia regit, & gubernat, Τοῦ παντὸς κυβερνήτης, quo nomine Deum vocat Philo Iudæus. Ille qui, & ſemel creauit, & perpetuò conſeruat omnem creaturam: quo ſanè titulo, extulit Deum, philoſophus ille nobilis, qui, à diuinitate loquẽdi, Theophraſtus dictus eſt: Si vultis audire illius verba, ſunt, Θεια ἀρχὴ, δι' ὧν ἅπαντα, καὶ ἐστὶ διαμένει. Ille demum, qui non eſt natus ex nihilo, neq; ex aliquo; ſed, in omne æuum, fuit ſemper Deus; quaſi, nunquàm non naſceretur à ſe ipſo, & per ſe ipſum: propter quòd, à vetuſtiſsimis philoſophis, appellabatur (vt ſupra dicebamus,) Αὐτόγονος, Αὐτογενὴς, Αὐτοφυὴς, tanquàm, ex ſe ipſo ſemper exiſtens; hanc nimirum æternitatem, ſonat illa, eiuſdem in ſeipſum reciprocatio, à ſe naſci, ex ſe exiſtere. Ille inquàm Deus æternus, vnus ſolus eſt, & alium ſimilem omninò nõ habet; ſed, nec habere poteſt. Ecquàm beata hæc ipſa quoq; impotentia, qua, vt non poteſt non eſſe Deus, ſic, non poteſt non eſſe vnus; quia, ſi non eſt vnus, neque eſt Deus. In hoc ſanè, cõuenit inter omnes, vt ſit Ἀξίωμα, & radix theologiæ, non reuelatæ ſolùm, ſed & naturalis, quàm eſſe Deum, tam eſſe vnum. Quum enim, duplex ſit ratio philoſophandi, per reſolutionem vna, per compoſitionem altera, vtraq; via incedentes, qui ante nos inter gentes philoſophati ſunt, & ipſi aſcenderunt, & nobis oſtenderunt pulcherrimam ſpeculam; vnde diuinam vnitatem, tanquàm omnium rerum fontem, atque primam originem, latè videre, & luſtrare valeamus. Nam, in primis deſcendentes, deducebant ab ipſo vno Deo, cœlum, terrã, mare, ſolem, lunam, hominum genus, & minima quæque alia; tum aſcendentes, per tantas rerum ſpecies, & formas, quaſi gradibus redibant ad ipſum

(Margin letters: E, F, G, H)



A ſum infinitum Deum: perinde, ac, ſi quiſpiam viſa immenſitate maris, conijceret primum, inde ortum habere omnia flumina, & tantam aquarum hubertatem, qua alluitur terra, & fœcundatur omnis mundus: deinde verò, ex fluminibus ipſis, quorum perennitatem admiraretur, rurſum argueret, non aliunde tantam aquarum copiam manare poſſe, quam ex ipſo pelago, & ex latiſsimis illius fontibus: vnde, per meatus ſubterraneos, ſerperent vndique innumerabiles ſcaturigines. Siquidem, & omnis multitudinis virtus eſt vnitas: & omnis magnitudinis punctũ: & neceſſe eſt, vt vnus ſit motor omnium mouentium, vna cauſa omnium cauſarum, vna origo omnium originum: ideoq;, eſt vnus verus, & magnus Deus, exiſtentiam Οὐσία, viuentium vita, operantium virtus. Et quidem, fidelium, ac piorum virorum, omnia ſtudia, omnes vigiliæ, contemplationes, meditationes, dictiones, ſcriptiones, huc tendunt; vt, ex tanta rerum multitudine, homines ducantur quaſi manu, ad cognoſcendum vnum illum omnium conditorem; &, ex multis amoribus creaturarum, abſtrahantur, & rapiantur, in vnum amorem ipſius Creatoris. Qui vnus, eſt auctor animæ, & corporis, vt ſimus; illuſtrator rationis, vt intelligamus; largitor veræ virtutis, vt bene, beateq; viuamus; ſine quo, neque poſſumus ſubſiſtere, neq; iuuat intelligere, ſed neque expedit viuere. Quod ſanè, quum intelligeret malorum omnium fons, Diabolus, ille inquam, qui, ſeſe, ex Angelo, diabolum fecit, ad euellendam diuinæ vnitatis religioſam fidem, vt, qui, & nobis ſalutem, ac pacem, & Deo honorem, & gloriam inuidebat; ſemen bonũ, & optimum, quod Deus, ab initio ſeminauerat, in communi agro humani generis, in mentibus inquàm primorum parentum, nocte, & tenebris, quas indiligentes illi agricolæ, ſibi fecerant, ſuperſeminauit lolium infelix, opinionis multorum Deorum. An non meminiſtis ſerpentinæ illius vocis, Eritis ſicut Dij? Non ſicut Deus, inquit, ſed ſicut Dij. Inde igitur, ad iniuriam diuinitatis, quam vnam colere, & adorare par erat, vani homines, de quibus meritò ſcriptum eſt, Dominus nouit cogitationes hominũ, quoniam vanæ ſunt, excogitare cœperunt, idola, formas, ſpeciesq;, Deorum. Ecquis ſcit, ſi, vt de more, communiter, omnes, nobis ipſis blandiri ſolemus, quod diabolus futurum pollicebatur, vt eſſent Dij, illi iam tum, falſa imaginatione decepti, opinabantur ſe eſſe Deos? Itá, procedente tempore, quo, nihil ferè eſt potentius, ad augendam ſuperſtitionem, & ad minuendam religionem; vt ſibi per omnia ſatisfacerent, vt alijs etiam placerent, tum falſo romore, qui eundo vires acquirebat, tum opinione, quæ antea eos occupauerat, ducti, à ratione pœnitus auerſi, idola, quæ conceperant animis, fabricabantur exterius, ex terra, limo, lapidibus, lignis demũ ex ære, argento, & auro. Sic, primum, orta eſt, & creuit paulatim, Πολυθεότης, in vniuerſo orbe; non aduertentibus illis hominibus, quàm ſit ridiculum, fingi ab hominibus Deos, quum Deus ab initio finxerit homines. Quantas vobis debemus gratias, ò rationalium piſcium electi, & fortunati piſcatores:

(Margin letters: A, B, C, D)

piſcatores: qui, ex cœcitatis ignorantiæq; profundo, per ſacroſanctã Euan- E
gelij, miraculorumq; ſagenam, nos omnes tandem poſt multa ſæcula traxi-
ſtis ad tutos, & amicos Chriſtianæ religionis portus. Etenim, reſpirantes,
velut emerſi ex mari magno, in quo Leuiatan olim, cætæ, & reptilia ſine
numero colebantur pro Dijs, libertatis, ac reparatæ ſalutis noſtræ, canentes
triumphum, non iam, multos Deos, cum profanis gentibus, à quibus pro-
pterea, athei olim dicebamur, ſed, vnum ſolum Deum, quem ipſæ gentes
ignorant, vna voce, vnoq; ſpiritu, fidei, & religionis, benedicimus, lauda-
mus, adoramus; &, cum ingenti gratiarum actione, eaq;, & priuata, & pu-
blica prædicamus. Prædicamus (inquam) vnum, & verum Deum, dicen-
tes, Valete Dij: valete & vos cultores Deorum. Nos vobis athei ſumus,
quia ignoramus Deos veſtros: at vos eſtis ſimpliciter athei, quia ignoratis F
eum, qui eſt ſimpliciter Deus. Vnus ſolus eſt Deus: vnus ſolus eſt pater
omnium: vnus ſolus eſt ſuper omnia. Et nunc, te precor magne Deus, cui
vni ſunt nomina mille, mille iura, mille vires, vt ea mihi ſuggerere digne-
ris, quæ, vim habeant quàm maximam, ad liberandas, à falſa Deorum ſu-
perſtitione, gentes, & populos; ſintq; pulchra, & præclara, ad ſtabiliendam
de vera religione ſententiam: eam, quam, tu ipſe, per tuos Prophetas, at-
que etiam, per te ipſum, homo factus, innumerabilibus oraculis, & mira-
culis, docuiſti, ſtatuiſti, confirmaſti. Adhuc nè verò, in tanta luce vnius
Dei, audet præceps furor, & inſanabilis mania, pro Deo, numerare Deos?
pro vno, duos? neque duos tantùm, ſed plurimos? eosq; non modo diffe-
rentes, ſed diuerſos? neque ſolum diuerſos, ſed repugnantes, & aduerſa- G
rios? Profectò, quemadmodum, ſi nullus ſit Deus, nullus erit rerum or-
do; ita, ſi ſint Dij multi, inter illos quoque, ſeditio oriri poterit, &, habe-
bit, vnde inſultet impius. Non eſt prouidentia, ſed fortuna, caſusq; in om-
nibus. Vt verè, non ſit minoris periculi, Πολυθεότης, quàm Αθεότης; nã,
& facilè populi quiq;, efficiuntur Αθεοῖται, qui primùm, fuerint Πολυθέοι-
ται. Fac porrò tu, ò homo, eſſe plures Deos, certè, neceſſe eſt, vt, inter ſe
ſe, aliqua ex parte differant, etiam, ſi ſint tam ſibi inuicem ſimiles, quàm
ouum ouo: alioquin, ſi nullo pacto differunt, quomodo duo ſunt? Iam, ſi
verè duo Dij ſunt, &, re ipſa, inter ſe differunt; quomodo pares eſſe ex to-
to poſſunt? Quod, ſi alter excedit, nonne diuinitatem alteri, vel adimit,
vel diminuit? immo verò, eo ipſo adimit, quo diminuit: nam ille, qui mi H
nor eſt, quomodo Deus eſt? quando Deus eſt id, quo maius neque eſſe,
neque cogitari poteſt. Hinc, ipſa quoque demens Aegyptus, nimirum,
torrente veritatis rapiente etiam impiorum animos, hieroglyficum naturę
Dei, faciebat ſtellam, non ſtellas; oculum, non oculos: anguem, non an-
gues. Vnus eſt ſol, vnus eſt mundus: vnus quoque eſt, & non alius, Deus.
Quin, & natura duce, omnes homines, illi etiam, qui literis expoliti non
ſunt, quum ſecum habitant, quum ad ſe redeunt, quum ſeriò agunt, quum
iurant, quum optant, quum gratias agunt, vnum Deum nominant; tollen-

tes



A tes manus, & oculos, ad cœlum, ſedem Dei, vnde & ipſi genus ducimus.
Indicant, (quod magnus Afer notauit,) antiquæ illæ voces, Deus videt,
Deus reddet, Si Deus dederit, Quod Deus voluerit. Iudica Deus, Adiuua
Deus. Et poetæ quidem, atque etiam philoſophi, qui, in gratiam populo-
rum, per varias fabulas, tam ſæpe ludebant in Dijs, non nè extra fabulas,
tenore perpetuo, canebant Deum?

*Dabit Deus his quoque finem.*
*Deum nanque ire per omnes*
*Terrasq;, tractusq; maris.*

Profectò ille Deus, qui finem laboribus imponit, qui mœrentes conſola-
tur, & recreat afflictos, an non eſt ille vnus, & verus Deus, de quo vates ſan-
B ctiſsimus cecinit, Dominus ſoluit compeditos, Dominus erigit eliſos? Se-
cundum multitudinem dolorum meorum, in corde meo, conſolationes
tuæ, lætificauerunt animam meam, domine Deus. Ille Deus, qui om-
nia permeat, qui nihil non implet, an non eſt ille vnus, qui dicit, Cœlum
& terram ego impleo? Cœlum, mihi ſedes eſt, &, terra, ſcabellum pedum
meorum. An verò non eſt Homeri carmen illud, quod & Ariſtoteles ip-
ſe citauit?

Οὐκ ἀγάθον πολυκοιρανιὴ εἷς κοιρανὸς ἔςω
Εἷς βασιλεὺς

Illius inquam Homeri, ex quo, tanta Deorum multitudo propagata eſt,
cum Muſeo, & Orpheo, vniuerſæ poeſis authoribus. Sed, & Plato, de epi-
C ſtolarum ſuarum notis, ſcribens ad Siciliæ tyrannum Dionyſium, non nè
dixit; Signum epiſtolæ ſeriæ, Θεὸς, non ſeriæ Θεοὶ. Quanq̃, vt ingenuè
loquar in re tanta, vnde pendet humani generis ſalus, quis iam cõtinere ſe
poſsit, vt non exclamet. Pudeat, pudeat vos philoſophos, & Poetas, qui,
religionis, & ſapientiæ gentium magiſtros, vos eſſe iactabatis, vbi maximè
apertos, liberosq;, & ſimplices eſſe oportuerat, vſque adeò obſcurè, vafrè,
& ambiguè eſſe locutos, vt, ne noſtro quidem tempore, ex veſtris ſcriptio-
nibus nobis conſtet, Deo nè, an Dijs potius, dederitis manum. Ecquis
eſt veſtrum, ò gentes, tam indoctus, vel tam corrupti iudicij, qui, non vi-
deat, poſtquàm hoc genus hominum, tam ambagioſum eſt fabulis, & dia-
logis: dum nunquàm ſimilia dicit; dum ſubinde perſonas mutat, & nunc
D vnam, nunc alteram induit; dum Carnadeo more, & pro veritate, & con-
tra veritatem loquitur; dum miſcet iocos ſerijs, & ſeria iocis; dum domi-
nante in eis Φιλαρχία, & Φιλονικεία, perpetuò quiſque ſecum, & alter ab
altero diſſentit; quis inquam eſt, tam cœcus, qui non videat, vbi de religio-
ne tractatur, non eſſe fidendum, neque poetis, neque philoſophis; à qui-
bus vanitas, & opinio haberi poteſt, fides, & certitudo non poteſt? Quòd
ſi, nec ſic quidem, vinci vultis, ò gentes, ſi adhuc, in veſtra illa miſera-
bili cœcitate præſiſtitis, & illis omnino putatis eſſe fidendum, quos magi-
ſtros habuiſtis; quos creditis vera dixiſſe de Dijs; ergo, in veſtræ perfidiæ

 mercedem,

mercedem, illos tandem habete Deos, quos, ipſi, vobis deceptis, dece- E
ptores tradiderunt: nempè, ſcortatores, inceſtos, bellaces, furaces, peie-
ratores, temulentos, iracundos, inclementes, impotentes. Ecquem non
pudeat, tales exiſtimare Deos, quales, ne homines quidem, in ea, quam
ipſi etiam inſtituerunt republica, ſuo ipſorum iudicio, ferri debent? Vt
propterea, ò viri docti, & pij, ſi de quacunque re, alia ſcire non poſſu-
mus, quàm ea, quæ didicimus, & de Deo à philoſophis, & Poetis, qui in-
ter mortales ingenio, & literis excelluiſſe viſi ſunt, plerunque addiſci-
mus, quæ falſa, quæ impia, quæ à religione, & cultu diuinitatis abhor-
rentia, concludendum ſit, mortales, à mortalibus, veram notitiam de
ipſo Deo haurire non poſſe, niſi ad prophetas, & ad ipſa diuina oracula
recurratur; à quibus quoties philoſophi, & poetæ hauſerunt, nunquàm F
niſi vera locuti ſunt. Audi, audi Iſrael: Audite, audite gentes, Deus ve-
ſter, Deus vnus eſt, non vnus Iudæorum, alter gentium, ſed vnus ſolus,
Iudæorum ſimul, & gentium. Vt mare ægeum, tyrrhenum, ionium,
verè non tria maria, ſed vnum ſunt mare; quod, ex ipſis locis, & re-
gionibus homines propter debilitatem ingenij, & naturæ ignorationem,
in partes plurimas diſtraxerunt; ſic, vnum eſt diuinum numen ſolùm,
& quanquam ex triplici religione, & cultu, dicitur, Deus Iudæorum,
Deus Chriſtianorum, & Deus Turcarum; quaſi religione diuiſa, diui-
ſus ſit etiam ipſe Deus; tamen, ſectæ, & ſchiſmata, contentioq́;, & ze-
lus, hominum, animos diuidere poſſunt, diuinam vnitatem ſcindere
non poſſunt. Ecquis ſcit, ſi, cœco illo ſæculo, quo, barbari, cœlum & G
ſydera, græci, mortuos homines, pro numinibus adorabant, ij, qui, præ
cæteris, ſapientes habebantur, vanitate vulgaribus conceſſa, veritate ſi-
bi reſeruata, quum gentes, inter Neptunum, Plutonem, & Iouem, ho-
nores, & opes, perinde, ac inter filios familias, hæreditatem partieban-
tur, intelligebant eſſe vnum ſolum Deum; eumq́;, aliquandò, dici Ne-
ptunum, quatenus, maria, & ventos, tenet, temperat, ſiſtit, ſternit:
interdum Plutonem, vel Ditem, vt regnator eſt orbis terrarum, & ip-
ſa quoque inferorum regna mouet, quatit, concutit: demum, & ſæ-
pius, Iouem, quia regiam cœli habitat. An verò, & ipſum Neptu-
num, Plutonemq́;, non Iouem vocant, manifeſtè indicantes eſſe vnum
ſolum Deum? Namque, & hac ipſa ratione, hominis anima, quum H
ſit vna, triplex dicta eſt; quia, ratio in capite tanquàm in arce, princi-
patum tenet: ira viget in pectore; cupiditatem ſubter præcordia, ipſe
etiam Plato collocauit. Non ſunt tres animæ, ò viri, in homine;
ſed, in vna anima, continentur multiplices vires, vt & trigonum con-
tinetur in tetragono, & tetragonum in pentagono: vt quid igitur mul-
tiplicamus Deos, & non potius, dicimus, eſſe infinitæ virtutis, & effica-
ciæ, illum ipſum vnum Deum, qui præſidet mundo? Ecce, & oracu-
lum ſybillinum.





A Εἰς μόνος, εἰμὴ θεὸς, καὶ ὐκ ἔϛι θεὸς ἄλλος

Numera ò homo, vt libet, bonum, & malum, lucem, & tenebras, mon-
tes, & valles, cœlum, & terram, corporalia, & incorporalia, quæ viden-
tur, & quæ non videntur; Num propter tam multas creaturas, fingemus
multos creatores? & non potius, quoniam omnia conueniunt in vnam ra-
tionem creaturæ, cõfitebimur infinitam maieſtatem, & diuinitatem vnius
creatoris? Vnus Deus eſt, qui facit pacem, & creat malum, qui mala ver-
tit in bonum; qui format lucem, & creat tenebras, & qui diſtinguit lu-
cem à tenebris. Vnus eſt Deus montium, & Deus vallium; & qui rigat
montes de ſuperioribus ſuis, & emittit fontes in conuallibus. Vnus eſt crea-
tor cœli, & terræ, & qui fingit corpora noſtra tanquam figulus, & facit An-
B gelos ſuos ſpiritus. Vnus inquam, qui verbo, quo potuit, ratione qua di-
ſpoſuit, voluntate qua iuſsit, omnia quæ videntur, & quæ non videntur,
& ſemina mundi, & germina, non formauit ſolum, aut digeſsit; ſed, quia
nihil erant antequam fierent, verè de nihilo fecit; vt, verum ſit, quod ipſi
quoque gentium theologi, cecinerunt

Πάντα ἔκγονα ἑνὸς,
Τὸ ἓν πάνφορον
Η μονὰς ῥίζα πάντων.
*Omnia ſata ab vno;*
*Vnum proferre omnia;*
*Vnitas radix omnium.*

C An non Philoſophus ille, cui titulus Δαιμόνιος, antiquam illam famam
commemorare, quamquàm & impetere ſolitus eſt? Vnum eſſe, id to-
tum, quod eſt; &, non multa, ſed vnum ſolum, eſſe rerum omnium prin-
cipium? Huc, huc tendebat vetus illa doctrina Πάλαιος ὁ λόγος, non eſ-
ſe niſi vnum Deum, qui eſt vnicum principium, ex quo omnia prodie-
runt. Sanè, & inter præcipuas Dei agnominationes, hæc ipſa vna eſt, vt
Deus dicatur, ſicut Τὸ ὄν, ita Τὸ ἕν. Ex vno homine, repleta eſt vniuer-
ſa terræ facies genere hominum: ex vno trigono omnes figuræ polygoniæ
oriuntur; ex vno cono pyramidis, demittuntur ad baſim tam multæ li-
neæ, & ſuperficies: demum ex illa ipſa atoma, & indiuidua vnitate, innu-
merabiles ſpecies numerorum multiplicantur. Sic, vnus Deus, originem
D dedit omnibus, quæcunque ſunt, & dabit omnibus quæcunque erunt. An
verò non etiam ſunt vnum omnia, vt non ſit niſi vnum ab vno? Equidem,
Deus eſt vnus Creator, & millies cẽtena millia rerum, omnia inquam, quæ
ſunt citra Deum, paria, & imparia, materia & forma, naturæ, & indiuidua,
numerantur, & computantur tanquàm vna creatura. Alcibiadee Silene,
audi, crede mihi: te te, eo ipſo quo demonſtraſti, deſtruxiſti; de Deo, &
innumerabilis Dei ſobole, tanta portenta confingens, & tantas nænias,
quantas ne audire quidem ipſi auribus poſſumus. Fruſtra nobis prædicas
tot tetradas, ogdoadas, decurias Συξυγίας συμφονίῳ πλήρωμα, βύθον,

tanquam mera, & occulta diuinitatis myſteria, Nobis, non eſt alius Deus, E
præter eum, cuius eſt illa vox, Videte quod ego ſim ſolus, & non eſt alius præter me; Ego primus, Ego nouiſsimus, Ante me non eſt formatus, & poſt me non erit, & præter me non eſt alius Deus. Dicas quicquid velis, perfide, Deos, ipſi ignoramus, & omnino ignorare volumus: nos, filij Abrahæ ſumus, fides Abrahæ, fides noſtra; Abraham, docuit nos leuare manum ad cœlum, & dicere, Benedictus Deus, qui fecit cœlum, & terram: hoc ipſi facimus, & in ſignum religionis, & cultus, iureiurando, alligamus fidem noſtram, vni illi Deo; ante quem, non erat cœlum, neque terra; immo, qui erat, per infinita tempora, ante cœlum, & terram; &, qui tandem quum voluit, non ex materia, (Ite procul materiarij,) ſed ex nihilo, fecit, & formam, & materiam, & ipſum totum cœlum, & totam terrã; F
iterumq́;, quum voluerit, ſpiritu oris eius, tranſibit, & redibit in nihilum, vniuerſum cœlum, & vniuerſa terra. Hæc eſt nobis religio, hæc profeſsio, hæc ſapientia, hæc vita, hoc ſtudium.

*Hæc noſtra ſalus, hinc viuimus, hinc animamur,*
*Abnegare Deo hunc titulum, ſuper omnia ſolum*
*Credimus eſſe nefas, & ſale, ceſpite, thure*
*Ridiculos adorare Deos,*

quorum iam omnis memoria perijt, cum ipſo terribili ſonitu, & vniuerſa pompa imaginum, templorum, & ſacrificiorum; qua, occupãte mundum diabolo, & angelis eius, tanta ſuperſtitione, etiam à regibus, & à philoſophis colebantur. Notum ſit vobis, ò mortuorum aſſertores Deorum, ò qui G
iuratis per Solem, per Iouem, per Adonidem, per Daphnæum Apollinem. Hoc ſcitote, qui inſtruitis ludos, panegyres, hecatombas, olympiadas: hoc ſciat cœlum, ſciat terra, ſciat vniuerſus chorus angelorum, quod nos non colimus Deos, figmenta Poetarum, ludibria philoſophorum, inuenta hominum, fœtus, & proles dæmonum; ſed colimus vnum verum, & viuum Deum; cuius inſtrumentum eſt, cœlum, terra, & vniuerſa natura: idq́; ad ſalutem humani generis, quod præ omnibus rebus eſſe curæ Deo, ille ipſe Deus oſtendit caro factus,

*Cede profanator numinis, iam cede negator,*
*Vno Dei arbitrio cœlum extat, atque rotundum*
*Mouetur, ſeruantq́; ſuos vaga ſydera curſus.* H

Certè verò, eleganter dixit Macedo ille, cui cognomen eſt Magnus, neque mundum duobus ſolibus poſſe regi, neque duo ſumma imperia, ſaluo ſtatu orbis terrarum haberi poſſe. Ecquis ignorat, quod, nec Roma quidem, duos fratres ferre potuit, neque vna Sparta duos Lyſandros? Quid? Domus Abrahæ, vt Iſaacum retineret, Iſmaelem ciecit, et in Rebeccæ vtero, duo gemelli, antequàm naſcerentur, bella geſſerunt.

*Nulla fides regni ſocijs, omnisq́; poteſtas*
*Impatiens conſortis erit.*

Itaque,



A Itaque, cum hoc ipſo Deorum numero, non iam videremus Κόσμον, ſed Ακοσμίαν; hoc eſt, non ornatum, compoſitumq́; mundum; non in mundo ordinem certum, atque firmum; non perpetuam conſtantiam, & æquabilitatem; ſed, temeritatem vagam, & ingratam; ſed continuas pugnas, ſed ingentia diſsidia, & irrequietas fluctuationes; quibus, vel omnia funditus ruerent, vel ea tantùm ſupereſſent, quæ pugnando, & repugnando, aduerſus rerum acies, in conflictatione ſuperaſſent. Non ſunt, non ſunt, neque eſſe poſſunt duo ſummi Dij, ne (vt argutè quidam ex noſtris dixit) vnus omnipotens faceret alterum nullipotentem. Ecce verò tandem, quaſi certus index vnius Dei; Vnius hominis, vna mens; vnius domus, vnus pater familias, &, cuiuſuis grandis exercitus, imperator vnus.
B Quin, & Apum examina, etiam dum incerta volant, & cœlo ludunt, non duces habent, ſed ducem, cui obediunt; & ipſe quoque aduenæ grues, quarum diſceſſu, pacis inducias habet gens pygmea; quum maria trãſmittunt, loca calidiora petentes, ordine literato, vt Πάνσοφος ille dixit, vnam ſequuntur. Sed, finiendum eſt tandem aliquando. Ergo, propone humano generi, tres ſtatus, & illos quidem optimos. Imperet optimè multitudo, optimè imperent pauci, optimè quoque imperet vnus, an nõ optabilior vltimus ſtatus? Quòd ſi fortaſſe videndum eſt, inuitis nè imperet, an volentibus, certè, vt ſit neceſſe in hominibus, quia præſes, quaſi curator eſt, illi quibus præeſt, curantur; in Deo neceſſe non eſt, quia Deus non tam eſt curator paucorum, quàm paſtor omnium. Nos populus tuus, &
C oues paſcuæ tuæ domine Deus. O`vtinam, aliquando efficiamur omnes, ouile vnum, ſicut, tu, re vera es, Paſtor vnus.

### *Sempiternæ virtutis, & maieſtatis, ipſius Dei, publicum ſpectaculum, mundus, & ea, quæ ſunt in mundo.*

### *CAP. XXIII.*

D VT VIDEO, ò amici, qui noſtra legitis, & non negligitis, dum ad conuiuium largè, & liberaliter, amanterq́;, & prolixè nimium, excipio vos, fatigati eſtis iam corpore, & feſsi animo. Date veniam, & ſuſtinete adhuc modicùm, vt, fuſa vndique, & ſtrata impietate, ſurgentes à menſa, læti, & hilares, canamus Deo forti, epinicium liberatæ pietatis. Iuuat, iuuat aſſueſcere Deo, ò filij hominum: iuuat aſſueſcere diuinis laudibus: iuuat ſuper omnia aſſueſcere diuino amori; vt, quoniam æternus Deus, humani generis paſtor, vos, æternùm, vſque adeo charos habuit, vt hoc ipſum mundi opificium, in tantam molem erectum, vobis habitandum, poſsidendumq́; dederit, vos, tanquam rationabiles, & ſine

 dolo

dolo oues, bona fide, Deum (vt par eſt) chariſsimum habentes, non tam in E
mundo, mundum, admirantes, videatis, quam, ex mundo, Deum, ſapien
tes, agnoſcatis, colatis, diligatis. Magnus quidam liber, eſt hic mundus,
ſcriptus intus, & foris; plenus, nimirum, corporum, animarum, ſpirituum,
ſeminum, formarum, virtutum, apparentium, non apparentium: isq; li-
ber, non eſt ſignatus, ſed apertus; oblatus græcis, & barbaris, ſcientiq; lite-
ras, & neſcienti; ſuntq; ſingulæ naturæ rerum, velut quædam literæ, vel fi-
guræ; non excogitatæ ab hominibus, neque deſignatę arbitrio hominum;
ſed, ex rationibus æternis diuinæ ſapientiæ, deſcriptæ digito Dei viui; in
quibus, tanquam in tabulis, monumentisq; publicis, ſigillo quodam (vt ſic
loquar) impreſſa videtur certa diuinitatis nota. Neque verò profectò, tã
ſubtili diſputatione ægent, quaſi intelligi non poſsint, niſi à paucis, quàm F
humilem potius diſciplinam exigunt, vt, mente non impia, legantur ab
omnibus. Quid enim, ſi ab initio, gentes, expertes erant philoſophiæ? ſi
non præſtabant acumine ingenij? ſi magnificis philoſophorum titulis ſe-
ductæ erant? ſi de mendacij fuco, veritatis colorem mentiente, iudicare
non poterant? ſi à ſtudio penitus, atque à literis, & ab omni eruditione va-
cabant? Mundi huius voces, liberæ erant, & incorruptæ; eæq; non in ly-
cæo ſolum, neque ſolum in academia, aut in porticu, ſed, vbiq; terrarum,
in animis caſtis, in puris, & benè præparatis pectoribus, intrinſecus audie-
bantur; è quibus, priſcis etiam illis, & fabularum plenis ſæculis,

*Dum nemora indigenæ fauni, nimphæq; tenerent,*
*Gensq; virum, truncis, & duro robore nata* G
*Queis neque mos, neque cultus erat.*

admirabili ipſius diuinitatis arte, nõ ſepties tantùm, vt in porticu illa olym
pia, quam, Eπτάφωνον vocant Græci, ſed centies reſonabat vocaliſsima illa
Echo, Deus, Deus, Deus. Deus inquam, hæc omnia fecit. Deus, men-
ſus eſt pugillo aquas, & cœlos palmo ponderauit. Deus, appendit tribus
digitis molem terræ, & librauit in pondere montes, & colles in ſtatera.
Deus, ſedet ſuper gyrum terræ, &, habitatores eius, ſunt quaſi locuſtæ.
Deus, extendit velut nihilum cœlos, & expandit eos ſicut papylionem, ad
inhabitandum. Deus, fluminibus dedit impetum, & vehementiſsimo im-
bri curſum; ille fecit ventis pondus, dedit viam procellis ſonantibus, fecit
luminaria, in miniſterium cunctis gentibus, animalia puſilla cum magnis, H
reptilia quorum non eſt numerus, hominem vt dominaretur omnibus.
Ecquis facilè dicat, quàm miris modis, omnia & ſingula, quæ in mundo
ſunt, Deum ipſum, velut digito oſtendant, &, vt poſſunt, loquantur. Ea
ſanè, quæ, vix habent vt ſint, Deum indicant, velut corpus, inanes vmbrę:
quæ viuunt, tanquam ſparſa veſtigia pedum, hominem vltrò citroq; cur-
ſantem: quæ ſentiunt, perinde ac nutus, & renutus, ſummos principes,
quorum cilia, ſunt pro decretis patrum, pro iuſsis populi: quæ demum in-
telligunt, perinde ac reſultantes in ſpeculo imagines; quid ſi dicam, tan-





A quam chara parentis ſoboles, quæ, ipſa vultus ſimilitudine, exprimit geni-
torem? Reſpice ò homo Dei, altiſsima montium iuga, in eisq; magnas ſa
xorum moles, ſuſpenſas, & excauatas. Ingredere frequentes lucos, & al-
tam proceritatem ſyluarum; Contemplare inter belluas, maximos Ele-
phantos, & immania cete. Vide hominem, virtutis, & philoſophiæ colẽ-
tem, qui, animo adhuc in corpore conſtitutus, corporeas voluptates con-
temnat, &, cupiditatum dulces inſidias, vitet: non nè illicò, animum
tuum, quædam religionis ſuſpicio ſollicitabit? non nè ſubibit mentem,
fides, & veneratio diuini numinis? non nè, è terreno hoc domicilio, ali-
quid ſupra cœlos inſpicies, & perculſus intrinſecus, exclamabis, Hæc ma-
iora ſunt, & ſublimiora, quam, vt eſſe, vel fieri, ſine numine poſsint? Non
B omnibus quidem hominibus, commune eſt, vt, Deum aſpicere poſsint in
creaturis, quaſi in ſpeculo, vnde, ſpeculatio forſan nomen accepit: Ada-
mo hoc datum erat, ante quàm ſe ſe immiſceret tantis illis quæſtionibus:
nunc, munus eſt beatorum, quibus, Deus, eſt in omnibus, omnia. Ob id
enim, dedignantur, in creaturis aſpicere aliud, quàm Creatorem, quo alun
tur, quo fruuntur; quem poſsident, quem amant; in quo requieſcunt, in
quo beati ſunt; qui eſt illis Sol, Luna, Stellæ, Cœli, Elementa; &, vt ille
dixit ad Moſen, omne bonum, lux, vita, delitiæ, amor, honor, theſaurus,
opes. vnde illæ voces: Quid mihi eſt in cœlo, &, à te, quid volui ſuper ter-
ram? Tu es Deus cordis mei, & pars mea, Deus, in æternum. Neque item,
vident Deum omnes, ex creaturis, quomodo ipſi, ex ſublimi quadam ſpe-
C cula, multa procul aſpicere, videreq; ſolemus: Magno, & excellenti inge-
nio viri, hoc poſſunt; qui, non dæmonum quidem virtute, illis inſidente
(habet enim, & diabolus, equos ſuos, quibus, eſt Πάρεδρος, vt Euſebius
dixit,) ſed, naturali prudentia, & dexteritate, res maximas, & quæ procul
abſunt à cognitione aliorum hominum, præteritas interdum & futuras, le-
uibus quibuſdam coniecturis admoniti, ſubodorantur ſtatim, &, abſque
errore, de illis ſyncerum iudicium afferunt. Porrò verò, quis ille eſt, tam
parum docilis, qui, longa quadam ratiocinatione, velut circunductus, per
ipſas creaturas, quaſi, per ſublimes quaſdam ſcalas naturæ, aſcendere nõ va-
leat ad montem domini, ad domum Dei Iacob? Hoc eſt enim, quod Apo
ſtolus, & grauiter & appoſitè dixit, à creatura mundi, hoc eſt, vel ab orbe
D condito, vel ab homine, & creationis termino, & omnium creaturarum
compendio, per ea, quæ viſibilia facta ſunt, non quidem, ſi tantum cogitẽ-
tur, quod ad ſenſum, ſed ſi intelligantur, quod ad mentem pertinet (illud
eſt animalis hominis, hoc rationalis) ipſius Dei inuiſibilia, non inſpici, ſed
conſpici; id eſt, collatione facta, &, vt philoſophi loquuntur, diſcurren-
do, videri poſſe, & conſiderari. Conſiderari inquam, non aſſurgendo ſta-
tim per lineam rectam, ex inuiſibilibus ad inuiſibilia; ſed, ſurſum, deor-
ſum, à latereq; in latus, per ea quæ nota ſunt, ad ignota, meditatione cur-
rendo, & recurrendo, conferendoq; inuicem ima ſummis, parua magnis:

&, demum, compoſitione facta creaturarum cum creatore, opificij cum E
opifice, arguendo, inferendoq; ex ordine tantarum rerum, incredibilem
illam Dei ſapientiam, ex magnitudine infinitam poteſtatem, ex rerum vti-
litate, & voluptate inæſtimabilem bonitatem. Quin aſcendendo ex perpe
tua, qua mundus nunquàm nõ agitur, viciſsitudine, ad ſtabiliſsimum illud
æuum ęternitatis: ex rerum innumerabili numero, ad Dei ipſius ſummam
vnitatem; ad veritatem ex vanitate, ad conſtantiam, & firmitatem ex mo
tu, denique, (nolo enim, in ampliſsima hac porticu, diutius ſpatiari) ex ni-
hilo ad totum; hoc eſt, ex varia, & multiplici indigẽtia ſingularum rerum,
& vniuerſæ naturæ, ad illud, quod, per ſe ipſum, & in ſe ipſo, eſt, vt ipſi
quoque Ethnici dixerunt, & nos ſæpe repetimus, Τὸ πᾶν, καὶ τὸ ὅλον.
Ecquàm præclarè, omni diſputandi ſubtilitate remota, grauiſsimus ille phi F
loſophus, Ariſtoteles, excellenti quadam diuinaq; ratione, permotus, ad
contemplandum magnum hunc mundum, diuina prouidentia conſtitu-
tum, Si eſſent (inquit) aliqui homines, qui, cœlum nunquam, nunquam
ſolem, lunamq; vidiſſent, ſed, habitaſſent ſemper in ſubterraneis ſpecu-
bus, quanquam ornatis, pictis, inſtructisq; omnibus, illis rebus, quibus illi,
abundant, qui à nobis beati putantur; accepiſſent autem auditione, & fa-
ma, eſſe ſupra terram ipſum Deum; eumq; longè præſtare omnibus homi-
nibus, non ne, vehementer accenderentur deſiderio, exeundi ad ſupera
hæc loca, quæ ipſi incolimus; vt, magnum hoc numen, vt, vim hanc diui-
nam, intueri poſſent? Si igitur, eruptione tandem alicubi facta, terrarum,
& montium, quales ſæpe, in Aethneis montibus, multas factas fuiſſe, non G
ignoramus, ex illis abditis ſedibus, ex illis latumijs, & cauernis egrederen-
tur, & repentè, vno oculorum conſpectu, terras, maria, cœloſq; viderent;
viderent paulatim excreſcentem nubium magnitudinem, vim ventorum,
Solem, Lunam, Stellas; viderent omnium luminum ortus, & occaſus; at-
que adeo, dies, & noctes; intelligerentq;, perpetuis temporibus ratos eſſe,
& natura immutabiles hos ipſos rerum curſus; contemplarentur pulchritu
dinem mundi, & ſingulorum membrorum eius; ordinemq;, maximè re-
rum cœleſtium; profectò, ſtatim admiratione, & lætitia pleni, exclamarẽt,
& dicerent, Vera ſunt quæ nobis narrabantur de Deo, & hæc tanta opera,
quæ videmus, ipſius Dei eſſe, arbitramur, & credimus. Ergo, niſi fruſtra
ſumus homines, cœleſti inquam animo, & diuina mente præditi, &, non H
ad agendum ſolum, ſed ad contemplandum præcipue nati; quemadmo-
dum, ex ipſorum animalium ſenſu, & motu, vitam corporis, & penè ani-
mam videmus in corpore: ſic, dum oculos noſtros erigimus ad cęlos, dum
conuertimus ad maria, dum retorquemus ad terras, denique, dum omnia
mundi membra, & ſupera, & infera, alta mente circunſpicimus, ſtatuamus
animo, ò viri docti, & pij, quòd magna illa ſacerdos, & Sabæorum regina
docuit; Salomonem quempiam hic eſſe, & pluſquàm Salomonem; men-
tem inquam vnam, & prudentiam admirabilem; cuius ſapientiæ, ſit opus,
quicquid



A quicquid in tantis, & tam bene inſtructis ædibus mundi, aſpiciendo, reſpi-
ciendoq;, miramur. Concludamus, eſſe præpotentẽ aliquem, ęternumq;
Deum; qui omnia fecerit, qui omnibus præſit, cui, & ſingula omnia pa-
reant; cuius præſtantiſsimo numine, quaſi nutu, immenſa hæc rerum mo-
les agitetur; abs quo mundus, & vniuerſa natura admirabili quadam ratio-
ne diſponatur, ac regatur; cuius ſempiternitatem naturæ, & beneficæ po-
tentiæ diuinitatem, ac maieſtatem, vocaliſsimo velut innumerabilium lin-
guarum eloquio, mundus ipſe totus, enarrat, atque euehit laudibus. Vt ani-
ma, ſe ſe oſtentat in corpore, vt mens, lucet in anima, vt verbum, ſplendet
in mente; ſic, Deus, vbique radiat, vbique videtur, vbique fulget, &, nihil
eſt in vniuerſa rerum natura, quod, non aliquos præſeferat æternæ diuini-
B tatis ſplendores. Scientiæ, & artes, ſunt velut fulgores quidam, & lumina
mentis, in homine; Motus, & ſenſus, ſunt velut radij animæ in corpore;
tam variæ igitur, & multiplices naturæ rerum, innumerabiles emittunt ra
dios, ipſius diuini numinis, qui, ante oculos noſtros, foris emicant, in ma-
gno hoc mundi vultu. Libet nunc mihi, velut ex æditiſsima ſpecula, vn-
de tot gentes, quæ Deum ignorant, infra me poſitas aſpiciam, tactus dolo-
re cordis intrinſecus, inclamare

*O' cæcas hominum mentes, ò pectora cæca.*

Quid ſtatis? Quid cogitatis? Quid facitis? Tanto quot annis ſtudio,
feſtinatione affectata, & ambitioſa, ad emendam vnius horæ voluptatem,
quam perpetua forſan pœnitentia conſequatur; expectatis bacchanalia, lu-
C percalia, ſaturnalia, ſpectacula Pythia, Dionyſia, Panathenæa; pompas,
ludos, dies feſtos ſibariticos; in quibus, videatis equos, vrſos, elephantos,
arrectis vice manuum pedibus anterioribus, ad tibiæ ſonitum, ædere ge-
ſtus quoſdam, & motus, ad numerum, ſaltatorios; ſed, & coram vobis, vt
Corybantes, curetæ, & omnino pantomimi, chorea, cantu, manu, pede,
oculis, nutibus, ſaltent bellicum quiddam; duros labores, & glorioſos triũ-
phos Herculis: impoſitum Oſſæ Pelion, ad reſcindendum cœlum; vibra-
ta à Ioue fulmina, aduerſus gigantomachiam; extinctum à Theſeo My-
notaurum; Pyrrhum illum, tantum Achillis filium, quo bellante ſuperbũ
ruit Ilion, antea inexpugnabile; obſcœnum, & infame adulterium Mar-
tis, & Veneris, in conſpectu Deorum. An non, hac ipſa commemoratione
D ſola, erubeſcunt ora veſtra, oculi, genæ? Hanccine vitam? Hoſcine mo-
res? Hanc dementiam? Quæ voluptates? quæ ſpectacula? Prorſus indigna
viris. Hæc, hæc ſunt ſpectacula, hæ panegyres, theatra, ludi, qui ad nos
homines pertinent: ad quos, nos, Deus quotidie, ſuæ ipſius gloriæ diuitias
monſtraturus inuitat; vt permulceamur, & perfundamur incredibili vo-
luptate. Immenſa cœli ſpatia, globi, & agmina ſtellarum: occidentes, &
redeuntes ſoles. Regina ſyderum, & ſoror Phœbi, Phœbe; timendi cri-
nes ſtellæ cometæ; pacifera Iris; nubes ſplendentes radijs, & auro; con-
ſtans conuerſio aſtrorum inerrantium; indeficientes temporum viciſsitu-
dines;

dines; admirabiles fontium perennitates; amnes perlucidi, qui aridam E
terræ faciem, & ipſa quoque viſcera, curſu irrigant perpetuo; refluum ma-
re, profundum, & immenſum; terrarum concuſsiones, & tremores; her-
beſcentes, & halantes floribus, viriditates ſyluarum; plantarum, & anima-
lium in agris, & montibus tanta varietas; aquarum iucunditates, & innu-
merabiles gratiæ. Huc, huc venite, properate, concurrite, ſi veras volu-
ptates quæritis, ò filij hominum. Depicta quidem, hæc omnia videre po-
teſtis in fictis ſpectaculis veſtris; quin, & in ſpeculo, vos ipſi, mundũ hunc
totum, extemplo, veſtra (vt ſic dicam) manu, facere, & quaſi creare poteſtis.
Quid tam facilè in natura re ipſa gignitur, quàm in ſpeculo, omnia, artifi-
cioſa manus conuerſione, fieri ſimulantur, & finguntur? At, quàm præſtat
verus ſol, verus mundus, imagini ſolis, & mundi, in ſpeculo, & in pictura? F
Solem in ſpeculo, natura facit; Solem in pictura, facit artis imitatio. Ve-
rus ſol, eſt ille, quem fecit Deus. quàm pulcher, quàm formoſus ò viri?
Verè, oculus mundi, cor cœli, &, vt dicunt Græci, Διὸς τέκος, Iouis fi-
lius. Qui, tanquam ſponſus, vndequaque decorus, circumamictus auro;
lætiſsimo vultu, dum circumvagatur orbem, procedens de thalamo ſuo, in
quo Poetæ fingunt dormire Auroram, & Solem,

*Thitoni croceum linquens Aurora cubile,*

ipſi videmus, quàm totum cœlum & terram pariter exhilarat: ob id enim,
ſæpe ad hilaritatis, & iucunditatis gratiam, vates, ſua ipſorum poemata,
ab ortu ſolis auſpicantur.

*Sol ſurgit, linquens formoſas æquoris vndas,* G
*In cœlum ſolidum.*

Carmen eſt Homericum,

Ηἐλιος δ᾽ ἀνόρουσε, λιπῶν περικαλλέα λίμνην
Οὐρανοῦ ἐς πολύχαλκον

Vereq;, etiam ex ſacris literis cõſtat, nihil eſſe in cœlo; pulchrius, admi
rabiliusq; ipſo ſole, vnde illud, In ſole poſuit tabernaculum ſuum. Hunc
ſolem igitur, ò mortales, præ omnibus ſyderibus, hoc ipſum cœlum, præ
alijs creaturis, hunc denique totum orbem, quo, nihil eſt maius, aut melius,
in vniuerſa natura ſenſibili, aſpicite, luſtrate, videte, contemplamini; &,
conſpicietis ſimul inuiſibilia illa, quæ dixit diuus Paulus, Τὰ ἀόρατα θεοῦ,
exemplaria, & idæas; mundum inquam intelligibilẽ, medium, inter hunc H
quem loquimur, & ipſum Deum; nam, diuina omnia ſupra mundum, na
turalia in mundo, communi ſententia, eſſe dicuntur. Quid? Non exem-
plaria tantum huius mundi, videre licebit, ſed oculis, mundo ſuperiori-
bus, aſpicietis & illam ſempiternam virtutem, maieſtatemq; Dei; atque
adeò, ipſum Deum: nam, mundus illius eſt, velut lumen in ſole, hic autem
ferè extra ſolem. An non, diuinus ille Pſaltes, dixit ad Dominum, Mi-
rabilia opera tua, &, anima mea, cognoſcet nimis? Certè, & Poeta qui-
dam ex alienis cecinit,

*Nam*



A *Nam quum diſpoſiti quæſiſſem fœdera mundi*
*Præſcriptosq; mari fines, anniq; meatus*
*Et lucis, noctisq; vices, tunc omnia rebar*
*Conſilio firmata Dei, qui lege moueri*
*Sydera.*

Eſt quidem mundus, pro ratione corporis, ſicut Philoſophi probant,
totum omne, & perfectum: ob id enim, eſt vnus ſolus mundus, cœlum,
terra, mare: neque fingere licet plures mundos, ſiue, vt vnus ſit extra alium,
& vacuum inter eos; ſiue, vt mundus, mundo, ſphera, ſpheræ, & orbi, or-
bis inſeratur, ſine vacuo. Verumtamen, pro ratione ſubſtantiæ, naturæq;,
& illius quod eſt, ſiue entis; vos ipſos appello philoſophos; qui, docuiſtis,
B ſpiritus, & mentes præſtare corporibus, quantum deficit mundus, à ratio-
ne, & conditione perfecti? Quoniam autem, non ſolum eſt corporatus
mundus, ſed dimenſiones omnes habet, non mathematicas tantum, ſed
phyſicas; quis dubitat, quod diuidi poſsit? ſi tamen aliquis diuiſor acceſſe-
rit? Mouetur autem perpetuò, & nunquam quieſcit quod haud dubiè præ-
ſefert indigentiam, & priuationem: nam, quod non indiget, cur mouetur,
& non potius quieſcit? Materia porrò, ea eſt, qua ſubijcitur motui mun-
dus; nam, formæ, mouere eſt, ideoq;, pura forma non mouetur, ſed ſolum
mouet: neque dubium, quin, ſit ratio formæ, materia ipſa nobilior; &,
id quod mouet, longè melius eo quod mouetur. Quòd ſi demum, com-
poſitus eſt mundus, & partibus conſtat; non ne diſſolubilis eſt tanta compa-
C ges? quod, & de Dijs minoribus, conſtanter aſſerit Plato. Ecquanta de-
mum, eſt in ipſius mundi partibus, repugnantia, & contrarietas? in ſole,
& luna, in motu firmamenti, & ſtellarum, quæ errantes dicuntur? in ipſis
denique elementis, & qualitatibus elementorum? Vt propterea, poetæ,
hæc ipſa inteſtina rerum bella, alta mente cogitantes, quæ in ſuo Timæo,
Plato, per allegoriam doctiſsimè, & elegantiſsimè figurauit in bello inter
Athenienſes, & Atlanticos, dixerint, neſcio, an ratione naturali, an per
Ενθουσιασμὸν, an potius edocti noſtris oraculis.

*Vna dies dabit exitio, multosq; per annos*
*Suſtentata, ruet moles, & machina mundi.*

Sic Lucretius. Lucanus autem

D *Sydera ſyderibus concurrent; ignea pontum*
*Aſtra petent; tellus extendere littora nolet*
*Excutietq; fretum, fratri contraria Phœbe*
*Ibit, & obliquum, bigas agitare per orbem*
*Indignata, diem poſcet ſibi; totaq; diſcors*
*Machina, diuulſi turbabit fœdera mundi,*
*Antiquum repetens chaos.*

Audet nè verò, homo doctus, rem non ſimplicem ſed compoſitam, cor
poratam, quantam, materiæ participem, bellis continuis intrinſecus ſem-

per

per obnoxiam, varijs ſubinde mutationibus agitatam, caſuram aliquan- E
do, & interituram, dicere, vel in corde ſuo, ex ſe primùm extitiſſe, per
ſe ſe conſiſtere, & non aliunde pendere? Leuate, leuate capita veſtra, ò
viri. Ipſa mundi facies, palàm teſtatur, mundum, habere agentem, con-
tinentem, regentem, ſeruantemq; cauſam; eamq; non fortuitam, ſed cer-
tam; neque naturalem, ſed voluntariam, neque multiplicem, ſed vnam;
neque ſecundam, ſed primam. Ecquæ nam, eſt prima cauſa, niſi Deus?
Deus, quoniam verè eſt, nunquàm enim non erat, atque ideo nunquàm
non erit, nunquàm efficitur. Mundus contrà, & quæ ad mundum perti-
net natura, eſt enim velut anima mundi, vis inquam ſeminaria, & viuifi-
ca, infuſa per omnes artus huius vaſtiſsimi, & penè immenſi corporis; quia
verè non eſt, erat enim quando non erat mundus, & erit quando præte- F
ribit figura mundi huius; non tam ſemel factus eſt, vt aliquando eſſet, quàm
perpetuò fit, ne mox non ſit. Diligitis mundum viri? Delectat vos mun-
dus? Ecquem non delectet? Ecquis non diligat? Quàm pulcher mun-
dus? quàm magnus? quàm plenus? quàm innumerabilis multitudo rerum
in mundo? quàm incredibilis hubertas, atque fœcunditas? Quàm admi-
rabilis ordo, atque connexio? Ad hæc omnia, in quibus conſiſtit illa Χά-
ρις, illa elegantia mundi, quæ, Κοσμιότης dicitur, quæ, cogitari ſatis po-
teſt, exprimi vix poteſt: aperite oculos, admouete aures, apponite cor; ſed
tandem, poſt hæc, iucundiſsima, velut ſex dierum ſpectacula, eo enim
numero conditus eſt mundus; tanquam ſabbatizantes diem ſeptimum, ex
hiſce diuinitatis radijs, atque ſplendoribus, tranſite ad infinitam illam ma G
ieſtatem; ad magnitudinem (inquam) ſtatus æterni Dei; cuius magiſtra-
tu, & magiſterio, totus mundus, vt ſic dicam magiſtratur, regiturq;, &
gubernatur. Eructate verbum bonum, dicite, canite, Delectaſti me do-
mine in factura tua.

*Pulchrum pulcherrimus ipſe*
*Mundum mente gerens, ſimiliq; imagine formans.*

Quàm magnificata ſunt opera tua Domine. Quàm magna multitudo
dulcedinis tuæ, quam abſcondiſti diligentibus te. Impleta eſt terra poſ-
ſeſsione tua. Inebriati ſumus ab hubertate domus tuæ. Omnia in ſapien-
tia feciſti. Ordinatione tua perſeuerat dies.

*Tu numeris elementa ligas* H

O'Deus, tibi ſoli hymnos, dies, noctesq; canimus: Tibi ſolennitates
inſtituimus, dies feſtos celebramus, templa, & aras extruimus, pro heca-
tombis animas noſtras ſacrificamus.

Vnde,



A
## *Vnde, in mundum, irrepſerit tanta ignoratio Dei, & cultus Idolorum.* CAP. XXIIII.

AVDITE nunc, ſpectatores mundi, & contemplato-
res Dei; audite inquam, & intelligite: nam adue-
ſperaſcit, inclinata eſt iam dies, &

*Altæ cadunt de montibus vmbræ;*

neque verò ineptè, græcis, noctes dicuntur Εὐφρώνις,
prudentes, & bene ſentientes, iuxta illud dauidicũ,
Nox nocti indicat ſcientiam. Res ita habet. Iam
B tum, ab ipſa prima origine mundi, in mundo erat
lux illa vera, & viua Chriſtus Ieſus, fons vitæ, fons lucis; & vita illa, erat lux
hominum, vt illuminaret omnem hominem venientem in hunc mundũ;
ſine cuius lumine, neq; homini ſufficere poterant mundi ſpectacula; quia
non ſatiatur oculus viſu, non auris auditu; neque homo ſufficere poterat
mundi ſpectaculis; quia, cunctæ res difficiles, & ſummi etiam viri, nõ poſ-
ſunt eas explicare ſermone. Verumenimuero, & ſi, lux, erat præſens ocu-
lis, tamen oculi, non erant præſentes luci; quia non videbatur ab homine,
oculo corporis; nimirum, inuiſibilis, intelligibilis, quin, & incomprehen
ſibilis, ſicut Deus; non enim ſunt duæ luces, ſed vna lux, Deus, & Chri-
ſtus. Itaque homo, velut pulcherrima mundi ſpecie dementatus, exiſti-
C mans nihil eſſe poſſe, vel pulchrius, vel melius mundo; immo verò pro cer
to habens, nihil eſſe ſupra mundum, ſpes, & amores, voluptatesq; omnes,
collocabat in rebus mundi; ſic, paulatim, homini, velut cœco, viſus eſt
mundus quaſi Deus, & neglectus fuit, atque contemptus, verus Deus. Nõ
repentè, & è veſtigio, homines, transfugæ fiunt, & deſertores, ò viri; tametſi
fama eſt, circæis poculis hominem ſubitò migraſſe in verrem, vt, & poeti-
cum figmentum fuit, comeſtam Iſidis roſam, vertiſſe aſellum in hominẽ.
Senſim naſcuntur, & ſenſim occidunt, tam ſcælerum, quàm virtutum radi-
culæ. Humanus enim animus, dum, generoſo quodam ſpiritu, aliquando
ſublatus in altum, in ſe ipſum totus colligitur, & occluſis corporis ſenſibus,
quaſi clauſa extrinſecus arca, ſolutus, ac liber, excurrit foras, & euolat, dif-
D fuſus cogitationibus, & conſilijs, conſideratione ſpectans abſentia, medi-
tatione ſcrutans abſcondita, contemplatione deſcendens ad inferos, re-
diens ad terras, aſcendens in cœlos, adhærens Chriſto, coniunctus Deo; tã-
tum abeſt, vt res corporales magnopere eſſe expetendas exiſtimet; vt, po-
tius ſecum habitans, & ſe in ſe videns, ipſum quoque Deum, per eam, quã
in ſe ipſo videt imaginem, ſupra ſe quidem, longè longèq; poſitum, ſed ta-
men amanter, & familiariter, velut cognatum, intueatur; ideoq; magno-
pere gaudens, & exultans, quòd in eius charitatem & gratiam ſe receptum
eſſe confidit; deſpectis omnibus corporum imaginibus, atque adeò rebus

ipſis

ipſis corporeis, quas magno interſtitio intra ſe poſitas videt, & miratur, E
prorſus relinquens omnes terras, mente conuerſatur in cœlis, vbi, inuiſi-
bilia tantum, & ſpiritalia, contemplatur, & ſapit. Contra verò, vbi ſæ-
pe abiectus & ignauus, à ſuæ ipſius nobilitatis ſplendore degenerat, obli-
tusq; propriæ dignitatis, tanquàm filius illæ, malæ frugi, à ſe ipſo pere-
grè proficiſcitur; hoc eſt, mentis exul, vacat ſenſibus, &, vt viciniora quę-
rat, meliora relinquit; dum denique, ipſis etiam ſenſibus corporis abuti-
tur, vt profundat, perdat, pereat; ruens totus in corpora, in cogitationes,
affectiones, cupiditates, voluptates corporeas, tanta corporum ſocietate,
quaſi diro contagio affectus, & contaminatus, euadit totus animalis, car-
nalis, caro: vt propterea, in obliuionem illi veniant ſpiritalia omnia, &
ille ipſe quoque, ſpirituum omnium pater, Deus: cuius maieſtas, & be- F
neficentia, ob id ſaltem, quia, & ipſa corpora alit, auget, ſuſtinet, apud
eum in aſsidua commemoratione eſſe debuerant; fitq; in totum expers ſpi
ritalium contemplationum, amorum, deſideriorum. Certè verò, illi,
qui, gulæ impudiciſsimæ ſtudent, inhiantq; condiendis cibis, & luxurio-
ſius ſtruendis ferculis, tanquàm pleni ſemper ganearum, nidore, ac fumo,
magnam ſibi vim inferunt, ſi, aliquando ad conuiuia vocati, ſenſum auo-
care nituntur à potationibus, ab odoramentis, à ſtrepitu, à ſaltatione; vt,
(quod) hominis frugi perpetua eſt laus, ipſi, vel ſemel, ſobrietatem, & ab-
ſtinentiam ſeruent. Ad hunc ergo modum, diſtractus animus ab immen-
ſa hac rerum corporalium turba, & colluuione, ſi quando paulo altius, ſe
ſe à terra erigere ſtudet, omnino, vel bacchari ſibi, delirareq; videtur, vel, G
præ nimia conſuetudine, ab illis penitus ſe ſe explicare non poteſt; vt, qui
factus plebeius, plebeia ſentit, ac loquitur, nihil aliud eſſe exiſtimans præ-
ter ea, quæ videt, quæ audit, odorat, tangit; &, ne cogitans quidem inui-
ſibilia illa bona, quæ, vt minime familiaria ſunt, atque domeſtica ſenſi-
bus, ſic, mentium noſtrarum, ſpectacula ſunt pulcherrima, atque omni
admiratione maiora. Irrepit ſenſim, in animos noſtros, viri fratres, blan-
da illa hominum peſtis, Dei obliuio, atque intermiſsio cogitationis via-
rum eius: irrepit inquam, nam, nobis forſan neſcientibus, vel certè parum
aduertentibus, dum nimium intenti ſumus in corpora & imagines corpo-
rum, in reptilium morem latenter ingreditur, &, vt cubilia ſibi, nidosq;
conſtruat, incipit, inſitas, & ſalutares opiniones euellere, nouas, & no- H
xias inſerere. Sic, creſcunt in cordibus noſtris, malarum cogitationum
ingentes ſyluæ; latibula ferarum inuiſibilium; quæ, noctes, & dies, nos
bello petunt; ſurguntq;, & adoleſcunt, vitiorum omnium plantationes,
traduces, & propagines feraciſsimæ; quarum vmbræ, denſæ, & graues,
paulatim, vſque adeo inuoluunt cœlum noſtrarum mentium, vt, tandem
ne lumen quidem vllum rerum incorporalium aſpiciamus: perinde, ac ſi
aliquis natator, in vaſtum gurgitem, ſe ſe abijciat, vbi immenſa aquarum
moles, illi immineat deſuper, &, nihil videns, præter ea, quæ infra ſe in
profundum



A profundum ſunt poſita, nihil etiam ſupra ſe, penitus vel in altiſsimo cœ-
lo, eſſe exiſtimet, oblitus prorſus, eorum, quæ, parum antea, breui gy ro
circunducens oculos, ſecum tacitus reputabat, dicens, Quanta ò Deus,
eſt, tua hæc, cœli, & terræ admirabilitas? Profecto verò, antiquiſsimum
illum noſtri generis parentem, cuius nobiliſsimus animus, curia, & ſedes
erat, templumq; & ara Dei; nunquàm, callidiſsimus ille ſerpens, tametſi
vndique ſerpebat, ab ipſo Deo, penitus alienauit, niſi, quum illius ocu-
los, cœco, & inſano deſiderio pulcherrimæ arboris ineſcaſſet. Tum enim,
oblitus diuinæ legis, quam non auribus, ſed mente audierat, guſtauit in-
terdictum pomum, vnde & ſeri nepotes, ad hunc vſque diem, dentibus
obſtupeſcunt: adeò magna ſunt fomenta impietatis, tum corporales ille-
B cebræ, quibus, ſenſus noſtri capiuntur, & deliniuntur; tum portionis illius
noſtræ, qua in Deum ſuſtollimur, contemptio; & demum rerum omnium
inuiſibilium, quæ, cum ipſo Deo, tantam cognationem habent, deſpicien
tia. Quid? Impij illi Titanes, & Cyclopes, humanę naturæ monſtra, quã-
uis vt immanes erant corpore, ſic animo agreſtes eſſent, & feris moribus;
nunquàm tamen, bella mouerunt aduerſus Deum, capti obliuione tantæ
maieſtatis, niſi, quum primùm, videntes filias hominum, quod pulchrę
eſſent, tanquam equi emiſſarij, in earum libidinem exarſerunt; eo pro-
lapſi audaciæ, & impudentiæ, vt fandi, nefandiq; immemores, contra
omnia diuina, atque humana iura, promiſcuè iungerentur; more bruto-
rum; hoc eſt, cum filia, cum ſorore, cum ſacris virginibus; neque inirent,
C aut ſeruarent ſocialis tori fœdera; neque celebrarent legitimas nuptias; ne-
que accenderent faces nuptiales; quin potius, venerandam illam, & ſo-
lennem matrimonij dignitatem, polluerent, violarent, ſtupro, adulterio,
inceſto, & (quod turpe eſt fari) maſcula venere. Hos demum, ſecuta
græcorum poſteritas, dum Cerere, & Baccho, cum omni voluptate, licen-
ter abutitur; inde enim, ortum habuerunt apud noſtros populos, tam re,
quàm vocibus, græcari, & græca ſympoſia: quæ, vtinam ipſam quoq; Ro-
manorum caſtimoniam, grauitatemq;, et omnem diſciplinam domeſticã,
non penitus ſuſtuliſſent; libidinibus ardens, exæſtuans, furens, cuius pro-
pterea, in ſacris literis, eſt velut ſymbolum, fœtens, et ſordidus hircus; vſq;
adeo fœdè, et turpiter, inſanijt, vt, ipſam quoq; obſcęnam, et procacem car
D nis concupiſcentiam, quam noſtri Venerem nominarunt, tantorum inquã
ſcælerum parentem, indigitare, Deam facere, et diuinis honoribus celebra
re, non erubuerit. Vnde prodierunt, et Veneris ſagittæ, et violenta arma
Cupidinis; turpis, et obſcœna materia poetarum, corruptio, et pernities
adoleſcentium. Ita eſt, viri Deo amabiles, ita eſt. Dum à conſuetudine rerũ
diuinarũ, aciem mentis abducimus, et indulgẽtes genio, libertatem, quam
dono Dei accepimus, in occaſionem damus carnis, efficitur ſtatim, vt, vel
corporalibus voluptatibus ſeruiamus, vel inhiemus opibus cumulandis, vel
cœca honorum ambitione detineamur, &, iam nobis ſtultitia eſſe incipiat,
quicquid

E quicquid prius de Deo,& de cultu Dei,tanto ſtudio, metuq; ,& religione cogitabamus. Hinc nefariæ illæ voces: Recede à nobis,viam ſcientiarum tuarum nolumus. nam, ſemel,& iterum vocati, atque inuitati, ad epulum diuinæ contemplationis, quo nihil deberet nobis eſſe iucundius, ipſum etiam vocantem, inuitantemq; Deum, & vultu auerſamur, & manu repellimus. Et, ille quidem in primis, qui effrenata libidine fœdus, ac maculoſus, non pudore, & temperantia, ſed fronte, & ſupercilio, tenebricoſas illas ſuas turpitudines, non ſine dolo, & fallacia,ad excuſandas excuſationes in peccatis, contegere ſtudet; vt diuinas theorias recuſare abſque rubore poſsit, myſterij ſanctitatem prętendens,Vxorem (inquit) duxi. Vtinam, non potius ſcortum, & pellicem, ſatiandæ libidinis ergò, abſque vlla ratione prolis, fidei, ſacramenti, clàm, furtiuèq; , rapuerit; cui iuxta parabolã, F Aquæ furtiuæ dulciores ſunt,& panis abſconditus ſuauior. Ille alius, quem miſerè habet cœca, & perdita habendi cupiditas

*Vna*

*Quæ, miſeros homines, facit tranſcendere fines*
*Iuris.*

iuga boum emiſſe ſe dicit; cuius anima infœlix, nullum non paſſa ſeruitutis,& ignominiæ iugum,cum languidis bubus ipſa quoque inſana bucula, non profecturis laboribus,terram fodicat,& procul à cœlo poſita,rẽ,ſpem, & ſe quoque perdit. Superbus demum, & glorioſus, Villam emi, inquit; verè, indignus vrbe, dignus villa; vbi, conſumpta ſubſtantia virtutum, et gratiarum, factus mancipium diaboli, paſcat porcos, et, immolet dæmo- G nijs animam ſuam. Ecce igitur fontes impietatis. Quemadmodũ enim, qui in profundum gurgitem ſe ſe immittit,quò deſcendit inferius, eò,longius recedit à noſtro hoc cœlo,et minus fruitur hac luce, hac aura, his hominibus; ita, gentes illæ ſtolidæ, et impiæ, quum ſemel abs Deo,affectu,et amore in totum receſsiſſent, in deteriora ſemper labebantur; in vanitate, et ſuperſtitione, quam primùm excogitauerant non perſiſtentes;ſed,eam, gradum quendam, ſibi, et aditum facientes ad aliã; et, paulatim per quaſdam impietatis, et idolatriæ ſcalas, ſi tamen ſcalas,et non præcipitia verius, ruentes in profundum malorum. Nam,quum cœlo primùm,ſoliq;,et lunæ,diuinos tribuerent honores,eò ſtatim deuoluta res eſt, vt, et æthera, et aerem, et quæ in aere continenter fiunt. H

*Ardentemq; polum flammis, cœloq; volantes*
*Obliquas per inane faces, crinemq; timendi*
*Syderis, & terris mutantem regna Cometen.*

quin,et aquam ipſam, tandem,et aridam tellurem,adorarent. Tum, ventum eſt ad homines, terræ filios,et ad mutas etiã animantes. Quid? Nũm, non item ad hominum,animaliumq; figuras? hominum inquam, non viuentium modo, ſed et defunctorum? An non,ad lapides, et ad ligna? An non etiam, ad piſces? non ad volucres? non ad Αμφίβια? An nõ demum,

ad



A ad reptilia? Et (ò incredibilem cæcitatem) ad imagines reptilium? Et, quæ pars reliqua erat? Quid reſtabat? Humana ignorantia, quo vlterius progredi poterat? quando,gloriam, ſoli Deo debitam, tranſtulerat ad ſtatuas,& imagunculas? quando, incommunicabile Dei nomen, impoſuerat lignis, & lapidibus? quando, Deum vocauerat, effictam ſimilitudinem imaginis corruptibilis,hominis,& volucrum,& quadrupedum,& ſerpentium? Neque tamen hic finis. Quid, inter mutas animantes, nocentius angue? quid, abiectius cane? quid, tam immane vt Crocodilus? quid tam fœdum, vt Cercopithecus? & hæc, numinis loco fuiſſe, apud Aegyptios, hiſtoriæ vniuerſæ teſtantur. Præter id, quod, & in hortis adorabant cæpas, quarum, odor ingratus, lachrymas excutit ab oculis: quin,& allium, quo, B parricidæ, apud poetam nobilem, veſci iubentur, vt, ipſo anhelitu, cæteris hominibus parricidia prodant. O', deplorandam impietatis inſaniam. ò infelicisſimum tantorum ſtudiorum fructum; quo, vilisſima quæque, digna putauit Aegyptus. Aegyptus illa veſtra, ò ſapientes mundi, ſcientiarum parens, digna inquam putauit,ſacratiſsima, & nunquam ſatis colenda Dei appellatione; nulli non paſsim,& publicè, diuinitatis poteſtatem faciens,eamque,omnibus prætereuntibus, poſito pudore, proſtituens. Et quidem, illi ipſi irreligioſi viri (ſi tamen viri) ſumma impietate, in eorum animis dominante, Deum benedictum abiecerant prorſus: qui, neque ſempiternæ illius maieſtatis, & potentiæ admiratione commouebantur; facti velut trunci, & ſtipites: neque delectabantur contemplatione tantæ C ſapientiæ, cuius,ea eſt ſuauitas, vt ne illius quidem ſatietas ſatietatem afferre queat: neque demum, diuinæ illius bonitatis incendebantur amore ac deſyderio; quum alioquin, ſui ipſorum peruerſè, ne dicam impudenter amantiſsimi eſſent; &,aliorum quoque amoribus turpiſsimis, non ſolum ſubmitterent animos,ſed per impudicam impudicitiam,quam audiſſe etiam turpe eſt,ſeruirent flagitioſiſsimè. Putas ne verò, terrebantur religione, & metu diuinorum iudiciorum, quibus Deus in impios tandem effundit omnes irarum habenas; conuerſa, ſi ita loqui licet, in diritatem, clementia; & ferè victa, patientia illa ſua, qua ad reſipiſcentiam expectat, allicit, ducit, trahit? Putas, præmebantur ſcælerum pondere, aut etiam angore conſcientiæ vrgebantur, vt, ad diuinam miſericordiam, in cuius am- D pliſsimo ſinu, viuit, & gaudet miſerum, & afflictum hominum genus, ſupplices confugerent, & precibus, ac ſacrificijs, tantis piaculis expiarentur? Immo verò (quod,penè incredibile videri poteſt) effrenes illi,& præcipites animi, indomita illa & ferro duriora pectora, domicilia ſuperbiæ, & ſedes luxuriæ, deſpiciebant diuinas promiſsiones, tanquam incertas, & infidas: minas contemnebant, tanquam tumidas, & inanes: deniq; leges, & præcepta negligebant,tamq; ſuperuacanea,parum vtilia, & hoc ipſo legis,& præcepti nomine grauia,& odioſa, atque à dignitate,& libertate humanæ conditionis,abhorrentia. Ita demum, velut abruptis omnibus retinaculis,

maculis, miſeri quidem cæci illi, ſed minimè miſerandi, peccata peccatis, E
ſcelera ſceleribus, cumulantes, ſordeſcentes in ſordibus, ipſi toti, feces, & ſor
des; percuſſerunt fœdus cum morte; &, cum inferno fecerunt pactum. Vl-
tio planè, ac vindicta, dignè, &, pro meritis conſequens eos, qui ex homi-
nibus migrant in belluas; facti iuxta dauidicũ verbum. Sicut equus, & mu
lus, ſenſu, & non ratione viuentes; aſpicientes tantum præſentia: de futura
vita nihil cogitantes; &, vt tandem dicam, Deum non colẽtes, ac, ne cogno
ſcentes quidem. Ea profectò, eſt vera pœna, quæ, nihil eſt niſi pęna, quam,
in diuinis eloquijs legentes, meritò contremiſcimus, tradidit eos Deus. Di
miſit eos Deus. Reliquit eos Deus. Abiecit eos Deus. nimirùm, vt eant in
adinuentionibus ſuis, ſecundum deſideria cordis eorum. Sic enim, canunt
diuina oracula. Et, nulla quidem pœna, aut eſſe, aut cogitari poteſt maior; F
ſed tamen, ad eandem quoque pœnam pertinet infinita illa vorago, & cha
ribdis, plena innumerabilibus gurgitibus vitiorum: in quam ruunt præcipi
tes, ea neceſsitate, quam ſibi inſcientes, & imprudentes inferunt; dum, ex
funibus peccatorum, paulatim efficiunt velut reſtem quandam; qua, in ex-
tricabilibus nodis ligati, & irretiti detinentur, ne, vllo vnquam tẽpore diſ-
ſolui poſsint. An non audis peccatorem illum, clamantem, & dolentẽ. Fu-
nes peccatorum circumplexi ſunt me? Fit perpetuus quidã peccandi circu
lus, ò viri, vt, abyſſo inuocante abyſſum, & ſanguine tangente ſanguinem,
peccata peccatis, prima ſecundis, ſecunda tertijs, & deinceps præcedentia ſe
quentibus, ſine vllo fine puniantur; &, qui moribus viuere voluerunt non
iam humanam, & rationalẽ, ſed, muto pecore dignam vitam, animo quoq; G
& cogitatione obruteſcant, &, tanquam boues comedant fœnum, amores,
libidines, adulteria, ſtupra. Omnis caro fœnum, fœnũ omnis vita carnalis,
duplex cubile, improbus venter, vtraq; venus. Heu, quæ pęnæ, ò mortales,
quæ vulnera, vlcera, dedecora. Et, in his omnibus petulãtes, & vndiq; eru-
beſcendi non erubeſcunt: implentur facies eorum ignominia, & non pude
fiunt. non pudefiunt fronte, neq; mente; perit illis frons, frons meretricis,
frons eorum. Sic porrò, ornat, & decorat Deus, iuſtitiæ ſuę regnum, inuitis
hominibus, vnde homines, illud polluere, & dedecorare ſtudent, permit-
tente Deo. Quanta eſt potentia tua ò Deus, quanta maieſtas? Quid mihi
modò moleſti eſtis, ò Sophiſtæ. Virtus omnis, eſt ſibi virtus & præmium;
cur peccatum nõ ſit ſibi peccatum, & pœna? Et, illud quidem, quod, in actu H
peccati, ad rationẽ culpæ pertinet; ſimpliciter ex nobis eſt; illud verò, quod
ad pœnam, non tam eſt ex Deo, quam ex ira Dei; cuius camino, ignes ipſi
ſubijcimus; cuius ardori, flammas ipſi, miniſtramus. Cur non dicam, ex
ipſo quoque peccato, quod peccamus, quando ſuapte natura peccatum,
eſt internitio animæ, languor corporis, corruptio, & peſtis, vtriuſque
hominis? Sed, quærat qui volet, ſubtilem quempiam, vt perſpicaci ocu-
lo, ſic mira dexteritate virum, qui inter hæc diſcernere, atq; etiam diſtin-
guere norit, ſimilis ſagittarijs, & funditoribus ex balearibus inſulis; qui,

capillum



A capillum capitis, ſunda percutere; & per medium diuidere, neſcio an vè-
rè, an hyperbolicos potius, an circulatoria forſan iactatione pollicentur.
Nos, ecce læti properamus ad finem; &, quæ ad claudendam cœnam ſci-
tu pulcherrima, & iucundiſsima meditamur, ad ipſum integrum filum
hiſtoriæ præcipuè pertinentia, non ſubtilia, ſed craſſa admodum, & cor-
pulenta erunt. Sanè, Deus, per admirabilem illam prouidentiam, cuius
ſuaui manu regit, & diſponit omnia, condeſcendere voluit noſtræ huma-
nitati, quæ, vitio ſtomachi, ſpiritalia cuncta faſtidientis, prorſus exuta men-
tem, in ipſam carnem, tota, vt diximus, degenerauerat; ideoque Deum,
& diuina penitus ignorare, cogebatur: Et, non contraria contrarijs, quod,
ipſum quoque medicorum vulgus, de more facit, ſed, ſimilibus curauit ſi-
B milia: id, quod iatrologiæ antiſtites, didicerunt, ſæpe ad artis medicæ glo-
riam, tollentes dolores doloribus, & venena venenis. Vt enim, huic cra-
ſæ ignorantię, quæ vniuerſum ferè hominum genus occupauerat, citò,
tutè, & iucundè mederetur, his enim modis, elucet ſumma medicinę vir-
tus, atque præſtantia; craſſeſcere nobiſcum, & ipſe voluit, atque in corpus
denſari, tenuiſsimus alioquin ſpiritus. Idque, vt concretus, & compactus
in carnem, contundi etiam poſſet, dilatariq; & extendi; factusq; malagma,
& dolores, & corruptiones noſtras, ad ſe traheret, humorum erodentium
copiam leniret, maturaret, digereret, naturam foueret & roboraret; vt, iam
reſtituto ad priſtinam valetudinem ſtomacho, chara inde, & amabiliſsima
ſanitas, redundaret ad totum hominem; ſicque, ipſi, recuperaremus ſen-
C ſum, ad cognoſcendum Deum. O', ſi quis mihi daret, ad tantæ rei enar-
rationem, eloquentiam, quam cupio; ò, ſi poſtem, pro dignitate myſte-
rij, loqui myſteria. Iuuate me vos orationibus, ò adoratores veri Dei, qui
irridetis idola, qui colitis Ieſum Chriſtum. Ille eſt. Ille eſt, qui, ſpirita-
lem animæ noſtræ guſtum, per ipſos dæmonas, communes humani gene-
ris inimicos, & inuidentiſsimos noſtræ ſalutis, malacia prius corruptum,
ſtupidum, & deprauatum, quo, vterque homo, ſic immutatus erat, ſic de-
iectus, vt, diuina omnia, illi ſtultitia viderentur, expurgauit, reſtaurauit,
corroborauit; vnde, & totum hominem ſanum fecit. Aduocate, quicun-
que eſtis, medicos corporum, conſulite, rogate, ſi vnquam, ex corrupto
ſtomacho, accidit magna quædam alienatio in ſenſu guſtandi, quin, ſe-
D cum trahat, & oculorum, & aurium, omniumque membrorum corru-
ptionem? aſcendentibus, nimirum, ad caput, nigris vaporibus, quibus,
ſpiritus incraſſantur, obnubilantur, inficiuntur. vnde, immutati etiam mẽ-
te, ipſi ægri; & integras vigilant noctes, & die, vix alternos claudunt oculos,
ſicque, vexati perpetua inſomnia, ſæpe delirant, & aliena loquuntur. Ec-
quis dicat deliria gentium, dum de ipſo Deo, de anima, de religione, de fœ-
licitate, verba facerent? Sed hæc ſunt in eorum numero collocanda, de
quibus ille Arabs dixit. Melius eſt quædam neſcire, quam ſcire. Gra-
tias agamus omnes, Ieſu Chriſto, qui, humani generis & medicus,

I ij &me-

& medicamentum, noſtros guſtatus, quibus parum antea, non niſi inſipi- E
da ſapiebant; &, inſuaues, ac tetri odores, gratiſsimi, ac iucundiſsimi vide-
bantur; qui, vſque adeò corrupti erant, vt, malè affecti, verterent amarum
in dulce, & dulce in amarum; tanta facilitate, & fœlicitate; ſuo ipſius ſalu-
tari antidoto purificauit; vt, iam feramus, & æquis auribus audiamus præ-
conium illud pietatis. Guſtate iam, guſtate: nam cui cor ſapit, ſapit & pa
latum; guſtate inquam primùm, & deinde videte, quàm ſuauis eſt domi-
nus; qui, habet omne delectamentum, omnem ſuauitatem, omnem ſapo-
rem; immo verò, qui eſt omnis delectatio, omnis ſuauitas, omnis ſapor,
ſuper omnia, quæ videntur, audiuntur, odorantur, guſtantur.

## *Guſtu magis animi, quàm ſpeculatione mentis, cognoſci Deum;* F
## *idquè, per fidem Chriſti; non per ſapientiam mundi.*
## *CAP. XXV.*

SED ſatis, hucuſque, ſuperque ſatis, volantibus ver-
bis egimus, viri patres, & fratres; vt, ex diuina hiſto-
ria, mortales, nube amictam hanc auream lucem, vi
dere, hoc purum Dei verbum corporatum audire,
ex ligno, & fructu, ſuaue olentia opobalſama odo-
rare, & aerium, cum melle, & cera, Chriſti dulciſsi-
mum fauum, guſtare poſsint. Satis, ſuperque ſatis, G
per agros, & per vias, ſparſimus ſemina huius ſacro-
ſancti myſterij diuinæ diſpenſationis, & humanæ ſalutis: cui ſuauiſsimam
memoriam, tanquàm vnicum, in tantis huius ſeculi calamitatibus, oblecta-
mentum, atque ſolatium, ſtantes, ſedentes, & ambulantes, die, nocteque,
pia deuotione recolimus, & frequentamus. Nunc figimus pedem, vt in
rem hanc tantam, inſiſtamus mente, & animo. Cur enim, non ipſi quoq;,
præ hilaritate, & exultatione ſpiritus, dicàmus quinque illa verba, quæ,
ſanctus ſenior, Deo plenus, in monte excelſo, dum ingentem animi mo-
tum, explicare oratione non poſſet, neque tamen, ſilentio, illam tantam
plenitudinem euaneſcere, aut defluere pateretur, loquentibus cum Ieſu
ſub nube Moſè, & Helia, de exceſſu, ipſe ſupra nubes, & ſupra omnes cæ- H
los, in exceſſu poſitus, eructauit? Bonum eſt nos hic eſſe· vnde, Thabor,
& Hermon, ad hunc vſque diem exultant, ſicut arietes. Verè, bonum eſt
& nos hic eſſe, ò montes Dei; vbi, non iam ad Lunæ exiguum, & noctur-
num lumen, hoc eſt, non ad rationes frigidas, & ſæpe delirantes cæcutien-
tis naturæ; ſed, ad lumen immenſum, & meridianum, ipſius gratiæ, & in
feruore ſolis, & diei, qui Chriſtus eſt, cuius gloriam, & regni æterni ſpeciē,
ipſi vidiſtis, oculis ſpiritus, videre licet Deum, quo nulla aura tenuior; iam
corpus ſolidum, & verè carnem factum; è figura inquam, & forma diuinæ
naturæ,



A naturæ, in vtero matris figuratum in hominem; vt nos homines, quum
cogitatione, amore, deſiderio, mera caro eſſe videremur; iam per eum li-
queſcere inciperemus, & tenuari in animam; ſicque paulatim migrantes in
ſpiritum, tandem vnus cum ipſo Deo ſpiritus effecti, cognoſceremus Deū,
ſicut & cogniti ſumus ab ipſo Deo. Sed, dicendum eſt adhuc magis expli-
catè, & planioribus verbis, tantum ſacramentum ò viri. Totus olim homo
carnalis erat; non ſapiebat quæ ſunt ſpiritus; carnem ſentiebat, carnem ſa-
piebat, non recedebat à guſtu carnis. Iam, cuius carnis? Vt audiuit ſibi-
lum illum draconis antiqui, futurum eſſe, vt homines Dij fierent; conti-
nuò, optare cępit, vt ſibi, & non alteri diuini honores tribuerentur; puta-
bat nihil eſſe homine pulchrius, optabat quoque, vt nihil haberetur homi-
B ne maius, aut melius, nimirum, auerſus ab ipſo Deo, & conuerſus in ſe ip-
ſum, dum humanæ naturæ plus æquo blandiretur, faſtidiebat quicquid
erat ſupra hominem. An verò, peruersè ſe ipſum amanti homini, homo
animus eſt, vel anima, & non potius totus caro? Certè odit animam ſuam,
qui diligit iniquitatem; quæ verò tanta iniquitas, quàm inſana illa Φιλαυ-
τία? Ecce, ecce caro. Datus eſt propterea, homini, Deus homo; &, iam,
non eſt alius Deus, quàm Deus homo: vt poſtquam geſtit, amens, & im-
pius hominis animus, colere hominem tanquam Deum, eum, hominem
pius, & ſapiens colat, qui eſt verus Deus; & inuocet nomen Dei hominis,
non minus quàm nomen proprium, & naturale veri Dei. Hæc omnia
igitur repręſentat iucundum illud, quod parum antea vidiſtis Chriſti ſpe-
C ctaculum, ò Dei amantes; quod, coruſcante omnium myſteriorum luce
perfuſum, immo verò, omnium myſteriorum lux, & fons lucis vniuerſæ
theologiæ, omnem omnino ſenſum exuperat. Ecquàm bonum eſt, &
quàm iucundum nos hic eſſe, hic viuere, hic immorari, hic immori; vbi
iam ſtrata iacent omnia idola, omnia dæmonia, antiquæ deceptiones, &
ludificationes humani generis; vbi iam cognoſcitur verus Deus; qui, fidei
malagmate, per Chriſtum Ieſum medicatur animas noſtras, lethali infide-
litatis morbo laborantes; &, liberatas ab errore, deducit in viam veritatis;
vt ad extremum, tanquam in portum reduces faciat ad æternam vitam.
Eia Philoſophi theatrales, quanta diſsimilitudo, & differentia inter ſpe-
ctaculum veſtrum, & noſtrum, inter mundum, & Chriſtum? Mundus
D primo quoque aſpectu, id totum quod ipſe eſt, oſtentat, at Chriſti noſtri
quanta eſt maieſtas, abſque eo quod intrinſecus latet? Et ille quidem eſt
ſpectaculum naturæ, hic gratiæ; ille oculorum, hic mentium: ille ſcien-
tiæ, & diſputationis, hic fidei, & contemplationis· Ex mundo nata eſt Φυ-
σιολογία, ex Chriſto Θεολογία. Et, procul dubio, bonis philoſophis mun-
dus, tanquàm diuinum opificium, opificem etiam à longe demonſtrare
poteſt; ſed, oculos quibus videatur, omnino dare non poteſt; exigit aper-
tos oculos, non aperit, tantùm abeſt, vt vim videndi largiatur mortalibus.
Porrò, Chriſtus theologiæ fons, nimirum Ὁ λόγος, Ὁ θεὸς, etiam cæcos,

& prorſus exoculatos homines, exoculatos inquam, mente, & corpore, ad- E
mirabili virtute, & poteſtate illuminat: creans ex luto oculos, lumen infun-
dens oculis, erigens vim oculorum; vt, natantes in luce, incitentur ad vi-
dendum, aſpiciant re vera, & omninò videant ipſum in primis Chriſtum,
& ſimul in Chriſto Deum. Ite modo vos, & vt coronetis nimpham ve-
ſtram philoſophiam, efferte, quantum poteſtis, ſpectacula mundi. No-
bis, non eſt animus, coronare reginam noſtram theologiam; cui, hæc vna
corona eſt, vt ſciat, ſe omnem humanæ ſapientiæ gloriam ſuperare; vt fa-
teatur, ſe ab ipſa Dei magnitudine ſuperari: atque ideo, abſit, vt extolla-
mus quicquam aliud, quàm hoc vnum, inſigne, præclarum, & apparatiſſi-
mum, in quo omnia conſummantur. Ieſu Chriſti ſpectaculum. Dignum
profectò, cui, aſpera quaque hyeme, faueat inſolito nitore cœlum, cam- F
pis virentibus terra, & pacatis fluctibus tranquillum mare. Nimirùm, vt,
iſtis velut ipſius naturæ, quæ Dei gratiam adorare, vtrunque geſtit, voca-
libus hieroglyphicis, intelligat orbis terræ, homines, quos innumerabiles
vndique, & mundi preſſuræ, & angores conſcientiarum, circundede-
runt, tanquàm dolores inferni; certa, ac perpetua pacis ſerenitate, tranquil-
lari, per hunc ipſum Chriſtum Ieſum: inſuper, & illos qui ſuper facies
carbonum ipſa ſcælerum magnitudine denigrati ſunt, eiuſdem Chriſti
gratia, niteſcere virtutibus; velut ſpecula repercuſſa ſolaribus radijs. Et de-
nique eos, quorum animæ, & ſpiritus, præ timore diuinorum iudiciorum
inareſcunt, ſpe quæ non confundit, quam Chriſtus Ieſus in nobis quotidie
parit, & partam fouet, reuireſcere; perinde ac hortos, & herbas, pluuia G
emiſſa cælitus. Et verò, ſi tantam dulcedinem affert animis pijs, deſide-
rium guſtandi manna illud abſconditum, vt etiam hyblæa mella, ipſius
comparatione amariora videantur abſynthio, quid erit, ò ſuaues amici,
quid erit, quando guſtabimus, quando comedemus, quando bibemus,
& inebriabimur torrente voluptatis eius? illo, nobiſcum cœnante, & nos
ſecum cœnantibus; introductis nimirum, à rege conuiuij, qui ipſe eſt, in
cubiculum ſuum, & inunctis, omnibus vnguentis ſuis? Quid eſt, quod
aures tuæ horrent, ò fili hominis; &, tantopere audire refugiunt, cœnam,
cubiculum, conuiuium, menſam, cibumq;, & potum, odores, ſapores, gu-
ſtus, & omnino ſenſus corporeos, in cognitione Dei? quaſi, ſpiritus quum
ſit, in ſua ipſius natura, carnem & oſſa non habeat, nullis humanis ſenſibus H
percipi poſsit; præſertim verò guſtatu, qui eſt maxime animalis, vtpote non
ſine tactu, immo verò quidam tactus. Adhuc ne verò, es tam alienus à ſa-
cris, tam profanus, immo verò tam carnalis, tam caro, vt, penitus ignores, in
interiori homine, eſſe & oculos, & aures, & dentes, & ora; pectus, vterum;
quin, & mammas, & vbera, atq; adeò & guſtus, & tactus, & complexus, &
oſcula? Profectò, ſanctum illud diuini amoris epithalamium, quauis ſan-
ctitate ſanctius, quauis iucunditate iucundius, nimirum, quod in ſpiritu ca-
nit ſponſus, & ſponſa, ſodaleſq; ſponſi, & adoleſcentulæ ſponſæ, Chriſtus
& Eccle-



A & Eccleſia, Angeli, & animæ; quod, pauci illi perfecti, quorum, eſt ſoli-
dus cibus, dum vident, vident ſancta ſanctorum, dum colunt, colunt ſab-
bata ſabbatorum, ſicut dum audiunt, audiunt cantica, canticorum; quid
aliud, tam frequenter ſonat, quàm venuſtos oculos, candidulos dentes,
lactea colla, & niueos lapillos, pendentes ab auribus? An verò, non vbiq;
redundat vnguentis, odoramentis oblectamentis? crinibus, pedibus, cru-
ribus, fœminibus? amoribus amplexibus, ſuauiationibus? Ergò nè, tam
frigidè philoſopharis, ò homo de ſenſibus hominis? de ſenſibus inquàm
tuis? Hoccine eſt cognoſcere te ipſum? Scire, quia cum belluis vides, au-
dis, odoras, tangis, guſtas? Quàm multo ſublimius, ipſi quoq; philoſopho-
rum principes, edocti à prophetis, intellexerunt, in anima, & ſpiritus ho-
B minis, eſſe ſenſus, longè meliores iſtis corporalibus; quibus, non videmus
niſi colores, lucem, & tenebras; nõ audimus niſi ſonos, voces, & ipſa etiam
ſilentia; non tangimus niſi calidum, frigidum, molleque, & durum, aſpe-
rum, & lene: non olfacimus niſi odores, & fętores corporum, non guſta-
mus niſi dulce & amarum, & qui inter hos extremos medij ſunt ſapores;
An non, etiam in iſtis ſentiendi motibus, excellunt nos mutæ animantes?
Dyſtichon illud notum eſt, & celebre,

*Nos Sus auditu, Lynx viſu, ſimia guſtu*
*Vultur odoratu, præcellit Aranea tactu.*

Audi vero Apoſtolum, quo titulo efferat ſenſus interioris hominis, exerci
tatos (inquit) ad diſcretionẽ boni & mali. Num verò, corporales ſenſus, tan-
C tam vim habent, vt diſcernant non ſolum lucem à tenebris conſonantiam à
diſſonantia, dulcedinem ab amaritudine, ſed & bonum à malo? hoc eſt vir
tutem à vitio rectè factum à peccato? Interrogo vos, quid amamus niſi bo-
num? quid odio habemus niſi malũ? Et amorem quidem, & odiũ, ſimulq;,
quod bonum ſi dignum amore, & malum odio, ratio ipſa, & doctrina ſpe-
culari poteſt, at ſentire nõ poteſt. Verè beati, ſpiritales animę noſtræ ſenſus,
oculi, aures, ora, nares, & fauces; quibus, datum eſt, vt, per alimoniam illam
miſticam, mellis, & lactis, qua, infantiæ ſuæ initio paſtus fuit noſter Hema-
nuel, non tam arte, quàm experientia, norint reprobare malum, & eligere
bonũ. An verò, non in rebus naturæ, certius operatur expertus, quàm arti-
fex? Atq; ideo, eadẽ, vel certè conſimili ratione, Deum & diuina certius co-
D gnoſcit qui ſentit, quàm qui intelligit. Neq; enim temere optaſſe ſe, credit
Salomon, qui, tantis ſapiẽtiæ theſauris, ab ipſo Deo, ſuper omnes mortales,
diues effectus fuerat, vt diuinarũ rerum ſenſum haberet. Optaui (inquit) &
datus eſt mihi ſenſus. Vtinam verò, non locũ inter nos habeat illa quęrela,
quæ in myſterijs, omninò inepta eſſe nõ poteſt. Non eſt vox, neq; ſenſus.
Nam, & Dauid monet. Sentite de domino in bonitate. Et Apoſtolus hoc
(inquit) ſentite in vobis, quod & in Chriſto Ieſu. Et quidem, ò viri, qui-
bus, per Dei gratiam, videre videor, iam excitatum palatum, & patefactas
animæ fauces, quas, in alijs forſan, carnis deſideria, adhuc ſtringunt, & obſi-
 dent;

dent; phyſiologus qui, naturas apum, plantarumq́ue, herbarum, & flo- E
rum, ſummo ſtudio, & pertinaci labore conſiderat; ſpeculetur quantum
velit; qualis, & quanta ſit aerij mellis gratia, dum fauo recens expreſſo,
flore thymi flagrat, & redolet, nam tralatione pulcherrima legimus; Dul-
ciora, ſuper mel, & fauum. Poetica mella, Muſeum dulce mel; ſit, & ſe-
cum in labore, & diligentia, ſocius meliturgus, qui apiaria exercet, qui
curat apes, qui cuſtodit fauos; eo vno excepto. quod, generaliter nemo
non intelligit, mel eſſe omnium rerum dulciſsimum, nunquàm, ab illis,
diſtinctè ſciri poterit, quàm ſint dulcia, cœleſtia dona ipſius mellis, niſi in
ipſa quoque mellatione, guſtando percipiant, quod, proprio quodam ge-
nere ſaporis, qui cum alijs conferri minimè poteſt, dulce ſit mel. Ecquis
igitur, ſcire poſsit, quàm ſit verè, omni ſuauitate ſuauior Deus benedi- F
ctus, niſi, qui ſpiritali ſenſu guſtat, qui attactu quodam ſentit, cui vt appoſi-
tè dicam, ſapit iucundiſsimus ille Dei ſapor, abs quo, princeps virtutum
omnium ſapientia, in lingua latina, nomen accepit. Græcè dicitur Εὐσέ-
βεια, quę ſanè vox, non tam, rerum diuinarum ſcientiam, & ſpeculatio-
nem ſonat, quàm, ipſius Dei pietatem, religionem, & cultum. Quis porrò,
Deum animo colit, & citra hypocriſim, cui diuina non ſapiunt? cui au-
tem ſapit Deus, niſi ei, qui Deum vel guſtat, vel delibat? Delibat, is qui ti-
met, initiatus in ſcholis ſapientiæ, in cuius mandatis, iuxta Dauidem, cupit
nimis; guſtat, qui diligit, &, dilatato iam corde, atque expaſsis ſpiritibus
non tam cupit currere, quam, re vera, promptus & alacer, currit in via mã-
datorum eius; non quaſi in incertum, ſed, ad ſcopum deſtinatum, ad pro- G
poſitum ſibi brauium æternæ vocationis. Quàm doctè, dicitur à philo-
ſophis, quod ſentire ſit pati? nam, & græca theologia, vocat diuina ſen-
tientes, diuina patientes Θεοπαθεῖς. An verò non eſt Πάθος, timor, &
amor? Cõfige timore tuo carnes meas, (inquit Pſaltes.) De amore autem,
nunciate dilecto, inquit dilecta, quia amore langueo. Eſt, velut confixus
cruci, qui timet; qui vero amat, amore languet. Fęlix languor amoris, bea-
ta infirmitas amantis. O' vos, nimium beatę animæ, quæ, diuini amoris
vulnus accepiſtis. Ecquis mihi det, vt ſim languens Lazarus, ſi modo, ad
Ieſum dicant geminæ illæ ſorores, ecce, quem amas, infirmatur. Nam in-
firmitas diuini amoris, non eſt ad mortem, ſed ad mortem mortis: ad mor-
tem peccati, cui, vt qui viuit moritur, ſic viuit qui moritur. Ecquis nolit, H
hanc mortem ſibi magis imperari, quam eripi? vt peccato mortuus, Deo
viuens, Deum ſolum ſentiat, diligat, querat, ambiat, cogitet, ſomniet,
meditetur, contempletur? Nolite errare fratres, ſubſtantia Dei intelligi-
tur, non ſentitur; ſed, quoad in terris viuimus, credimus magis quàm in-
telligimus; tunc intelligemus plenè pro viribus noſtris, quum videbimus
eum ſicuti eſt. Interea igitur, guſtemus ſaltem, quàm ſuauis eſt, quàm bo-
nus, quàm benignus, quam amabilis. Audiſtis, quòd cuique noſtrum ſint
duo ora, duæ fauces, & linguæ; quaterni oculi, totidem manus, aures, na-
reſq;,



A reſq;, & pedes: audiſtis inquam, quemque noſtrum, eſſe geminum homi-
nem, non dico, ex noſtris myſterijs, veterem, & nouum, terrenum & cœ-
leſtem, filium ſæculi, & filium Dei; ſed, ex ipſis quoque gentibus, interio-
rem, & exteriorem, verum hominem, & ſimulachrum hominis; &, vt ex
Moſaica Geneſi, interpretatus eſt Plato, maſculum, & fœminam; nam in-
terior dicitur vir, exterior mulier; Profectò igitur, ne fruſtra, in nobis,
ſint hæ ipſe ſpiritales ſentiendi vires, quando fruſtra non ſunt corporales,
neceſſe eſt, vt ſi non in Deo, omnino, circa Deum, ſint obiecta ſpiritalia,
quæ non intelligi ſolum mente, ſed, ſenſibus animi, percipi poſint, videri,
audiri, tangi, odorari, guſtari. Venite gentes, venite; currite, currite; cur-
rite inquam in odorem vnguentorum ſuorum, quæ, ſpirant ſuper omnia
B aromata. Videte mirabilia, quæ fecit in creatione mundi, in antiquitati-
bus iudaicis, in diluuio aquarum multarum, in exitu Iſrael de Aegypto.
Audite oracula, quæ ædidit humano generi, per Angelos; legem vitæ,
quam dedit per Moſen; Euangelium, quod inuulgauit per filium ſuum.
Tangite veſtimenta eius, omnes creaturas, quarum ſymbolis tegitur; ſa-
cras ſcripturas, quarum fulgoribus exornatur; omnes ſanctos in quorum
vita, & doctrina mirabilis, & glorioſus, apparet vniuerſo orbi. Ecquis
dicat, quot, & quantæ virtutes exeunt de fimbrijs, ne dicam de phaleris,
tantorum veſtimentorum? Odorate ſacra, & ſacramenta, ad curandos
morbos, ad leniendos dolores, ad confortandos infirmos, ad extin-
guendos fœtores peccatorum, ad nutriendas delicias virtutum. Deni-
C que debeo ne dicere? tamquam amici, & familiares effecti, audete; ſanè,
vt Poeta dixit,

*Audacem faciebat amor.*

Et diuus Paulus, Charitas, inquit, omnia ſperat: audete inquam, & dicat
quiſque veſtrum, non illud quidem ſolum, Da mihi liberos alioquin mo-
riar; ſed iſtud potius. Da mihi te ipſum, alioquin morior

*Da fontem luſtrare boni, da luce reperta*
*In te, conſpicuos animi defigere vultus.*

Non dimittam te, niſi benedixeris mihi. Nemo timeat audire. Ne ap-
propies huc. Noli me tangere; andietis illud potius, Miſereor ſuper tur-
ba, Si dimiſero eos, ieiunos, deficient in via. Itaque, intrabitis ad illum,
D &, dabit vobis, ædere de ligno vitæ, quod eſt in medio paradiſi, de cuius
fructu, comedunt, de cuius ſucco bibunt, quicunque ſalui fiunt. Quis ſcit
ò homo Dei, ſi ſentiens amorem tuum agglutinari amori ſuo, ſi videns
te eſurire & ſitire eum ſolum, ſi audiens illas tuas voces. Cucurri in ſiti.
Concupiſcit, & iam deficit anima mea, in ſalutare tuum; amator & ipſe
factus animæ tuæ, eam lauet aqua, & vngat oleo; induat verſicoloribus,
calciet hiacyntho, & deſponſatam ſibi deducat in ſublime per aera, elon-
gatamq́ue à terrenis affectibus, introducat in cellam vinariam, inebriet
poculo amatorio, ruat in amplexus, excipiat oſculis, & irroret melle, &
lacte,

laɛte,pectus,& ora. Tunc, tunc exclamabis, מן הוא · מן הוא ? Quid eſt E
hoc,quid eſt hoc? Deus meus, vita mea,dulcedo mea ſpes mea, ſalus mea.
Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ, quam abſcondiſti diligentibus
te. Aſcondiſti in cœlis, effudiſti in terris; ante tempora Deus ſolus, nouo
tempore factus homo,nunc,& per omnia tempora,& quando nõ erit tem-
pus Deus, & homo. Hic ne verò,poſſum ego eſſe mutus,vbi omnis crea-
tura loquitur, ò viri? Non tacebo,non quieſcam,domine Ieſu Chriſte,do-
nec egrediatur in theatrum, tanquam orbis ſplendor, vultus tuus; & ſer-
mo, quem de te; & per te concepi, ſi non vt lampas,ſaltem, vt tenuis quæ-
dam ſcintilla accendatur. Sciat,ſentiat, ſapiat,quicunque velit, in rebus
diuinis nemo ſcire, nemo ſentire, nemo ſapere poteſt ſine Chriſto. Chri-
ſtus eſt qui illuminat ſcientiam,qui exacuit ſenſum, qui infundit ſaporem. F
Tolle Chriſtum,& inſipida eſt ſapientia,& cæca ſcientia, & ſtupor omnis
ſenſus: ob id enim, in Chriſto Ieſu, carnem induit æternus ille Dei Ὁ λό-
γος, vt apertè ſignificaret, nos non alia quapiam ratione, ſed ſolo Chriſti
Ieſu commercio, Ἀποθεοῦσθαι; fieri, inquam, diuinos,&,vt ſcripſit ſum-
mus theologus,primitias creaturarum Dei; atque, ideo,dignos eſſe,qui co-
gnoſcamus Deum, quia, vt nemo videt ſolem ſine ſole, ſic nemo cogno-
ſcit Deum ſine Deo. Ecquis planè non videat,& in theologia naturali, &
in ſcripturis, quibus Iudæi gloriantur,quàm ſit vanum,& fallax humanum
ingenium, niſi per Chriſtum regatur, & ducatur vbique, velut per The-
ſeum quendam, vel filium eius, in inuio illo, & ancipiti labyrintho? In-
dicat,in antiquis philoſophis, vbi de Deo loquuntur, tanta illa Ἀλαοσκο- G
πία, in iudaicis porrò fabulis Λογολεσχία incredibilis. Nam, quum inter
Iudæos, duæ academiæ ſint, Cabaliſtica,& Talmudiſtica, ſicut inter Græ-
cos olim, philoſophia italica,& Ionica: Cabaliſtæ enim,ſublimibus ſpecu-
lationibus; Talmudiſtæ præceptis, & legibus incumbunt; quid eſt vtrun-
que illud regnum, in quo, tam ſuperbè, & arroganter, illi, & iſti,regnare
ſe dicunt, niſi regnum nugarum? &,earum quidem, quas, magno pretio,
emere ſolent à nugiuendis mulierculæ? Compatior tibi,Iudæe frater,com
patior; qui lambis petram, ſed mella non ſuggis ex petra: calcas pedibus
vuas in torculari, ſed non exprimis ſanguinem vuæ, in quo lauare poſsis
ſtolam tuam; teris ſpiceam meſſem,ſed,ne vides quidem granum frumen-
ti, quod è manibus tuis elabitur, & cadens in terram, tantum fructum af- H
fert mundo. Habes quidem Moſen,ſed,qui te arguat, & condemnet; Le-
gis prophetas,ſed,quos non intelligis. Cuſtodis archiuum, & chartophila-
cium,ſed,quod publicum eſt teſtimonium, aduerſus duritiam tuam, pro
veritate Chriſti. Iam, quid tandem reſtat, ò viri, ò mulieres, ò nurus, &
anus, ò philoſophi, ò principes, ò ſapientes, & inſipientes, niſi, vt conclu-
dam. Chriſtus,venit in mundum,& dedit nobis ſenſum, vt cognoſcamus
Deum. Ecquem ſenſum, dedit? Immo verò, quem non dedit? Aperuit
oculos, & ſuſtulit velum, vt intelligamus ſcripturas, in quibus latet Deus.





A Purgauit fæces peccatorum noſtrorum, quibus, impediebamur, ne guſta-
remus diuinos odores. Sanauit palatum noſtrum, vt, ſentiamus ſuauita-
tem amoris ſui; &, nullum præter eum quæramus amorem; nullam, præter
eum, amemus pulchritudinem. Verè, lux mundi Chriſtus,quæ & lucet,
& calet; lucet, ad intelligendum, calet, ad amandum; inde ſcientia, hinc
ſapientia. Quatenus lux lucet, eſt ſymbolum veritatis; quatenus calet,
bonitatis. Veritas intelligitur,bonitas guſtatur,& amatur. Quid porro,
in omnibus rebus, tam difficile cognitu, quam veritas? Et, quid tam faci-
le ſentitur, & amatur quam bonitas? Sed, bonitas ducit ad veritatem,quia
vt pulchritudo eſt ſplendor, & radius bonitatis, ſic bonitas ipſius veritatis.
Pulchro ducimur ad bonum, bono ad verum. Non eſt aliud bonum,
B quàm verum, ſed alia eſt ratio boni, & alia veri, & vtrunq; quidem, ſua-
ue, bonum amanti, verum cognoſcenti. Incipite, incipite tandem ali-
quando, Iudæi, & gentes, græci, & Barbari; & adiuti in primis expia-
tique orationibus, guſtate in Chriſto, & per Chriſtum, quam bonus eſt
Deus; tum, ſuo tempore, videbitis, quæ ſit, ſecundum veritatem, natura
ipſius Dei. Nemo, deſpondeat animum, nemo dicat. Idiota ſum; & ſine
literis. Deum, non tam docet eruditio, quàm vnctio; non tam capit ar-
guta ſcientia; quàm munda conſcientia. Abſque lectione & libris, inter
quercus, & fagos, Deus, & diuina cognoſci poſſunt, abſque deuotione,
& amore, etiam in ſcholis, & templis, non poſſunt. Hic eſt guſtus, quo
ſupereminet ſcientiæ charitas; cuius virtute, ille etiam qui non cognouit
C literaturam, introiuit in potentias domini. Et quidem ſi fueris, in diui-
nis & humanis diſciplinis, eruditior, quàm ille olim literarum helluo,
quem etiam noſtri heroes, omnium hominum doctiſsimum appellant.
Varro; ſi fueris prudentior, quam Cotta Ciceronis; aut demum conſilio
ingenio & ſapientia abundantior quàm Craſſus; niſi guſtes diuina mella,
nunquam illuminabuntur oculi tui, vt clarè videas Deum. Lege ſacros
libros; Ionatas, donum columbæ, accepta Spiritus ſancti gratia, qua con-
tra Allophilos, viriliter ſtrenueque pugnabat, extrema etiam pueritia, ſe-
cutus militiam, non vrbanam, ſed puluerulentam, vbi primùm intinxit
manum, in fauum mellis, & conuerſis ad ora digitis, guſtauit paululum
de melle illo, quod ex alto manabat ad terram, protinus, mirante exerci-
D tu, illuminati ſunt oculi eius, vt non ſolum videret, ſed & diſcerneret.
Lumen, fides; lumen, intelligentia; lumen ex lumine, intelligentia ex
fide; credamus, vt intelligamus, quia ſcriptum eſt. Niſi credideritis, non
intelligetis.

### *Nulla Apologia defendi poſſe illos. qui, Deum ipſum, etiam ante Chriſti tempora ignorauerunt.* E

### *CAP. XXVI.*

QVANTA eſt virtus fidei, ò anima mea? quanta?
quanta? Eſt lux, eſt dux, eſt anteambulo. Quid
eſt, Didyme, quod dicis. Neſcimus quò vadis,
&,quomodo poſſumus viam ſcire? Ecce tibi fides,
& finem in primis, ire volenti, & deinde,ſemitã,
eunti, indice monſtrat digito. Nam, Chriſtus, F
quatenus homo factus,eſt nobis via,qui,in ſe ipſo,
nobis quoque eſt æterna vita, quatenus Deus. Sic
ſanè, lux illa vera. Exurgite, inquit, accedite, illuminamini: Per me,
ambulate, ad me venite, in me requieſcite. Ego via, ego veritas, ego
vita. Viri, nihil eſt in Eccleſia, ante hanc fidem; nihil ſine hac fide;
nihil tam neceſſarium humanæ ſaluti, quàm hæc fides: chriſtianæ gentis,
vt omnium gentium nobiliſsimæ, ſic & antiquiſsimæ, primordium, ſe-
men, genitura; &, vt ita dicam, ouum; vnde, excuduntur generoſi pulli
aquilæ, qui, lambunt pretioſum ſanguinem Chriſti Ieſu. Eſt chriſtianus
quiſpiam, ſine ſpe, & ſine charitate; quanquam, eò ipſo, Iudæo quo-
que, & Turcha deterior, quò, viuit ex pane, & vino ipſius Chriſti, & G
oſtentui habet Chriſtum, & conculcat ſanguinem Chriſti. Sed enim,
quæ pars, illi homini, eſſe cum Chriſto poteſt, qui, eſt penitus extra
Chriſti fidem? Nam, qui ſpiritum Chriſti non habet, hic non eſt
eius. Hæc autem, prima eſt portio, & vis ſpiritus Chriſti, fides; ideo-
que non eſt ſpes, neque charitas, vbi deeſt fides. Ecquæ nàm; virtus ve-
ra, hoc eſt, pura, & ſincera, abſque ſceleris corruptione, & quaſi fermen-
to, eſſe poteſt, etiam in bonis moribus, vbi deeſt lumen ipſius fidei, agni-
tio æternæ illius: & incommutabilis veritatis: quæ, ſola poſsidet, &, ſine
qua, ne attingitur quidem ſummum hominis bonum; neque enim alius
eſt nobis oculus, quo Deus, & diuina videantur, niſi fides. Oculus,
nimirum, dexter, quem, vt litera, ſic myſterio, eruere nitebantur fi- H
lijs Iſrael, incircunciſi illi, & immundi, dæmonum imagines, & mem-
bra, vt, nos, qui prius oleaſtri, nunc inſerti in oleam, & circunciſi cor-
de, Dei gratia, iam Iſraelitæ ſumus, ſublata Chriſti fide, cum cæteris
gentibus & profanis populis, ambularemus per deuia; &, ipſi quoque
ſapientes mundi, quorum eruditione, & philoſophia, qui in præputio erãt,
gloriabantur, procul à centro in circuitu ambularent; &, tam in ſtatuendo
fine hominis, quàm, in eligendis medijs ad attingendum illum finem, va-
rios ſequerentur errores; non ſecus, quàm greges auium, & agmina ferarũ,
im men-



A immenſas regiones aeris, &, infinita terræ ſpatia vagãdo pererrant. Quid?
Agente totis viribus, ſummo illo principe tenebrarum, qui, nihil tam inui-
det humano generi, quàm, illam, cuius ipſe æternis fulgoribus excæcatus
eſt, lucem; non Ethnici ſoli, ſed, ipſi etiam ſecundum carnem Iudæi, ex
quorum ſemine prognatus eſt Chriſtus, amiſſa hac fide, alienati iam erant
ab ipſo vero Deo; &, vt propheticis tralationibus vtar, in tenebris ſtraue-
rant lectulos ſuos; conuerſi in vaſa teſtea, opus manuum figuli; Tenebræ,
factæ erant ſuper vniuerſam terram, habitabatque vniuerſus orbis in regio-
næ vmbræ mortis; donec, tandem, nouiſsimis diebus, vidit omnis caro ſa-
lutare Dei. Chriſtum Ieſum, inquam, lucem veritatis, viam vitæ, & vi-
tam ipſam; vt, ex ipſo, &, per ipſum, illuminarentur, & excitarentur: il-
B luminarentur ad veritatem, ne aberrarent; exercitarentur ad vitam, vt à
laboribus requieſcerent. Ec quot radios, quot lumina, antè & retrò, emi-
ſit in omnes nationes, alma hæc lux, Chriſti fides; antequam, euangelizan-
te Chriſto, coruſcum caput, patenter exereret; ſoluta, & libera è cancellis
legis, quibus concluſa tenebatur, vt, communi incredulitate, obnoxius eſ-
ſet Deo omnis mundus, &, Deus ipſe miſereretur omnium. An exiguum
in primis lumen, Moſes, tantę apud circunciſos, & præputiatos populos ad-
mirationis; omnium, qui, apud Græcos ſcripſerunt, vetuſtiſsimus; à quo,
& Homerus, & Plato, mundanæ ſapientiæ principes, tot, & tanta mutuati
ſunt; cuius libris, adiuti q̃uamplurimi, & philoſophorum, & poetarum, fal-
ſas de Dijs opiniones mutauerunt, veram de vno Deo ſententiam tenue-
C runt? An non, multa, & magna lumina, Sibillæ; quæ, tot, & tanta, de Deo,
& de Chriſti myſterijs, cecinerunt apud gentes, quot, ferè, & quanta, Pro-
phetæ, pręducauerunt apud Iudæos. Orpheus, quem Homerus, imitatus
eſt, quum, de Deorum mulitudine, palinodiam cecinit; quum, de vno, ſo-
loque Deo, carmen compoſuit, non ne, religioni, & fidei, teſtimonium
perhibuiſſe videtur? Quid dicam de Socrate? ex quo, tanta apud Platonẽ
colliguntur teſtimonia de vno, & vero Deo, quem Chriſtiana religio ſo-
la colit, propter quod, & ijſdem criminibus, qusbus olim chriſtiani accuſa-
bantur, accuſatus eſt. Vt, meritò, inſignis ille philoſophus, & martyr Chri-
ſti Iuſtinus, exiſtimet aliqua ex parte Chriſtum fuiſſe cognitum Socrati.
Porrò, Plato, Socratis diſcipulus, quem, & Atticum quendam Moſen, ap-
D pellant, quanta dixit, de verbo Dei, de vno & æterno Deo, de genitura
mundi, & temporis, de animorum immortalitate, de vita futura; quæ, non
eadem quidem ſunt, quæ tradita cuſtodimus decreta veræ pietatis, ſed ta-
men, non abhorrent prorſus ab ea fide, quam Chriſtus docuit, & nos reli-
gione ſuſcipimus, & credimus. Profectò verò, philoſophi omnes, qui, de
ipſius Dei, & diuinarum rerum veritate, præclarum aliquid loquebantur,
& in dicendo ſibi conſtabant, oſtendebant, ſe eſſe participes rationis æter-
næ, ſcientiæque & ſapientiæ Dei, quæ Chriſtus eſt; cuius ſemina, nemo
non habet, qui, in rebus tanti ponderis verum intelligit; cuius inſtincta
nemo

nemo non agitur, quicunque, ſapienter inſtituit alios, in pietate, & cultu E
religionis. Clariſsimum porrò lumen, affulſit fidei Chriſti Ieſu, atque
adeò notitiæ veri Dei, quum, velut apes melliferæ, collecti in examen ſe-
niores illi, ipſo etiã ſeptuagenario numero, venerabiles, in aluеario, quod,
apud pharum parauerat Deus, tanto (ſecluſis etiam cellulis.) Spiritus ſancti
miraculo, poſt fuſas ad Deum puriſsimas preces, ne eos à veritate aberrare
pateretur, fauum illum dulciſsimum condiderunt, interpretationis diui-
næ ſcripturæ; nimirum, vt, per linguam græcam, ætate illa, omnibus natio-
nibus familiarem, Chriſtus Ieſus, tot antea ſæculis, velut infans, clauſus hæ-
braicæ legis vtero, & ferè notus in Iudæa ſolùm, tandem aliquando, ædere-
tur in lucem vniuerſo hominum generi; &, eccleſia, quæ ex circunciſione,
& præputio congreganda erat, haberet hebraicam, & græcam menſam, he- F
braicos, & græcos fontes; vt, hinc Iudæi, inde gentes, manducarent eandem
eſcam, & biberent eundem potum, æternæ vitæ. Quin, & deſertoribus fa-
ctis Iudæis, nullus eſſe poſſet, de eorũ ingenio, ſuſpicioni locus, apud Ethni
cos, ſed ſecurè, & abſque omni metu phariſaicæ fermentationis. Græci, &
Romani, alijque omnes, apud ſeptuaginta interpretes, Chriſtum legerent,
audirent, viderent: perinde, ac olim, antequam ſeditio exorta fuiſſet, illum
legiſſent, in propria hebræorum lingua, apud Moſen, & Prophetas. Siqui-
dem, & ipſe Philo, in vtraque lingua, & doctiſsimus, & diſertiſsimus, tan-
tam authoritatem illis tribuit, ſiue res, ſiue verba perpendas, quãtam Pro-
phetis; &, eos etiam, Dei Prophetas appellare, non veretur. Sed, ſi anti-
quiora quærimus, quæ, pijs tamen animis, ſemper ſunt noua, ſemper admi G
randa, ſemper veneranda. Quando diuidebat altiſsimus gentes, quando
ſeparabat filios Adam, nonne conſtituit terminos populorũ, iuxta nume-
rum Angelorum; vt, ſingulis gentibus: & regnis, ſinguli præeſſent Ange-
li? quorum prouidentia, fide, charitate, nemo ad agnitionem veritatis non
veniret, nemo, Angelorum caput Chriſtum, non adoraret, nemo, per Dei
gratiã, non ſaluus fieret. Et, vnde quæſo, pugna illa, plena pietatis, & chari-
tatis, inter Angelum, principem Perſarum, & Michaelem, principem Iu-
dæorum; niſi, quia vterque orat, & optat pro populo ſibi credito; ille, vt Iu-
dæorum perpetua conſuetudine, & conuictu, Chaldæi, dediſcant veteres
impietates; hic, ne Iudæorum pietatem, & bonos mores corrumpant Chal-
dæorum colloquia mala; impleaturq; illud, ipſi, nõ conuertentur ad te, ſed H
tu conuerteris ad eos. Sed enim, non deerit fortaſſe, qui dicat. Ecquis, in-
uiſibilem illam Angelorum maieſtatem, extra populum ſanctum Dei; in-
ter immundas gentes, videre vnquam potuit? Itaque, vt Angelos prætereа-
mus, an, non eſt notius, quam, vt multo ſermone referatur, Danielem, cu-
ius vultum intuebantur omnes, tanquam vultum Angeli, ſtantis inter illos,
miſſum eſſe in Babylonem? in illam Babylonem, ex qua, originem ha-
buerat idololatria, in qua, gigantes, Deũ ad bella prouocauerant, quæ, ſan-
ctum illum Dei populum, tot annorum hebdomadas, duriſsimo iugo ſer-
uitutis,



A uitutis, & captiuitatis, oppreſſerat? Ioſephum porrò, viuum Chriſti ty-
pum, quem, propterea forſan, antonomaſia quadam, Rex ſapientiſsimus,
virum vocat, nam Chriſtus, ſolus, eſt vir; cæteri, ſi cum illo conferantur,
vix homines: quis neſciat, ſingulari quodam diuinæ prouidentiæ munere,
deſtinatũ eſſe ad Aegyptios? non ſolùm, vt in diuturna illa frumentaria ca-
ritate, per Aegyptum, horreum orbis, vniuerſum hominum genus ſalua-
ret; ſed, & magis, vt liberaret populum illum à fame verbi Dei; vt erudiret
principes illos, tam cæca in idolis impietate laborantes; &, ſenes ſuos, inue
teratos dierum malorum, iuuenes ſenſu, ſenes malitia, quorum exemplo,
omnis populus, tanquàm diro contagio inficiebatur, doceret prudentiam;
notitiam inquàm, & cultum veri Dei, ſine quo, infans eſt omnis ſapientia,
B & imprudens, vniuerſa noſtra prudentia. Nefas erit, præterire ſilentio,
duos illos Heroas, Iob, & Sem, ambos, in circunciſos, ambos, præputiatos,
ambos, Chriſti viuas imagines. Præteribimus nè verò, grandæuum illum,
vnius æqualem, altero antiquiorem, authorem circunciſionis, ſapientium
omnium patrem, & Chaldæorum gloriam: abs quo, tertia mundi ætas
nominatur,

*Senile pignus, qui dicauit victima,*
C *Adiecta cuius nomen auxit ſyllaba,*
*Abram parenti dictus, Abraham Deo,*

qui, & ipſe, in præputio, nemo enim ante eum circunciſionis ſignaculũ ac-
ceperat; fuit pater & exemplar fidei in Deum, & Chriſtum Ieſum. Ecquã-
ta dixit, quanta fecit, quanta tulit, vt hanc fidem, ſalutis humanæ ianuam, in
ter gentes, quæ, cœlos, elementa, atque etiam ſimulachra, colebant, fortiſsi-
mus Dei athleta, aſſereret, defenderet, extenderet? Ob id præliabatur præ-
lia domini, non illud ſolùm, exemplo docens, vt, ea, quibus nihil habemus
charius, ſacrificemus Deo; quemadmodum ille, vnigenitum filium, quem
vnicè diligebat, quia, eum, velut poſteritatis ſuæ obſidem, ipſius Dei dono
acceperat; vt ipſi Deo obediret, immolauit: ſed, hoc quoque admonens,
vt, in eum aſpicientes, qui, fortis pectore, & armis, barbaras gẽtes, quæ ido-
la colebant, bello ſtrauit; ipſi quoq;, aduerſus impiorũ turmas, aduerſus ſcæ-
lerum acies, inuiſibilesq; poteſtates dæmonum, quæ nos perpetuo bello pe
tunt; ad ipſius Dei gloriam, qui, docet manus noſtras ad prælium, & digi-
D tos noſtros ad bellum, ſtrenuis animis pugnare nunquam deſinamus. Hinc
enim, dum à cæde recenti reuerteretur ouans, recepta fratris ſobole, quam
captam ſorte bellica, vinculis, & dura ſeruitute premebant ſuperbi Reges;
vix, dici poteſt, quantam benedictionis gratiam conſecutus ſit: nimirum,
vt onuſtus opimis ſpolijs, ſic glorioſus ingentibus meritis: quæ, labore pa-
tre, & virtute matre, inter arma, & bellorum acies, per diuinam gratiam,
ſibi comparauerat.

*Sanè ſanctiſsimus ille*
*Dei ſacerdos, Rex, & idem præpotens*

*Origo*

*Origo cuius, fonte inenarrabili* E
*Secreta, nullum prodit authorem ſui,*
*Melchiſedech, qua ſtirpe, queis maioribus*
*Ignotus, vni cognitus tantum Deo:*

vt, pro illius victoria, & triumpho Deo ageret gratias, non de more, ſed
præter morem, litauit hoſtiam laudis, obtulit nouum oblationis genus.
Immolauit enim, non immundas carnes, aut fœtidos ſanguines belluarum;
quod, olim, & ſacri, & prophani faciebāt; ſed, mundiſsimum, puriſsimūq;
ſacrificium panis & vini; quo, nihil habet maius, aut ſacratius, chriſtiana
Religio, flos vniuerſitatis omnium religionum; in qua, Deus immutabili
iure iurando, impoſuit ſupremam manum. Quid Iſaac memorem? Quid
Iacob, & cæteros Patriarchas, & Prophetas, quibus, tam multis, & miris F
modis loquebatur Deus, vt, per eos, tanquàm per cœleſtes tubas diuino in-
flatas ſpiritu, pietas, atque religio inuulgaretur in orbe terrarum? Nemo
illorum, erat lux; tamen omnes teſtimonium perhibebant de lumine; pa-
tres loquentes cum filijs, & filij cum nepotibus: Sed, vnus ille homo Dei,
ſic enim vocabatur Abraham, ſufficiet pro omni poſteritate ſeminis ſui.
Aſcendamus, ante illa tempora; ante nobiliſsimū illud, cuius iam iam me
minimus, par amicorum, & Heroum, & fortaſſe parium, magis, quàm ſi-
milium; aſcendamus inquàm, ad priſcum illud ſæculum, ad primam illā,
& originalem mundi ætatem, inter profanos, vix notam barbaris, ignotā,
Latinis, & Græcis; (nam, omnes homines, erant, vt ſacris verbis vtar, labij
vnius) Deus enim, vniuerſam Chriſtianæ pietatis ſubſtantiam, ante om- G
nium mortalium oculos, deliniauit, & planè figurauit, memorando mira-
culo; nempè, in archa, in diluuio aquarum multarum, & in ipſo Noè, qui,
in diebus ſuis, inter ſcæleſtos illos, & nefarios homines, quorum plena erat
facies orbis terræ, vnus inuentus eſt iuſtus; & in tempore iracundiæ Dei, fa-
ctus eſt reconciliatio humani generis. Etenim, ſi ad compendium redi-
gantur myſteria noſtra, nonnè his tribus ferè contineri videntur, Cruce,
Baptiſmo, & reconciliatione per Chriſtum Ieſum? Et, hæc quidem om-
nia, in ſe ipſo, tanquàm ſpeculum clariſsimum, repræſentabat vniuerſum
hominum genus, eo tempore, in archa lignea, renatum ex aquis, &, ſerua-
tum per aquas, in figuram baptiſmi, crucis, & Eccleſiæ; quibus præſidijs, ex
huius perpetuæ mortalitatis naufragio, feliciſsimè ſeruamur in æternam vi- H
tam. Et, dubitari certè non poteſt, quin hæc omnia intellexerit magnus
ille pater Noè in Moſaica genealogia, à protoplaſte decimus, tamquàm
omnibus abſolutus numeris, & alter protoparens, verè autem phœnix, qui,
perinde ac viuaciſsimus ille ales, in tam longæua ſex centorum annorum
ætate, noſtrum genus reſeminauit. Vir profectò beatus, qui iuxta etymon
proprij nominis, in Chriſti ſymbolum, noſtra requies, & conſolatio, ſuſtu-
lit è medio inimicitias noſtras, placauit diuinum numen, &, nobis, vini ſo
latia dedit; quo etiam, vſque adeo inebriatus eſt ipſe prius, vt in domo
ſua,



A ſua, à filijs ſuis denudaretur, & illuderetur, (ingentia noſtræ fidei myſteria,
velata profanis reuelata ſanctis.) Illi verò ante omnes, cuius paterna tradi-
tione imbuendum erat hominum genus. Quem mirum non eſt, ſi & fabu-
læ, & hiſtoriæ gentium, nunc tralationibus, nunc hyperbolis, vocant pa-
trem Deorum, maiorum, & minorum, Cęlum, Titana, Ianum bifrontem,
authorem humani generis, ſemen, & chaos mundi. Ecur non credamus
eum eruditum fuiſſe de vniuerſæ theologiæ ſcopo, & fructu, quod, Græci
dicunt, θεὸν θεωρεῖν ἢ θεραπεύειν? Nam & pacificatoria legatione funge-
batur, inter Deum & homines; & (quod ſcriptura teſtatur) pactis, paulo
antea, aliquot dierum inducijs, Deus, ſecum tractauerat, vt veteres finiret
iras, vt animos quos collegerat, poneret; vt omnibus parceret; vt nemi-
B nem perderet; vt, qui ex ſuo ipſius ſemine prognati eſſent

*Nati natorum, & qui naſcerentur ab illis*

diuinas præceptiones, inſtitutionesq, profeſsi, ita demum viuerent, vt con
ſtituerent nouam rempublicam, & Deo charam: quum alioquin vetus ille
homo, fuiſſet ſuperiorum omnium, atque adeò, totius humani generis,
exterminator, & extinctor. Ita, demum, de rebus diuinis apprimè doctus,
annoſus ille ſenex, Noe, poſt tantam illam aquarum cladem, vnde omnia
luctus, omnia ſquallor; Deo fauente, incolumis, egreſſus ex Archa, &, ex
altiſsimis montibus, deſcendens in ſubiacentem planitiem, vbi vidit ſpe-
ctaculum illud miſerum, hoc eſt, tantam euiſceratorum hominum multi-
tudinem, vota, quæ ante diluuium piè ſuſceperat, ceſſantibus aquis, re-
C ligiosè perſoluit. Erexit enim aram Deo, obtulit ſine labe victimas, &,
ſuffuſus oculos fidelibus lachrymis, parentauit parentalia, iuſta perſoluit,
celebrauit inferias, & ſupremis officijs, expiauit manes mortuorum; in-
ſcripſitque in lapide, rem geſtam in monumentum perpetuum. Tum, ne
aliqua ex parte, languere in officio videretur, & præterire εὐκαιρίαν, hoc
eſt, oportunitatem temporis, oratione grauiſsima, nō tam longa, quam ner-
uoſa, & plena aculeorum, coram vniuerſa familia, quæ, tum, illi erat pro to-
tius mundi theatro; tantam Dei cauſam, & tantum hominum ſcælus, au-
dientibus terra, & cœlo, ſpectanteque tota illa belluarum, & volucrū mul-
titudine, quæ ſecum ex archa egreſſa fuerat; perorauit. poſuitq;, ſub filio-
rum oculos, totius humani generis, atque adeò, omnium rerum, origi-
D nem: ſempiternam virtutem Dei, quæ de nihilo cuncta creaſſet; incredibi-
lem patientiam, quæ tandiu pertuliſſet in filijs terræ tam horrēda facinora;
denique vehementiam furoris, & iræ, quæ, toties prouocata, iudicio tan-
dem, heu nimium iuſto, aquis cœleſtibus, ſuffocaſſet, deleuiſſetque fla-
gitionem illud ſæculum. Quo demum exemplo, tam manifeſto, &
euidenti, magnus ille, venerabiliſque ſacerdos, opere quidem, & ſer-
mone potens, ſed longe potentior authoritate paterni imperij, inflam-
mauit eos, ad iuſtitiam, & pietatem; quibus, Deus & colitur indul-
gentiſsimus pater, & placatur iudex iratus; vt, his quaſi duabus claui-

bus, (nam, & antiquitus depingebatur Ianus tanquam clauiger,) fa- E
uente Deo, regnum cœlorum feliciter aperirent. Neque verò, ſemel tan-
tum eo munere perfunctus eſt; ſed, per omnem vitam, quæ illi etiam poſt
cladem aquarum longiſsima fuit, nempè, quinquaginta annorum ſolariũ,
ſupra tres centurias; ſuos ipſius filios, & nepotes, qui illi quotidie in tam
magno numero naſcebantur, vt viderentur quaſi herbæ germinantes, ne
dicam fungi repente è cœlo, & terra nati; viuentes in fraterno ſodalitio, in
ſuis ipſis patrijs laribus, & incunabulis, vna æducatione, & doctrina, libera-
liter inſtituebat, formabat, imbuebat. Ex quo, eandem, omnes animis fi-
dem, hauſerunt, eandem religionem imbiberunt, eandem doctrinam di-
dicerunt, tenuerunt, coluerunt. Quæ, deinde, propagata natura, quum
vniuerſus oriens, vbi, primùm, quàm maximè habitabatur orbis, & homi- F
nibus, & iumentis plenus eſſet, &, nouas ſedes, nouè nati, ſibi quærere co-
gerentur, illeq;, tanquàm mundi hæres, ac dominus, mitteret quotidie in
diuerſas regiones, noua quaſi examina populorum; breuiſsimo temporis
tractu, cum ipſo humano genere diſſeminata eſt in omnes terras. Occupa-
uit enim, tenuit, ac poſſedit Sem, illius primogenitus, Aſiam à Tanai, ad
Nilum. Chamus, Africam à Nilo vſque in anguſtias Oceani, & Gadium:
Europam Iapetus à Gadibus, & Tauro monte ad Tanaim. Sic ſanè, altiſ-
ſimo ingenio, & prudentia, iudicauit pater, dignum eſſe, vt, tribus filijs
ſubijcerentur, implerenturq; ſuo ipſorum ſemine, tres mundi partes, in
quibus ſanctiſsimæ Trinitatis fides, humanæ vitæ anima, & ſpiritus, eſſet
inuulganda. Nam, ex terna illa ſobole, duæ, & ſepties decem generatio- G
nes, ter, nouē, ex primogenito, ex medio ter denæ, &, ex nouiſsimo quin-
denæ ſemel, exortæ ſunt: indeq;, mundus, paulatim, in totidem vel linguas,
vel certè διαλέκτους linguarum, (ſanè διάλεκτος, nō tam lingua eſt, quàm
linguæ διόρθωσις,) procedente tempore diuiſus fuit. Iam tum enim, age-
bat diuina prouidentia, vt pararetur orbis, ad eam fidem, quam, nouiſsi-
mis diebus, prædicaturi erant eodem numero, legati Dei, magiſtri noſtri;
quos mitteret in omnes gentes verus ille vitiſator, qui, & vitis; renaſcentiū
pater, &, reſurrectionis noſtræ ſpes vnica, Chriſtus Ieſus. Ecquantam ſta-
tuam, tibi faciet populus chriſtianus, ſanè pater, quantam tibi columnam
eriget, quæ res tuas loquatur, ò amabiliſsime duorum ſeculorum hæres?
Hæc ſanè, lætiſsima, & ſuauiſsima cognitio Dei, & diuinarum rerum, ò H
amici chariſsimi, eſt miſticum illud vinum, quod lætificat cor hominis,
cuius fœliciſsimo omine, in noſtra Italia

*Hæſperiam, Graij, cognomine dicunt*
*Oenotrij coluere viri,*

euaſit cœlo par terræ domina, & rerum pulcherrima, Roma. Nemo enim,
dubitat Ianum ipſum, ſub quo, cęperunt aurea ſecula; cui, totius orbis con-
ſenſu, vrbes, ſtatuæ, templaq; & aræ dicatæ ſunt, in cuius tutela, proximè,
& ſecundum Deum, viuebat, humanum genus; vt, ex eo omniū heroum
nobi-



A nobiliſsimo, originem duceret Romanus populus, omnium populorum
victor, & triumphator, incoluiſſe Italiam, inque Vaticanum, & Ianiculum,
primas expoſuiſſe colonias. vbi, exiccata iam humo, & torrefacta terra,
perinde ac in Armenia, vnde venerat, & vbi primum requieuerat archa,
eo ipſo docente Theologiam, & vino, ingenium faciente, atq; excitante,
viri, & mulieres, queriq;, & puellæ, liberioribus animis exultantes, Deum,
& diuina canebant. Quid? Ipſæ etiam canebant rupes; ipſa arbuſta reſona-
bant. Et, gens Itala, vt temperata cœlo, & corpore, ſic ſublimis ingenio,
& æquiſsimis moribus, cępit eſſe diſcipula veræ pietatis: Vbiq; fumabant
aræ, vbiq; tituli, & altaria erigebantur, nuſquàm non offerebantur pia thu-
ra, ſacrificabantur innocentes agni, litabatur etiam panibus, vina funde-
B bantur; & illi quoq;, qui, de Deo loqui neſciebant, diuina, in latio, tacere
vix poterant. Iamq; vrbs illa beata, omnium princeps vrbium, columna
facta eſt religionis, & cultus veri Dei. Vinea electa domini צְבָאוֹת iuxta
Prophetam, plantata in ſanguine, vnde omnes Chriſti vites ſuccum hu-
moremque accipiant, vt fructum ferant ad ſalutem.

*Sic tandem, ſublata tuo pater optimè ductu,*
*Vitiſator venerande, tua tibi vinea creſcat*
C *Occupet omne ſolum,* } Lucida culta petat,
*Prole noua vigeat,*
*Nunquam vel rapidos ſoles, vel frigora brumæ*
*Sentiat.*

Ratio nunc admonet, vt, ad primum illum noſtri generis parentem
aſcendamus, vt exaltetur Deus. Credi nè verò poteſt, quod, diuina pro-
uidentia, quæ, vt & philoſophi ipſi teſtantur, ac docent, ſicut non abundat
in ſuperuacaneis, ſic in neceſſarijs non deficit, ipſi Adamo, ad ſpectaculū,
& ad conuiuium, propter corpus, mundum dederit, &, propter animam,
Chriſtum non dederit? quando hominis vita, corpore, & animo contine-
tur, & anima, plus eſt quam eſca, & corpus, plus quàm veſtimentum? Duo
hæc ſpectacula certè, ò viri, in vno illo communi homine, vt ſupra dicebā,
propoſita ſunt omnibus hominibus. Mundus, & Chriſtus: ille oculis, hic
animis: vt oculi exterius, animi paſcerentur interius; &, ex mundo, homi-
nes, tranſirent ad Chriſtum: ex Chriſto penetrarent ad Deum. Sic, nata eſt
D duplex ſapientia, ſcopus vnius, erat mundus; alterius, erat Chriſtus, vtriuſq;
porrò finis, Deus: Et mundus quidem, ſimulachrum erat, in quo repreſen-
tabatur natura, & vis naturæ; At Chriſtus, exemplar eſt verius, quod & re-
preſentat, & cōtinet, & efficit, plenitudinem omnē diuinæ gratiæ. Quàm,
excedit naturam gratia? Quàm, ſuperat omnes gratias, author gratiæ. Sanè
verò, qui eſt author gratiæ, eſt & naturæ. Ita, ex mundo, per Chriſtum, fide
duce, & ratione comite, mortales agnoſcere debuerant Deum creatorem;
at ex Chriſto, & per Chriſtum, immo, & in ipſo eodē Chriſto, videre etiā
poterant reparatorem. Vt, per ſpeciem, & formam mundi, diuinam po-
 tentiam,

tentiam, ſapientiamque & bonitatem admirarentur, at verò, per gratiam E
Chriſti, per vitam, per doctrinam, per crucem, per paſsionem, per mor-
tem, incredibilem illam, & verè nimiam Dei erga nos charitatem, toto
corde diligerent, memoria commendarent, laudibus celebrarent. An
non vobis in mentem venit lux illa prima, cuius aſpectu, repentè exhilara-
ta ſunt, terra & cœlum. An non, lignum vitæ, quod in Patriarchis flo-
ruit, germinauit in prophetis, fructificauit in nobis? Obliuiſci ne ego poſ-
ſum, ò ſapientes mundi, ò philoſophi, ò aſtrologi, ò magi, quòd, quum
nondum conditus eſſet homo, nam referente Moſe, poſt omnia conditus
eſt, quarta illa die, qua lumina mundi, vel creata, vel perfecta ſunt, ne à
quopiam ignoraretur Chriſtus, effigiauit Deus in cœlo, in circulo Zodia-
co, in ſigno Virginis, almam noſtram Θεοτόκον, Chriſti matrem, & F
Chriſtum ipſum ad vbera eius pendentem, atque adeo, totum Chriſti
puerperium. Inde enim, ſicut ſcriptura refert, cœperunt cœli enarrare
gloriam Dei, cœperunt laudare Deum aſtra matutina, & iubilare omnes
filij Dei, nimirum, quia depictum in cœlo videbant, quod, quandoque,
exculptum in terra viderent. Chriſtum inquam, qui, eſt ſplendor gloriæ
Dei, eumq́;, natum de virgine, Deum & hominem. Hæc ſiquidem eſt no-
ſtra fides, quam indicat gemina illa ſpica, quam veſtro teſtimonio, ò inſpe-
ctores aſtrorum, manu geſtat infans illius virginis, propter quod, & Hema-
nuel dicitur, hoc eſt. Nobiſcum Deus. Quid? Ex duobus cœli polis;
polum Antarcticum, non ne ſtellis ſupra quam dici poſsit lucentibus, &
collocatis in modum crucis, figurauit Deus in firmamento, vt, ne extremi G
quidem illi antichthones, alieni eſſent à fide, & virtute myſteriorum Cru-
cis Chriſti? Ite, ite filij hominum, & pudore depoſito, excuſate patres ve-
ſtros, auos, abauos, tritauos, quod ignorauerint Chriſtum, & propterea
Deum cognoſcere, non potuerint. Iuſtificat ſemetipſum Deus, in iudi-
cijs ſuis, & toties vincit, quoties dicatur à nobis.

### *Peroratio pro æterno Deo, contra gentes, & Deos gentium.*
### *CAP. XXVII.*

EXVRGE hoc tandem loco, ò alma veritas, quæ om H
nia vincis, quæ vinci ipſa non poteſt: Exurge in-
quàm, & quaſi victa patientia, erumpe. Siccine
Philoſophi? Siccine Sophiſtæ? quod duos haben-
tes oculos, potuiſſet quique veſtrum, vno mun-
dum, altero Chriſtum aſpicere, per vtrunque,
Deum cognoſcere, & adorare, ex toto ſpreuiſtis
Chriſtum? ex toto coluiſtis mundum? ex toto
neglexiſtis Deum? facti adulatores naturæ, contra prædicatores gratiæ;
aſſertores



A aſſertores fati, contra cultores veri Dei? diſsimulatores vitiorum, contra
operatores virtutum? nundinatores perituræ famæ, contra negotiatores
æternæ vitæ? Ecce audiſtis, intellexiſtis, non eſſe mundum ſine Deo, at-
que ideo, non vt impij putant, ſine lege, ſine rege, ſine ſacerdote, ſine ſa-
crificio. Iam, qui ad intelligendam infinitam illam maieſtatem æterni
Dei, tantis ſplendoribus non illuſtratur, cæcus eſt: qui tantis clamori-
bus non excitatur ſurdus eſt: qui tantis rationibus non permouetur
ſtultus eſt. Quid adhuc obſtrepitis Μωρόσοφοι? Quid adhuc moleſti
eſtis Deo, & mihi. Conſuetudo ne veſtra dicendi, ſentiendi, agendi,
præiudicium aliquod afferre poteſt veritati? veritati antiquæ? veritati
æternæ?

B Ecque ſpatia temporum, quæ interualla locorum, quæ priuilegia regio-
num; quæ opiniones philoſophorum, præſcribere poſſunt, aduerſus hanc
ipſam, firmiſsimam, immutabilemq́; ſententiam, omnis philoſophiæ, le-
gum, poetarum, atque adeo vniuerſæ naturæ iudicio, in cœlo, & in terra,
decretam, dictatam, pronunciatam? nimirum? Neque nullum eſſe Deum;
neque multos eſſe Deos; ſed vnum ſolum eſſe verum Deum: qui nunquam
non fuit, nunquam non erit: cui nullum tempus dedit initium, cui nul-
lum dabit finem: ne ſi nullus ſit Deus, nullus ſit rerum ordo: ſi Dij multi;
ſit inter illos quoque ſeditio. Hic deſinunt boni philoſophi; ſed hic inci-
piunt Chriſtiani; quia illi ſapientiam quærunt; hi eam tenent, & poſsident;
cuius etiam cupitis fruuntur amplexibus. Viri, ipſe nunc vobiſcum lo-
C quar. De quæſtione, an eſt Deus, iam ſatis mihi multa dicta eſſe videntur;
itaque tempus vrget, vt breuiſsimè concludamus, & peroremus; tum, ad
reficiendum memoriam colentium Deum, tum, ad curanda, ſi fieri po-
teſt, alioquin refricanda, vulnera impiorum hominum; qui nullam diui-
næ religionis, nullam humani officij rationem habent; Dei oſores, pe-
ſtes orbis, deteſtabiles vmbræ, auſpicia mala. Supra nos quidem igitur
Deus eſt, cauſa cauſarum: ſupra naturam: ſupra fatum: vniuerſæ creaturæ
amor, bonum, finis: neque ex nihilo, neque ex ſe ipſo, neque ex aliquo
alio, factus, natusue, aut conditus: tam ſine origine, quàm ſine initio: abs
quo omnia, & originem habuerunt, & initium: qui, propterea, magno
iure dicitur, ille. Qui eſt; quia non eſſe non poteſt: ex quo, eſt quicquid
D eſt, & eſſe poteſt, quicquid non eſt: nam, per ſe ſe præter Deum, nihil
omnino eſt: ſed ſunt ex Deo omnia, abs quo, etiam, adminiſtrantur, &
reguntur omnia. Verum enim vero, vt ſupra nos ſit tanta illa æternitas, &
maieſtas, via tamen, quæ, ducit ad Deum, non eſt procul à nobis, neque ex-
tra nos: intra nos eſt, & à nobis ſumere poteſt initium; niſi homines eſſe
deſinamus, religionem ſponte deſerentes, quæ, cum animo, & mente,
naturaliter iuncta eſt: fixa quaſi clauo trabali, deuincta iure, munere, ortu,
fine, voluptate, neceſsitudine. Fac primùm, agnoſcas te eſſe hominem, ò
fili hominis, & facilè agnoſces ipſum Deum. Neque enim, errauit ille, qui
dixit.

dixit. Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me, ò Deus. Quòd ſi te ignoras, ò E
homo, &, ſepta rationis egreſſus, abis, & paſceris non tam cum gregibus,
quàm (quod apposite Spiritus ſanctus dixit) poſt veſtigia grægum, nō mo-
do, comparatus iumentis inſipientibus, ſed, abiectior, & vilior factus om-
nibus grægibus, & iumentis, vt qui rationem habes, & ratione non vteris;
quid mirum, ſi Deum quoque ignoras, quem, & ſi, omnia modo quodam
ſentiunt, non cognoſcunt tamen verè, niſi, mente præditi, Angeli, & ho-
mines. Audi fili hominis, tu, Deum extra omnia quæris; ego inter homi-
nes hominem quæro. Et, mihi quidem Diogenis lucerna deeſt; qua, inter
tantos hominum vultus agnoſcam verum hominem, tu, ſi te ipſum vides,
ipſe lucerna es, qua Deum videre potes. Itaque, curandus tibi eſt ante om-
nia, in vniuerſum totus animus tuus, ò homo, affectiones prauæ: velut pi- F
tuoſi quidam, & redundantes humores, qui, & ſtomacho tumultum, & ca-
piti grauedinem afferunt, ſunt exiccandæ; quò, & ſpiritales fauces, nullis
imbutæ ſaporibus, aliarum rerum guſtus dediſcant, Dei addiſcant: & ocu-
li ipſi, ſani, & integri, iam deſueſcant à tenebris, aſſueſcant lumini: vt, in lu
mine, quod eſt ex Deo, videant lumen, quod eſt Deus. Non videtur lu-
men ſine lumine; non videtur Deus ſine Deo. Lux quidem clariſsima, eſt
ipſe Deus, ò viri, & facibus non æget, vt videatur; nos, qui, quotidiana con
ſuetudine aſſueti ſumus tenebris, ipſi ſumus, quibus opus eſt lumine; vt, pau
latim, ad tam immenſum illum ſplendorē, erigore poſſumus infirmas ocu
lorum acies. Neque porrò, mens, & ratio hominis ſpiritalis, qui iam, guſta-
uit, quàm ſuauis eſt dominus, adhuc Lya eſt lippis oculis, ſed, vel illi ſucce- G
dit, vel ipſa certe efficitur Rachel, decora facie, & venuſto aſpectu, cui &
naſcitur ſpecioſus ille Beniamin, adoleſcentulus, in mentis exceſſu, delica
tæ, & ſublimis contemplationis ſacrum ſymbolum. Contra impij, non
ſimplici quidem ignoratione, ſed corrupto iudicio, & conſcientia depra-
uata, veram Dei cognitionem, & bonas, ac ſalutares opiniones, quaſi ſopi-
tos ignes, in ſuis ipſorum pectoribus, non modo ſuſcitare negligunt, ſed,
ſcientes, & prudentes detinent, nequa ſcintilla veritatis appareat, cuius ac-
cedente lumine, erubeſcere cogantur, quòd ſe in tenebris, & ſempiterna
nocte cęlauerint, quum in clariſsima luce verſari potuiſſent. Inde autem,
vitiorum omnium triſti ſucco, teterrimoq; ſapore contaminati, ne ferre
quidem poſſunt ſuauitatem diuinorum odorum; verè canes, alieni à reli- H
gione & fide, vita porrò, & moribus ſues fœtidæ, lotæ in volutabro luti: in-
de oſores, hinc contemptores æterni numinis; vtrinq; indigni, qui, à Deo
admittantur, ad contemplationem diuinarum rerum; ne, qui ſancta con-
temnunt, etiam conculcare audeant, nè, qui odiunt ſanctos, in eos quoq;
deſeuiant. Fugiendum tibi eſt, ex infami illa, & nefaria Epicuri ſchola, ò
homo. Auocandus animus, non à ſocietate, quidem, quàm Deus coniun
xit, & amicitia; ſed, à iugo duriſsimo, quod, ex peccati tyrannide patitur
& à miſerabilis ſeruitute ipſius corporis. Deſerendæ ſunt ſuperuacaneæ co-

gitationes



A gitationes terrenæ, animales, diabolicæ: opum, inquam, diuitiarum, hono-
rum. Ipſa demum peruerſa, & temeraria ſapientia carnis, in totum abdican-
da eſt, atque reijcienda: ſed, & hæc ipſa putida caro, quæ, velut domeſticus
hoſtis, tantos nobis morbos creat, & tanta pericula; conterenda eſt, & do-
manda; &, nunc quidem cohibenda frænis, nunc autem incitanda calcari-
bus; vt, aſſertus tandem in veram, & amabilem libertatem, non iam am-
plius, carnalis, ex rebus ipſis, quibus caro afficitur, neque, ex rerum imagi-
nibus, quas, animus dies & noctes verſat animalis, ſed, extenuatus in ſpiri-
tum; hauſtisq; auris ſpiritalibus, aſcenſiones in corde tuo diſponere, men-
tem à terris ſubducere, &, attollere ad cœlos, Deumq; ipſum, agnoſcere, &
contemplari poſsis. Etenim, ſi paſſerculus, dum libertatis amans, auia quę-
B rit, toties recidit in terram, quoties, vel tenui filo, alligato pede, auolare co-
natur; quibus ipſi alis, tranſiliemus terras, & petemus cęlos, ſi mentes no-
ſtras, carnis illa non prouidentia quidem humana, & facilis, ſed immanis,
& dura, atque inſatiabilis cōcupiſcentia, alligatos, aſtrictosq; retineat; lanx
profectò, quæ, ſi in Critolai libra, ſola in altero latere poneretur, ſuo ipſius
iniquo pondere, & grauitate, quicquid in homine naturalis eſt virtutis,
ad inferna deprimeret? Vana nè dicimus, ò viri prudentes? Vos enim, etiā
à principio arbitros eſſe volebam, in hac cauſa pietatis, & cognitionis ip-
ſius Dei. Si quid eſt, quod nobis obijci poſsit, afferte; ſi nihil eſt, vt ipſi ar-
bitramur, & iam plenè confidimus; quoniam, fortaſſe, non audetis aduer-
ſus philoſophos magiſtros gentium & populorum, proferre ſentētiam, ſal-
C tem, ſilentium dicite. Nos, neque Deo tam ingrati, neq; vllis hominibus
tam iniqui ſumus, vt, vel ipſam veram pietatem, in qua vna, omnis beatæ
vitæ via poſita eſt, ſummorum etiam philoſophorum ingenio, & ratione,
excogitari potuiſſe, ſuperbius opinemur; vel, ea, quæ, humanæ conditionis
vires excedunt, ab ipſis etiam philoſophorum Corypheis, acerbius exiga-
mus. Sed enim, quis diſsimulare valeat, niſi planè ſimulare velit, quod,
quum illi tantum ingenij, & ſapientiæ ſibi arrogarent. vt, alto ſupercilio,
diuinare auderent, & æſtimare, præteritas, futurasq; ætates totius ſæculi; di-
ſpoſitiones & menſuras orbis terrarum; elementorum vires; viciſsitudines
temporum; annorum curſus; animalium naturas; iras beſtiarum; vim ven-
torum; cogitationes hominum; virgultorum differentias; & occultas her-
D barum proprietates; illud vnum, nunquam intelligere voluerint, quod, qui
fecit hæc omnia, tam magna, tam bona, maior quoque, melior, & admirabi
lior, ſit illis omnibus, &, maiora ſibi, melioraq; reſeruauerit, quàm crea-
turis indiderit. Hoc certè, ſi intellexerunt ſapientes græcorum. Deum ip-
ſum, ea ſaltem ratione glorificare debuerunt, vt, non facerent ſibi Deos,
quæ, Deus ipſe, pro nobis, fecerat; &, quæ creata fuerant, vt nobis famula-
reutur, & ſeruirent, non illis abuterentur, vt ea venerarentur, & colerent.
Profectò verò, vt liberè picam, græculi illi philoſophaſtri, nihil vnquam,
minus in omni eorum philoſophia quæſierunt, quàm cognitionem Dei.

Alij

Alij, ingenita forſan, & innata, ipſi certè, affectata Dei ignoratione tenebā- E
tur: cuius religionem, & cultum, non modo aſſerere noluerunt, verum etiā
ſuſtulerunt: errantes, & in errorem mittentes, & coniuratis animis, aduer-
ſus pietatem, quanta poterant impietate bacchantes. Nam, quum eſſet no-
tus in Iudæa, Deus, &, in Iſrael, magnum nomen eius, vbi palam, & publi-
cè, origo mundi, opificium, & opifex, omniſque diuina hiſtoria, mira illa
Prophetarum grandiloquentia prædicabatur; ipſi, contra, quibusuis gigan-
tibus ſuperbiores, illum ipſum Iudæorum Deum, Deum quendam, incer-
tum, & ignotum; ſcripturam ſacram, recens natam, neque ſententijs grauē,
neque verbis eloquentem; denique, non modo prophetas deliros, ſed, &
ſublimem illum Moſen, omnium ingeniorum fontem, & vniuerſæ philo-
ſophiæ oceanum, hominem garrulum; verboſumq; & Λογοδαίδαλον, ap- F
pellare non ſunt veriti. Quin, & vniuerſam illam Iudæorum gentem, in-
genita nobilitate claram, venerandam antiquitate, timendis regibus, & ma
gnificis triumphis illuſtrem, inſignem ſapientia, & inſuperabilem bello,
fœdiſsimis, & conuitioſis, vocis inſanæ maledictis, inſectari, atque mole-
ſtè inceſſere conſueuerunt: dicentes, quod eſſent circuncisione curti, ſaba-
tiſmo ſaturnij, ritibus & ſacris ſuperſtitioſi. Quibus, ſuperbè reiectis, ad
quos, vt accederent, erat multò commodius, quibus vt adhærerent, erat
æquius ac veriſimilius; ad Aegyptios, ad Perſas, ad Indos, ad Aethiopas,
apud quos, & magicæ artes, & nefariæ curioſitatis ſtudia, vigebant, non lon
ga modo, ſed, & periculoſa nauigatione, penetrarunt. Neq; verò fortaſſe,
ob aliud, quam, vt per maleficia, & incantationes, per diuinationes mor- G
tuorum, per commercia dæmonum, per ſuperſtitioſas obſeruationes ſyde-
rum, deniq;, per occultas vires herbarum, lapidum, metallorum, noua re-
rum miracula ipſi quoque facientes, gloriam veri Dei, quem, audierant fe-
ciſſe magnalia in Aegypto, mirabilia in terra. Cham, terribilia in mari ru-
bro; quantum in ipſis erat, obſcurarent; dæmonum; benè docti, &, conſulti
diſcipuli, qui, ab initio, ipſi coli voluerunt, Deum colere noluerunt. Equi-
dem, ſcio, quòd, integros populos, in colendis ſuis ipſorum numinibus, er-
rare docebant; &, de ſummo hominis bono altius quidpiam ſapere ipſi vi-
debantur, quàm ſentiret vniuerſa plebecula; tamen, inſtigantibus dæmo-
nijs, quorum ſe miſcebat triſti commercio, gaudebant fugiēdis colloquijs,
accipiebant pernitioſa conſilia, iniquo, & infideli arbitrio regebantur; re H
atque opere, alienis accedebant erroribus; &, in ipſo cultu Deorum, quo-
rum vanitatem intelligebant, neſcio qua animi timiditate, læuitate, praui-
tate, inſaniebant cum cæteris. Quid dico cum cæteris? non ſolum enim in
conſilium impiorum ibant, ſed & præibant: hoc eſt, & conſentiebant im-
pietati, & ad impietatem ſuo ipſorum exemplo ducebant, trahebant, coge-
bant, impellebant: verè anteſignani impietatis, errorum omnium peſtilen-
tiæq; magiſtri; qui, diutiſsimè, in cathedra irriſorum, ipſi quoque, diuina-
rum rerum, adeoq; totius religionis irriſore conſederunt: vnde, ad hunc
vſque



A vſque diem, per omnes gentes, effunditur tantarum hæreſum, quæ inde
manarunt, pus, & ſanies. Videbantur ſapientiæ ſtudioſi, & erant imperita
multitudine ſtultiores; quum illa, aliquam ſaltem religionem teneret, ipſi
nullam ſuſciperent, falſam ſimularent, veram diſsimularent. Qui, quum,
tanta abs Deo talenta gratis accepiſſent, plura, & maiora etiam accepturi, ſi
acceptis, vſi, non abuſi fuiſſent; debuerant amplecti patrocinium orbis ter-
ræ: &, zelo zelantes pro gloria domini, agere verbis, & exemplis, vt, de-
mentatæ gentes, eorum ope, ab erroribus, & à perfidia, liberarentur. Illi
verò, per ingrati animi crimen, in quo dum hominum genus erit, deeſſe
non poterit, qui eos reprehendat, & accuſet, erant curioſi in creaturis, incu-
rioſi in creatore, opificij admiratores, & contemptores opificis, amatores
B mundi, & diuinitatis oſores. Sanè, vſque ad hyperbolas, laudabant rerum
ſpeciem; mundumq; & præclara omnia, quæ in mundo ſunt, non loque-
bantur ſolùm, verum etiam perſonabant: at verò, pro Deo, & diuinæ ma-
ieſtatis honore, vix labia mouebant; quaſi, loqui metuerent, quaſi, balbi
vel muti eſſent: quaſi, parum haberent quod dicerent; hoc ipſo, ingratio-
res, quàm, ſi omnino tacuiſſent. Videntur enim, ſcientes & prudentes,
Deum contempſiſſe, idola coluiſſe, veram religionem ſuſtuliſſe, falſam te-
nuiſſe; recognoſcere noluiſſe, quem ignorare vix poterant, noluiſſe intel-
ligere, vt bene agerent. Et quidem ipſæ etiam gentium hiſtoriæ, teſtantur,
eos, qui verſabantur in honore, & gloria, laudibusq;, gratia, & authoritate
florebant, quoniam ab ipſo Deo, & à vera religione defecerunt, vbi vitam
C honeſtè traducere debuiſſent, turpiſsimè vixiſſe, ſe ſe totos, in ſtupris, &
libidinibus, volutaſſe; corpora, & animos, in omnis generis flagitia ingur-
gitaſſe; nihil non perpetraſſe ſcæleſtum; nihil non atrox, immane, atque
nefarium: vſque adeo, vt omnibus vitijs tandem infames fuerint; nulla tur-
pitudinis labe caruerint; &, vniuerſæ poſteritati, reliquerint non tam li-
brorum, quam ſcælerum monumenta perpetua. Neque verò, profectò,
aliunde erumpebat, tam putris & tabifica ſanies, non aliunde, eructabat
tam deteſtabilis peſtis, niſi, ex largis illis, atque corruptiſsimis fontibus im-
pietatis; cuius, dirum vlcus, & mortifera plaga, longè, lateq; patens, graſſa-
batur, & ſerpebat per omnes populos: quum in ipſum diuinum numen,
quòd non tepidè, neque inſtrenuè, ſed, totis animis, venerari oportuerat,
D publicè, & palam ingratiſsimi eſſent; terrena prorſus, non cęleſtia ſaperét;
corrupti intus; & foris; ſibi, & mundo, fœtentes, atque demum ipſi Deo
deteſtabiles, & abhominandi. Nemò enim, ferè erat, quem religio dele-
ctaret; qui, ſtudio veræ pietatis, & fidei ſe traderet: qui, virtutem coleret;
qui à flagitijs abſtineret; qui, Deum ſolum ſui ſpectatorem, & iudicem re-
quireret; qui, mundum, &, quæ mundus miratur, ſancta quadam ſuperbia,
velut Deo natus, deſpiceret, atque contemneret. Sanè, egreſsi à facie Do-
mini, quod, de Caino legimus, impietatis principe, & quaſi patriarcha;
ſponte inquam, fugientes, ac reſpuentes clariſsimam illam lucem, quæ, om-
*Hiſt. Diu.* L nium

nium oculis, ſe ſe ingerit diuinæ cognitionis, in ea nocte, quam ſibi fece- E
rant, cæca nimium, horribili, atque tartarea, meritò, ſibi ipſis relicti ſunt;
traditiq;, in ſuam ipſorum, non tam libertatem, quàm viuendi licentiam.
Propter quod, in ſuum ipſorum exitium ingenioſi, pererrabant terras;
quod de eodem Caino ſcripſit Moſes, ne ſemel, quidem in primis, reſupi-
no vultu aſpicientes cœlum, ſed, vt cætera animantia, quæ, in humum pro-
na, natura finxit, terrena toto animo ſapientes; tum verò, per omnem vi-
tam, incedentes paſsibus ambiguis, quaſi temeritatis captiui, &, volubili
globo inſidentis fortunæ mancipia: homines, planè, rotundi, atque inſta-
biles; abſque conſilio, & abſque prudentia; neque mente, neq; lingua, neq;
oratione, neque opere conſiſtentes; ambulantes inquam in adinuentioni-
bus ſuis; nunc huc, nunc illuc, ſecundum ſua ipſorum deſideria; quaſi cym- F
bulæ, ſine magiſtro, & fracto gubernaculo, neſcientes, quò, quà, quid,
quomodo, cur, &, quamobrem agerent; perinde ac is, qui currit in incer-
tum, qui pugnis aerem verberat.

*Qui paßim ſequitur coruos, teſtaq;, lutoq;*
*Securus, quò per ferat, atque ex tempore viuit.*

Ecquis dicat, ò viri, quàm infeliciter nauigarint, ad quæ ſaxa impegerint,
quibus illiſi ſint fluctibus, in quos inciderint ſcopulos, ad quas tandem ſyr-
tes, in quod profundum infernæ voraginis, corruerint, præcipitauerint,
ſeſe viuentes coniecerint? conſcelerati oculos, contaminati manus, cor-
rupti corpora, & animos, tantis libidinibus, facinoribus, flagitijs, vt, ne nu-
merando quidem, inuictus ille Dei præco, Paulus, ea percenſere potuerit, G
tantum abeſt, vt, quiſquam noſtrum, orando complecti valeat. Iacebat vir
tutis regnum, in ſquallore, & luctu; confinia virtutis, & vitij, dumis, &
æuo, obſita erant; vitiorum imperium, longè, lateq;, dominabatur, & vi-
gebat. Nulla iam erant virtutibus bella cum vitijs; ſed, is, honore, & lo-
ria, plurimùm ante cellere putabatur, qui, ſcælerum numero, magnitudi-
neq; præſtaret. Agebatur ſumma contentione, inter eos, qui hoc ſtadium
currebant, (quis verò non currebat? quis non inſaniebat?) vt curſu, cur-
ſum vincerent, vt vitium vitio ſuperarent; adeò in ipſis ſcæleribus vinci,
turpe, & ignominioſum, vincere verò, & excellere, pulchrum glorioſum-
que putabant.

*O' cæcas hominum mentes, ò pectora cæca.* H

An verò, non hæc adeò manifeſta ſunt, quæ diximus, vt, qui ea negauerit,
ſenſu ægeat; perinde ac qui, dixerit ignem non calere, ſolem non lucere,
hominem viuere, & non ſpirare? O' ſi vobis, Dei amantes, vel ſemel, au-
dire licuiſſet, nouam illam Aſpaſiam, nouã Chriſtianæ religionis ſybillam,
uirgunculam inquam illam, Coſti Regis filiam, dum curam Maxentio Re-
ge, & vniuerſa concione, pro Deo vero, orationem haberet, aduerſus phi-
loſophos, qui, cum populo, & plebe, conuenerant, celebraturi orgia, ea
die, qua, centum Peloponneſi vrbes, laborantes peſtilentia, vt propitios ha-
berent



A berent Deos, centenas mactabant victimas. Pro ſancte Ieſu, quæ ſapien-
tia, quæ eloquentia ſponſæ tuæ, in cuius labijs, tu, largè, diffuderas omnes
gratias; vt ex illis, melle dulcior manaret oratio. Animus ille angelicus,
quæ ſenſa concipiebat? os illud roſeum, quæ verba reſonabat? Veh vobis,
quot quot eſtis, perditi homines, filij iræ, mancipia mortis; qui, tanquam
mutæ animantes, tanquam expertes rationis pecudes, hodierna die, tanta
frequentia conueniſtis ad has hecatombas; vt, lapides & ſaxa, quæ, oculos
habent, & non vident, quæ habent aures, & non audiunt, quæ, neque ſibi
neque vobis bene, aut male facere poſſunt, pro Deo vero, à quo, vobis,
bona omnia, ſperanda, mala omnia, timenda ſunt, tanta, impenſæ, & ſacri-
ficiorum, pompa, colatis; ipſum verum, & viuum Deum, cuius ad imagi-
B nem, omnes conditi ſumus, cuius opificium eſt mundus ipſe totus, & quic-
quid in mundo cernitur, aut etiam intelligitur, ex toto negligentes, aut
quod periculoſiſsimum eſt, prorſus ignorantes. Itaque, decet ò Rex, vt, tu,
cuius imperio, tot gentes, & populos, dicto audientes eſſe voluit Deus, ille
verus Deus, præter quem non eſt alius Deus; in illius gratiam, ſcias impri-
mis te eſſe hominem, non Deum, ſed ſub Deo, qui, in omnes quidem ho-
mines, ſed, in reges quàm maximè, vt ipſorum exemplo, cæteri terreantur,
diſcantq; timere Deum; vires exercet ſuas. Sic enim, ſcriptum eſt, de illo;
terribili, &, qui auferat ſpiritum principum, terribili apud Reges terræ.
Tum, ad mentem conuerſus, mihi enim, quæ puella, duodeuiginti annos
nondum nata, in concionem hanc, pro tua ſalute veni, ò Rex; oblitus eſſe
C videris, & dignitatis humanæ, & maieſtatis regiæ: intelligas, nõ eſſe Deos,
ſed dæmonia, humano generi inimica, quæ tu ipſe colis: deniq;, vt, Deum
ipſum verum, qui videri non poteſt oculo, ſed intelligitur mente, recogno
ſcas, & adores, tanquam vniuerſi orbis Imperatorem, authorem rerum,
directorem actionum, lumen omnium mentium, & iuſtiſsimum iudicem
meritorum, & demeritorum noſtrorum. Neque porrò ſatis eſt, vt tu ipſe
vnus, Deum colas; ſed oportet, ſi vis eſſe Deo gratus, vt infinitam illam
maieſtatem, cuius gloriam cœli enarrant, terreq; & maria confitentur; co-
gnoſci, coli, adorariq; facias, ab omnibus, qui tuo ſubſunt imperio: alio-
quin teſtatum habe, audiente cęlo, & terra, in conſpectu ſolis huius ò Rex,
Qui ignorat ignorabitur: & qui negligit, negligetur. Video vos cogita-
D bundos, ò philoſophi, qui Regi aſsiſtitis: ſed, hic, impiarum cogitationum
veſtigia figite. Vani ſunt omnes homines, & per omnem vitam laborant
in vanum, tandemq; euaneſcunt in auras, omnes eorum cogitationes, niſi
eis ſubſit ſcientia Dei, tanquam fundamentum, & fundus; dicam appoſite,
tanquàm ſaburra, qua mentes, & animi, velut magnæ quædam, & onerariæ
naues, ad certam menſuram, accipiant grauitatem, & pondus. Veh illis
qui ſine Deo, ſuo ſe iudicio regunt; nam inopes conſilij, & rationis, teme-
re vndique aguntur, & circunferuntur, quo opiniones auocant, quo cupi-
ditates trahunt, quo libidines impellunt, quo perturbationes rapiunt; plu-
ma

ma (vt aiunt) & vento læuiores, in ipſa ſola læuitate conſtantes: dum enim E
mente vacui, & tumentes alta ſuperbia, non ponunt Deum adiutorem ſuum, tanquàm fumoſæ flãmæ, tanquàm montibus aſsimilata nubila, tanquàm nubes ſine aqua, tanquàm arbores infructuoſæ, omnes de ſe ipſis primum, grandia pollicentur, ſed, tandem, eludunt omnem expectationem. Id, ne vobis æterno veſtro damno contingat, oblatam vobis, & vniuerſo humano generi, per Chriſtum Ieſum, ſalutem, ne quæſo deſpicite. Hactenus, filij mortis fuiſtis, vaſa in interitum, digni, in quos effunderetur phiala iræ Dei; ecce, viam oſtendi vobis, qua, poteſtis transferri de morte ad vitam, & eſſe hæredes regni cœlorum. Poſthac, inexcuſabiles eritis, coram Deo, & Angelis eius, niſi, agnitis veterum patrum veſtrorum erroribus,
& relicto idolorum cultu, in quo miſeri, cæci, & duces cæcorum, conſe- F
nuiſtis; iam iam, vnuſquiſque veſtrum, conuertatur ad fidem veri Dei; quam, Chriſtus Ieſus, per Apoſtolos ſuos, docuit in omnes nationes orbis terræ. Nolité errare philoſophi; Vnus eſt Deus; vna eſt ad Deum via, Chriſtus Ieſus; neque aliunde ſalus. Sic orabat, & perorabat (vt ego quidem puto) hac ipſa die, qua, illius ouationem, & triumphum, anniuerſaria feſtiuitate celebramus, virginum gemma, ſponſa regis regum, glorioſa Catherina. Et hic, ipſe ſecum finem dicendi facio, ò viri. Vos plaudite, exultate, iubilate; dicite verſus, canite hymnos, explete numeros, ducite choros.

ΜΕΤᾺ ΧΑΡΑ͂Σ, ΜΕΤᾺ ΧΑΡΑ͂Σ

*Explicit Liber Primus.*



# DE DIVINA HISTORIA
## SIVE
## DE DIVINAE NATVRAE VERITATE.
## *LIBER SECVNDVS.*

CORNELII MVSSI
EPISCOPI BITVNTINI.

*Deus verus, idem ipſe, qui æternus; veritas eius, natura eius; facies, cognitio, definitio, infinitio.* *CAP. I.*

A
DICTVRVS iam, de illa ipſa, vera, & propria natura Dei, cuius, ipſe, paulò ante, meditabar dies antiquos, & annos æternos in mente habebam; quem, Diuina Hiſtoria referebat, fuiſſe ante mundum, tanquam opificem: eſſe cum mundo, tanquam conſeruatorem: futurumq; poſt mundum, tanquam finem, ad quem, ſuſpirat mundus, & vniuerſa natura. Vnde nunc primùm, & mihi facilius, & vobis iucundius, & tantæ rei conuenientius, auſpicabor alteram hanc diem triduanæ noſtræ peregrinationis, quàm, à gratiarum actione, & gratulatione? B
Vt, parati in diem tertium, nempe gratiarum non immemores, digni ſimus, qui, cum filijs Iſrael, ipſi quoque, non litera, ſed ſpiritu, Iſraelitæ, ingrediamur vaſtam, atque deſertam ſolitudinem; &, extra vniuerſæ naturę lata confinia, extra corpora, & res corporeas, quæ, Dij tui ſunt; O Aegypte, contemplatione ſoliuaga, meditantes infinitam illam fœcunditatem vitæ, vitalesq; origines ipſius æternæ diuinitatis, vnde in vnitate, Trinitas illa ſanctiſsima; ternos mentium noſtrarum apices ſacrificemus Deo noſtro, ter vni, & ſemel terno. Gratulemur inuicem, ò ſacra capita; &, Deo benedicto, quantas poſſumus, agamus gratias; poſtquàm, tanti itineris,

quod, chriſtianæ pietatis ergo, vobis, hortantibus, iubētibus, cogentibusq; E
ſuſcepi; vix vnius diei curſum peregimus, &, Deo iuuante in periculis, cō-
ſolante in laboribus, excitante ad pugnam, donante victoriam, inter oua-
tiones tandem, & triumphos, non ſecus, quàm typica Hierico, inter bel-
licas tubas, ante oculos noſtros, tota corruit, &, quam nulla carmina reſti-
tuant, ſtrata, diſcerptaq;, apud inferos iacet impietas. Illa impietas, in quā,
velut in caudam turpiſsimam, deſinunt ſingula quæq; monſtra vniuerſæ
impietatis: Illa, quæ, inimica Deo, & inflata contra omne id quod dicitur
Deus, erecto collo, & pingui ceruice armata, aduerſus hiſtoriam, concurre
bat in aciem; malediceq;, & contumelioſè dicebat, non eſt Deus; quin,
& per ridiculum, ſæpe interrogabat, An eſt Deus? Et quidem, ſicut ha-
ctenus, in crepuſculo fidei, tanquam communis ſortis homines, vidimus F
poſteriora Dei, quem, in papilionibus mundi, temporis, & vniuerſæ na-
turæ, abſconditum, coluimus, adorauimus; ita, nunc, exoriente ſole in
cordibus noſtris, per illuminatæ fidei intelligentiam, tāquam filij excelſi,
omnes, incipiemus videre, non iam terga, ſed vultus, & ora Dei. Et quo-
niam, ab occurſu faciei, cognoſcitur, albus ne, an ater homo; naturali illi
deſiderio ſatisfacientes, quo, omnes, in Deo vero, beati eſſe cupimus; in
tanta, & tam confuſa multitudine Deorum, diſtinctò cognoſcemus fa-
ciem illius, qui eſt verus Deus: ipſumq;, animo, amore, ſermone, ſepara-
bimus à cæteris; perinde ac ignem ab aqua, ac lucem à tenebris, ac diem à
nocte: Quid? (non enim habeo, quod maius dicam) perinde ac verùm à
falſo. Suſtulit natura omne commercium inter verum, & falſum, ò viri: G
& magnum chaos inter vtrunq; cōſtituit, vt, infinito interſtitio ſeparata,
neq; alterum cum altero vnquam miſceri, neque, alterum in alterum, ſub-
inde mutari poſsit. Nam, ſi vnum, ad alterius complexum adduxeris; vt,
ſiue arte, & ingenio; ſiue vi, & violentia, in compoſitionem veniant; om
nino vel vtrunque, vel certè alterum deſtruetur; &, tertium illud quiddā,
quod ex vtroque facere fortaſſe moliris, nulla vnquam ratione conſtitues;
adeo inuicem diuerſa ſunt, & diſparata. Indicat, homo verus, & pictus;
adulator, & amicus; catholicus, & hereticus. Ecquæ naturæ, tam diſpara-
tæ, vel eſſe, vel cogitari poſſunt, quàm, Deus, & Dij; quàm ſimulachra,
& figmenta Deorum, &, vna illa facies ipſius Dei, qui verò natura ſolus eſt H
Deus; qui, & verius cogitari quàm dici poteſt; & nunquàm tam verè cogi
tatur, quàm verè eſt? Hæc eſt illa facies, illa veritas, illa nuda, pura ab om-
ni errore, claraq;, & diſtincta cognitio æternæ diuinitatis; quam vnam in
omni vita quærimus, & requirimus; ad quam, dies & noctes, toto pecto-
re ſuſpiramus; quam, dum ſequimur boni ſumus, dum aſſequemur beati
erimus. Facies, plena luminum, finis omnium ſtudiorum, & ſcientiarum:
facies, plena gratiarum, finis omnium bonorum, laborum, amorum, deſi-
deriorum. Facies tandem, de qua Moſes ad Dominum: Si inueni (inquit)
gratiam in oculis tuis, oſtende mihi faciem tuam. Lætetur, lætetur cor,
quæ-



A quærentium dominum. Quærite faciem eius ſemper, & viuet anima ve-
ſtra, ò viri pij. An non habetis oraculum; Hæc eſt vita æterna, vt, cogno-
ſcant te ſolum verum Deum? Ecquid profectò miſerius contingere nobis
poſſet, quàm, à falſis Dijs illudi, quàm, falſa Deorum opinione beari? Cer-
tè verò, cognitionem fruitio ſequitur; non eſt autem fruitio, abſque diui-
no amore, neque diuinus amor, tendit in Deos fictos, ſed in verum Deum.
Quem iccirco diligere iubemur, fide non ficta, quia, illa eſt, quæ ſancto in-
ſpirata ſpiritu, perducit ad cognitionem filij Dei; per quem cognoſcitur, &
Pater, vnus, ſolus, verus Deus; vnum, ſolum, verum, & ſummum bonum,
quo fruimur, quod poſsidemus, in quo beati ſumus. Non eſt enim ſum-
mum, quod non eſt & verum; &, neceſſe eſt, vt careat ratione bonitatis,
B quod alienum eſt à ratione veritatis. Vos, qui iandiu cognouiſtis, & dile-
xiſtis verum Deum, & cogniti eſtis, & dilecti ab ipſo vero Deo, pijs illum
aduocate precibus; vt nos quoque vobiſcum, per cœleſtem, & pretioſum
tantæ admirabilitatis lapidem, Chriſtum Ieſum, potentiſsimè, ad ſe trahat;
& animi noſtri ferrum, rubigine primum deterſa, ſplendore induat ſuo;
vt, gratia duce, & fide comite, quaſi præcedente Angelo, & comitante co-
lumna nubis, ad exoptatiſsimam illam diuinæ naturæ veritatem, ſi non ex
toto pertingimus, aliqua ex parte ſaltem attingamus. Ignorabimus liben-
ter, quid ſit, ſed pati omninò non poſſumus, vt etiam ignoremus quid non
ſit. Alieni, nunquàm non rogant, nunquam non vrgent, Quid eſt Deus?
Vnde eſt? Vbi eſt? Quantus eſt, corpore, animo, vita? Et vſque adeo,
C importunè interrogare ſolent, vt temerariam illam quæſtionem an eſt,
quam, Φύσει, πίστει, καὶ λόγῳ, hoc eſt, natura, fide, ratione, eluſimus,
reiecimus, diſſoluimus, tanquam ſuum ipſorum Hyppolitum, ab inferis
quoque reuocare velle videantur, niſi, ſtatim ſubijciatur ſermo de quæſtio-
ne. Quid eſt: quæ, haud dubiè, veritatem petit, naturæ ipſius æterni Dei.
Quid dicam? Omnes ſcientiæ, ad quas, tantopere natura ferimur, quum
finis earum, ſit contemplatio veritatis, quam per rerum cauſas, atque prin-
cipia veſtigare nituntur, ſicut ab ipſo Deo, ſic ab ipſa diuina veritate depē
dent, & ad illam referuntur: quia, ipſa, eſt prima veritas, quæ, ratione, origi-
ne, dignitate omnes, cuiuslibet naturę veritates, antecedit: cuius cognitio,
non tam ſcientia dicitur, quàm ſapientia, & intellectus. An verò, ſecus
D eſt de ipſis virtutibus? Ecquid eſt virtus, niſi quod, & latinæ vocis etymon,
indicat, veritatis intuitus? ſi Socrati creditur, qui primus inter Græcos, de
virtutibus, introduxit ſermones, & ſcholas. An verò, non eſt etiam in
Chriſtiana ſapientia, prima virtus, cognitio diuinæ veritatis, ſine qua vix
vera eſt aliqua virtus, etiam in optimis moribus? Ecquid eſt viuere, ſecun-
dum veritatem? Porrò, quam aliam viuendi regulam, veritas ipſa præ-
ſcripſit, quàm diuinum amorem? qui, ſi vt illa iubet, ſummus fuerit: hoc
eſt ex toto corde, ex tota anima, omnium virtutum gemmas, & ſplendo-
res oſtendet; lucebitq; in eo, inſignis ille potiſsimum, quem, philoſophi,

 tanta

tanta eloquentia celebrant, quadratus numerus; quo anima decoratur, & E
velut equorum quadriga, ſuſtentatur, ac vehitur ſuper cœlos. Nam is, qui, vt par eſt, Deum amat, per temperantiam, ſeſe exhibet integrum, atq; incorruptum; per fortitudinem inuictum, & inuincibilem: ſagacem, & cautum, per prudentiam; deniq;, quod ad iuſtitiam pertinet, humilem, atque ſubiectum ipſi Deo dilecto ſuo. Rem inſinuaſſe ſat eſt, ò amici. Ipſi enim videtis, quàm ſimiles ſunt, vt ſono, & voce, ſic re, & ratione, virtus, & veritas. Nam virtus, ſi vera fuerit, iuſtificat: ſi ſimulata, condemnat. Et quid prodeſt agnouiſſe veritatem, ſi, virtutis viam deſerueris, aut neglexeris? Veritas, illa eſt, quæ cognoſcit: virtus eſt quæ operatur. At niſi cognitio præcedat, operatio non ſequitur. Illa ergo incipit; hæc proficit: illa deſtinat ad ſcopum: hæc currit ad brauium; in vtraque eſt meritum, ex vtraque eſt
premium. Quàm porrò pulcher, eſt circulus, & chorus, quem faciunt? Nã F
veritas ducit ad virtutem: virtus reducit ad veritatem: quia veritas illuminat, ad operationem virtutis: & finis virtutis, eſt viſio veritatis. Ecquod eſt gaudiũ vitæ beatæ, ſi non eſt, de illa diuina facie, & veritate? Anima mea, in mentem tibi veniat miſtica drachma, & lucerna. Perdidiſti drachmam? quære lucernam. Illa, eſt virtus; hæc eſt veritas. Veritas inquam diuina, tibi lucerna, lux in ſe ipſa. Lux magna, cuius virtute, lucent quæcunq; lucẽt: hoc eſt, ſunt quæcunq; ſunt. Lux clara, cuius illuſtratione, mentes omnes intelligunt quæcunq; intelligunt, &, omnia intelliguntnr, quæcunq; intelliguntnr; deniq;, lux bona, cuius influxu, & bene viuunt, qui bene viuũt: & beati ſunt, qui beati ſunt. Ecce viri, ecce, quàm magni refert, adire hæc alta
penetralia diuinæ veritatis. Et profectò, magno nunc iure, tentare debe- G
mus, vt, exiguum illud, quod eſt in nobis diuinum, reducere, & coniungere valeamus, ad infinitum illud Dei, quod eſt ſupra, et extra mundum, vt in ſumma illa, & inacceſsibili, quam, ſuper omnem intellectũ, & ſuper omne intelligibile, habitat, æterna luce, contemplemur ipſius diuinæ naturæ veritatem: ſine qua, vt audiſtis, ſicut non eſt perfecta ſcientia, ſic, neque eſt ſolida virtus, quum alioquin, ſine virtute, nemo poſsit eſſe beatus. In creaturis, aliud eſt verum, aliud, veritas; ſicut, aliud eſt calidum, aliud caliditas; excellitque veritas verum, quia nihil ſine veritate verum eſt; &, mutari poteſt id quod verum dicitur, quum veritas ipſa mutari non poſsit. At verò, in Deo, idem eſt uerum, & ueritas; ſicut æternum, & æternitas.
Quærimus diuinam ueritatem? quærimus Deum uerum. Eia fratres, de H
æterno Deo locuti ſumus; incipiamus aliquando loqui, de uero Deo: & deinde loquemur de Deo uiuo, qui tamen, non eſt alius, quàm Deus uerus; ſanè, idem eſt homo uerus, & homo uiuus. Omnis turba ſcriptorum, & primi illi quoque, qui, ingenio, & doctrina, præluxerunt cæteris, dum ordine, & methodo, uarias tractant rerum naturas, & proprias earum ueritates explicant, atque ex tenebris educunt in lucem, ſapienter admodum facere putantur, ſi ab ipſa definitione ducant exordia; ex qua proficiſcuntur,



A tur, in qua continentur, & ad quam reſoluuntur omnia, quæ optimis, & præclariſsimis digna ſunt ingenijs. Sedenim, quis mortalium, vſque adeo inſoleſcat, vt audeat definire diuinam ſubſtantiam, vel naturam; & dicere, quid eſt Deus? Nemo quidem eſt labijs tam incircuncifus, & immundus, animo tam corrupus, & contaminatus, qui, cum Syropheniſſa, cum Elephantiaco, cum Publicano, fortis, & fidens, non audeat accedere ad Deum, appropinquare Deo, laudare Deum, & enarrare magnalia Dei. Notiſsimæ ſunt diuinæ illæ laudationes, in quas, paſsim ſoluunt ora, non iuſti ſolùm, & electi, Dei, ſed, & peccatores, & menſtruatæ. Rex regum, Dominus dominantium, Pater noſter, Dominus cœli, & terræ, Deus omnipotens, fons omnis bonitatis, incommutabilis ratio, ſumma beatitudo,
B Creator mundi. Sed, laudationes finem non habent; definitio ipſa, eſt finis. Itaque Deum, laudare poſſumus, definire non poſſumus. Omnes, qui laudant Deum, aliquid dicunt de Deo: porrò, ne Apoſtoli quidem, aut Prophetæ, dicunt, quid, ipſius Dei. Certè verò, τὸ quid, eſt finis quidam, & terminus ipſius τοῦ ὄντος. Deus igitur, quum ſit τὸ ὄν, & τὸ ὑπὲρ ὄν; Eſſentia dici poteſt, quid, non poteſt. Dicatur quid, & quiditas (voces, quas ſcholæ reboant) de qualibet natura creata; At verò, eſſentia; indefinita, & res, & vox, dicatur de infinita natura, & ſubſtantia Creatoris. Nam, ne vna quidem philoſophorum ſecta, vnquam fuit, quæ, non attribuerit primo principio, qualecunque illud finxerit, infinitum, & rationem infiniti. Et, ipſi profectò, ſi toti verteremur in linguas,
C aut, coruſcaremus linguis, nullumq; vnquàm de ipſo Deo, loquendi finem faceremus; qui tamen ſumus, vt arbitremur definire poſſe naturam Dei? O' Phaeton, Phaeton.

*Tu licet indulgeas auſis;*
*Conſilium tamen eſt, abſtinuiſſe meum.*

Metire prius mundum, collige ſolis, & terræ menſuras, numerum arenæ maris, elementorum vires, rerum omnium fines; &, vbi, cuncta tibi, intra mundum dimenſa, dinumerataq; fuerint; tum primùm aude egredi de mundo: affer tecum rationarium codicem, pone lineas, & calculos; ſigna, numera, appende, & ſi potes, ſcrutare, quantus eſt Deus. Deus, quem nemo vnquam vidit, tametſi, non longè eſt ab vno quoque no-
D ſtrum: qui, foris adminiſtrat omnia, quum intus ſit vita, & virtus omnium: qui in ſole poſuit tabernaculum ſuum, alioquin, in ſeipſo habitans lucem inacceſsibilem. Cuius maieſtas, implet terram, & cœlum: cuius pax exuperat omnem ſenſum: cuius ſapientiæ, non eſt numerus: cuius vix imago, eſt ſpiritus; cuius vmbra, mundus; cuius iudicia, abiſſus. Ecquis vnquam hominum, exhauriet mare vaſculo? quis, metietur terram pal mo? quis ſiſtet cęlum capillo? furor eſt, profectò, furor, cogitare homuntio nem, vt Dei fines videat, qui ſuos non videt: vt, Deũ metiatur, qui ſuã mẽſuram ignorat: vt, capiat diuinitatis terminos, quos non capit ipſe mũdus.

Sed enim, vna hæc nobis relicta eſt via: poſtquam enim, corpora illa indi- E
uidua, ex quibus omnia generari dicebat Democritus, definiuntur ipſo
indiuiduo; ipſa inquam ratione indiuidui; hoc eſt, quod diuidi non poſ-
ſunt; hæc eſt enim definitio puncti, punctum eſt, cuius pars non eſt; cur
nobis quoque, dicere non liceat. Cuius finis non eſt vllus, ipſe eſt Deus?
Audiamus diuinum illum, Iudæorum vatem; paſtorem, & regem; poe-
tam, & ſacerdotem; armigerum, & lyricum; Dei patrem, & filium; Daui-
dem inquam, hæc, de Deo, non tam meditata, quàm, cœlo dictata, canen-
tem: Magnus dominus, & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non eſt
finis. Hæc ipſa Dauidica laus, eſt definitio ipſius diuinitatis; vera, pro-
pria, æquata, atque adeo digna Deo: quæ, ponit ante oculos noſtros, neſcio
an dicam, finientem infinitionem, ant infinitam finitionem ipſius Dei. F
Nam, & Salomon, patrem ſecutus; Glorificate Deum, inquit, quantum
poteſtis; maior eſt enim omni laude. Si, quod ad mundum pertinet, Deũ
definire, animus eſt; dicamus, mundi rector. Si, quod ad Angelos; Ange-
lorum dominus; ſi, quod ad homines, bonorum ſalus, malorum vindex:
& totius humani generis procreator, & parens. At verò, ſi in ſe ipſo, & ad
ſe ipſum, abſque vlla relatione, nobis mortalibus definiendus eſt, congrua,
certaque, & ſola, definitio, hæc eſt, quam audiſtis, infinitas, immenſitas: nũc
enim, non diſtinguimus infinitatem ab immenſitate. Ignotæ ſunt nimis
vltimæ illæ differentiæ, quibus, res à rebus diſtinguuntur, & ſeparantur;
ideoque, periculoſæ ſunt rerum definitiones; porrò verò, ſunt vniuſcu-
iuſque naturæ proprietates quædam, verè proprietates, hoc eſt, prope res; G
nihil enim tam prope rem, quàm quod proprium eſt rei.

*Balat ouis, hinnit equus, canis latrat.*
*Spumat aper, fluit unda, ridet homo, ſibilat anguis.*
*Indomitæ rancant tigrides, rugiuntq́; leones.*

Et philoſophi ipſi, quum plerunq; non habeant veros terminos, & defi-
nitiones; ſi per huiuſmodi propria, rerum naturas, circunſcribant, non
ineptè facere putantur. Quum ergo, vna ex primis diuinæ naturæ pro-
prietatibus, mortalibus verò, omnium fortaſſe notiſsima, ſit, hæc ipſa,
quæ ad magnitudinem pertinet, infinitudo; nam ſimplicitas ad ſubſtan-
tiam ſpectat, eſtque natura potius, quàm proprietas. Profectò, nemo vn-
quam melius, abſolutius, facilius, definiet ipſum verum Deum, quàm, qui H
ex immenſo mari, velut in extremum ſinum ſe contrahens, tantum numen
caſtè, & ſanctè veneratus, admirationeq;, & ſtupore perculſus, tandem ab
exceſſu, velut euigilans, & reſpirans, breuiſsimè dixerit, infinitum.

*Illuſtre quiddam, & maximum,*
*Rerum cacumen occupans;*
*Quod neſciat finem pati;*
*Cui lux & æthra inſeruiunt;*
*Sublime, celſum, interminum;*

*Antiquius*



A *Antiquius cœlo, & Chao.*

Legite vos, perlegite; ſcrutamini, perſcrutamini in philoſophorum libris,
omnes, & ſingulas rerum definitiones (rogo, ne expaueſcite ad hanc vo-
cem, nondum enim forſan inuenerunt magni illi σοφοὶ, tot definitionum,
quot, mundus habuit, amicorum paria,) verè autem, ne vnam quidem re-
perietis, alicuius tam propriam, tam æquatam, quàm eſt hæc ipſa, Dei per
infinitatem finitio; medius terminus, ad eam, quam de diuina natura cre-
dendo quærimus cognitionem, vel ſcientiam: ſcientiam inquam, quæ per-
ducat ad rem: rem, quæ aperiat rationem: rationem quæ monſtret viam:
viam, in qua videamus veritatem: Veritatem denique, per quam, appre-
hendamus, & vitam. Illam vitam, ò viri, qua, ingredientes cubiculum
B Regis, accedente lumine gloriæ, agnoſcemus notitia vera, & diſtincta,
hunc ipſum infinitum Deum. Qui eſt, qui erat, qui venturus eſt; hoc eſt
æternum. Qui ſedet ſuper omnes cœlos; & cui non eſt ſimilis in Dijs:
hoc eſt verum. Cui omnia viuunt; &, qui, non eſt Deus mortuorum,
ſed viuorum: hoc eſt viuum; ideoque, vnum, & ſolum Deum, cui, nihil
omnino commune cum Dijs.

## *Infinitudo ſimul, & veritas diuinæ naturæ, caligo lucida, & nox illuminans ad cognoſcendum ipſum Deum.*

## CAP. II.

C

LVCESCIT, ò amici, luceſcit; & luceſcit valde ma-
ne, quum adhuc tenebræ ſint ſuper terram. Exul-
temus tanquam filij lucis; ſed noſtræ conditionis
memores, timeamus, & prouideamus, ne iterum
ruamus in tenebras: qui, vt nunc lux ſumus in do-
mino; ſic in nobis aliquando fuimus tenebræ. Quæ-
rimus cognoſcere naturam Dei? In mentem nobis
veniat, caligo illa lucida, & nox illuminans, quam,
patres noſtri, dum de diuinarum rerum cognitione tractarent, cum tanta
verborum, & ſententiarum maieſtate commemorarunt: cuius, ipſi, in no-
D ſtro hoc cœlo, exemplum videmus, dubiæ lucis crepuſculum, confinia
diei, & noctis. Deus verus, eſt totus lux, & totus dies: Deus infinitus,
eſt totus nox, & totus tenebra; veritas ſimul, & infinitudo diuinæ natu-
ræ; Ecce lux, ecce nox; ecce, in mentibus noſtris exoriens ſol aureus: ec-
ce ingruentes ſuper nos tenebræ, & extincta penè ſydera. Ecquæ radian-
tia lumina, videmus ex veritate Dei? Ecquas tenebras patimur, dum eri-
gimus oculos noſtros, ad illam infinitatem diuinæ naturæ? Diuina veri-
tas, aperit oculos etiam cæcorum, vt uideant. Diuina infinitudo, eorum,
qui dicunt, uidemus; operit oculos, ne uideant: Illa inuitat, hæc deterret;

 illa

Illa illuminat, hæc hebetat. In ſe ipſo quidem, ò viri, Deus eſt lux lucis, ſol E
ſolis; qui, neque lumine æget, vt videat; neque à tenebris patitur, ne vi-
deat: At verò, ipſi, ad illam lucem noctuæ, non Aquilæ ſumus; quorum
oculi, per corporum ſimulachra, & imagines, velut per opaca feruntur, &
nocturnas quaſi latebras quærunt; quia diuinam lucem non ſuſtinent: Ne
igitur contentioſa certamina ſubeuntes, tanto ſplendore, & gloria ſupera-
ti, per infinitatem illam lucis, nimium viſibilis, nimium fulgentis, atque
adeo nobis, neque viſibilis, neque fulgentis, caligare tandem, & cæcutire
cogamur; vtriuſque habenda eſt ratio, veritatis, & infinitatis diuinæ; Vna
ſit nobis calcar, vt quæramus, & veſtigemus; altera ſit frænum, ne immi-
ſceamus nos, quod parentes noſtri, heu nimium auſi, fecerunt; infinitis
quæſtionibus; vnde, & tandem, noſtrum mane, vertatur in veſperam; F
& importunè accedentes, ad interdictum lignum ſcientiæ, confuſi, &
pudefacti, amittamus, quod nobis præparatum eſt lignum vitæ. Adagium
notum eſt, μὴ κινεῖν ἀκίνητα. Periculum, & pœnam, indicant ſacræ li-
teræ, qui tetigerit montem, lapidabitur. Atque, ideo, vt ſuperiore li-
bro, craſſa quadam philoſophia, per ſimplicem hiſtoriæ telam, Deum
oſtendi vobis, ſic non irrumpam aliquando in ſecretum conclaue ipſius
Dei; & non tentabo dominum Deum meum, quem ſancta Seraphim,
& ſupra, & infra, extenſis alis operiunt; vt, temerarijs ſcriptoribus, qui,
ex aditis abdita efferre ſolent, ad maieſtatem illam, omnem aditum peni-
tus interdicant. Videre non poſſumus dominum, ſedentem ſuper ſo-
lium excelſum, & eleuatum? ſufficiat nobis ſcire, quia maieſtate eius G
plena eſt terra;, &, quod ea, quæ ſub ipſo ſunt, replent templum: replent
inquam, diuinis radijs, ſplendoribus, caloribus, odoribus. Et, cur di-
uinorum odorum iucunditate, & gratia, non ipſi quoque mortales, con-
tenti ſimus, quando, & pulcherrima illa Rachel, quæ, clara aſpectu,
mente excedit Deo; quum, odoratum illud pomum, guſtare non poſ-
ſet, quod tantopere concupierat, quod balſama, ambroſiamque ſpira-
bat; ad illius tamen odorem, velut, multa illa, & fragranti recentis odo-
ris ſuauitate, fœcundata, generauit? Certè verò, ſi pomum illud pul-
chrum viſu, & ad veſcendum ſuaue, per impotentiam animi muliebris,
quod fas, & iura vetant, temerè aggredimur, ſi inquam, importuna cu-
rioſitate, ſcire, dicereque tentamus. Quid eſt Deus, deficimus: ſi æſti- H
mare volumus, non poſſumus: ſi comparamus, erramus: ſi definimus,
ipſa etiam definitione creſcit; vt, qui, inter finita, inuenitur infinitus;
ipſius infiniti, eſt infinitio; ipſa infinitione, eſt infinitior; cui, etiam
omnes infinitiones, finitæ ſunt. Nam, ſicut exaltantur cœli à terra,
ſic exaltatur Deus ſuper omnes cogitationes noſtras, & ſuper omnes in-
dagines cordium noſtrorum. Quin, quo ſuperbius aſcendimus ad cor
altum, eò magis indignata diuina maieſtas, velut effugiens noſtros, & af-
fectus, & aſpectus, ipſa quoque in altum ſe ſe rapit, vt importunitatem
noſtræ



A noſtræ inquiſitionis euadat. Non poteſt quidem Deus, ab homine mor-
tali, quæri nimis: qui, ab omnibus quæſitus ſemper, nunquam inuen-
tus eſt ſatis: ſed tamen, illi, quærendo, nimij ſunt, qui, improba qua-
dam, effrenata: atque præcipiti audacia, quærũt ſcire quæ Deus noluit ſci-
ri, quærunt non ignorare, quæ Deus voluit ignorari. An verò eſt quiſ-
quam hominum, qui, vniuerſum hunc aerem, vnquam ſpirauerit?
Quis ergo ille eſt, qui, in totum, & ex toto, illam ipſam diuinam veri-
tatem, & infinitudinem intellexerit? In infinitudine eſt veritas, in ve-
ritate eſt infinitudo. Infinitudo, inquam, eſt vera; veritas, eſt infini-
ta: quia Deus, vt eſt natura Deus; ſic eſt natura verus, & natura infi-
nitus. Sed antea, de ipſa diuina infinitate, tum de diuina veritate, di-
B cendum mihi eſſe videtur; vt, alma hæc dies, quæ nobis illuxit cogni-
tionis Dei, à tenebris tranſeat ad ipſam lucem; quando, & Moſaici illi
dies, mundi naſcentis exordia, & litera, & miſterio, ſicut ſcitis, ante
mane, habent veſperam. Et ad intelligentiam quidem ipſius diuinæ
infinitionis, illi, qui ſunt docibiles Dei, non tam aſcendendo, quàm
excedendo, è terris auolare ſolent; ſed, nos ex illis ſumus, qui, ſcalis
indigent, vt, vſu rerum, & ſenſuum, per ea, quæ facta ſunt, inuiſibi-
lia Dei intelligere valeamus. Itaque, hoc ipſo initio, diuinæ naturæ
infinitatem, in apertum deducemus, ex nomine, & ratione finis. Nam,
& apud philoſophos, obliquam lineam, recta iudicat; ſilentium, do-
cent voces, ac ſoni; &, quid ſint tenebræ, aperiunt ſplendores, ac lu-
C mina. Initio igitur, illud, quod in magnitudine dicitur terminus, il-
lud eſt, vnde originem habuit vox iſta finis; ſanè, & puncta termi-
nant lineas, & lineæ ſuperficies, & ſuperficies corpora; inde, primùm
dicti ſunt termini agrorum, Regionum, Orarum; lapideſque termi-
nales, deinde communi populorum vſu cœperunt appellari fines; vnde,
confines, confinia, vicinitates. Factus tandem eſt, & terminus Deus;
in cuius tutela, apud Ethnicos, fines agrorum eſſe exiſtimabantur. Et
procul dubio, Ciceroni, terminare finire eſt. Si ijſdem (inquit) fini-
bus, gloriam meam, quibus, vitam, eſſem terminaturus. Vſurpata eſt
poſtmodum, vox finis, & translata ad illud, quod Græci τὸ οὗ ἕνεκα; no-
ſtri, cuius gratia, & cauſam finalem, vocant: ad quod, tanquàm ad ter-
D minum, refertur illud, cuius eſt finis. Sic enim, & idem Cicero, de Epi-
curo loquens, cui, malorum, dolor, bonorum, voluptas finis erat, dixit
quàm elegantiſsimè; quod, bona, voluptate; mala, dolore terminaret. Per-
fectio denique, & complementum rei, cœpit gaudere hoc ipſo nomine
finis; quod res incepta, & nondum confecta, eo ipſo, quo fine caret, à ra-
tione perfecti deficiat. Nam, & ſacrificium, extremam exigit caudam,
&, in laude orationis, ponitur, quod ſit concluſa, & terminata epilogo.
Hinc demum, & forma ipſa, quia rem conſummat, & perficit, finis di-
citur. Contra, materia, quia ad inchoationem ſpectat, neque tam
con-

conſummat, quàm conſumit; ex ea enim, omnis interitus, & omnis cor- E
ruptio; viliſsima res eſt, plena obſcuritate, & ſordibus; inde ſolum hono-
ris, vnde, & finitionis capax. Nam, & ipſis philoſophis, conſumptio, vl-
timum quidem dicitur; at finis, niſi impropriè, non dicitur. Hæc omnia,
vt planè videtis, ad finem ſpectant, extra animam. Porrò, in ipſa quo-
que anima, quoniam, hæc quidem ſentit, illa verò intelligit, &, per ſpe-
cies, & ſimilitudines omnium, omnia quodammodo efficitur; ſunt rerum
omnium fines, finitionesq́;, & infinitiones. Subiectam nobis immen-
ſam planitiem, dicimus non poſſe finiri, aut terminari oculis; poeticos nu-
meros, metimur terminatione aurium; &, inclitam gloriæ famam, dici-
mus, vix terminari aſtris, & ipſis totis cœli regionibus. Inde, tandem, na-
tum eſt, vt de rerum naturis, enunciatio propria, dilucida, & breuibus com F
prehenſa verbis, in qua nihil deſit, nihil redundet, quæ, maximè conſtat
genere, ſpecie, differentijs, proprijs, conſtitutio definitiua, vel definitio,
atque etiam terminus, dici conſueuerit apud ſapientes. Nam, Græcis,
termini ſunt τὰ ὅρη; inde definitio, ὁρισμὸς, dicitur: &, illos orbes,
qui, cœlum, quaſi medium diuidunt, Græci ὁρίζοντας, noſtri, finitores,
appellant. Vide iam homo, vide, quibus aggeribus, aut terminis, in pri-
mis cingas ipſum Deum; quum, Deus ipſe, ripis cingat, & circundet om-
nes regiones; cœlos, terras, maria, &, penitus omnia; non minus exiſtens
extra omnia, quàm im omnibus. Omnium vis, & virtus, omnium finis,
& terminus. Ὕπατος, ὕψιλος, ἀκρότατος, ὑπέρτατος. His enim vo-
cibus, Græci vtuntur; hoc eſt, ſummus, ſupremus, excelſus, altiſsimus. G

*Quem, cœlorum aurea ſedes,*
*Sublimisq́; tenet, cuius ſe dextera tendit*
*Oceani ad fines:*
*Qui culmina cœli*
*Alta colens, terris nunquam tamen ille ſit abſens*

Deinde verò conſidera, cuius gratia, ſit ipſe Deus, quando omnia ſunt
propter Deum? Qui etiam extra ordinem exiſtens, ordine omnia regit,
curat, adminiſtrat; ſicut in naui gubernator; ſicut in curru auriga; ſicut
præcentor in choro; ſicut in ciuitate lex; ſicut Imperator in exercitu.

*Quem de radicibus imis*
*Concuſsiq́; tremunt montes: nec pondere quanuis* H
*Immenſo ſint, ferre queunt.*

Quam denique formam habere; & cui formæ ſubijci tanquam materia
poteſt, vt perfectionem, & finem inde accipiat, æternus Deus? qui eo
ipſo, quòd primùm eſt, perfectum quoque ſit neceſſe eſt. Et ita perfe-
ctum, vt omnibus, quæ perfecta ſunt, non antiquitate ſolùm, ſed, digni-
tate quoque, &, honore perfectionis antecellat. Et, quidem, hæ ſunt vo-
ces, quibus nuncupat finem Græcia Πέρας, quo ad locum; Ὅρος, quo
ad tempus; Τέλος, quo ad naturam. Inde Πέρατα τῆς γῆς, fines terræ,
quibus



A quibus circunſcribitur terra. Inde Ὁρισμοὶ, definitiones, Τελείωσις,
quoque, & Τελειώτης, perfectio, & conſummatio, perfectorque, & con-
ſummator: quæ à theologis, etiam, transferuntur ad ſacra religionis mi-
ſteria, &, ad Chriſtum ipſum, ſacrorum principem; Ἀπ' ἀρχῆς, καὶ τελειώ-
την, vt vtar vocibus magni Gregorij: hoc eſt incipientem, & conſum-
mantem ſacra omnia. An verò non ſtatim patet, Deum eſſe, & Ἀπέ-
ραντον, & Ἀπεριόριστον, & Ἀτέλειον, non receptum, non incluſum, non
contractum: infinitum, infinibilem, nullius finitionis capacem? Natu-
ra illa (vt omnia percurram latius) implet cœlos, & terras; maria, & om-
nia, quæ in eis ſunt. Vita illa, tranſcendit omnes vitas, &, continet omnes
vitæ imagines, & rationes. Poteſtas illa, abſque omni proportione, ex-
B cedit omnes alias poteſtates. Mens illa, finit, & numerat omnes, etiam
nobis innumerabiles numeros. Eſſentia illa, eſt pelagus infinitum; quod
non incipit, non deſinit, non extenditur, non contrahitur; exundat om-
nes foſſas, & aggeres, præterit omnia littora, omnes alueos, & omnino
omnes vniuerſæ naturæ areas: collocata eſt ipſa diuinitas, extra omne ge-
nus, extra omnes generum limites, ac terminos, ſine differentia, ſine ſpe-
cie, ſine quantitate, ſine qualitate; abſque ſitu, habitu, loco, tempore, mo-
tu. Non poteſt lineari figuris, non claudi punctis, non circunſcribi angu-
lis: non terminatur viſu; non tenetur tactu; non ſentitur inceſſu, non
comprehenditur intellectu; vincens ſcientiam noſtram, maior omni lau-
de, maior omni corde. Eia, fratres; non caret fine Deus, quaſi inceptus;
C ſed finem non habet, tanquàm ex ſe perfectus. Ipſe eſt finis, finiens om-
nes fines, nullis finitus, nullis finiendus finibus: qui nullum finem habet,
quem non grediatur; nullum in quem dirigatur; nullum, quo perficiatur.
Quæſo vos, ne ſimiles ſimul ſomnianti; vt accipiamus pro vero, veriſimi-
le; pro re, vmbram; pro Deo; Idolum. Idola, quæ humana finxit ma-
nus; producta malleo, compacta glutino, ſtabilita clauo, comprehendun-
tur intelligentia, memoria, ſenſu. At, verus Deus, qui eſt ſuper omnes
creaturas, eo ipſo quo verus Deus, infinitus eſt, & finem habere non po-
teſt. Videte, ne aberretis à Deo vero, quia nullum habet Deum, qui
non habet verum. Non eſt enim Deus, qui non eſt verus; vt non eſt ve-
rus, qui non eſt æternus, qui non eſt viuus. Pſaphon, non eſt Deus, ò
D viri. Heraclianus, non eſt Deus; Symon, non eſt Deus. Neque de-
mum, temulentus ille, Deus eſt; qui, quum ſemel audiſſet oraculum,
quo, ipſis Dijs ſurdis, & mutis, ſubornato autem templi antiſtite, ſaluta-
batur Παιδιὸς, velut impinguatus caput oleo adulationis, vocem ambi-
guam, temere interpretatus eſt, filius Iouis; &, excuſſo Dario, velut tan-
ta fœlicitate ebrius, credens ſe eſſe inſertum, in Deum, arroganter opta-
uit, & petijt, vt thure, & alijs diuinis honoribus coleretur. O' vecor-
dem, ò cæcum, ò omnis diuinæ cognitionis expertem. Sed, quàm lon-
ge digreſſus ſum: ecce redeo. Quis ſibi non gaudeat, &, ipſi Deo non
totis

totis animis gratuletur, quantaſque poteſt, maximas habeat gratias; quod E
tantus ſit, quantum eſſe oportuit? tantæ inquam magnitudinis, & maie-
ſtatis, vt, quantus ſit, à nobis, ne cogitari quidem poſsit? Ipſe, ſe finiat,
ipſe ſe terminet, & metiatur, ò viri. Nos in poteſtate eius ſumus, & eſſe
volumus: quæ, qualis, & quanta ſit, libenter, & reuerenter ignoramus.
Nam, ne vicariam quidem illam, quam, propter nos, in terris reliquit,
ſcientes terminos noſtros, ſuperbè diſcutere non audemus. Et quidem,
ſi rem attenditis, nihil certius; ſi rationem, nihil firmius; ſi Deum, nihil
dignius; ſi nos, nihil euidentius, quàm, quod Deus, iuxta ea, quæ dicta
ſunt, omnia, & ſingula comprehendat, tanquam terminus; perficiat, tan-
quam forma; &, tanquam id, cuius gratia, ordinet, atque dirigat à fine ad
finem: ideoque, ſit finitor omnium, & omnino non finitus: nimirum, F
exiſtens ex ſe ipſo, & ad ſe ipſum; ipſe ſibi, vt principium, ſic & finis; ipſe
totum, & perfectum; totus, in toto; perfectum in perfecto; intra, & ex-
tra complectens omnia: cauſa non habens cauſam: forma non habens for-
mam; finis non habens finem. Cauſa, abs qua omnia accipiunt, ut ſint;
forma, per quam, omnia habent, vt pulchra ſint. Finis, ad quem omnia
conuertuntur, vt bona ſint; cui propterea, ad faciendum, perficiendum,
& reficiendum, quicquid illi libuerit, adeſt & facultas, & facilitas infinita.
Aeternitas, eſt propria ipſius Dei, quatenus primum principium eſt, vn-
de; alia principia originem habent. At verò, infinitas, conuenit Deo,
quatenus finis eſt, ad quem, omnes alij fines referuntur. Sicut ergo, quia
primum principium eſt, aliud principium non habet, abs quo aliquid ac- G
cipiat; ita, quia vltimus finis eſt, finem non habet vllum, ad quem aliquo
modo referatur. Ratio primi principij, eſt omnimoda Αναρχία. Ratio
vltimi finis, eſt omnimoda Ατέλεια. Habet quidem, & Aeternitas, non-
nullam infinitatem, & (vt verius loquar) eſt nonnulla infinitas: porrò
vero, hæc ipſa, quam loquimur, infinitio, ſimpliciter infinitio eſt; non
ſecundum durationem, (vt aiunt) ſolum, qua Deus nunquam non eſt;
ſed, ſecundum eſſentiam, qua nihil non eſt; ſecundum magnitudinem,
qua nuſquam non eſt; & ſecundum vigorem, vel virtutem, qua nihil
non poteſt.





### A *Vt numeris menſuris, & ponderibus, terminata, omnia citra Deum; ſic omnino, & ſimpliciter, interminatus, verus Deus, omnium numerus, menſura, pondus.* CAP. III.

ECce vobis ſignum diuinæ infinitatis, ò verè pieta-
tis amantes. Cogitet de illo ſecum, etiam, atque
etiam, anima quæ poteſt: Quæ inquam poteſt; nō
enim quæuis poteſt: nam, ſtultus nō intelliget hæc.
Ecquantus ſtultorum numerus, præſertim in rebus
diuinis? Vera eſt enim, de philoſophis gentium,
B Paulina illa ſententia. Φάσκοντες εἶναι σοφοὶ, ἐμω-
ράνθησαν? Dicētes ſe eſſe ſapiētes, ſtulti facti ſunt.
Itaq;, viris pijs, & eruditis, quibus, cogitare diuina, diu, multumque, viuere
eſt, hoc fuit ſemper, illius infinitudinis, quam ſcribimus, ſignum, & argu-
mentum, certiſsimū; quod, Deus benedictus, in admirāda illa coſmopœia,
quum ante omnē diem, in communi quadam, & confuſa velut glomeratio
ne, creaſſet omnia ſimul; vt deinde, ſingula quæq; diſponens paulatim vni-
uerſæ creaturæ faciē daret; prouidens eo ipſo dierū numero, in quo, nihil de
ficit, nihil redundat; ne, quid mundo deeſſet, ne, quid ſupereſſet; quibusli-
bet rebus poſuit ſuos fines, & terminos; preſcripſit inquā, et ſingulis, & om-
nibus creaturis, numeros, menſuras, & pondera; ipſe, per ſe ſe perfectus vltra
C omnes numeros, magnus vltra omnes menſuras, & pollens robore, ac viri-
bus, vltra omnia pondera. Quod ſanè nobis declarandū eſt paulò apertius,
vt nemo non intelligat, quod ab omnibus credi, à multis ſciri, doceri, & de
fendi par eſt. Diuina illa maieſtas, ad manifeſtandā ſuā ipſius æquitatē, iuſti
tiamq;, & ſapientiā, quaſi nō iuridiciales, ſed negotiales partes exerceret; &
totius negotiationis, atq; cōmercij, ratio reddēda eſſet hominibus, propter
quos, tantū cōdendi orbis negotiū adoriri cęperat; numerorū ratiocinatio
ꝗ diligentiſsimè cōputauit, librauit pōdere & ſtatera, mēſusq; eſt palmo, &
pugillo, omnia & ſingula mundi mēbra; ligans, aptansq; inuicem, numeros
numeris, menſuras menſuris, & pondera pōderibus. Legimus apud Poetas.

*Nec circunfuſo pendebat in aere tellus,*
D *Ponderibus librata ſuis.* &
*Tu numeris elementa ligas.*

Salomon autem, pro omnibus hominibus, Deo gratias agens, dicit. Omnia
in ſapientia feciſti. Et moſes, in illa ipſa mundi architectura, Deum ipſum,
non vocat יהוה, neq; ſed אֱלֹהִים quod nomen iudicij eſt, & ſapientiæ; ad
quam, haud dubie ſpectant tua hæc numerare, ponderare, metiri: Neque
enim, citra hominem, cui vni rationem tribuit Deus, qua itur ad ſapientiā;
aliud animal eſt quod numerare nouerit, ponderareque, & metiri. Om-
nino autem, in numero pondere, & menſura, tribus velut Dædaleis clau-
ſtris,

ſtris,abſcondit diuina ſapientia, omnes,rerum,dum fiunt,compoſitiones, E
miſtiones,complexiones; ſimilitudines, diſsimilitudines, contrarietates;
multitudines,paucitates,æ qualitates: omnes,dum factæ ſunt, modos, ſpe-
cies,ordines; ſubſtantias,virtutes,operationes;inclinationes, motus, muta-
tiones; egreſsiones, progreſsiones,regreſsiones; vitas,periodos, mortes.
Quid? Concluſit numeris,ponderibus,menſuris,ipſas etiam rerum neceſ-
ſitates,libertates,mala,bona,media,vtilia,honeſta,delectabilia;ipſas quoq;
delectationes,dolores,labores. An non iudicia,& præcepta? imperata,&
interdicta? præmia, & ſupplicia? Omnia,vt breuiter dicam,quæcunq;, ali-
quo modo ſunt,in vniuerſa natura rerum, ne materiam quidem, quæ, eſt
prope nihil,excipio; excipio peccatum ſolum,quod,ſolùm nihil eſt,quod
priuatio eſt ſpeciei,modi,& ordinis,ideoq; numeri, menſuræ & ponderis; F
Omnia inquam. Τὰ ὄντα, ſuos habent numeros,ſuas menſuras,ſua ponde
ra: quibus,vt à primæua origine inſtituta ſunt, admirantibus, & ſtupenti-
bus philoſophis,qui,naturæ clauſtra perfringere ſemper tentant, ſed nun-
quam poſſunt,per occultiſsimam diuinæ ſapientiæ, & prouidentiæ diſpo-
ſitionem,quæ, vt libet, verſat cœlos, tuetur terras, moderatur maria, auri-
gatur omnia; incredibili penè ordine, ſtatis menſuris, numeris, ponderi-
bus,curſus peragunt ſuos; non deficiunt,non excedunt, ſeruant confines,
clauſtra non frangunt; quod ſuum eſt tuentur,aliena non inuadunt. Non
hic locum habent,fratres, menſuræ,pondera, & numeri, in genere moris,
fines, & termini.

*Quos vltra, citraq́, nequit conſiſtere rectum.* G

De natura ſola ſermo eſt. Ab illa enim prima, conditi orbis hebdoma-
da, Deo vſque nunc operante per verbum ſuum, eſt cuique creaturæ pro-
prius numerus, hoc eſt,gradus, quo extat, tanquam res vna. Eſt propria
menſura,hoc eſt,certa forma,vel ſpecies, qua diſtinguitur à cæteris, conſti-
tuta inter cæteras, tanquam determinatum, ſignatumq; membrum, huius
ingentis corporis,quod eſt mundus. Eſt, & proprium pondus,hoc eſt par-
ticularis ordo,quo,iuſta ratione, refertur ad ipſum Deum, principem to-
tius vniuerſitatis, & ordinis; vnde, accipit omne quod eſt, vt in ſe ipſo ſit
vnum,vt ab alijs diſcernatur,&,vt ipſi vniuerſo, atque etiam partibus eius,
incredibili admiratione congruat. Quàm mirè latent,hæc omnia, in vi-
ſceribus rerum, ò viri? Quàm ignota ſunt mortalibus; donec veniat dies H
illa,qua,idem ipſe Deus, qui ab initio concluſit,in fine ſæculi, clauibus iu-
dicij,& miſericordiæ, huius tanti labyrinthi fores aperiet,& clauſtra reſera
bit. Tunc enim, penetrabimus arcana rerum, mirabilia mundi, admini-
ſtrationem Angelorum, & Dei. Tunc, computabimus cuiuſq; naturæ nu
meros, menſuras, & pondera; vires inquam,formas,rationesq;, & virium,
& formarum; vt,tandem,reuelata facie,&, apertis omnibus vniuerſæ natu
ræ ſecretis,erubeſcere cogatur,ò inſane gentes,occulta illa veſtra, quæ, pol-
licitis tantùm diues,tantopere ſe ſe efferre ſolet,magica, & inanis philoſo-
phia.



A phia. Hæc,ò viri docti, quæ à nobis dicta ſunt,profectò,nemo negare po-
teſt,niſi,qui,à regno veræ ſapientiæ, ſit penitus extorris. Quum ergo, res
ita habeat; quum inquam ita habeat,nonne pudet dicere, Deum ipſum,
omnium moderatorem,& finitorem,qui,omnia ſignat,numerat, ponde-
rat,metitur;ipſum inquã Deum,eſſe cum cæteris rebus,ſub ſigno, & clau-
ſtris? eſſe cohibitum,clauſum, circunſcriptum? eſſe finitum, terminatũ,
redactum,in ordinem? O quàm magis neceſſe eſt, vt, ipſe talis, & tantus
Deus,totius mundi currus,& auriga,currus inquam ad ſuſtentandum, au-
riga autem ad dirigendum, vel, omnino ſit extra,& vltra omnes carceres,
vel,ſi ipſe quoque incluſus eſt ſeptis,poſtquam,ipſe ſe ipſum,in has finiũ,
& terminorum anguſtias, deducere non potuit, aliundè, ea ipſa vincula,
B eas ipſas ſæpes acceperit. Planè verò, non eſt verus Deus, ſi alius eſt quiſ-
piam,qui eum,cum tanta indignitate, in carcerem coniecerit; qui, ei ter-
minum aſsignauerit; qui,ei fines præſcripſerit;abs quo,inquam,id ipſum,
quod eſt, quod poteſt, quod agit, redactum ſit in ordinem; hoc eſt inter
parum,& nimium,ad certam quandam regulam,& menſurã,numerumq;,
& pondus. Eſt igitur, eſt, eſt inquam interminatus, & ſimpliciter infini-
tus,Deus verus,numerus quidem (vt almus ille Pater dixit) ſed ſine nume
ro. Nimirum,ipſum vnum,omnium numerorum virtus. Menſura ſimili-
ter,ſed ſine menſura; hoc eſt,ſimplicisſimum punctum,centrum,& radix
vniuerſæ magnitudinis. Denique, & pondus ſine pondere: nempe ſpiri-
tus,apex mentis,vnde,omnia pondera,corporum,ſpirituum, rerum, ver-
C borum, cogitationum. Certè verò numerat innumerabilia,Deus; cuius
ſapientiæ, non eſt numerus: qui, numerat multitudinem ſtellarum, &,
omnibus eis nomina vocat. An verò non metitur cœlos, & terras? ipſe,
cœlo excelſior,longior terra, latior mari, & inferno profundior? Porrò
conſtat,quòd librat montes,quod,& litera,& miſterio,dat pondus vẽtis,
&,quòd tribus digitis appendit molem aquarum, atq; adeo omnem crea-
turam; ipſe alioquin, auræ ſibilo tenuior, ſub quo tamen, curuantur qui
portant orbem. Hæc eſt ratio bonitatis, & perfectionis creaturarum, ò
viri, vt, in ſuo genere ſingulæ, ideo perfectæ ſint, quia, omnes, de ipſa
Creatoris bonitate,& perfectione,vna quæque,pro rata,participant. Pro
D rata inquam, quia ſiue numeres,ſiue appendas,ſiue metiaris; hoc eſt, ſi ex-
quiſitiſsimè,ſecundum omnes mathematicas, & in iudicando æquiſsimas
rationes, perſcruteris,conſtabit ſemper, ab ipſo Deo vnicuique rei datum
eſſe,vt ſit,hæc quidem magis; illa minus, moderata, ſpecioſa, ordinata:
moderata in ſe ipſa, ſpecioſa inter alias, ordinata porrò ad ipſum Deum.
At verò perfectio diuinæ naturæ,alterius eſt rationis;quippe quæ, omnes,
& arithmeticas,& geometricas rationes, atque proportiones, ſupra quàm
dici,aut cogitari poſsit,exuperat; non quanta,neque quota,non inuenta,
neque diſpoſita,ſibi ſoli æquata. Nam, ſi numeres, vbi de Deo ſermo eſt;
omnes numeri in nullo ſunt numero. Si metiaris: in Deo, illud quàm
maximè

maximè locum habet; Suo ſe pede metitur. Si appendis; ne iudicio qui- E
dem mentis, vel animi, ſciri poteſt, quàm graue ſit ipſius Dei pondus. De
quo ille ſcripſit, Semper quaſi tumentes ſuper me fluctus, Deum timui, &
pondus eius ferre non potui. Quid miraris? ſi valde bona ſunt, quæ Deus
fecit: quia, à bono, in bono, & ad bonū; An nō mōſtrat ratio, vt ſit ſine fine
magis bonus Deus, ex quo bona, per quem bona, & ad quem bona? Nihil
eſt non perfectum, ſicut nihil nō bonum: ſed Deus, tam ſummè perfectū,
quàm ſummum bonum eſt: quo ſuperius, & cui par, neque eſt, neq; eſſe
poteſt; ideoq; infinitum eſt. Certè verò, quemadmodum, ſi ex vna face,
plurimæ faces accenſæ fuerint, communicatur quidem omnibus lumen,
ſed tamen, nullum patitur fax illa prima, diſpendium; ita, nō decreſcit di-
uinum illud lumen, tametſi, inde, & hominum, & Angelorum mentes, ac- F
cendantur, atque impleantur ſplendoribus: ſed, eò magis forſan, non ſibi
quidem, ſed nobis, plus lucet, apparetq; euidentior infinita illa maieſtas
æternæ lucis, quò, per eam, diuerſis participandi gradibus, & menſuris, plu
res multorum ponderum lampades, & plura etiam numero ſpecula, cœlo,
& terra illuſtrantur, ac ſplendent. Quicquid id eſt, quod Deus largitur
creaturis, ſcitote, eſſe, quaſi commune, & longè minus eo ipſo, quod ſibi
diuina maieſtas retinet, tanquam ſacrum, & ſeparatum; atque ideo, quum
infinitudo, gradus non habeat, quibus vnum infinitum, ſit altero maius,
vel minus; neceſſe eſt, vt menſum ſit, & definitum, illud, quod conuenit
rationi ipſius creaturæ, quod autem, proprium eſt ipſius Creatoris immen-
ſum eſſe oportet, & infinitum. Eſt rei calidæ pars, ipſe calor; &, lux, ſimi- G
liter, rei lucidæ pars quædam eſt. Nam, & calentis, & lucentis naturæ, ra-
tionem, eſſentia lucis, & caloris, tanquam forma ingreditur, illiq; inhæret.
Non ſic Deus, non ſic; quanquam, propter varios attingendæ diuinitatis
modos, & gradus, dum hæc quidem magis, illa verò minus, Deum ipſum
imitantur, ac referunt, quæcunq; in rerum natura extant, participationes
Dei, modo quodam, & ſunt, & dicuntur. Propriè enim, non participatur
diuinitas ipſa, ſed pro ſua cuiuſque natura, & modo, ab omnibus, vtcunq;
attingitur: perinde forſan, ac eandem vocem, & percipiunt, & proferunt,
multorum aures, & linguæ; & idem centrum plurimæ ambiunt lineæ; &
eandem faciem oſtendunt diuerſa ſpecula. Vt, ſit tandem ipſe Deus, iuxta H
ſublimem illam, veteremq; theologiam, Ἀμεθέκτως, μετεχόμενος, hoc
eſt imparticipate participatus, tanquam punctum à linea, tanquam ſigillū
à cera. Vtrunque porrò, Deo dignum, &, vt ſingularem illam naturam,
foris omnis communionis, & ſocietatis expertem, ſibi ſeruet, ac retineat,
velut maximè vnus; &, vt ſe ipſum, ad quæuis alia, miro modo diffundat,
tanquàm maximè bonus; quin potius: tanquam ipſum bonū. Quid enim,
tam ſingulare, quàm ratio vnius? Et quid tam commune, quam ratio bo-
ni? vtrunque autem ratio infiniti. Et quidem, illi ipſi quoque, qui, inter
Peripateticæ ſectæ præcipuos, numerantur, ex perpetuo motu huius tam
in gen-



A ingentis, multipliciſq; rerum machinæ, demonſtraſſe ſe putant, vim illam
primam, puram, & ſimplicem, ſicut æternam, ſic, nullo vnquam tempore,
mouendo, agendoq; defeſſam, vigore potentiaq;, non durandi ſolùm, ſed
agendi quoq;, ſine fine pollere; ne, ſi illi virtutis, finem, metamq; poſueris,
aliquando fatigata æſtu, & hebetata labore, vel, concidat prorſus; vel, ad re-
ſumendas vires, & recreandos ſpiritus, quieſcere aliquantulum, & interſpi-
rare cogatur. Videre non potuerunt præclara illa ingenia, quod ab ipſo
Deo, ſine vllo fine, perpetuo, & irrequieto curſu, mentes accipere poſsint,
vt ſemper intelligant; hominum animæ, vt ſemper ratiocinentur; naturæ,
vt alternis generandi, corrumpendiq; vicibus, ſe ſe perpetuò ſeruent: mate-
ria, vt nouas ſubinde induat exuatq; rerum formas; ipſum quoq; tempus,
B vt ſine fine in orbem eat, et redeat, niſi, ipſa ſit vigore vel virtute ſimpliciter
infinita. Infinita verò eſſe non poteſt Dei virtus, niſi ſit ipſius Dei infinita
eſſentia, vel natura: tum; ne duo ſint, quæ vnum ſunt, Dei virtus, & Deus:
tum, ne id quod eſt quaſi germen, ſua ipſius radice maius, aut melius eſſe vi
deatur. Quis enim intelligere poteſt, vt, finitæ naturę, ſit infinita poteſtas?
Vos, ne hic ſingula philoſophorum dicta diſputate, quæſo. Quod contra
nos eſt, ex verbo fidei refutate. Quod pro nobis eſt, læti excipite; &, Deū
ipſum, infinitæ virtutis eſſe cognoſcite. In quo, creationis ratio, fideſque
conſiſtit: vt, quia independentis eſt, & illimitatæ virtutis, diſcriminare poſ-
ſit infinitam illam, eius, quod eſt, &, eius quod non eſt, intercapedinem, at-
que diſtantiam: atque, ex eo, quæ omnino non eſt, quicquid velit, efficere,
C valeat; corpora, animas, ſpiritus. Profectò verò, Dauidicum illud oracu-
lum, Deus dominatur in virtute ſua; rationem reddere videtur, huius tan-
tæ infinitudinis, diuinæ naturæ. Quia enim, ipſe Deus, vt exiſtit in virtu-
te ſua, abſque principio, ſic, dominatur in virtute ſua, abſque principe, neq;
vllum recognoſcit dominationis ſuæ authorem, vel moderatorem; vt An-
geli, cœli, elementa, homines; hæc enim omnia, dominantur in virtute alie
na, vnde, & metas habent, & rerum, & temporum, & locorum; propterea,
quum ſit per ſe ſe dominus, vbique dominus, ſemper dominus, ſua ipſius
poteſtas, arctari, limitariq; nulla ratione vnquam poteſt, aut poterit; quò mi
nus, Angelos cœlos, elementa, homines, &, ipſam totam rerum vniuerſita-
tem, vaſtare, perdere, diſsipare, atq; etiam, in nihilum redigere, momento
D poſsit, ſi modo velit. Omnipotens, nomen eius, omnia, quæcunq; voluit,
fecit. Apud Deum, non eſt impoſsibile omne verbum. Subeſt tibi, quum
volueris, poſſe, ò Deus. Quid hic habes, quod cauilleris; Quid erigis caput,
fauſte, parum fauſte, nobis omnibus, &, Deo ipſi pariter infeſte? Si Deus eſt
infinitus, quomodo totus? quomodo perfectus? quomodo notus? Ecce,
ipſi clauum, clauo retundimus; nodum, nodo diſſoluimus. Interrogo te fa
ſtuoſe. Quid eſt extra Deum, vt non ſit totus? Quid deeſt Deo, vt non
ſit perfectus? Quæ natura non loquitur Deum, vt ſit ignotus? Eſt ne ve-
rò tibi tam notus Deus, vt ſit comprehenſus? Eſt in ſe ita perfectus, vt ſit

 & factus?

& factus? Eſt demum & ſibi & tibi ita totus, vt conſtet ex partibus? Quod E
ſi illa ipſa natura æterni Dei ſimplex eſt, & tota eſt, perfecta eſt, & facta
non eſt, nota eſt, & ne Angelis quidem comprehenſa eſt; an non verè infi-
nita eſt? Alioquin, dic tu fauſte, qui veritatem agnitam ambitioſo certa-
mine ſuperare conaris; Dic tu (inquam) qua ratione finitur Deus? finitur
ne partibus? vt in vnum coaleſcat? cauſa, vnde quod habet accipiat? cor-
pore, per quod ſubſiſtat? ſubiecto, cui inſit, vel adſit? loco, vbi ſit? tem-
pore quando ſit? forma, per quam hoc, & non aliud ſit? Denique, an ideo
finitur, quia ordinatur, & refertur ad aliud? quia clauditur aliunde? quia
contrahitur per materiam? quia exhauritur per mentem? Sed concluden-
dum eſt aliquando. Agitate menſuram animis. Hæc enim communis quę-
dam ratio eſt, & numeri, & ponderis: nam vtroque metimur, & ad vtrun- F
que menſuræ nomen accommodare ſolemus. Conſiderate, quæ ad men-
ſuram pertinent ſimplum, duplumq́;, & triplum. Mementote verbi illius,
fiat in me ſpiritus tuus duplex: Illius quoque. Non dedit illi Deus ſpiri-
tum ad menſuram. Profecto vero, illud, quod ad menſuram habet ſpiri-
tum, virtutem, magnitudinem, eſſentiam, non eſt ſpiritus, non eſt virtus,
non eſt magnitudo, non eſt eſſentia; ſed participat rem, & nomen ſpiritus,
virtutis, magnitudinis, eſſentiæ. Quid eſt autem, participare ſpiritum,
virtutem, magnitudinem, eſſentiam; niſi ſpiritalem, potentemq́; magnum,
& (vt abſolutè dicam) Ens ex parte eſſe, ex parte non eſſe? Sanè enim, vbi
acceſſerit quod perfectum eſt, iam euacuatur nomen & ratio eius, quod ex
parte eſt. Indicat, quod vnaqueque res creſcit, & decreſcit, adaucta, vel G
diminuta menſura illius, cuius participatione donatur. Porrò Deus, non
ex parte, ſed ſecundum ſe totum, eſt Ens, & eſſentia verius, eſt ſpiritus, vir-
tus, & magnitudo: neque in ijs vnquam vel creſcit, vel decreſcit. An non
ergo oportet, vt ſine omni menſura habeat eſſentiam, ſpiritum, magnitu-
dinem, virtutem? quod, haud dubiè, eſt eſſe pœnitus immenſum, & infini-
tum. Quælibet virtus ſuperioris ordinis, ſi ad inferioris ordinis virtutes
conferatur, infinita quidem dici poteſt. Nam ſuperas mentes, quia limi-
tatæ per materiam non ſunt, ipſi infinitas vocamus. Materiam contraria
ratione, quia infinitas per vices, formas ſuſcipere poteſt, dicimus infini-
tam. Ipſamq́; hominis mentem, quia intelligit, tum illud quod vniuerſa-
le dicitur, poteſtate continens infinita, tum ipſam quantitatem cōtinuam, H
quæ per diuiſionem, & quemlibet numerum, qui per additionem, & infi-
nitum multiplicari poteſt, quid prohibet, ne ὑπερβολικῶς. Infinitam di-
camus? Sed enim, nulla res eſt citra Deum, quæ, vt comparatè, & quod
Græci dicunt κατά τι, ſic ſit ſimpliciter infinita. O filij hominum, qui,
à fine in finem, ſine vllo fine, appetendo, amando contenditis: &, quum
infinitos gradus pertranſire non liceat, putantes ſemper, quolibet bono eſ-
ſe aliud melius abſque vllo fine, vel termino, nunquam peruenire poteſtis
ad finem optimum, in quo inueniatis requiem animabus veſtris. Reſpi-





A cite, cognoſcite errorem, ſiſtite curſum. Non proceditur in infinitum in
finibus, ſicut neque in principijs: ſed, ea eſt ratio infinitudinis, vt, in infi-
nitum excedat finis vltimus cæteros fines: ſicut & primum principium eſt
omnibus alijs principijs ſine vllo fine potentius; & prima forma ſimiliter,
ſine fine pulchrior, & ſpecioſior omnibus formis. Ordo rerum, aſcendit
à principio ad principium, ſed vſque ad primum principium; non enim
temerè vagatur natura, per principiorum gradus, & ſcalas, abſque vnō
primo principio; quod propriè ſolum principium dicitur; quia ratio prin
cipij, eſt ratio primi. Ita ergo, non per gradus innumerabiles, itur à fine
ad finem, ne abſque fine natura pererrans, nunquam perueniat ad vlti-
mum, in quo conquieſcat; ſed, idipſum primum principium, quod eſt
B Deus, eſt etiam vltimus finis; inde producens, hinc terminans: Termi-
nans inquam, ſubiecta formis, motibus formas, & finibus proprijs motio-
nes. Vtrinq; porrò, omnia dimetiens; quia, ex eo, quod efficit tanquam
principium, & terminat tanquàm finis, abſque vllo errore cognoſcuntur
numeri, menſuræ, & pondera rerum: quibus alijs alia præferenda, vel poſt-
ponenda ſint: dum inquam, hæc magis, illa minus, à diuina illa, & infini-
ta perfectione recedunt. Magna pondera, magni numeri, magnæ menſu-
ræ, in rebus magnis: Exigua pondera, exiguæ menſuræ, exigui nnmeri in
rebus exiguis. Mediocria pondera, mediocres menſuræ, mediocres nu-
meri, in rebus mediocribus. O Salomon, Salomon; quum ad Deum di-
ceres, omnia diſpoſuiſti in numero, in pondere, & in menſura; Quàm ex-
C peditius dicere poteras, omnia diſpoſuiſti in te Domine. Vobis, ò viri,
in mentem veniat, Mane, Thecel, Phares. Numeratio facta eſt. Appen-
ſus es in ſtatera. Diuiſum eſt regnum tuum. Pondera porrò, tu quiſquis
es, pondus ignis; menſura flatum ſpiritus, reuoca ad numerum diem, quæ
præterijt: Hæc omnia facit ſolus verus Deus. O fortiſsime igitur, ò ma-
gne, ò potens domine Deus. Tu bonum, tu perfectum, tu principium, tu
terminus. In te, in tua manu, in tua ſapientia, diſpoſita ſunt omnia. Tu
inueniſti, dum creaſti; diſpoſuiſti, dum collocaſti; perfeciſti, dum orna-
ſti. Ad hanc vſque diem, ò Deus, & ſingulis partibus vniuerſitatis, & ipſi
quoque toti vniuerſitati, præſcribis fines, præfigis modos, præbes ſpeciem,
& omnia ad te trahis tanquam ad quietem. Tuo pondere, omnia alia pon-
D dera rapiuntur; tua menſura, omnes aliæ menſuræ cohibentur; tuo nume-
ro, omnes alij numeri formantur. Ideoq; tu limites neſcis, tu metam non
habes, tu circunſcriptionem ignoras, tu capacitatem noſtram excedis.
Abs te ſingula, quicquid habent, accipiunt; tu, nihil accipis, ideoq; totum
habes. O Deus meus, verè magnus es, & excelſus, & non habes finem:
Qui capis omnia: quem nemo capit hominum.

*Diuina infinitudo, ſua ipſius comprehenſione finita; mortalium animis,* E
*& cogitationibus, nullo vnquam tempore finienda.* CAP. IIII.

VERE`, nemo hominum capit, quid ſit illa ipſa na-
tura æterni, ac veri Dei: neque qualis, aut quanta.
Nam, & inter homines, Dij ſunt, & Deo geniti,
quotquot, fide capiunt, rectè credunt, &, in Spiri-
tu ſancto, dicunt Dominum Ieſum. Vnde, ſcitæ il-
læ, & oportunæ interrogationes Dei, ſub imagine
humana, quem dicunt promiſcuè, & communiter
homines, eſſe filium hominis? Vos autem, huma- F
na forte maiores, ac meliores, quē me eſſe dicitis? Adeò ſupra hominē eſt; ò
viri, mente adijſſe cęlos &, quod natura nō poteſt, adita reſerare ipſius diui
nitatis, quæq; intrinſecus arcana latent, penetrare, fidei, & intelligētię clau
bus. Itaq;, infinitā illam diuinæ naturæ magnitudinem, quæ, ſpiritus in cę-
lo, cœlū, & terrā implet; quæ omnia ſine fine excedit, & antecedit: quę vbi-
que adeſt, & nuſquam circunſcribitur: quæ quaternis corporū dimenſioni-
bus, verecunda tralatione ſignificata, intra ſe ipſa nihil nō capit, & cōtinet,
nemo vnquā animo, & cogitatione, cōprehendit, ſed ne cōprehendere qui
dem poteſt. Apprehendere poſſumus, comprehendere non poſſumus: quia
homines non Dij ſumus. Et quidem, quū finitum, & infinitum ad magni-
tudinem pertineant, ſicut ſimplex, & compoſitū ad ſubſtantiam; nonne, G
quæcunq; magnitudo cōprehenditur, finitur? Et ſi enim, dicitur aliquid
alio magis, minuſue comprehendi; tamen, cōcluſum intelligimus quicquid
eſt cōprehenſum: perinde ac res, quæ, pręhenduntur, & ſtringuntur manu:
nam, & inde comprehenſionis nomen deductū eſt, vt propterea Dialecticā
pugno, Rhetoricam extentæ palmæ ſimilem eſſe dicerent; quòd Dialectici
comprehensè loquantur, quæ Rhetores fundunt latius. Quod autē pugno
concluditur, non ne finitur? At, quod finiri, vtcunq; poteſt, Deus non eſt.
Enimverò poſtquàm in ſacris literis, vix aliud quidpiam eſt lōgitudo diui-
næ magnitudinis, quàm æternitas, ſiue dierum, ſiue bonorū; poſtquam vix
aliud eſt latitudo, quàm charitas, vel poteſtas; ſublimitas; quàm dignitas,
vel maieſtas; profundum, quàm ſapientia, iuſtitiaq;, & iudicium; tam infi- H
nita vna, quàm altera: immo idipſum infinitum vna, & altera; nec minor
vna, quàm duæ: nec infinitiores omnes, quàm ſingulæ; Nonne immanis
quædam eſt, & intoleranda arrogantia, atque adeo illi penè par, qua Rex
ſuperbiæ, inuiſus Deo, & hominibus, dixit; Ponam ſuper aſtra ſolium meū,
& ero ſimilis altiſsimo; tam anguſto pectore verſare tam ingentes animos,
vt putemus exporrigere nos poſſe ad illam longitudinem? extendere ad
illam latitudinem? attingere ſublime illud, & altum? denique ſcrutari im-
menſum illud profundum ipſius diuinitatis? Tam breues ſumus; O`
viri,



A viri, tam anguſtè ſedemus, ſub ima tellure vitam degimus; in profundiſsi-
ma rerum omnium ignoratione verſamur; & ad græcam illam diuinæ na-
turæ Κατάληψιν, quam, verbum, verbo reddentes, comprehenſionem,
dicimus, perueniemus? Deum ipſum, quantus, quantus eſt, in totum &, ex
toto, tantuli homines percipiemus? nihil in tanta abiſſo relinquemus inco-
gnitum? incognitum nobis, cognitum beatis, cognitum Angelis, & Ange-
lorum primatibus. Et vbi eſt dignitas theologiæ? vbi eſt gloria Dei? Non-
ne verò tota periclitatur, ſi quanta, quanta eſt, exhauriri poteſt ab homine?
Audacter dico, ò mortales. Vos Dij eſtis, ſi hanc ipſam Dei magnitudi-
nem cogitatione veſtra finire poteſtis. Et ille, ſi veſtra cogitatione fini-
tur, non iam Creator, eſt, ſed creatura. Erigimur, ò amici audite, erigi-
B mur; latiores fieri videmur, neſcio qua fiducia, & ſpiritu inflamur, perin-
de ac clarus Iaſon, inuento apud Cholcos aureo vellere, dum ſupera, atque
cœleſtia cogitantes, ad Deum aliquando ſuſpirare incipimus. Tum au-
tem diuinarum rerum comparatione, noſtra hæc velut exigua, & minima
deſpicientes, ſtatim obliuiſcimur eſſe homines, & placentes nobis ipſis, pu-
tamus nos eſſe Deos; tantam habet oblectationem delibatio diuinarum
rerum, atque adeo ipſius etiam naturæ conſideratio, & contemplatio, natu-
rale quaſi quoddam pabulum animorum, atque ingeniorum. Sed enim bi-
buli lapides, quantum in ſe recipiunt aquæ? Quàm exiguum humorem
deducit bibula arena? Colligunt ne verò Oceanum totum, & ipſa quo-
que Oceani littora bibulæ nubes? O` homo, ille ipſe verus Deus, cui ni-
C hil deeſt, cui nihil ſupereſt, cui nihil adimi nihil adiungi poteſt;

*Quem præter non eſt alius, qui cuncta creauit,*
*Cuncta fouens, atque ipſe ferens ſuper omnia ſe ſe;*

vt ad intelligentiam noſtram refertur, eſt verè Ἀκατάληπτος imò verò, ip-
ſum. Τὸ ἀκατάληπτον, & ipſa, vt abſolutius loquar, Ἀκαταληψία: ſicut
in ſe ipſo, & ſecundum ſe ipſum, eſt non tam Ἀπέραντος, ἀόριστος, ἀτέ-
λειος, quàm ipſa Ἀπειρασία, ἀοριστία, καὶ ἀτέλεια. Ignorari à nobis ex
toto Deum Οὐ ῥᾴδιον. At ex toto comprehendi, non iam Χαλεπώτατον,
ſed verè eſt Ἀδύνατον. Quod ſit, ab vnoquoque noſtrum; ſed, quid ſit, &
quantus ſit, præter id quod infinitus eſt, ne vniuerſis quidem mortalibus
cognoſci, percipi, credi, affirmariq; poteſt. Quem propterea, tunc dignè
D æſtimamus, quum inæſtimabilem dicimus; tunc dignè laudamus, quum
præ ſtupore animi in ſilentio adoramus; quia nimium verè dictum eſt,
quicquid de Deo dignè dici poteſt, eo ipſo indignum eſt, quò dici poteſt.
Excelſior cœlo eſt; & quid facies? Profundior inferno; & vnde cognoſces?
Longior terra menſura eius, & latior mari. Sed, vt ſuperſedeamus rei, & in
ſiſtamus ſolùm nomini; quàm infinitum eſt Dei nomen? Nomen illud in
primis, quod Tetragrammaton dicitur; nomen illud duodecim, & illud
duarum, & quadraginta litterarum? ſeptem illæ decades, & vna illa præ cæ-
teris, principalium nominum, quæ à ſanctis patribus tantopere celebrantur?

 Quale

Quale inſuper, & quantum eſt publicum illud cognomen Deus? Quòd E
ſi ad alia tranſeundum eſt; nunquid eſt numerus militum eius? Certè ve-
rò, legimus millia millium, & decies centena millia. Quanti porrò tituli,
quantæ centuriæ præceptorum diuinæ legis? Regiam verò illam, ſuper
ſeptemplicis cœli ingentes orbes, eosq; nitentes alijs, alios, nonne Spiritus
ſanctus in Prophetis canit, excelſam, auguſtam, immenſam, infinitam? Iti-
nera eius, ſi forte hinc Deum comprehēdere poſſe putares, anima illa Deo
chara, & pretioſa, deſcribit inſueta, inacceſſa, tenebricoſa, imperueſtigabi-
lia, ſimilia nimirum ſemitis, quas ſibi faciunt audaces nauium carinæ, dum
flante vēto, plenis velis, alta ſulcant æquora. Ipſe porrò Deus, (vt ſuperius
audiſtis) eſt maris ac terræ menſor, vniuerſum hunc mundum pugillo cō-
cludit. Infinitum penè, eſt ipſum naturæ opus; &, fines abs Deo accepit F
rerum ipſa natura. Quid iam amplius quærimus? An nō omnino liquet?
an non prorſus manifeſtum eſt, quod comprehendi à nobis nunquàm poſ-
ſit, talis, tantusq; Deus? Tantam Regum, & regnorum potentiam, de qui-
bus græcæ, & barbaræ ſcribuntur hiſtoriæ, legimus potius quàm intelligi-
mus: illas copias nunquàm ſatis miramur; illas claſſes nunquam ſatis expa-
ueſcimus; opes ſemper animo voluimus, victorias, & triumphos vix credi
mus; & ipſius æterni Dei, quem, & Regem regum, & Dominum exerci-
tuum Prophetæ appellant, qui reducit in numero militiam cœli, & omnes
ſtellas ex nomine vocat; non ſolùm non magnopere admiramur poten-
tiam, atque præſentiam, ſed erubeſcendum nobis eſſe putamus, ſi non ex
toto cognitam, comprehenſamq;, teneamus ipſius naturam, ſubſtantiam, G
eſſentiam? Interrogo te, quicunq; es, cui tam vilis, & abiectus factus eſt
Deus, vt tibi mortalium penè vni, cognitam, & perceptam eſſe putes, illam
ipſam naturam æternæ diuinitatis; Interrogo te, inquam, ſacræ ne literæ
tibi tantos ſpiritus attulerunt, an dicta philoſophorum, an communis ho-
minum conceptio, an proprius ſenſus? Profectò verò, magnus ille Dauid,
qui ſuper auos, atauos, incerta, & occulta myſteria, diuina reuelatione in-
tellexerat, apertè confeſſus eſt, ſciri ab eo non poſſe quid ſit Deus. Mirabi-
lis facta eſt (inquit) ſcientia tua ex me: Confortata eſt, & nō potero ad eam.
Sed, & ſummus ille Doctor gentium, qui ad tertium cœlum raptus fuerat,
qui Chriſtum in ſe loquentem habebat, quum nō dum de natura Dei, ſed
de quibuſdam diuinæ œconomiæ rationibus pertractaret, quaſi deficiēs in H
via, in exclamationem illam, ò altitudo, ò profundum, prudēter erupit; &
per diſsimulationem, ſibi ſilentia fecit. Ecquantā de diuina natura doctri-
nam tradiderunt nobis diuinæ ſcripturæ, ſiue nouæ, ſiue veteres? Tolle
ſymbolicam theologiam, & eam, quam diſcretā vocant, quæ ſeorſum diui
nas perſonas, & relationes ediſſerit; quid habes in theologia vnita, de ſub-
ſtātia ipſius diuinitatis, prȩter illud, Deus ſpiritus eſt? Hinc fidele illud, ſin-
cerū, integrumq; conſilium, credere oportet, quòd Deus ſit, & quod inqui
rentibus ſe, ſit remunerator. Non ſciendū, quid ſit Deus, ſed credendum





A quod ſit, ò viri pij. Neq; enim per difficiles haſce, & arduas diſputationes
vocauit nos ad ſalutem Deus benedictus, qui omnes ſaluos fieri, & ad veri-
tatis agnitionem venire cupit. Ex libris porrò philoſophorū conſtat, quod
nomina, quæ de Deo aliquid aſſerunt, etiā ſi nullam relationem includāt,
vt iuſtus, ſapiens, bonus; efferunt magis ea, quæ, velut circa diuinā ſubſtan
tiam ſunt, quàm illam ipſam diuinā ſubſtantiā. Ea verò, quæ negant, aut
vim negationis habent, vt ingenitū, immortale, æternū; non tam pertinent
ad quæſtionem illā, qua in primis quæritur, quid eſt Deus, q̃ ad illam, qua
proximè quærendū eſſet, vnde eſt, & quomodo eſt ipſe Deus. Ecquā dif-
fert ſubſtantia, & modus ſubſtantiæ? Hoc eſt notū, illud ignotum. Notū
inquam eſt, quod Deus nullū authorem habeat; quod Dei nulla ſit origo,
B nullum principium, quod per omnia ſȩcula fuerit, quod poſt omnia ſæcu-
la futurus ſit. Sed hoc eſt, quod ſciri ab hominibus non poteſt, quid Deus
ſit. Iam, ſi ad communem animorū conceptionem, tertio loco recurris, ex
ea vtiq; Deum eſſe habemus; ſed tamen, quid ſit, nō habemus; quod palam
indicant tot diuerſæ, & aduerſæ de Deo, & de nominibus diuinis opinio-
nes. Quid enim, ſi in vnum illud, omnes animorum ſententiæ conueniāt,
quòd Deus ſit cauſa omnium cauſarum, lumen omnium rationum, finis
omnium actionum; per quem omnes naturæ habent vt ſint; omnes ratio-
nes vt verè ſint; omnes actiones vt bonæ ſint: præter quem, nulla natura
ſubſiſtit; nulla ratio inſtruit; nulla actio proficit: ſine quo omnis ſubſtantia
concidit; omnis ratio cæcutit; omnis actio deficit? Sunt ne verò aliud hæc
C omnia, quàm relationes quædam, quibus Deus ad nos refertur? At verò, ab
omnibus rationibus abſolutiſsimam eſſe oportet, illam ipſam diuinam ſub-
ſtantiam; qua, vt nihil prius, ſic nihil abſolutius. Denique, quoniam in hac
ipſa diuinæ ſubſtantiæ cognitione, vt video, intolerantiſsimè gloriaris;
Ecce te vrgeo, dic mihi aliquid, de ijs, quæ, tibi ſunt ſub pedibus, ante ocu-
los, ad aures, ad manus; & tunc, tibi facilè credam, loquenti de natura Dei.
Dic ſubſtantiam terræ, pȩnitus ne defixa ſit, & quaſi radicibus ſuis hæreat,
an media pendeat; quibus librata ponderibus, quibus cauernis maria ſuſti-
neat; centrū orbis, mundi quaſi templum, altrix omnium. Dic ſubſtantiā
aeris ventorum ſedem, aream vaporum, niuium theſaurum, animantium
refrigerium, vehiculum deniq; viſionum, & auditionum. Dic ſubſtantiam
D cȩli, circulos, circuitiones, acceſſus, receſſus. Dic ſolem, excubitorem orbis,
moderatorem temporum, omnia fouentem, parentem viuentium, & ani-
mantiū. Dic Lunā, ea enim, nūc radiata tota, me intueri videtur, & admo
net, vt mentionem ſui faciam. Dic inquam, quæ ſit ſubſtantia Lunæ; quā,
aliqui dixerunt, eſſe terram multarum vrbium, & mōtium. Dic ſtellas, nō
ſatas, non plantatas, non inſertas, nō firma aliqua radice ſolidatas, ſed repē-
te Dei iuſſu in cȩlo creatas, perituras quoq;, ſi ille voluerit, cū omnibus cȩ-
lis, perinde ac ſtipula à vento raptatur, & à turbine. Dic animā, & corpus
tuum. Tenes ne quid ſit animus? vbi ſit? & denique, ſit an non ſit? Et

ſi eſt, partes ne habeat? an ſimplex vnuſque ſit? Nam, in vtranque partem E
multa dicuntur, dum vnuſquiſque in ſuo ſenſu abundat. Dic etiam ſi po-
tes, quæ ſubſtantia neruorum, quæ venarum? Perſeca, aperi, diuide totam
ſubſtantiam corporis tui; dic, qui ſint ſitus partium? quam vim quæq; pars
habeat? Sed deſcende ad humiliora. Dic cicadas, locuſtas, formicas, apes.
Dic verſicolores columbas. Dic gruum figuras, artes, motus. Dic ſtamina
aranearum Dic pendulum bombicem. Denique, dic ſoricem, tantæ vilita-
tis animalculum; cuius fibræ, numero dierum Lunæ reſpondent.

*Sæpe exiguus mus*
*Augurium tibi triſte dabit, tellure ſub ima*
*Quem non vllus amor tenuit, ſed in aera apertum*
*Erupit ſcrobibus, uitæque atque immemor uſus,* F
*Et paruos natos, & dulcia tecta reliquit.*

Quòd ſi nulla humani ingenij acies, tanta eſt, vt exigua hæc, & penè
contemptibilia naturæ, penetrare poſsit; an non extremæ eſt impudentiæ,
ò homo, ſi ad diuiuam ſubſtantiam, maieſtate, dignitate, quæcunque ſum-
ma ſunt, prætergredientem; ipſe, magnitudine, velocitate, feruoreq; inge-
nij, pertingere poſſe confidas, ſi quid ſit Deus ignorare erubeſcas, ſi deniq;
de diuinis rebus profitearis te ea ſcire, quæ, velis, nolis, omnino neſcias?
Hæc omnia, eo ſpectant, ò viri, vt intelligamus, quemadmodum commu-
niter humana lingua, de vnaquaque re, quæ mens ipſa concepit, vix expli-
care ſermone poteſt; ſic in rebus diuinis, humanas cogitationes quantumuis
vigilantes, & accuratas, ipſa tamen æternæ diuinitatis magnitudine, longè, G
longeq; ſuperari: vt propterea, ſi pietas, & religio pateretur, atque adeò ipſa
etiam natura noſtra, cui nihil eſt antiquius, quàm guſtare, quæ ſunt Dei,
ſpirare Deum, viuere Deo, atque adeo loqui de Deo; nihil tam neceſſariũ
eſſet hominibus, quàm præ nimia benè dicendi cupiditate, in diuinis rebus
agere alta ſilentia: ne aut verborum inopia, & indignitate, aut cogitationũ
tenuitate, vileſcere putaretur, & mens imago Dei, & theologia, ſermo de
Deo. Signum autem eſt; Nam, quum pij omnes docti, & indocti, Deum
ipſum glorificare pariter cupiant, & in ipſa pietate, & cultu, alter, altero ſtu-
deat eſſe religioſior; nemo tamen vnquam, tam cæcus inuentus eſt, qui ad
loquendum de rebus diuinis, ad enarrandam illam ipſam diuini numinis
maieſtatem, ſe ſatis dignum arbitratus fuerit, &, ad tantum munus, alijs præ- H
ferendum eſſe putauerit. Quin, illi ipſi præ cæteris, quos ad ſummam di-
uinarum rerum cognitionem perueniſſe, veriſimile videri poterat; quò
magis eminebant ſupra cæteros, eo maiorem infirmitatem, dicturi, patie-
bantur: eo minus, ſe cognitarum rerũ magnitudini, orationis copia, & di-
gnitate reſpondere poſſe, confidebant. Et vnus quidem in ſacris literis, os
tenerum pueri accuſat: alter balbutire ſe dicit: eſt qui oſtendat polluta la-
bia, & qui ante omnes conteſtetur. Terra, & cinis ego ſum, plurimarum
palmarum homines, & omnes, & ſinguli; qui toties victores fuerunt, quo-
ties



A ties de Deo locuti ſunt. Hoc eſt enim vincere in ſermone de Deo, vinci
à magnitudine Dei. Et quidem illud vnum, vbique, & ſemper diuina ſpe-
ctat hiſtoria, vt oſtendat Deum, non hominibus, ſed ſibi ſoli eſſe plenè co-
gnitum, perceptum, & comprehenſum, quia lineam infinitam, in infini-
tum, omni ex parte porrectam, & extenſam; oculus ille ſolus complecti po-
teſt, cui eſt acies, & vis in acie infinita. In tanta enim illa infinitate, diui-
nitatis, nihil effugit perſpicaciſsimam diuinæ intelligentiæ aciem; & acu-
tiſsimus ille diuinæ mentis intuitus nihil videt, nihil intelligit, quod ſit ex-
tra illam ipſam diuinitatis abyſſum. Propter quod, ipſæ etiam ſcholæ, im-
butæ altiſsimis diuinorum eloquiorum ſenſibus, ſicut conſtantiſsimè affir-
mant Deum eſſe ſibi originem, & principium; quod tamen ritè, more in-
B ſtitutoq; maiorum, interpretantur, diuinam naturam vt extet, non aliunde
habere originem; ſic ſobriè; & caſtè docent, Deum, ſibi ipſi vndique fini-
tum eſſe, & terminatum: quòd, vt eſt ſine fine intelligibilis, ſic ſe ipſum
ſine fine intelligat. Circunferentia nimirum, nihil amplius ambit, quàm
centrum: & virtus ſola centri, continet totam circunferentiam. Vt hæc
ipſa in ratione intelligibilis; & in ratione intelligentis infinitudo, velut in-
ter vtrunque peræqua proportio, finitio dicatur, ac terminatio ipſius diui-
nitatis; contra verò infinitus exceſſus Dei, & infinitus defectus hominis,
pariunt hanc ipſam, quam diximus Ἀγνωςίαν, ἀκαταληψίαν: Nunquam
enim eo perueniet homo mortalis, vt in cognitione ipſius diuinitatis pro-
ficere non ſemper poſsit, qui quum conſummauerit, tunc ferè incipiet: tan-
C tum abeſt vt fontem exhauriat, vt ipſe non adhuc eſuriat, vt non adhuc ſi-
tiat, vt deſinat haurire aquam, vt dicat, vidi finem. Profectò verò, omnis
illa terna infinitio Dei, Ἀπειραςία, ἀοριςία, ἀτέλεια, ad quam hæc quar-
ta conſequitur, Ἀκαταληψία; de qua, reliquiæ cogitationis, diem feſtũ
agunt huic noſtro conuiuio; fundamentum eſt, cui nititur tota fides, tota
ſapientia, totus intellectus chriſtianæ theologiæ: in quod, reducenda ſunt
difficillima quæque, & eorum quæ ſunt ſupra hominis captum, in quibus
ratio fide perficitur; & eorum, quæ naturali ingenio ſciri poſſunt, in qui-
bus fides ratione iuuatur. Ex infinitate, omnia deducuntur: in infinita-
tem, omnia reſoluuntur. Sanè, vniuerſa doctrina veritatis, & pietatis no-
ſtræ, cuius, tanta eſt præ cæteris doctrinis gentium admirabilitas, vt, meri-
D tò, mundus clamet. Quæ nam doctrina hæc noua? dum prædicat in Deo
veritatem, trinitatem, communitatem, proprietatem, paternitatem, filie-
tatem, omnipotentiam, creationem; tanquàm in vnicum ſuum centrum,
reſpicit in hanc ipſam omni alia infinitate infinitiorem, diuinæ naturæ in-
finitudinem: Circa quam, plena oculis ante, & retro, tota reuoluitur: ad
quam, reducitur: in qua tota colligitur, & quaſi conglomeratur: ex qua de-
nique, latè explicatur, declaratur, defenditurq;, & confirmatur. Tolle tres
illas naturæ infinitates à Deo; fac Deum eſſe finitum, limitatum, redactũ
in ordinem; quomodo intelligi poterit, vt ſint vera hæc prima principia
Chriſtia-

dibus patiatur; qui non cupiat ex animo in ſtudijs, in commercijs, in con- E
uictu, non defraudari ueritate, audire ueritatem, frui dulcedine ueritatis;
uſqueadeo ipſis etiam coniuratis ueritatis hoſtibus, placet audita ueritas:
& gaudent ſe detexiſſe veritatem illi homines, quorum ora, & linguæ, ne
colorem quidem vllum habent veritatis. Ecquid porrò dulcius humano
generi contingere poteſt, vna illa honeſta, & ſancta, quam virtus gignit, &
continet, amicitia? quam profectò ſi ab hominibus tollis, ſolem è mundo
ſuſtuleris. At amicitia, veritate, & fide nititur. Quæ vbi adeſt, congluti-
nat; vbi abeſt, diſſoluit. Fuco enim, dolis, & fraudibus, dum aliud ver-
ſamus in animo, & aliud in ore habemus, amicitia ipſa (quod & Ethnici di-
xerunt,) tanquam venenis extinguitur, & enecatur prorſus. Sed, de diui-
na nobis, non de morum, aut fori veritate, in præſentia loquendum eſt; vt F
veſtras ſublimes animas, ò ſapientiæ alumni, ædificemus; vt proficientibus
addamus calcaria: &, vt ipſis etiam initiatis, vel hoc ipſum tantum lumen,
quod à longe poſiti, aſpicere valeant, oſtendamus. Dicere in foro, & face-
re veritatem, virtus eſt, qua homines dicuntur veraces: cuius mira quadã
ſuauitate, incantantur emptores à venditoribus, & ab ementibus vendito-
res; vt ex vtriſque, ferè vnus animus fiat: vnde, & merces commutentur,
atque commercia creſcant, ad commoditatem rerum publicarum, atque
adeo totius humani generis. Hinc illa lex Αγοϱανόμον, ædita Athenis,
Εν ἀγοϱᾷ μὴ ψεύδειν. At, Deum eſſe verum, aut veritatem, non eſt vir-
tus: Merces eſt, & premium vniuerſæ virtutis. Illud ſanè ſpectat perfe-
cta, & conſummata virtus hominum, vt tandem perueniat ad videndum, G
& poſsidendum Deum uerum, Deum virtutum, Deum, cuius eſt totum
quod eſt optimum. Imagines, & ſimulachra, quæ ex Πϱωτοτύπῳ depin-
guntur, vel deſcribuntur, communi loquentium vſu, quem, & ſequuntur
ſacræ litteræ, dicuntur deducta ex vero. Et ipſum illud primum exem-
plum ſolum, dicitur verum, cuius cætera Απόγϱαφα, veriſimilia ſunt ma-
gis, quàm vera. An non legimus apud diuum Paulum, exemplaria vero-
rum? Certè verò Romanus ille Philoſophus, quum animum (inquit) ab
iſta pictura imagineq; virtutum, ad rem veritatemq; traduxeris; quum er-
go, multi ſimilitudine, participationeq;, Dij ſint, & dicantur; nos vnam il-
lam veram, primam, perfectam, ſimplicem, abſolutamque diuini numinis
veritatem, quærimus; cuius imitatione, participatione, ſimilitudine, illi Dij H
ſunt, quibus ipſe verus Deus, ſedens in ſinagoga Deorum, & Deos diiudi-
cans, dicit. Ego dixi Dij eſtis; cui dixiſſe feciſſe eſt. Diuinus ille, apud
gentes, Plato, dicere ſolitus erat; duos eſſe mundos, intelligibilem vnum,
in quo veritas habitaret; Senſibilem, alterum, quem non vera, ſed veriſimi
lia implerent, & occuparent: ex illo ſerenitas ſcientiæ in cordibus paucorũ
illuceſcit; ex hoc in ſtultorum animis, opinionum nubila, tenebræq; con-
ſurgunt. Et nubila quidem opinionum, excecauerunt olim gentes, quas
etiam diu tenuerunt in cultu, ex fide veriſimilium Deorum; nos opinio-
nes



A nes omnes dedignamur; ad ſcientiæ lucem, & ſerenitatem aſpiramus. Deũ
verũ, non veriſimilem ſcribimus: illum loquimur, illius nudam, ſimpli-
cemq; veritatem, humano generi, ex ſacris literis aperire, declarareq; tenta-
mus, capientes, vt quiſque tandem dicat, complacui mihi in veritate tua, ò
Deus meus. Eſt veritas in ſacris literis, verbum, ratioq;, & ſapientia geni-
ta à Deo verò, quæ in ſe ipſa candor lucis, vapor virtutis Dei, &, ſi quid ha-
bet ſimbolica theologia, vapore, & candore ſubtilius, in regione iſta craſ-
ſiſsima, nouiſsimè, propter nos denſari cœpit in carnẽ; ſuoq; tẽpore, naſcẽs
de paradiſo deliciarum Dei, (quo enim alio nomine, appellem ſanctam il-
lam glorioſæ virginis aluum?) locum fecit oraculo, veritas de terra orta eſt.
Hæc eſt veritas de veritate, ò viri, & lux de luce; de qua, piæ illæ olim patrũ
B noſtrorum precationes ad Deum. Emitte lucem tuam, & veritatem tuam.
Lucem; ad illuminandos fideles, veritatem, ad implendas promiſsiones;
Lucem, quæ deducat ab inferis, veritatem, quæ adducat ad ſuperos; Lucẽ,
quæ errorum tenebras diſcutiat, veritatem, quæ, nos in diuinarum rerum
ſcientia, & fide, inſtruat, & confirmet. Et de cœlo quidem deſcendit, vt
mundo vitam daret, Chriſtus Ieſus, lux de luce, veritas de veritate, Lux mi-
ſericordiæ, veritas iuſtitiæ; Lux influens ad merendum; veritas promouẽs
ad remunerandum; veritas, qua, homo apparet reus, & iuſtificatur Deus;
nobis verax, in ſe verus; veritas, qua ipſi veſcimur, & in eam mutamur; ve-
ritas, quæ mentes noſtras reficit, & in ſe ipſa non deficit. Vnde illud, veri-
tas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Hic eſt verus Deus, & vita æterna. Sed-
C enim, nihil hoc loco, nobis, aut religioni noſtræ proprium tractamus; com
mune eſt quod ſcribimus; quia nunc primùm de diuina natura exorſi, nõ-
dum attingimus diuinas perſonas, aut earũ notiones, characteres, proprie-
tates. Atque ideo, ante oculos noſtros verſatur veritas communis, abſolu-
ta, totius diuinæ naturæ: qua Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus, ſunt, non
dico ſolùm vnum verum; ſed & vnus verus: ſicut vna æternitate, ſunt vnus
æternus: & vna immenſitate, aut infinitate, ſunt vnus infinitus, & vnus im-
menſus. Erit locus, & tempus aduerſus eos, qui ſemper ſunt dicentes, &
nunquàm ad ſcientiam veritatis peruenientes, proferendæ in lucem verita-
tis Chriſti; quum poſt peccatum & legem, libro, qui in diuina hiſtoria, im-
plebit Muſarum numerum, diuinam per Ieſum Chriſtum gratiam, pignus,
D & arrham, æternæ, quam expectamus, futuræ gloriæ, enarrando deſcribe-
mus. Tunc enim, illo nobis præferente lumen, gradatim per ſuas ipſius
ſcalas, ſurſum verſus aſcendentes, hæc omnia perorabimus. Verè hic ho-
mo iuſtus erat. Verè filius Dei erat iſte. Verè, tu es Deus abſconditus.
Verè dolores noſtros ipſe portauit. Surrexit dominus verè. Quin & ora-
culum illud ſuum cantabimus in iubilo; caro mea verè eſt cibus, & ſanguis
meus verè eſt potus. Interea igitur, audite, quicunque eſtis filij hominum,
Iudæi, Gentes, Græci, Barbari, ſapienteſq;, & inſipientes; Explicabimus
enim abſolutè, & ſimpliciter, antiquam illam veritatem Dei, quam, nondũ
inuul-

inuulgatis religionis noſtræ myſterijs, philoſophi gentium, in iniuſtitia E
detentam, in mendacium deinde turpiſsimè commutauerunt: non illud
ſolùm, quod de veritate Dei actu, (vt aiunt,) vel habitu credebant, & intel-
ligebãt animo, ore, & opere diſsimulantes; ſed, quod multò erat ſceleſtius,
palam aſſeuerantes, non eſſe ſupra mundum hunc ſenſibilem, aliquem ve-
rum Deum; ſeruienteſq; propterea Dijs falſis, & contemnentes illum æter
num, & verum Deum; cuius nomen, eſt ante omnia ſæcula, benè, ſanctèq;
edictum, aliorum interdictum, ò ſcelus, ſcelerum; Illud, erat diffiteri, hoc,
mentiri. Inde, veritas erat apud illos captiua, hinc, ne quidem viua. O' di-
uina veritas; (liceat mihi exclamare;) Tu non inuenta, reperta es. O' pi-
ma præda, & recens, fratres; accurrite. Non ſortem ducamus; in commu-
ne potius fruamur hac ipſa venatione, gẽtibus proiecta, nobis pretioſa. Re- F
perta eſt diuina veritas, ò viri docti, in fonte puteali ipſius altiſsimæ, & pro
fundæ infinitatis. Nihil enim eſt, tam ſimile, & cognatum infinito, quàm
verum. Immo verò, ipſa veritas, eſt illa ipſa tota, quam audiſtis, infinitas.
Infinitas virtutis, quæ omnia vincit, & ſuperat, vinci ipſa, & ſuperari non
poteſt. Infinitas æternitatis, quæ neque aliquando incipit, neque aliquan-
do deſinit, ſemper eſt, ſemper erat, ſemper erit Infinitas eſſentiæ, vel natu-
ræ, abs qua, creaturæ omnes, in mendacium, & in falſitatem etiam inuitæ
degenerant. Nam, & pulcherrimam faciem, pictores omnes (ne Apellem
quidem ipſum excipio) raró, niſi in peius effingunt. Vt propterea, ſi Deus
eſt infinitus, omninò ſit & verus. Qui enim Deus verus eſt, finitus eſſe
non poteſt: & infinitus non eſſet, niſi verus eſſet. Quid dico verus, & G
non potius veritas? quando ſimiliter eſt æternus, & æternitas, quin, & au-
thor ipſius æternitatis? Ecquam verò præſtat ipſi æternitati veritas, & ratio
veritatis? Quemadmodum enim locus, & tẽpus nobis ferè accidunt, quos
loca continent, & tempora metiuntur, (pertinent enim ad prædicamenta
illa vltima, vbi, & quando;) ita, Deo ipſi ferè adſunt extrinſecus, quæ ana-
logiam cum loco, & tempore habent, immenſitas, & æternitas. Veritas por
rò, diuinæ naturæ, neq; adeſt, neq; ineſt, ſed ipſa eſt. Eſt inquã illud, quod
vnum maximè petit quæſtio, quid eſt, qua quęritur non accidens, ſed ſub-
ſtantia rei. Eſt illa ipſa puriſsima, & ſimpliciſsima excelſitas æternæ diuini
tatis. Dicam græcè Υπερθεότης, & Θεαρχία: hoc eſt, ille ipſe ſummus di-
uinitatis apex; qui, ne veſtigium quidem ſenſibus noſtris reliquit vllum, vt H
quis, qualis, quantusue ſit, ſiue colore per oculos, ſiue ſono per aures, ſiue
per nares odoribus, ſiue demum guſtatu ſaporum, aut tactione frigoris, &
caloris, aliquo modo iudicare valeamus. Non quærimus viri, veritatem di
uinorum oraculorum, iudiciorum, promiſsionum, quibus diuina Maieſtas,
ſuſpici, timeri, amariq; voluit; non doctrinæ, quam tradidit; non ſacramen
torum, quæ inſtituit. Quærimus vnam ſolam veritatem æternæ diuinitatis,
cuius imaginem, Dijs ſecundis dare potuit; exemplar, non potuit: veritatẽ
illam quærimus, quam ipſe Deus credi iuſsit; videri non permiſit. Ecquid
porrò



A porrò veritate illa, aut certius, aut firmius? Veritas infinita; certitudo infi-
nita. Nihil Deo verius; Nihil Deo certius. Non eſt certum, niſi verum:
falſa, omnia incerta. Quod veriſsimum eſt, vt certiſsimum ſit, neceſſe eſt.
Quid tu opponis verſute? Infinitus Deus, ergo incertus, vel ſimilis incer-
to? Adeo ne, ſe mutuo conſequuntur Ακρίβεια, & Κατάληψις, Αδη-
λότης & Ακαταληψία? Adeo ne, pugnat infinitum cum certo? & in-
certum cum finito? Sunt animi hominum incerti; ſunt incerti caſus; ſunt
incerta conſilia; eſt incertus Mars. Quid incertius vulgo? An non incer-
tæ prouidentiæ noſtræ? Quid? Nulla ferè eſt natura in mundo, quæ dum
illius veritatem, ſtudio, & inquiſitione veſtigamus, non mentes incertet no
ſtras. Hinc antiqua illa Academia, quæ nihil ſciri poſſe exiſtimat, quæ de
B omnibus dubitat: quæ, omnia, perinde ac ſtellarum numerus, ſit ne par, vel
impar, incerta eſſe cenſet. Hanc deſperatam philoſophiam, ipſi nunquam
ſecuti ſumus: quę confundit vera cum falſis: quæ ſpoliat hominem iudicio;
priuat approbatione; omnibus orbat ſenſibus: Sed tamen eam opponimus
libenter temerariæ illi philoſophiæ, quæ omniũ rerum citra Deum, veram,
& certam cognitionem ſibi arrogat, Deum ſolum, quem non cognoſcit,
in præiudicium humani generis, incertum eſſe, atque forſan etiam falſum,
impudenter, impieq; proclamat. Ecquid tam certum, quàm quod oculis
cernitur? An non oculis videmus quod cernimus? Profectò verò, certum, à
cernendi verbo deducitur. Inde deriuatur, & verbũ credendi, vt propterea
ipſius certitudinis, non ſit vna ratio, ſed gemina; cernentium inquam, &
C credentium. Beati cernunt: mortales credunt: vtriſque certus Deus: Illis
per euidentiam; iſtis per fidem: per fidem inquam, quam ab illis hauriunt,
qui viderunt. An verò deſunt nobis lumina, quibus certò cognoſcamus, &
quaſi cernamus illam ipſam diuinam infinitatem? illum ipſum infinitum,
incomprehenſumq; Deum? cuius gloriam canunt cœli, & terræ: quem be-
nedicunt Angeli, & homines: cui ſacerdotales manus, quotidie offerunt
illibata thura, & incruentas hoſtias. Vt enim prætereamus lumen gloriæ,
quod beatorum eſt, non mortalium; lumine prophetiæ, diuini vates, conſpi
cui oculi corporis noſtri, quos propterea ſacræ literæ, videntes appellant,
cognoſcunt, & vident præ nobis omnibus, illum ipſum Deum, non ſecus,
D quàm à nobis ipſis videtur ſol in cœlo, color in pariete, candor in niuibus:
Lumine gratiæ, quod vix coruſcat in animis, videtur à pijs mentibus, vt
tremulus in aquis ſplendor, & quoduis aliud ex ſole reſultans Απαύγα-
σμα: Lumine fidei, quod obſcurum quidem eſt, & enigma habet; vide-
tur communiter perinde ac ea, quorum ſpecies, clauſis oculis, ita verſa-
mus animo, quaſi coram nobis poſita in meridie cernerentur. At verò,
ante hæc omnia, ineſt mortalibus omnibus lumen rationis ingenitæ: quod
& ipſum, æternæ lucis deriuatio eſt, ac radius; quo illuſtrati ex creaturis,
& per creaturas, ſi volumus, videamus Deum; vt communiter mul-
ta per alienam ſpeciem, coniectare ipſi, præſentireque ſolemus, quan-
do,

do, & belluis quoque, & auibus, diuinum quiddam ineſt, vt futura quoque præſagire videantur. Miluus in cœlo (inquit ſanctiſsimus vates) cognouit tempus ſuum. Turtur, hirundo, atque ciconia, cuſtodierunt tempus aduentus ſui. Quid? Cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe domini ſui. Heus tu qui de natura tam diligenter ſcripſiſti, in ipſo Deo, authore omnis naturæ, tam indiligens fuiſti; an non tibi hæc ſufficere debuerant, ut certus eſſes, quod Deus uerè ſit; tametſi nemo adhuc mortalium, certus fuerit, quid in ueritate ille ſit? Sint omnia alia circunfuſa tenebris, & omnino (ut græcè dicam) Αδηλα; at uerè, non tam manifeſta Delos, quæ merſa mari, repentè conſpicua facta eſt, unde, & nomen accepit; quam manifeſtus Deus, qui, ſe ipſum tanquam ſol, è medijs etiam tenebris, oſtendit ignoranti ſeculo. Hiſtoriæ teſtantur, & magnus orator refert, fuiſſe Deli complures, qui gallinas alere permultas, quęſtus cauſa, conſueſſent, & quum ouum inſpicerent, quæ illud gallina peperiſſet, diſcernebant. Dij multi ſunt, ò uiri; &, pleroſque, ouorum ſimilitudine fallunt. At eſt ars, eſt inquam ars, non ignota etiam ſemidoctis hominibus, diſcernendi à falſis Dijs, uerum Deum. An non, & quæque mater, conſuetudine oculorum, diſcernit geminos; etiam, ſi inter ſe, tam ſimiles ſint, quàm fuere Seruilij? Sed, age, proſequamur quod cępimus; non enim in omnes recalcitrandum, quot quot nobis calcem impegerint. Adeſto tu mihi de ueritate loquenti, priorum fautrix, ſtudiorum dux, & comes, amica ueritas: neque recedas à corde meo, aut à labijs meis; ne à picturis, & imaginibus tuis, quibus, tam ſæpe mortales, per incogitantiam, deceptos ſe, & falſos eſſe quæruntur; ipſe quoque ſeductas, mendaciorum inconcinnitate, labefactem ſermones meos, &, à uero, lapſus ad ueriſimile, dum excuſationes quæro, ſerò quærar, anima mea impleta eſt illuſionibus. Ecquod numen in uocem, uiri, aut potétius, aut præſentius (ut de ipſa Dei ueritate loquar) quàm illam ipſam, nobilem, uirginem, incorruptam in omne æuum, æterno Deo ſimillimam, coniunctiſsimamq; ueritatem? Ecquis ſum ego, me miſerum, ut de ueritate uera loquar, falſitatis amans, & mendaciorum architectus, ſicut Adam exemplum meum; niſi, ueritas ipſa, deſuper, ſonoro tonitru ſuo, intonet in aurem interioris hominis mei; & rumpat in primis ſurditatem meam, ut audiam uocem ſuam: quam, deinde uerba pura reſignent in codice meo; ut, qui, ea tandem legerint, palam, & lumen eius, & ſuas ipſorum tenebras, uidere poſsint: & omnis mundus intelligat, nos non religione cæca, ſed ratione certa adorare Deum æternum, & uerum, offerreque, & litare animas noſtras ipſi Deo, ut æterno, ſic & uero.

E F G H





A

## *Ratio Diuinæ ueritatis, & analogia ad Bonitatem, Vnitatem, Diuinitatem.* CAP. VI.

QVVM igitur (vt altiſsimè exordiar) Vnum, Verum, & Bonum, ambitu, & latitudine, paria ſint ipſi Enti; quo etiam loco, & gradu, inter doctos habentur Res, & Aliquid, quæ tranſcendentia vocant; conſentaneum eſſe uidetur, vt quod omnibus hiſce commune eſt; ipſum Verum, neque genus, neque ſpeciem, ſub ipſo Ente conſtituat; ſed

B tamen ſupra id, de quo dicitur, & omninò ſupra ipſum Ens, quidpiam afferat additamenti. Alioquin enim quomodo tantas Περισσολογίας, vel Ταυτολογίας vitabimus in ſacris litteris, in quibus legitur, Accedamus cum uerò corde: Veri adoratores: Beatus qui inuenit amicum verum: Honora uiduas, quæ uerè uiduæ ſunt: Diligamus opere, & ueritate? Iam porrò manifeſtum eſt, ipſum Vnum, negare diuiſionem ſui ipſius, quaſi indiuiduum; contrà, Aliquid affirmare diuiſionem ſui ab alijs, quaſi aliud quid, Res certè, naturam indicat, cuius eſt velut actus quidam, idipſum, quod ſignificatur nomine Entis, hoc eſt, Eſſe. Porrò, Bonum, relationem habet; relationem inquam conuenientiæ, & proportionis, ad omnia quæcunque exſtant: Nam hæc ipſa eſt bo-

C ni ratio, Τἀγαθον, ἐφ᾽ ὃ πάντες θέομεν, ad quod omnes currimus, Οὗ πάντα ἐφίεται, quod omnia expetunt. Quum ergo ratio Veri, & ratio Boni, vſque adeo finitimæ, & cognatæ eſſe uideantur; quænam alia poteſt eſſe ratio Veri, niſi ſimilis quædam relatio conuenientiæ, & conformitatis cum omnibus rebus? Atqui, Bonum, per ſe ſe quidem, ad ſe uocat omnia, tanquam res obuia, patens, & palàm expoſita in campo uniuerſæ naturæ. Sed maieſtas, Veritatis, tanquam res ſacra, & religioſa, licet ſit in omnibus rebus, vt & ipſum Bonum; tamen, neque trahit, neque uocat ad ſe, ſine interuentu, & opera ipſius mentis; quæ in Deo quidem actu, ſed in homine non niſi poteſtate, eſt omnia: vt dum omnia intelli-

D git, tanquam Proteus quidam, & materia (vt aiunt) in genere intelligibilium, in omnia ſe ſe mirabili poteſtate transformet; & in omnibus percipiat veritatem; nihil unquam agnoſcens, niſi ſub ratione Veri; ſicut neque voluntas quicquam amat, niſi ſub ratione Boni. Senſus quidem (O Amici) feruntur ſuper id, quod eſt in natura Verum. Sic enim, & doctè cecinit Poeta Philoſophus.

*Apparet; primis ab ſenſibus eſſe creatam*
*Notitiam ueri, neque ſenſus poſſe refelli:*
*Qui, niſi ſunt ueri, ratio quoque falſa ſit omnis.*

At verò, ipſam Veri rationem, nequaquam percipere poſſunt ipſi ſen-

ſus, qui alia cum alijs non conferunt, vt neque ipſi ad ſe redeunt. Spirita- E
li virtute hic opus eſt: Illa inquam virtute, quæ quatuor literis, tanquam
imago Dei, Νοῦς, & dicitur, & ſcribitur, quæ ſuper omnia fertur, per
quam res inuicem conferuntur: quæ, etiam ad ſe ipſam, circulo comple-
tò reuertitur: Ipſa ſola eſt, quæ percipit, & indicat veritatem. Pone è
regione, naturam, & intelligentium, vt uultum, & ſpeculum, ſi, rem,
vt eſt, mens aſpicit, & aſpiciendo, tanquam ſpeculum terſum, in ſe ipſa
repræſentat; repræſentat inquam æquatè, hoc eſt, vt nihil hinc, nihil
inde emineat; hæc ipſa, vtrinquè inter exceſſum, & defectum, æquali-
tas, ipſa eſt, quam quærimus Veritas. Nam diſtortiones, & inæqualitates
omnes, vt ad prauitatem, ſic ad falſitatem pertinere, exiſtimandum eſt.
Neque enim temerè dixit Cicero, Inter rectum, & prauum idipſum in- F
tereſſe, quod inter verum, & falſum. In quem ſenſum forſan, praua in
directa, & aſpera in vias planas, adueniente Deo, mutanda fore, prædi-
cebant diuina oracula. Nam, & in ſacris literis, plerunque idem ſignifi-
care videntur Rectum, Iuſtum, Verum: Et, quæ à ſenſibus abſtracti,
concipimus, Rectitudo, Iuſtitia, Veritas. Sic enim ſcribitur, Pondus ha-
bebis iuſtum, & verum: Modius æqualis, & verus erit tibi: Iudicia domi-
ni vera, iuſtificata in ſemetipſa: Iuſtitiæ domini rectæ. Propter quod, &
ſæpe, miſericordia Dei, & ueritas opponuntur in Pſalmis, quia Veritas,
diuina iuſtitia eſt; quæ omnia recta, & iuſta exigit ab homine. At miſe-
ricordia, quæ contra ius fiunt, remittit hominibus. Inde porrò æquitas, G
vtriuſque temperamentum, non tam ſceleris, quàm penæ miſereſcit, vt
qui perierat propria iniquitate, aliena miſericordia viuat: Vnde illud,
Miſericordia, & veritas obuiauerunt ſibi. Miſericordia, & veritas ſuſce-
perunt me. Illud porrò in quo fundatur hæc ipſa Veritatis ratio, quid eſt,
ſi rem ſpectamus, niſi proprium eſſe, quod res ipſa, vel ex ſe habet, vel à
ſua ipſius cauſa mutuò accepit? Huic, ſi accedat (vt iam iam dicebamus)
æquatio iudicij, & intelligentiæ, completa eſt tota ratio veritatis. Tum
autem conſequitur lux illa magna, quæ ob rerum cognoſcendarum obſcu
ritatem, & difficultatem, dicitur erumpere quaſi ex tenebris; manifeſta-
tio, inquam, agnitio, & declaratio, tam illius, quæ fundat, quàm illius,
quæ format veritatem: quod & ipſum, Veritas dicitur: Vnde Veritas Dei, H
cognitio Dei. Non enim cognoſcit Deum, qui vel neſcit, vel ignorat,
(aut quod eſt utroque grauius) errat circa veritatem Dei. Et generatim,
ſi aut non eſſe quod re ipſa eſt, aut eſſe quod non eſt, quiſpiam dicat; ſi
cœlum ſtare, terram moueri aſſeueret; ſi virtutem fœdam, ſcælus pul-
chrum exiſtimet; ſi Therſitem Aeacida, & Eſopum Alcibiadem appellet;
hæc inquam omnia, ad falſitatem pertinere cenſendum eſt; niſi ſubſint
ſchæmata græca Παράδοξον, ὑπομονὴ, εἰρωνία: quibus, vſque adeo fre-
quenter iocabatur magnus ille veritatis amicus Socrates, vt interdum il-
lis hominibus, qui iocoſa à ferijs non diſtinguebant, nihil videretur aut
ſtoli-



A ſtolidius, aut mendaciloquius. Ecce, Viri, magna pars eorum, quæ de ip-
ſa ratione Veri, hoc loco nobis dicenda erant. An verò ex ijs, non ſtatim
videtis æternam illam, ipſius diuinitatis veritatem? Abſolutiſsima eſt ra-
tio diuinitatis, ſicut & ipſa Ὀντότης: abſoluta (inquam) ab omni affir-
matione, negatione, relatione: At Veritas ipſa, non ſic, non ſic inquam.
Nam relationem habet ad intelligentiam: ad intelligentiam nimirum,
non humanam, ſed diuinam, in primis; cui ex toto conſpicuam ſe ſe of-
fert, vt ſecundum ſe totam, & ſecundum omnia, quæ in ea ſunt, æquatè,
ideoque verè intelligatur. Vnde rationes æternæ, inuiſibiles, immutabi-
les, quas Idæas uocant, veræ formæ, & primigeniæ imagines rerum. Deus
porrò eſt primũ intelligibile: Deus item, eſt primum intelligens. Vnum
B itaque ex intelligente, & intelligibili: neque verò, vel factus eſt, vel fit
Deus vnum ex intelligibili, & intelligente, ſicut anima noſtra, quæ quum
ſentit, & intelligit omnia, fit omnia: ſed ſuapte natura, eſt primum, &
ſummum intelligibile, & idem primum, ac ſummum intelligens. Totus,
& ex toto intelligens: totus & ex toto intelligibilis. Totus, & ex toto (vt
ſupra dicebamus) æquatus ipſe ſibi, atque ideo natura ſua, & iudicio
ſuo, non opinione, aut fictione, noſtra, totus verus, & totus veritas.
An vero eſt

*Omnibus verus, ſibi falſus vni?*

Certè, de Deo homine, legimus, quod ſit Veritas. Dubitari ne verò po-
teſt, quin idipſum prius competat in Deum, quàm in Deum hominem?
C Eſt itaque Deus, & verus, & Veritas. Verus, quatenus intelligens; Veri-
tas, quatenus intelligibilis. An non eſt, & vita, vt & Veritas? Vita eſt ſa-
nè intelligentium hominum, & Angelorum; qui eum intelligendo,
beantur. Sibi quoque vita eſt, quia ſe ſe intelligit, & ſe ſe beat. Veritas
eſt rerum intelligibilium, quarum eſt prima ratio, & exemplar, tam vt
ſint, quàm vt intelligantur. Et ſibi quoque Veritas eſt, quia ipſe; per ſe
ſe, ſicuti eſt, & ſecundum id totum quod eſt, & intelligibilis eſt, & intel-
ligitur. Via tandem eſt (vt neque illud prætereamus,) quia in eo coeunt
in vnum, & ſunt vnum, intelligens, & intelligibile; & per eum, tanquam
per magiſtrum, homines, & Angelos intrinſecus docentem, res intelligi-
biles obuiant naturis intelligentibus, vt hæ intelligant, illæ intelligantur.
D Eia vos, qui veræ phiſiologiæ altas ab origine rerum cauſas, veſtigare ſo-
letis; In ratione diuinæ vnitatis, quam monſtrauit ipſa Aeternitas, ſupe-
rioris libri materies, agnoſcite primum principium, primam cauſam effi-
cientem, antecedentem omnes cauſas, omnia principia: vnde omnes cau-
ſæ, omnia principia, & quod ſint, & quod cauſæ, & principia ſint, acci-
piunt. In ratione diuinæ bonitatis, cum ijs, qui Socratem ſecuti, philoſo-
phantur de moribus; attollite animos veſtros ad cõtemplandum Deum,
quatenus finis vltimus, & ſummum bonum, tam actionum, quàm ani-
marum noſtrarum, & omnium hominum,

*Qui, vitam nobis aperit, donatq́ beatam:* E
*Qui, nullumq́ malum, mortalibus inuehit vnquam.*

Tandem, poſt omnia, cum ijs, qui ſoluti mente, & animo, uerſantur circa ea, quæ ſunt Μετὰ τὰ φυσικά, in hac ipſa ratione diuinæ ueritatis, diſcite philoſophari altius, & reducere omnia in ipſum Deum, tanquàm in magnum, & primum exemplar; quod omnium omninò rerum, poteſt, ut antico carmine dicam,

*Exemplar dare, & veſtigia notitiai.*

Nam res omnes, quanquam in ſe ipſis res ſunt, tamen collatæ ad Deum,
rogo, quid ſunt, niſi ſigna? Deus enim ſolus, eſt res, & non ſignum, ideoq;
ſolus ſimpliciter ueritas; ſolus id quod eſt: ſolus ipſum bonũ, cur non &
ſolus ipſum Verũ? Quòd res ſint, refertur in Deũ, quatenus eſt id quod eſt F
&, Deus eſt earũ effector, quatenus Vnum, ſicut eſt finis, tanquam bonũ.
Sed quicquid eſt in eis formæ, ſplẽdoriſque, & pulchritudinis, ex Deo originẽ habet, ut eſt uerũ, & Veritas. Nimirũ, ipſa Veritatis ratio, eſt tota lux, tota decus, tota formoſitas; ut mendacia contrà, & fuci omnes, turpitudines ſunt, ſordeſque, & labes, atq; omnino horror ingentium tenebrarũ.
Paria nanque exiſtimantur à uiris ſapientibus, quò ad ſplendorẽ, & pulchritudinem in corporibus, lux; & ueritas in animis: Et quidẽ (Audite viri) Vnitas, uirtute continet omnia, & per ſe ipſam, atque in ſe ipſa implicitè (ut ſic dicam) eſt omnia: Quæ demũ, ſicut per rationẽ boni, unde fluxerunt, illuc refluunt, & in unũ, quoad licet, reſtituuntur per ipſam unitatẽ;
ſic reformantur, decoranturque, & illuſtrantur, per ipſam diuinam uerita G
tem, ex qua omnis ſpecies, omnis pulchritudo, & omne decus. Quanta eſt tua Veritas, ò Deus? quanta? quanta? Ecquot radios, quot lumina emittit in omne hominũ genus alma hæc tua lux Veritas, ò Deus meus? Planè, non tantis coloribus fulget Iris; imo, ne mundus quidem ipſe totus; quantis luminibus ſplendent homines, quos diuina ueritas irradiat; ſi tamen eã uident, uel audiunt, & non uidere ſolùm, & audire uidentur; iuxta Apoſtolicum uerbum. Sicut eſt ueritas in Ieſu, ſi tamen illum audiſtis, & in illo docti eſtis. Sunt uiſiones corporales digitorũ, ad parietem Regis; quas interpretatur uir deſideriorum. Sunt imagines, quas, Viſa, uocãt. Nam, &
Petrus, dũ liberaretur ab Angelo Dei, exiſtimabat ſe uiſum uidere. Eſt ui H
ſio intellectualis, eaq; multiplex, ſicut, & multiforme eſt lumen, quo olim à patribus, & per omnia ſecula, à uiris pijs diuina uidentur, naturæ, fidei, ſcripturæ, contemplationis, prophetiæ, raptus. Quæ ſanè omnia, emanationes ſunt lucis illius æternę; diuinæ (inquã) ueritatis, cuius eſt illa uox, Qui ſequitur me, non ambulat in tenebris. Hic, hic uide Philoſophe, & nuſquã alibi, ęquationẽ inter intellectũ, & rem intelligibilẽ, inter Deũ, & ueritatẽ. Finge te eſſe Argum cẽtoculum, imo uerò te eſſe totũ oculũ; non eris tamẽ ſol, quem uidere geſtit oculus. Propterea, ſi etiã abſque corpore, totus ſis mens, quemadmodũ ferè Angeli; adhuc tamẽ, aliud maius quid-



A quidpiam, extra te, erit ipſa ueritas: Quam ſi ex toto compræhenderes,
ueritas eſſes, Deus eſſes, ideoque ueritatem non ſitires. Non quærit ſe ipſam Veritas, eſt præſtò ſibi ubique, & ſemper. Mens noſtra, eſt, quæ ueritatem quærit, & requirit: quæ ueritatem eſurit, & ſitit, tanquam panem uitæ, & intellectus; tanquam aquam ſapientiæ ſalutaris, unde reficiatur alatur, nutriatur. Emaciatur enim ſine ueritate, Saginatur, & impinguatur alimonia ipſius ueritatis. Certè uerò, ne Angeli quidem, uſque adeo ueritatem ipſam intelligunt, ut illa non ſit adhuc uerior, purior, ſimplicior: ſicut neque tantùm amant infinitam illam bonitatem Dei, ut illa ipſa non ſine fine prætergrediatur omnem uim amoris, & omnem rationẽ amabilitatis. Ecquanta ratione. Veritas in lingua Græca, per illuſionem
B ad Deum, & ad diuina, proprium nomen accepit? Dicta eſt enim, Αλήθεια, non tam Ανδ῀ὺ τῆς λήθης, quòd ne obliuione quidem deleri, extingui'ue poſsit, quàm propriè Αλς ἡ θεία, diuinum mare, diuina inquam abyſſus, in qua delicias agit Deus meus. Ob id, & tribus ſyllabis in lingua Latina, & tribus literis in lingua Sancta, profertur, & ſcribitur Veritas; tanquam uerè diuina, quando Deus eſt Trinitas. Non eſt humana poſſeſsio Veritas, ò homo. Eſt ſemen

*Quod non tua ſeminat arbos.*

Nam nimium uerè dixit Sancta illa Virguncula, quæ à luce nomen accepit; à luce, quæ ſplendet per ueritatem, & calet per bonitatem; à Chriſto Ieſu, inquam; è cuius ſplendore emicat fides, ex cuius calore igneſcit cha
C ritas. Fides ſine errore in intellectu; charitas ſine ſcęlere in uoluntate:
Veriſsimè inquam dixit, Omne uerum, à quocunque dicatur, à Spiritu ſancto eſt. Huc quidem ſpectabat puella ſponſa Chriſti; quod homo, cui eſt cor prauum, & profundum, cui ſuapte natura anima fætet; cuius guttur eſt tanquam ſepulchrum patens; nimirum, qui ex ſuo non loquitur, niſi mendacia, & falſitates, de Deo, & diuinis rebus, ad ſuam ipſius ſalutẽ pertinentibus, veritatem aliquam, neque ſcire, neque diligere poſſet, niſi illi Deus, ſuaue olentem ſpiritum veritatis, quaſi animam, inhalaret. In huius nanque myſterij ſymbolum, dum babtiſmali regeneratione initiamur, immittunt in ora noſtra Dei flamines, ſacrum, & diuinũ ſalem; opſonium opſoniorum, & condimentum omnium condimentorũ: vt intelligamus
D in alijs hominibus, quos Chriſti ſaliua ſancta non tingit, ne micam quidẽ
eſſe ſalis, veritatis, ſapientiæ, prudentiæ, quo ad res diuinas; quia caro non percipit, quæ Dei ſunt: neq; enim poteſt. Verũ enimuero abſolutè quoque, & ſimpliciter, ſicut omne quod eſt, pendet ab ipſo Deo, quatenus eſt Τὸ ὄν; ita omne Verum pẽdet ab ipſo Deo, quatenus eſt ipſum verũ. Dicam Gręcè, Τὸ αὐτὸ ἀληθές. Hinc, & priſci illi ſapientes gentiũ, ſumma religione docebant, poſt Deum ipſum, nihil eſſe debere antiquius, amabilius, uenerabilius ipſa ueritate: quam ſi quis appellauerit ſapientiã, aut etiam ipſius ſapientiæ gloriam, apicè, florem; non aberrabit à uero.

Sed enim, ò viri, vt corpora integra molliter lambit, & quaſi irrorat tactus E
mellis; vlceroſa verò, & puſtulis corrupta, dum vi ſua abſtergit, mordicat
ſimul, & aſperat; ſic veritas, ſuapte natura, ſano, & integro homini, eſt mel
le dulcior; vitioſo autem, & flagitioſo, ſua ipſius culpa, videtur amarior
felle, & aſperior acerbo aceto. Vtrinque beata veritas; quæ dum amicos
dulcedine lenit, & fouet; inimicos aſpredine cruciat, & ex carnificat; vtroſ-
que ſimul, humano generi reddit, & ſeruat incolumes. Te beatum Zoro-
babel, qui centum Zopyris maior, ac melior, non Φιλοτιμος, non Φιλοχρή
ματος, ſed Φιλοςοφος, ſed Φιλόθεος, coram Dario Rege Perſarum, de verita
te, & potentia veritatis, tanta animi libertate, locutus es. Non timuiſti
Gedroſos, Arachoras, Arios, Parapomiſſadas: non expauiſti Apemiem
filiam Beracis, concubinam Regis; ſed inflante diuino numine os tuum, F
vt magna, vt diſerta, vt fortia ſonares, ſpectantibus omnibus Satrapis, &
Satrapijs, pro veritatis honore, & gloria, diſputaſti, certaſti, viciſti, trium-
phaſti: & tibi plauſit chorus, & admiranda illa imagine vocis Echo, Thea-
tra regia reſponderunt, Super omnia vincit Veritas. Falſitas, viri fratres,
tanquam malè tuta, vbique, etiam inter dentes, vnde fando, decipit; quærit
latibula, ne videatur. At veritas, tanquam ſibi bene conſcia, ex quibusli-
bet antris, & ſpecubus tenebrarum, emicat foris: neque latere vult, neque
periculum formidat: & ſecum omnia, quantumvis profunda, demerſa ca-
ligine, eruit protinus, & educit in lucem. O verè infinitam, & Deo dignam
Veritatis poteſtatem.

G

## *Deus non tam verus, quàm veritas, illa ipſa principalis veritas, qua verat omnia vera, extra quam nihil verum.* CAP. VII.

VENIT, Vidit, vicit, alma veritas, fratres; Docuit,
Delectauit, Permouit: vos leti, & gaudentes, date
thura flammis. Ipſi interea, dicta dicendis necte- H
mus, vt accedant oſſa, ad oſſa; vnum quodque mem
brum ad iuncturam ſuam; & videntibus vobis, in-
grediatur ſpiritus, viuiſcereq; incipiat corpus, quod
in gratiam veſtram, tractandum ſuſcepimus, ipſius
veræ diuinitatis. Ecce habetis hactenus, primam il-
lam vniuerſæ Veritatis ſedem, quam auguſtè, & ſanctè venerari par eſt:
Artem inquam, & mentem diuinam, plenam rationum viuentium, men-
ſuram omnium rerum, quæ natura conſtant: nam, & ars humana, menſu-
ra eſt rerum, quæ per artem efficiuntur. Quoniam ergo veritas intelligen-





A tiæ, & enunciationis, ſignificatio certa eſt animi, dependens ab ipſis rebus
extra animam; ſanè non res ab oratione, ſed ab ipſa re accipit, & oratio, &
intelligentia orationis parens, vt ſit vera, vel falſa: poſtquam res omnes ſunt
imitationes, ſpeculaque, ſigna, & exempla æternæ diuinitatis. Ob id enim
aſſurgentes, ex illis, & per illas, cognoſcimus Deum, & exemplaria Dei.
Manifeſtum eſt tandem, neque dubitationem habet vllam, quæcunque
ſunt in vniuerſa natura, ſuam ipſorum veritatem nanciſci ex illis æternis
conceptionibus, & idæis, quas ſacræ literæ diuina Παραδείγματα vo-
cant. Ex illa ſede (O viri) quæ Dei, & Agni vna eſt, procedit, vt per imita-
tionem diuini exemplaris, quod in ſummo illo montis vertice, in taber-
naculis non manu factis, monſtratur cælitibus, res ipſæ efficiant, mentes in-
B telligant, ora pronuncient, pronunciata ſignificent; denique facta teſten-
tur, & confirment veritatem. Sicut enim imago, quæ videtur in ſpeculo,
& ea, quæ picta eſt in pariete, ea quoque, quæ lucet in anima, pendet a vul-
tu extra ſpeculum, extra parietem, extra animam; & prius, vt ab exempla-
ri, quàm vt ab efficiente; Ita, omnis veritas, in re, in mente, in cauſis, in ſi-
gnis, in dictis, & factis, pendet a veritate diuini exemplaris, extra totam
naturam; vnde verantur omnia vera, in ipſa natura rerum. An verò, non
præter tempora particularia, eſt ipſum generale tempus, cui ſubijciuntur
temporalia quæque? Ad hunc ſanè modum, præter veritates particula-
res, eſt prima illa diuina veritas; cui vſque adeo ſubijciuntur omnia ve-
ra, vt, ſine illa nihil ſit verum, & omne verum ſit verum prima illa ve-
C ritate. Erigite hic animos. In coloribus, aliud quidem eſt, quod videt
oculus, & aliud per quod videt. In ipſa tamen luce, non differt res quæ
videtur, & ipſa videndi ratio; quia natura lucis, in ſe ipſa habet, vt vi-
deatur per ſe ipſam, &, vt illius interuentu, omnia alia videantur quæ-
cunque videntur. Quemadmodum ergo oculus, nihil videt ſine luce, ita
mens humana nihil intelligit ſine veritate. Quanquam, lucem quidem
capit etiam exiguus oculus, at veritatis amplitudinem capere non poteſt
anguſtia totius humanæ mentis. Anguſti ſumus æternitati: Anguſti ſu-
mus, & veritati. De veritate, aliquid dici ab hominibus poteſt: at ipſa veri-
tas, niſi ab ipſo Deo, dici tota non poteſt. Quàm docte dixit Philoſophus
D ille, De veritate contemplationem; partim facilem eſſe, quia a tota fera
quis aberret? partim difficilem, quia ſublimis nimium res eſt veritas: Ni-
mirum digna Deo, ideoq; non tam diſcutienda, quàm cum ijs, quæ ſupra
nos ſunt, & ad nos pertinent, credenda, colenda, amanda, prędicanda. Non
indiget veritas mente; Indiget mens veritate: Nam neque eſt neceſſarius
oculus Soli, ſed ſol eſt neceſſarius oculo. Quid enim deeſt ſoli, ſi eum non
videat oculus tuus? Et quid deeſt veritati, ſi eam non comprehenderit
acies intelligentiæ tuæ? Tuæ inquam, ò homo. Nam oculo comparari po
tes, ſoli non potes. Aliud eſt tibi virtus videndi; aliud quod videtur: Mens
videt, veritas videtur. At verò Deus, eſt mens, & veritas, non plus mens,

quàm Veritas: non plus ueritas, quàm mens, totus mens, totus ueritas.
Hinc titulus ille geminus, Aræ antiquæ Dei, Νοῦ, Αληθειας, Mentis,
Veritatis. Quod Deus ſit vtrunque: quod ambo vtrinque referantur;
quod vnum reſpiciat alterum; mens veritatem; veritas mentem, vt ocu-
lus lucem, & lux oculum. Nolite iam, ò Viri, perpetuo hærere in ultimis
ſedibus Veritatis, in ſignis, in enunciationibus, in cogitationibus, in voci
bus, in conceptibus, ſed mecũ quærite illius alta ſubſellia, naturas, res ip-
ſas, formas, exemplaria, vnde in primis deducuntur, & quo tandem redu-
cuntur omnes ſignificationes, cogitationes, enunciationes, voces, conce-
ptus. Adde operationes, mores, amores. Sanè Veritas, in ſacris literis, quas
continenter habere oportet in directo oculorum noſtrorum, non ad cõ-
templationem ſolam ſpectat; ſpectat etiam ad actionem. An non legiſtis, F
In veritate non ſtetit? Creatus eſt in ſanctitate veritatis? Qui facit verita-
tem? Sanè quid eſt, In veritate non ſtetit, niſi rectitudinem non tenuit?
ab arce iuſtitiæ cecidit? Dei amorem neglexit? Quid porrò eſt ſanctitas
Veritatis, niſi ſanctitas, fraudis, & doli neſcia, abſque fuco, & hipocriſi?
iuxta illud, Ecce verè Iſraelita, in quo dolus nõ eſt. Cuius ſacrum ſymbo
lum, eſt cor appenſum gutturi; quo ſignificatur, tunc nos eſſe veraces, ſi
corda, & ora conſentiant, ſi quod ore dicimus, depromamus ex corde; &,
quod in pectore clauſum eſt, præferamus vultu: alioquin vultus, qui di-
ſcrepat ab animo, non iam vultus, ſed perſona, & larua eſt. Quid denique
eſt facere veritatem, niſi rectè, & iuſtè, vt par eſt, agere? Nam, & Chriſtus
Ieſus, ore ſuo ſancto, & benedicto, opponit, facere ueritatem, & Malè age G
re. Qui malè agit (inquit) odit lucem: Qui autem facit veritatẽ, venit ad
lucem. Hæc porrò omnia, non ad complexiones, vel propoſitiones perti-
nent, ſed ad mores, ad uirtutes, ad actiones. Signa tamen, & iſta ſunt, &
cauſam habent priorẽ, ex qua pendet, vt uera ſint, & dicantur. Sicut enim
propoſitiones, quum veræ ſunt, ideo ueræ ſunt, quia æquantur cõceptio-
ni mentis, & mens rei, & res ideæ, & idea uerbo, & verbũ Deo; ſic, quum
Veritatem facimus, ideo facimus, quia opera noſtra ſunt ſecundum virtu
tem: virtus ſecundum legem; lex ſecundum rationem, ratio humana, &
naturalis, ſecundum diuinam. Tolle hanc conformitatem, tollis veritatẽ.
Tolle cognitionem huius cõformitatis; tollis cognitionem ueritatis. Ve- H
ritas ſigni, pendet à ueritate rei. Veritas rei, pendet à ueritate cauſæ. Veri-
tas cauſæ, à veritate exemplaris. Vis dicam clariſsimè? Coniunge rẽ ideæ,
opus humanum rationi diuinæ, in utroque eſt ratio ueri; ſed in uno eſt
ſignum, in altero cauſa. Illa igitur tãdem, quam ſola mens percipit, quam
ipſum etymon indicat, uerorum conformitas, æqualitas, vnitas, ipſa eſt ue
ritas. Extende paululum nomen, Omnium verorum vnitas, Illa quid eſt,
niſi ipſa diuinitas? Nam ubi ſunt omnia vera unum, niſi in ipſo Deo? An
verò, quicquid in Deo eſt, non eſt Deus? Certè uerò, res æquatæ, uel uni-
tæ, quanquam ſunt veræ, non ſunt ipſa Veritas. Ipſa enim æquatio, &
unitas



A unitas eſt veritas. In te, ò Deus meus, ſunt idem res æquatæ, & æqua-
tio; res unitæ, & unitas: Ergo tu ſolus Deus meus, es uerus, & veritas:
& qui ſibi regulis tuis, legibus tuis conformes ſeſe reddunt; illi ſtudioſi
ſunt ueritatis, illi euadunt ueri, & ueritatis amici. Et ſanè veritas, quæ
ad iuſtitiam pertinet, quid nam eſt aliud, quàm imitatio rationis æter-
næ, quæ eſt ipſa iuſtitia, ipſum ius, ipſa regula, ipſa lex legum? Quæ
porrò ad doctrinam, non ne radius eſt diuinæ ſapientiæ? abs qua omnis
ſcientia, & doctrina? Quæ denique ad uitam, quem ſcopum habet,
niſi, vt per uirtutes, quas uocant politicas, purgatorias, purgatas, hæ-
roicas, conformes reddamur imagini filij Dei, in quo nimirũ ſunt exem-
plares? Quid? Ipſe eſt exemplum, ipſe eſt origo, typus, imago primi-
B genia, ac uiua, per quam in interiori homine reformamur; per quem,
ad Deum accedere nobis datur; per quem, nobis æterna bona promit-
tuntur; & tanquam per ſponſorem, & obſidem, in nobis, patris pro-
miſſa complentur. Ob id, ſe Veritatem uocabat, & aſſertorem uerita-
tis: cui nimirum pater dederat, ſicut in ſemetipſo habere vitam, ſic ha-
bitare in eo, non aliquam tantùm, ſed omnem veritatem. Veritatem
uitæ, vt poſſet dicere, Quis ex uobis arguet me de peccato? natus de
muliere, ſed qui peccatum non haberet; factus homo, ſed in cuius ore
non eſſet dolus: ideoque uitis uera, habens omnem gratiam uitæ, & ue-
ritatis, omnem ſpem uitæ, & uirtutis: Sanctus ſanctorum, ſolus ſanctus.
C Veritatem doctrinæ, vt iam non eſſent plures magiſtri, ſed omnes tan-
quam diſcipuli, illum unum præceptorem agnoſcerent; qui opere, &
ſermone potens, & exterius, & interius doceret, eſſetque lux uera,
quæ abſque omni errore, illuminaret ſedentes in tenebris gentium, &
in vmbra mortis Iudæorum. Denique, & veritatem iuſtitiæ; vt, quod
rectum, æquumque poſtulat, pro Deo, cuius agebat cauſam, aduerſus
Phariſæos, Principes, Reges, palàm, & publicè, verum in primis, &
religioſum teſtimonium, forti, & imperterrito animo teſtaretur; & dein-
de, tanquam iudex, ius ſuum unicuique tribueret. Patri, cuius legatio-
ne fungebatur, redderet gloriam, nobis exhiberet charitatem, humili-
tatem exigeret à ſe ipſo, & implens omnes numeros, ad obediendum
D Patri, & ad noſtram ſalutem, ſe ipſum traderet uictimam in ara Cru-
cis. Quàm altè profatur Ioannes dilectus domini, uniuerſæ Eccleſiæ
Ταχύγραφος, ò Viri; vt tantæ rei fidem faciat omnibus gentibus:
Vidimus gloriam eius, gloriam unigeniti, & agnouimus eum ple-
num gratiæ, & ueritatis. Non ne uerò, & ab ipſis quoque hoſtibus,
accepit ueritatis teſtimonium? Scimus (inquiunt) ò Magiſter, quia
uerax es, & uiam Dei in ueritate doces: non eſt enim tibi cura de
aliquo; non enim reſpicis perſonam hominum. Hinc piæ illæ ipſius
quærelæ, aduerſus contumacem Synagogæ perfidiam; Si ueritatem
dico vobis, quare non creditis mihi? I, tu, modo, ſcæleſte, perfide, vir
Belial;

Belial; I, ſcælus mundi, odium cœlitum, totius ſacri exitium iuris: I, in- E
quam, Pilate, & pudore depoſito, Chriſtum Ieſum, quem ſupplex, vt pro-
nus adorare debueras, inſolens, immodeſtus, importunus, interrogas;
Quid eſt veritas? Ille ipſe, qui tecum loquebatur, ille ipſe, quem tu allo-
quebaris, aduerſus quem, pro mundi ſalute, vt in eum deſeuires, non ab
homine, ſed ab ipſo Deo acceperas poteſtatem, ipſe, inquam, eſt veritas.
Veritas prædicata omnibus gentibus: Veritas inſpirata pijs animis; veritas
incarnata in virgine, veritas increata in Deo patre; atque ideo eſt lux cla-
riſſima ad docendum, via rectiſſima ad dirigendum, iuſtitia plena, & inte
gra, ad ſaluandum; vita æterna ad beandum. Et cur non expectaſti, ô no-
ue Dionyſi, ô deluſor, & irriſor numinis, cur, inquam, non expectaſti ſan
ctum illud oraculum, vt hæc tibi fidelia reſponſa daret? niſi, quia dilexiſti F
magis tenebras quàm lucem, iter deuium, quàm viam, mendacia quàm
veritatem, Deos, quàm Deum? Inde enim prodijt, quòd, Grati ſucceſſor
ingratus, in præfectura Iudeæ, quam, immerita Cæſaris gratia gerebas, pro
fana Deorum ſigna in templo collocari iuſſiſti; Chriſtum, quem, San-
ctum Dei, etiam cacodemones vocant, quem Tiberius tandem in Lara-
rio poſuit ſuo, extra portam ciuitatis, occidi iuſſiſti. Veritatem nimirum
ore muſſabas, animo diſſimulabas, factis autem, o Hypocrita, negabas, &
pernegabas. Sed, ille, o viri, apud inferos rationem reddat: Reddat ratio-
nem mendaciorum patri, filius mendacij, filius diaboli,

*Victima nil miſerantis Orci.*

Nos, in laudem veritatis, canamus Epinicion. Beata Crux, in qua de homi G
num mendacijs, dæmonumque dolis, & fraudibus, triumphauit diuina
Veritas. Et beata Veritas, pro cuius gloria, & honore, in ligno Crucis, mor
tem pertulit Chriſtus Ieſus; ad hoc natus, paſſus, crucifixus, vt, in omni-
bus, & per omnia, teſtimonium perhiberet veritati.

## *Deus ſolus, veritas; Citra Deum, omnia vanitas: Dij gentium, vanitas vanitatum.* CAP. VIII.

SEd, in hoc tanto, tamque immenſo, quem nobis H
ſors dedit, veritatis campo, liberius iam exultare,
&, velut leuioris armaturæ excurſionem facere, ge
ſtit oratio, ô viri; ſi fortè illi, qui hactenus diligũt
vanitatem, & quærunt mendacium, homines gra-
ui corde, ideoque mendaces in ſtateris iudicij, &
rationis; tantarum rerum meditatione, ſpeculatio
ne, & contemplatione, quaſi volucribus pennis,
leuiores facti, incipiant nunc demum, conſtanter diligere, & amplexari
veritatem. Vt, dum omnia vaneſcunt, quæ in mundo ſunt, eorum quo-

que



A que cogitationes, ſpes, & deſideria, non cum illis pariter euaneſcant:
quin potius, facti ipſi ſubliminiores cœlo, abs quo fortuna, erratio, & ip-
ſa ferè vanitas, abeſſe videtur, iungantur animis: Deo, qui ſolus eſt ve-
ritas; &, præ illo vno, deſpiciant, tanquam poſita:

*Sub pedibus, quæcunque infra per inane geruntur;*

Poſſeſſuri ſuo tempore, beatas illas ſedes: in quibus nullæ variantis cæli
vices, ſed perpetuus ordo, ratio, conſtantia, firmitas, veritas;

*Quas, neque concutiunt venti, neque nubila nimbis*
*Aſpergunt, neque nix acri concreta pruina,*
*Cana cadens violat, ſemper ſine nubibus æther,*
*Integer, & largè diffuſo lumine ridet.*

B Evigilate animis, ô Mortales. Proponimus enim vobis ſanctam, ſaluta-
rem, & dignam, quam nulli homines ignorent, philoſophiam. Non
ſunt tam inuicem extremi, atque oppoſiti, duo illi mundi cardines, quos
vocauerunt occultum, & conſpicuum polum, de quibus Maro,

*Hic vertex nobis ſemper ſublimis; at illum*
*Sub pedibus Styx atra videt, manesq́; profundi.*

Quàm, ſibi inuicem, per rationes intrinſecus proprias, aduerſantur veri-
tas, & vanitas. Voces quidem, ſono ſunt ſimiles; literarum & ſyllabarum
numero pares; ferè ſimiliter incipientes, & ſimiliter cadentes; vt, verè adel
phides videri poſſint; ſed, res, quæ ſignificantur his vocibus, ô quam lõgè,
longeq; diſtant: genere, forma, æuo? Vanitas, comes eſt indiuiduus vni-
C uerſæ creaturæ. Veritas, eſt ſolius propria creatoris. Ex vanitate, varietas, &
mutabilitas: Ex veritate, firmitas, atque conſtantia. Nihil ſubinde varia-
bile, niſi quod vanum. Oportet, vt verum ſit illud, quod ſibi æternum
conſtat. Itaque variabilia omnia, quia vana omnia: Deus ſolus, varia-
tioni ſubiectus eſſe non poteſt, quia, Deus ſolus, & verus, & verè eſt.
Ita eſt, ita eſt, nolite errare. Quæcunque ſunt citra Deum, non omnia
quidem intrinſecus, potentia ſubiecti, contrarietateque, & compoſitio-
ne, ſed intrinſecus tamen, poteſtate agentis, verti, commutarique poſ-
ſunt; non ſolùm, vt aliter ſint, quàm modo ſunt, ſed, vt omnino non
ſint, ſicut etiam aliquando omninò non fuerunt. Hæc eſt dignitas, & ma
D ieſtas ipſius veri Dei, vt, extra aleam vniuerſæ creaturæ, poſitus, procul ab-
ſit ab omni variatione, & mutatione, & tãquam omnium rerum creator,
ſit in ſeipſo, firmus, conſtans, Αμετάβολος, hoc eſt, non aliquo modo mu-
tabilis: vtpotè, non vanus, non vacuus. Vnde enim deducitur vanum,
niſi a vacuo? Plenitudo rerum omnium Deus: Neque enim eſſent abs
Deo omnia, niſi eſſent in Deo omnia. Ob id ſanè ſunt ab ipſo, quia ſunt
in ipſo. Vniuerſa porrò creatura, quid eſt niſi ipſum inane, & vacuum?
ipſa inanitas, & vacuitas? Quam propterea Deus portat, ſuſtinet, ful-
cit verbo virtutis ſuæ, ne in nihilum labatur, & concidat. Indicat ho-
mo, vt omnis creatura, ſic vanitas vniuerſa: cuius celerem fugitiua

ætate

ætate commutationem, defectum, interitum, quis non miretur? non B
doleat? non deploret? Sic enim, & Poeta, Sub imagine Roſæ, eadem
die naſcentis, & contabeſcentis, humani generis fragilitatem lamen-
tabatur,

*Et dum naſcuntur conſenuiſſe roſas.*
*Quàm longa una dies, ætas tam longa roſarum;*
*Quas tabeſcentes, iuncta ſenecta præmit.*

Ecquis noſtrum non uidet, quàm perpetuo circulo uoluantur, & reuo-
luantur res humanæ? quàm nihil ex præſentibus in eodem ſtatu perma-
neat? quàm ſit præceps, in hac uerſatili humanæ uitæ rota, omnium no-
ſtrarum rerũ mutatio? Neque enim, temerè dicitur homo, fœnum, quod
uelociter areſcit; olus herbarum, quod citò deficit; vmbra, quæ repente F
apparet, & fugit; flos denique, qui ſtatim

*ſuccisſus aratro,*
*Langueſcit moriens.*

Profectò uerò, hic ipſe tantus humanarum rerum motus, quo ſingula
quæque commutantur, non in dies ſolùm, ſed in horas; vox quædam
eſt, quaſi publica, quæ teſtatur, & proteſtatur, quo nihil ſtabile ſub ſo-
le, nihil firmum, nihil ſolidum; omnia fluxa, omnia incerta, omnia
uacua, omnia uana, omnia uanitas: vt propterea, parum quoque ſoli-
di, imò uerò, vaniſsimi habendi ſint, quin, & uniuerſa uanitate uanio-
res, homines illi; qui, opibus, honoribus, voluptatibus, rebus inquam G
fluxis, incertis, uanis, ſtudio, amore, cogitatione, vſque adeò inhiant,
incumbunt, inhærent, vt uix inde diuelli poſsint: verè, vt in prouerbio
eſt, laſciuis hæderis ambitioſiores. Iam quid eſt ſolidum, quid eſt va-
num? Corpus ſolidum, nulla dimenſione uacat. Menſes ſolidi, conſtant
tricenis diebus. Dicitur tranſlatè, Gloria ſolida, fructus veræ uirtutis:
Felicitas ſolida, ſapientiæ merces, immortalitas: Virtus ſolida, integri-
tas uitæ. Gaudium ſolidum, iuge conuiuium animi, qui nullius ſit ſibi
ſceleris conſcius. Quid eſt ergo uanum, niſi quod non eſt ſolidum?
non plenum? non integrum? non permanens? Rem uanam, tange-
re te credis, ò homo, & non tangis: ſignum autem eſt, quia, neque
ab ea tangeris. Putas te ab ea ſuſtineri poſſe, & falleris: nam illi in- H
nixus, mox concidis. Aperis ora, & uideris te ueſci, manducareque,
& bibere, & ſemper eſuris, ac ſitis. Non ſic res ſolidæ, non ſic; Sed,
cupis fortaſſe exempla, vt facilius intelligas uanitatem, inanitatem?
Ecce tibi

*Surgentem ad Zephyrum, paleæ iactantur inanes;*

Ecce gluma, quam proijcit uentus à facie terræ: Ecce populares auras,
ſtrepitum Romæ, fauorem uulgi, uices ſalutãtum, laudes adulantum: Ecce
fumos, ſomnia, vmbras, ventos, nubes, bullas; omnia hæc, exempla ſunt
uanitatis, quam ſcribimus: hoc eſt, nõ tum curioſitatis, cupiditatis, peccati
peccatoris;



A peccatoris; quàm fragilitatis, imbecillitatis, inanitatis, cui ſubiecta eſt
etiam nolens, & humana, & vniuerſa natura. Omnia vanitas, Viri fra-
tres, omnia vanitas. Imò verò, quod communis ille Eccleſiæ prædicator,
grauiſsimè propoſuit, & longa inductione probatum reliquit; Vanitas
vanitatum, & omnia vanitas. Sanè, non eſt in rebus creatis, eſſentia ſo-
lida, & ſtabilis, cuius fultura ſubſiſtant: nam cœlum, & terra tranſibunt:
Non eſt virtus, qua labentes, ſed ne labantes quidem, dum illis hærent,
ſuſtinere, & confirmare poſsint; ſunt quin potius omnia bacilli harundi-
nei, quibus, ſi quis innixus fuerit, perforabit manum ſuam. Ad ſaturan-
das demum animulas noſtras, quæ nunquam non dicunt, Affer, affer;
quid conferunt vniuerſæ creaturæ, niſi, vt in nobis cõpleatur myſticum
B illud, Onager paſcit ventum? vt ex hominibus migremus in onagros, &
pro ſolido pane, paſcamur inani aura. O quàm aptè ſcriptum eſt, Som-
niat eſuriens, & comedit, & bibit; quum autem, expergefactus fuerit, laſ-
ſus adhuc eſurit, & ſitit, & arida eſt, & vacua anima eius. Quæ omnia, vti-
nam ipſi nobiſcum aliquando tacitè meditaremur, Viri fratres; & purga-
remus mentes noſtras; vt abſterſæ, in modum ſpeculi, diuinos illos ſplen-
dores, in ſeipſis reciperent; quibus addiſcerẽt, rectè, ſyncerè, diſtincteque
iudicare, inter id quod eſt, & id quod apparet, inter rem inquam, & ſom-
nium; inter verum, & vanum; inter Deum, & mundum. Sanè, hoc qui fa-
cit, cognoſcit Deum. Nullus porrò cognoſcit Deum, niſi iã ſimilis factus
Deo. Qui autem aſsimilatur Deo, dignus eſt ipſo Deo. Ille verò demum
C dignus eſt Deo, qui nihil agit indignum Deo. Quid tandem eſt hoc? Hoc
eſt omnis homo. Ecquid eſt omnis homo, ò Eccleſiaſtes? Homo non va-
nus, homo non vacuus, homo integer, homo, plenus, non ſemiuir, bis
vir potius; homo ad vnguem factus, homo ambroſia dignus. Etenim;
non elatus proſperis, non fractus aduerſis, in ſola vitæ Deo placentis me-
ditatione, tanquam in tutiſsima baſe collocatus, animam ſtabilem, & in-
concuſſam poſsidet; cogitat ea quæ Dei ſunt; loquitur quæ cogitat, & fa-
cit quæ loquitur: abhorrens propterea à voluptatibus, quæ, carni con-
iunctæ, computantur inter ſordes, & feces; contemnens opes, quæ tan-
quam fluuiales vndæ, nunc affluunt, nunc refluunt; ſimul, & honores,
qui ſæpe ad præcipitia, ſemper ad pericula trahunt. Denique, & vitam;
D quæ, ineuitabili fato, ad mortem ducit, niſi ille nos regat, qui eam no-
bis dono dedit. Hæc, quum ita ſint; quis poſthac dicere audeat, Vanus
eſt, qui ſeruit Deo? & non potius dicat, Vana ſalus hominis, Dominus no-
uit cogitationes hominum, quoniam vanæ ſunt. Vani ſunt omnes homi-
nes, quibus non ſubeſt ſcientia Dei. Qui in vanum accipiunt, & expo-
nunt animas ſuas, Quorum opera vana, & riſu digna: quorum gaudium
inſtar puncti: quorum iuſtitia, ſicut lanugo frondium: quorum miſeri-
cordia, vt ros pertranſiens; quorum virtus, vt procella maris, quam ven-
tus diſpergit: quorum ſpes, vt nix, quæ tacta, effluit mox, & eliquatur.
Deus

Deus ſolus, O` viri, mundo, & rebus omnibus, pater, & mater eſt: Pater E
creatione, cura, imperio; Mater conſeruatione, complexu, charitate.
Mundus, haud dubia ſpe diuinæ bonitatis, totus eſt pendulus: Deus, eſt
ſuis uiribus potens, cui nihil deeſt, cui adſunt omnia; qui eſt unum, & om
nia; qui propterea firmiſsimus pleniſsimus, omnia tenens, regens, fo-
uens; dat laſsis fortitudinem, confirmat cadentes, erigit eliſos, animam
eſurientem ſatiat bonis, & eas, quorum promptuaria plena eſſe uiden-
tur, dimittit inanes. Deus ſolus, eſt ueritas; qui in pulcherrimis, opti-
misque finibus ſuæ ipſius (ut Græcè dicam) ὑπερουσιου ταὐτοτητος firmi-
ter, & intemeratè collocatus; de ſuo ipſius ſtatu, nulla ui, nullo dolo, nul-
lo tempore, nulla ratione deturbari, dimouerique poteſt; mutat, & non
mutatur; ſemper agit, & nunquam patitur; cuncta perficit, & à nullo F
perficitur; omnia tribuit, & nihil accipit; nec acquirit, nec amittit; bono-
rum non indigens, ſed abundans; nō habens unde deficiat, aut quo pro-
ficiat; qui nuper eſſe nunquā didicit; & quandoquè non eſſe nunquam
nouit. Ita nunquam uarius; ſemper eſt ipſe, uerus Deus. Quod uariatur,
iam non eſt ipſum: Deus ſemper eſt ipſe, in quo nulla Α᾽λλοίωσις, nulla
Α᾽λλοτέρωσις. Hinc pronomen illud, honoris plenum, Græcè, Αὐτὸς,
quod, inſigni uelut adulatione, ab ipſo etiam Cicerone repræhenſa, de
Pythagora paſsim efferebatur, quis noſtrum ignoret, quàm emphaticos
tribuatur Deo, tanquam titulus diuinæ ueritatis, firmitatis, immutabili-
tatis? Ecce carmen, ſociatum numeris, & fidibus, Tu autem idem ipſe es,
ò Deus. Sanè enim, quid eſt, Tu autem idem ipſe es, niſi tu ſolus immuta- G
bilis es? Omnia alia quæcunque ſunt, modo quodam naſcuntur, occi-
dunt, fluunt, labuntur: neque enim diutius, uno eodemque ſtatu ſunt,
aut eſſe poſſunt: At uerò tu Deus omnis mutationis expers, unum, eun-
demque ſtatum, abſque ulla commutatione, perpetuò conſeruas, & obti-
nes, manens ſicuti es, quia tu ſolus uerè es. Eras ante nos, eris poſt nos; abs
quo ipſi ſumus, quod ſumus; ad quem ueniemus illi qui erimus; immu-
tabimur enim, dum reſurgemus, te immutante; ſed tu non immutaberis
dum nos immutabis; eam ipſam ueritatem, quam oſtendiſti creando om
nia non creatus, eam ipſam oſtendis mutando omnia, non mutatus. Tu
autem idem ipſe es, quia nihil habes, præter id quod es: tu unū es ſolum,
& omnia in te ſunt unum. Tu nō tam es ubique, quàm es ipſum ubique, H
ſicut non tam es ſemper, quam es ipſum ſemper, ipſa inquam immenſitas,
ipſa æternitas. Tu autem idem ipſe es, imo, nō tam idem ipſe, quàm idem
ipſum. Tu idipſum es, ò Deus, non in natura aliud, non in perſona modo
unus, modo alius; non in qualitate alter; non in loco, modo hic, modo
alibi; non in tempore nunc, uel alias; es modis omnibus idipſum, in quo
requieſcendum nobis eſſe, certo certiùs ſperamus, atque confidimus.
Et ipſa Ταυτότης, ipſa Βεβαιότης, ipſa Αμεταβλησία, ipſa Στηεἰξία;
Ipſa identitas, firmitas, immutabilitas, ſtabilitas, quia es ipſa ueritas. Tu
autem



A autem idem ipſe es, æternum, & fundatiſsimum fundamentum, non ia-
ctum, aut poſitum, ſed naturale; uirtus, & poteſtas omnium motuum,
radix, & origo omnium temporum; ſeruans, & reuocans uices cuiusque
mutationis, & temporis; mutans, & uarians oportunitates, tempeſtates,
& tempora; ipſe interim non mutatus cum temporibus; cui ſtant tempo-
rum currus; cui nititur, & mouens, & mobile, & motio; à quo uim habet
mouendi quæcunque mouent; per quem mouentur quæcunque mouen
tur; qui etiam quum uoles, firmabis omnes mutationes, & omnes mo-
tus. Vtinam, ipſe quoque Deus, tuo ſalutari præſidio tunc firmus effi-
ciar; infirmus planè, & uanus, & uanitas, ex me; ſed firmandus, & ſtabi-
liendus ex te, ſi modo refugiam ad te; tibi ipſi gloria in ſecula ſeculorū,
B ò Deus. Meminiſſe oportet (ò viri) eorum, quæ ſupra dicebamus: nam
hoc totum, ad laudem veritatis pertinet, vt extingui nullo vnquam tem-
pore poſsit. Quæ, vno digna Deo, quo nihil fortius, potentius, firmius,
ſola omnibus, machinis præualet; cui ne mundus quidem ipſe totus reſi-
ſtit: quæ uinci non poteſt, quæ vincit omnia; quæ, vt omnia commuten
tur, ipſa ſemper ſui ſimilis, eadem in ſua ipſius maieſtate, & gloria perſe-
uerat. Intercidere apud nos aliquando, obſcurari, languere, emori, ali-
qua veritas poteſt, Vnde illæ quærelæ, Corruit in plateis Veritas, Non eſt
veritas, nō eſt miſericordia in terra; At ſi cœlum, etiam, & terra tranſeat;
veritas ſimpliciter, & abſolutè manet in æternum; vt, quæ deſinere, defi-
C cere, aut etiam langueſcere non poteſt, niſi langueſcat, deficiat, deſinat
illa ipſa æterna diuinitas, nimirum continuata Deo, vt fluuius fonti, vt ra-
dius Soli, vt imago vultui. Vis, æternitatem, immutabilitatemque verita-
tis, tibi planè explicem, ò homo? Cogita, ſi audes, extinctam eſſe, pror-
ſus, aut omnino, fluctibus, & inundationibus mendaciorum, extinguen-
dam eſſe aliquando, illam ipſam, quam tantopere efferimus flammam
veritatis: Fac, vt, nouiſsimis temporibus, abundante iniquitate, nulla ſit
veritas; Te ipſum tunc interrogabo, eſt'ne verum, nullam eſſe veritatem?
Ita eſt (dices) quia iam poſuiſti, quòd extincta ſit veritas? Tum ſtatim ſu-
bijciam; Eſt'ne verum nullam eſſe veritatem? Reſpondebis, Eſt. At ſicut
non eſt album ſine albedine, neque lucidum ſine luce; ita non eſt verum
D ſine veritate. Eſt ergo veritas, velis, nolis, adhuc viua, & non mortua;
quam extinctam eſſe temerè cogitabas: vt palàm intelligat omnis mun-
dus, quòd, perinde, ac illa ipſa natura Dei, æterna ſit veritas, nulloque
poſsit claudi principio, nullo fine; ipſa rerum omnium, vt, & ipſe Deus,
principium, medium, & finis. Annulus nimirum aureus, circulus cœ-
leſtis, immo verò, toto cœlo amplior; quo vniuerſa rerum ſeries, &
ipſa etiam cœlorum fabrica, admirabili intexta ordine, continetur,
oſtenditur, declaratur. Egreſſus inquam à principio, ſtatus in me-
dio, & reditus ad finem. Ob id enim, ternis elementis, in vnam di-
ctionem coaleſcentibus, conſtituitur ſacroſanctum illud veritatis no-
men

men אָמֵן. Quid quod, prima eius litera א, primum eſt totius Hæbraicæ E
literaturæ elementum? Secunda eſt inter illas duas & viginti; quibus
conficitur totus orbis diuinæ Scripturæ, quaſi medium מ. Vltima porrò,
qua veritatis uis, & ſonus clauditur, impletur, perficitur; totius inquam
dictionis quaſi anima, & ſpiritus, & totius rei, quam tractamus forma, &
complemētum, litera eſt ſanctiſsimæ crucis; ſignum boni hominis, Thau;
vltima, inquam, claſsis alphabeticæ figura ת. Quę profectò omnia, niſi
ſurdis canimus, admonēt nos, vt quum de ueritate uerba facimus, Chri-
ſtum feramus in oculis, ramoſum, nodoſum, uaſtum, uiridemque ſtipi-
tem uniuerſæ ueritatis; ut ipſe quem ſacroſancto, noſtræ redemptionis
myſterio, crucifixum adoramus, cuius militare ſignū in fronte gerimus;
ipſe inquam nobis ſit lux ueritatis; ipſe doceat ueritatem, conſignet nos, F
& conformet, ut Cruci, ſic ueritati. Nimirum in Chriſtum pleniſsimè
competit, & res, & nomen ueritatis, tanquam in principium, in medium,
in finem, ultimamque (ut iuxta Paulum Apoſtolum loquamur, Ἀνακε-
φαλαίοσιν, omnium ueritatum: nimirum, in quo, habitat corporaliter,
omnis plenitudo diuinitatis. Hic eſt א radix, oſtiumque & magiſter. Hic
eſt מ medium, & mediator, ad intelligētiam, & amorem. Hic eſt ת finis,
compendium, ſummaque uniuerſæ ueritatis Dei. Hinc terna illa reſpon
ſa, Principium, qui & loquor uobis: Omnia traham ad me ipſum: Ne-
mo uenit ad patrem, niſi per me. Et quidem, ſi Spiritus ſanctus Hæbraicè
loqui uoluiſſet; ſicut Græcè dixit, Ego ſum A, & ω; ſic dixiſſet, Ego
ſum ת, & א. Illud ſanè, ad rationem principij ſpectat; hoc, ad rationem G
finis: Vtrunque eſt Chriſtus; vtrunque eſt ueritas. Inde nata eſt uox illa
ſancta, אֱמוּנָה, fides; quia obiectum fidei, eſt veritas ipſa. Inde etiam, uox
illa iuriſiurandi, ſigillum ueritatis, fidei, & fidelitatis teſtimonium: Vox
illa (inquam) quæ ſub eodem trium literarum ſacramento, tantum ha-
bet honorem, ut eam, neque Græca, neque Latina Eccleſia, immutare
unquam auſa fuerit אָמֵן, Amen. An non eſt, & Chriſtus Ieſus, dilecto
illi ſuo Ioanni, Ἀμὴν; teſtis fidelis, & uerus; ipſa fidelitas, ipſa ueritas?
In quo ab omni æternitate, quicquid factum eſt, vt uita, ſic & ueritas
erat? Non eſt aliud uita, quàm ueritas: neque ueritas eſt aliud, quàm ui-
ta. Deus uita, Deus ueritas. Itaque, & Chriſtus ueritas eſt ſimul, & uita.
Vita quæ mori neſcit, Veritas quæ deficere nequit. Ob id enim ſancti il- H
li caracteres, quibus (ut audiſtis) deſcribitur veritas, ſunt ſupra cæteros
ſolidi, firmi; &, numero, quem Hæbreis ſignificant, & figura, quam no-
bis quoque oſtentant, quadrati. Hanc æternam, & immutabilem Dei be-
nedicti ueritatem, firmiſsimo animo diligere, huic ueritati æternum in-
hærere, homo debuerat; non immunis quidem ipſe à uanitate creaturæ;
ſed tamen factus, ut ſeruiret ueritati Creatoris: nimirùm, conditus in tem
pore, cum tempore, & magna ex parte ſubiectus tempori. Sed tamen,
conditus pro æternitate, non pro tempore: victurus inquam Deo,
in æter-



A in æternitate, cum Angelis; non prorſus moriturus mundo, in tempore,
cum belluis: quia, quæ pro Deo, & ad Deum dirigatur, pia hominū ope-
ra, actu quidem tranſeunt; ſed tamen, fructu, & retributione æternum ma
nent: vt uanum quidē ſit, quod in ſe ipſis ſunt; ſed omninò uana nō ſint,
quia uanum non eſt illud, cuius intuitu, & gratia fiunt. Auerſus autē à ve-
ritate homo, &, in erroris ſui pœnam, à veritate, quam deſeruerat, iuſtè re-
pulſus, quonam ſe verteret, niſi ad vanitatem? quærens ueritatem, in ua-
nitate; qui exiſtimauerat uanitatem, in ipſa ueritate. Sic deſinens contem-
plari verum Deum; finxit ſibi uanos Deos. An non uanos? qui, nec be-
ne poſſunt facere, nec male? qui oculos habent, & non uident; qui aures
habent, & non audiunt? Vana ſunt omnia, quæ fecit Deus verus; & non
B ſunt uana idola, quæ fecit homo uanus? Imo verò, quia uniuerſa uanitas
omnis homo uiuens; neceſſe eſt, ut Dij, quos finxit homo, ſint vanitas ua-
nitatum. Vſque adeo ergo, longè, lateque, imperitabat regnum uanita-
tis in Dijs; vt ne haberet quidem ſub ſole, vbi caput reclinaret ſuum, di-
uina ueritas. Sed enim, magna ratione Moſes, protecto capite Sacerdo-
tis, terribili galea nominis. Dei; dum, illius venerabile pectus, inſigni-
ret ſancta veritate, quæ, viro Dei, eſſet, & ornamentum, & armamen-
tum; illi ipſi veritati, adiunxit comitem, Manifeſtationem. Sic enim ha-
bet, Τὸ λογιον, ἀλήθεια δήλοσις: apertè nimirum ſignificauit, nihil eſſe
tam abſconditum, tam arcanum, quod ueritas non prodat, quod non re-
uelet, quod non manifeſtum efficiat. Tota lux, tota oculus, oculus ſo-
C lis, oculus Dei, iudex, & teſtis; Iudex ſyncerus, teſtis incorruptus, ad-
uerſus quem nihil poſſunt, aut Sophiſtarum decipulæ, aut ſubterfugia
dialecticorum, aut demum armatæ illæ, & coaceruatæ oratorum indu-
ctiones, & ſoritæ, etiam ſi ipſa ueritas ſit nuda, ſit ſola, & nullis inſtructa
uel armis, vel artificijs. Manifeſtauit ergo tandem ſe ipſam mundo, &
uanitatem detexit Idolorum diuina ueritas. Quid dico detexit? An non,
& deſtruxit? Audi ò homo inanis, ò homo inutilis; ò homo qui Deum
uerum in tuis ridendis, & irridendis Idolorum uanitatibus irritaſti, vnde
meritò irriſus fuiſti. Audi, inquam; Vbi Pan, antiquiſsimus in naturæ
ſimilitudinem, apud Archadas formatus, ruſticus Deus? Vbi Diana
D Epheſia? Vbi Capitolinus Iupiter? cuius eminentiſsimas ædes, tot ur-
bium, & prouinciarum opima ſpolia, tam multis ſeculis ornauerunt?
Vbi Iouis Hammonis, apud Garamantas templum magnificentiſsi-
mum? Vbi ara cornibus plena? Vbi, vbi maſculæ, fœmineæque Deo-
rum effigies? Vbi Dodonææ quercus, & pelues ſonoræ, crepitantia-
que illius cymbala? Vbi Aegypti Cynocephalus latrator Anubis?
Nullo negotio, ò Viri, ſolo ſpiritu oris ſui, omnipotentiſsima Veri-
tas ad nihilum redegit, & Deos, & Deas: ſimulachra gentium argen-
tum, & aurum, uaniſsimas uanitates omnium uanitatum. Et, iam tot
ſeculis, quæ fuerunt ante nos, Deus uerus transfert regna, & impe-


ria,

ria, mutat mores, vices, ſecula, tempora; ſed, & ipſam rerum naturam, E
ſortem, nomina, faciem. Ipſe interea immortali æuo fruens, & ſumma
pace, nil noſtri indigens, ſuis pollens opibus. Ecce veritas, ecce igitur
vera diuinitas, ecce verus Deus, (vtar Plautina voce) ipſus, ipſiſſimus. O
Marce Tulli, ò Marce Tulli, ò fons eloquentiæ, ſi ſciuiſſes donum Dei;
Si intellexiſſes hanc vnam veritatem, quam multò fœlicius dixiſſes in lau-
dem ſolidæ huius Theologiæ, quam dixeris in laudem illius inanis philo-
ſophiæ. O naturæ currus, & Auriga, O vitæ dux, O virtutis indaga-
trix, expultrixquè vitiorum. Quid non modo nos, ſed omnino vita
hominum ſine te eſſe potuiſſet? Tu orbem terræ, è cœlo veniens illu-
ſtraſti. Tu in terra vrbes peperiſti. Tu diſſipatos homines ad cętus, &
ſocietates conuocaſti. Tu magiſtra morum, & diſciplinæ fuiſti. Equi- F
dem, ò viri, eſt homini temulento forte vinum; Sunt laſciuo fortes mu-
lieres; & plebibus ſunt fortes Tyranni: at præualet omnibus hæc ipſa pia.
& ſancta veri Dei cognitio: quæ vna, & vino madidos facit ſiccos, & mu-
lieroſos caſtos, & denique Tyrannos mutat in Reges.

## *Diuinæ naturæ ſimplicitas illa ipſa diuina veritas.* CAP. IX.

AGITE nunc Viri, poſt infinitatem, quæ ad ma- G
gnitudinem ſpectat; poſt veritatem, quæ relatio-
nem habet: audiamus ipſam diuinam Hiſtoriam,
de diuinæ ſubſtantiæ ſimplicitate: nam ſimplex, &
compoſitum ad ſubſtantiam pertinet, longè, late-
que loquentem. Infinitudo patefecit viam ad in-
telligentiam diuinæ Veritatis: Ecce ipſa veritas
aperit nobis oculos, vt contemplemur rationem
diuinæ ſimplicitatis. Ecquidnam eſt re ipſa diuina Veritas, niſi illa ipſa
tantopere celebrata diuinæ naturæ ſimplicitas? Quid eſt enim in ipſis re-
bus, ſi commune hominum iudicium attendimus, quod & probat ſonus H
vocis; quid eſt, inquam, Verum, niſi merum, purum, ſyncerum? Hoc
inquam, quod quærimus in Auro, in Opobalſamo; quærimus, ſed non
inuenimus. Sanè domus, vrbes, naues, emporia, apothecæ, vſqueadeo
plenæ ſunt callidis, & tegendo ſcælere artificioſis hominibus, vt in om-
ni mercatura, ſiue ſordida, & tenui, ſiue magna, & copioſa, omnia ſint
fuco, & lenocinijs illita, corrupta, myſta, adulterata, & (vt ſic loquar)
mangonizata. Intantum excreuit auri, & argenti ſcælerata habendi cu-
pido, omnium malorum radix, & ipſius veritatis inulta nouerca, vt ſi dies,
ſi noctes, ſi ſolem, Lunamque, & Stellas, venales haberemus; per huius ſe-





A culi ſacros, & omnino, execrandos homines, qui ferè tanquam Χειρόσο-
φοι, verſuti, aſtuti, panurgi, colorem in fucum, & veritatē in mendacium;
mira facilitate mutant; timendum eſſet, ne hæc ipſa tempora, & lumina,
quæ iam Deo gratias, in vilitate ſunt, in magna caritate eſſent, & caritati de
mum intolerandæ penuria fortaſsis accederet. Quęſo Viri, parcite; nam per
indignationem (vt video) pauliſper digreſsi ſumus; neque diutius licet hic
immorari. Quid enim ſi in artibus diminutæ ſunt veritates à filijs homi-
num? Aſcendamus potius & percurramus in regno naturæ,

*Quicquid ſolis paſcitur aruis.*
*Siue illud inops nouit Garamas,*
B *Siue illud Arabs, diuite ſylua;*
*Siue Hyrcani cælant ſaltus,*
*Vacuisq́ vagus Sarmata campis;*

vt oſtendamus citra Deum verum, nihil eſſe quicquam veri, puri, & ſyn-
ceri in vniuerſa natura. Profectò verò, quid habet integri, ſynceri,
puri, & non permiſti mundus ipſe totus? Videtis terram, quam teri-
mus; aquam, quam bibimus; aerem, quem ſpiramus, ignem quem lapi-
dum conflictu elicimus. Certè, ſi fieri poſſet, vt id quod Euripides Τεχ-
νικώτατος optaſſe creditur, vt res ipſæ omnes cum hominibus colloquia
miſcerent, abſque fuco, & fallacijs, libera, & incorrupta voce, hoc vnum
teſtarentur, quod Αὐτοπῦρ αὐτοῦδορ αὐτὸ ἀὴρ αὐτογῆ, hoc eſt purus
C ignis, pura aqua, purus aer, pura terra; nihil eſt aliud quam ignis, quam
aqua, quàm aer, quàm terra: terra inquam, hoc eſt non humus, ſed
arida. Tum dicerent, ſe eſſe ſociata, concreta, ex hisque omnibus con-
ſtituta, atque conſtantia: ignea inquam, aquea, aeria, & terreſtria, ideoque
tandem puro, veroq; ſermone faterentur, ſe non eſſe pura, neque vera. An
verò ipſi, interea, dum illa tacent, falſum dicimus? Senſu ne ipſo contenti
non ſumus? & re ſubiecta oculis noſtris?

*Quid nobis certius ipſis*
*Senſibus eſſe poteſt, quo vera, ac falſa notemus?*

Sed ſi placet, ſcrutemur arcana, fuſilis illius, & metallicæ philoſophiæ: il-
la ipſa inquam elementa, & primordia, quæ commiſta in natura rerum,
D ab ijs, qui ſupra cæteros quàmplurima arcana ſcire, & mirabilia facere ſe
poſse confidunt, per Χημείαν, diſcreta prorſus, ſeparatàque eſſe putan-
tur. Certè verò, negari non poteſt; quin videamus aquam in vapore con-
creto; aerem in oleo albicante, in ſubtiliore, eoque rubente ignem; de-
mum terram in fece. Et nemo neſcit, hæc corpuſcula minus habere impu-
ri, & infracti, plus integri, & ſynceri; collationeque facta ad ea, quæ commu
niter videmus, & tãgimus, appellari poſſe, ſimplicia. Sed enim, ne à tota qui
dem eorũ maſſa, vel guttulam ſecernere licèt, ex toto puram, & ſimplicem:

*Quæ miſcet natura potens, confundit eadem;*
*Haud ars vlla poteſt prorſus diſiungere.*

Sint porrò, uel ſaltem quandoque fuerint in ipſa natura, nunquam per- E
miſta, duo hæc præcipua elementa mundi, ignis, & aqua, vt dum multis
modis, & gradibus inuicem miſcerentur, hoc eſt temperaretur flamma
cum frigore, tum ad manifeſtandam multiformem ſapientiam Dei, mul-
tiplices rerum formæ educerentur in lucem.

*Sanè, vbi temperiem ſumpſere, humorq́, calorq́,*
*Concipiunt; & ab his oriuntur cuncta duobus;*
*Quumq́ ſit ignis aquæ pugnax, vapor humidus omnes*
*Res creat, & diſcors concordia fœtibus apta eſt.*

Atqui, ſi permiſta aliquando non fuerunt, quoniam tamen, inter ſe ſunt
contraria, non abſolutè ſimplicia, ſed omnino ſylua, materia inquam, &
ipſa in ſe ipſis compoſita erant. Et hæc profectò fuit ab initio, eſtque om- F
nium elementorum ratio, & natura ò Viri. Id quod indicat graue, & leue,
calor, & frigus, humidum, & aridum; inter ſe ſe perinde ac uita, & mors,
perpetuo bello pugnantia. Itaque ſub Luna nihil omnino uerum; quia
nihil ex toto ſimplex, & purum. Quid, ſi ſcandimus cœlos? Sit extra con-
traria totum cœlum empyreum, aqueum, & firmamentum ipſum, quæ in
ſacris notantur literis; & totum illud, quod philoſophia gentium adinue
nit ſeptem planetarum uolumen: neque hæc ipſa orbium cœleſtiũ decas,
ad ſyluam ullo modo pertineat; vt ex ea, quaſi ex materia, perinde ac ex
tetracty elemẽtorum fiat aliquid. Tamen poſtquam ipſi quoque Philoſo-
phi in cœlo ponunt dextrũ, & ſiniſtrũ, ante, & retro, ſurſum, & deorſum;
quin (vt ipſi ſcitis Viri docti) denſum & rarũ; poteſt'ne cœleſtis natura eſſe G
prorſus indiuidua, omninò pura, ſimplex, & ſine ulla materia? Profectò
uerò, ipſi quoque Peripatetici, quibus cœli ſubſtantia, penè diuina eſt, to-
tum cœlum, materiam uocant, materiam (inquam) in potentia ad Vbi, vt
eorum uerbis utamur. Iam porrò de hominis anima loquendum eſt, quæ
cum ſit imago Dei, creata (vt aiunt) in orizonte Aeternitatis, & tem-
poris, ideoque cœlorum, & elementorum domina, immortalis, & inuiſi-
bilis (mente enim uideri poteſt, oculo non poteſt,) quis eam non credat
eſſe naturæ ſimpliciſsimæ, & penè (vt Cicero dixit) particulam diuinæ
auræ? Sed enim, ſi eſſet vſque adeo ſimplex, vt credi poſſet portiuncu-
la diuinæ ſubſtantiæ, profectò nulla ratione, ſcelere inficeretur; ſicut
neque eſſet expers mortis, ſi cum alijs formis, ex ipſa materia haberet ori- H
ginem. Quod ſi percurrere placet ſuperas mentes, quum ſcriptum ſit,
Ecce qui ſeruiunt ei non ſunt ſtabiles, & in Angelis ſuis repperit pra-
uitatem; non'ne manifeſtum eſt, quod à puritate, atque ideo à ue-
ritate deficiant; quando uerum, & falſum opponuntur, perinde ac rectũ,
& prauum. Itaque Deus (vt eò tandem, vnde abſceſsit reuertatur oratio)
quia ſolus eſt purus, & ſimplex, ab omni concretione aliarum rerum, ex
toto ſegregatus, qui neque ex alia, neque cum alia natura, componitur; in
quem, vt, vel ipſe conſtet, vel aliud quidpiam conſtare faciat, nihil ingre-
ditur



A ditur alienum, & qui non ingreditur aliena, hoc ipſo, quod eſt ſimplex, eſt
etiam uerus, ueritas, res, & ratio ueritatis. Quàm pulchrè philoſophi gen-
tium, ò Viri, veritatem indiuiduo puncto, falſitatem lineis, in infinitum
diuidundis, deſignare ſolebant? vt intelligamus veritatem ipſam, vnita-
te, ſimplicitateque lætari, falſitatem multiplicitate conſtare, in ſimplici-
tate, atque unitate, locum habere non poſſe. Quis ſcit, ſi fortaſſe nos om-
nes, ob id unum in mendacia tam procliues, à veritate tam alieni ſumus,
cum mendacijs pacem, cum veritate irreconciliabile bellum habemus, Et
niſi Deus, ui quadam nos ad ſe recipiat, ſibique coniungat, vſque adeo, vt
humanam ſortem excedere uideamur, in picturis ſolis, & imaginibus ver-
ſari ſolemus, ipſamque puram, & ſimplicem veritatem natura refugimus,
B & eos quoque, qui nobis ſimplici, apertoque ſermone, abſque fuco, &
fallacijs more maiorum uera dicunt, odio pluſquam vatiniano perſequi-
mur? Ob id unum inquam, quia non ſolùm uitio antiquæ corruptionis,
ſed & multiplici naturæ noſtræ compoſitione, ab illa ipſa diuina puritate,
& ſimplicitate, ſine fine diſtamus. Te ipſum uide, ò homo, non pigeat,
non pudeat, non tedeat, cognoſcere, & recognoſcere te ipſum. Non'ne
ab utero matris, eſt tibi auſtera Veritas, & ſunt dulcia, atque iucunda men
dacia? Indicat magnus in omni ſcientia ſophiſtarum, & in religione ma-
ximus hæreticorum numerus. Indicat amor fabularum. Indicat ſententia
illa probatiſsima,

*Si tibi vera dixero, haud placuero;*
C *Sin placuero, haud tibi vera dixero.*

Vide porrò, quàm ſit multiplex conſtitutio naturæ hominis: Non eſt vnũ
animal homo: non eſt item biforme monſtrum. Heu, monſtra quis tanta
explicet, quanta ſunt in monſtroſiſsima hac noſtra beſtia? Eſt homo ue-
tus, eſt nouus. eſt interior eſt exterior; eſt carnalis, eſt ſpiritualis; eſt terre-
nus, eſt cœleſtis. Nihil uerò fortaſſe tam multifidum, nihil tam uarium,
quàm homo: Chamæleonta uidere cupiebas, ò bone Vir, animal illud in-
dicum, tantæ admirabilitatis, uide te ipſum, & Chamæleonta uidiſti; verè
mundum minorem, & ſimulachrum mundi maioris, In quo

*Sicut vnda impellitur vnda,*
*Vrgeturq́ eadem veniens, vrgetq́ ſequentem;*
D *Tempora, ſic pariter fugiunt, pariterq́ ſequuntur.*

Quid neceſſe eſt commemorare affectus animi varios, ſpem, metum, dolo-
rem, gaudium? Non ne facie, uultu, pilo, ſecundum carnem, ſecundum
oſſa, & ſanguinem, & per ſingulas corporis particulas, ſubinde mutatur
à primo ortu, vſque ad extremum uitæ tempus, uſque adeo, ut hiſto-
riæ referant, quum poſt interuallum temporis non admodum magnum
puer creuiſſet in iuuenem, in uirum, in ſenem, in ſilicernium; factum eſſe
aliquando, vt parentes non cognouerint liberos, neque agniti fuerint à
liberis. Illud porrò, quod tam repente mutatur, vt uix internoſci poſsit,

veruḿ ne propriè dicendum eſt, an potius ſimile mendacio, quod quia E
eſſentiam non habet ullam, quauis impulſione extrinſecus facta, excedit,
euaneſcit, effugit, deperit, vt ea, quæ uiſa appellamus? Omnia, quæcunque
extant, ò Viri, ut diuinæ veritatis, ſic & diuinæ ſimplicitatis nonnullam
participationem habent: Sed eò ſemper ſunt minus uera, quò magis com
poſita; vt propterea meritò dubitatum fuerit, poſsit'ne quiſquam de re-
bus naturalibus certò ſtatui, ac definiri, circa quod demonſtratio, ſcien-
tiaque uerſetur quum ſcientia uelut oculus animæ, & ſolari lumini for-
taſſe ſimilis, nihil obſcurum habere uelit; quippe quæ fugit, & fugat non
ſolùm tenebras errorum, ſed nubes quoque dubitationum? Tenebris ſa-
nè, & nubibus, circumſepta ſunt omnia, quæ tempori, & mutationi, Lu-
nę inquam (vt breuiter dicã) & perinde ac ipſa, Luna ſubijciuntur. Nam F

*Nec par, aut eadem nocturnæ forma Lunai*
*Eſſe poteſt unquàm, ſemperq́ hodierna ſequente,*
*Si creſcit minor eſt, maior ſi contrahit orbem.*

Ecquid mirum, ſi vnumquodque procedente tempore, mutatur, ut aliud
ſit ab eo quod erat, quando omnia in principio temporis mutata ſunt, vt
quum nihil eſſent, aliquid eſſe inciperent. Mutatio illa infert vanitatem,
hęc arguit compoſitionem. Vanitas opponitur Aeternitati, Compoſitio
ſimplicitati. vtraque veritati; vt propterea eorum quę in mundo ſunt,
nihil ſit uerè; quia nihil non uanum: & nihil ſit uerum, quia nihil non
compoſitum. Deus ſit ſolus uerè, quia ſolus ęternus. Deus ſolus ſit uerus,
quia ſolus non compoſitus. Propter utrunque autem, ſolus, neque ali- G
quando mutatus, neque ulla unquam ratione mutandus.

## *Verus Deus & omnino immutabilis, & verè mobilior omnibus mobilibus. CAP. X.*

ET quidem, vt ab ipſa euidentia rationis, & ſeueri-
tate diſputandi, hanc tantam veri Dei gloriam,
quoad poſſumus illuſtremus; quicquid mutatur,
ſi primùm erat, decidit in id quod non eſt; ſi non
erat, acquirit vt ſit; denique, ſi uno modo erat, alio H
modo eſſe incipit. Porro verò, his tribus modis,
utcunque res mutetur, non nec moritur? Ecquan-
ta cognatio, atque affinitas inter motum, & mortẽ?
Nam, quod mutatur, deſinit eſſe quod erat, & incipit eſſe quod non erat.
Ecquid eſt aliud mori? Indicant uoces tam finitimę, Mors, Motus, Mori,
Moueri. Quod ſi Deus mori non poteſt, quia Deus eſt; eo ipſo, quo
Deus eſt, incommutabilis eſt. Vt omnino inde ſolus habeat immortalita-
tem, vnde ſolus habet immutabilitatem. Hęc eſt ſola, vera, & plena im-





A mortalitas, ò Viri docti, quam almus ille Theologorũ ſol, & clariſsimum
mundi lumen, Paulus, Dei propriam eſſe prædicauit; non poſſe in primis
corrumpi, vt, id quod eſt, non ſit; neque in nihilum uerti poſſe, vt omni-
no non ſit; neque demum poſſe uariari, vt alio modo ſit. An uerò non eſt
prorſus incommutabilis, ſi neque à contrario in contrarium transfertur,
neque ab habitu ad priuationem inclinatur, neque à priuatione ad habi-
tum erigitur? Quę porrò omnia, vt de ipſa natura, & eſſentia diuinitatis
dicimus, ſic de ipſius Dei uirtute, & actione, accipienda ſunt; vt iuxta ca-
tholicam Iacobi Epiſtolam, intelligamus, quod in ipſa diuinitate, non ſit
tranſmutatio; in actione non ſit uiciſsitudo; in poteſtate demum, non ſit
uel tantula diuinę maieſtatis, aut dignitatis obumbratio. Eſt id quod erat
B Deus; eſt ibi ubi erat; eſt talis, qualis erat; eſt tantus, quantus erat; deni-
que & poteſt, & agit idipſum, quod poterat, & quod agebat. Quid? Nun-
quam erit quod non ſemper fuerit; nunquam minus poterit, quàm ęter-
num potuit; ſed neque unquam aliud aget, neque etiam ab illa ipſa actio-
ne ceſſabit, quàm ab omni ęternitate, in ſeipſo intrinſecus agebat. Natura
non eſt extenuata, non eſt exhauſta poteſtas, neque eſt imminuta, aut de-
bilitata actio ipſius Dei. Creaturarum, ea eſt indignitas, fragilitas, uilitas,
dicam appoſitè cum diuo Paulo Apoſtolo, Vanitas; vt quum magnum
quid eſſe videantur, non ſint tamen, niſi, velut in ſcęna quadam, fictiones,
& vmbrę, vt pote ex nihilo. Quoniam enim à mutatione ſumpſerunt ini-
tium, etiam inuitę, ſubiacent perpetuę mutationi, &, quoniam ex tempo-
C re prodierunt, in tempore quoque, & ſeneſcunt, & occidunt. Quomodo
autem poteſt, uel deficere, ut non ſit illud, quod uerè eſt? vel proficere,
ut melius ſit, quod propriè eſt? hoc eſt, Deus? Dici ne uerò poteſt, vt, ne-
que proficiat, neque deficiat, quod in motu eſt? Nam partim eſt, partim
non eſt: hęc ſiquidem eſt ratio mutationis, & motus; quam qui tollit,
mutationem tollit, & motum. Certè uerò, quia incrementa originem
probant, ut & decrementa mortem indicant; neque enim creſcimus, niſi
quia nati ſumus; neque ſeneſcimus, niſi quia paulatim deficimus; non in-
diget incrementis Deus, quia nunquam incipit, neque patitur decremen
ta, quia nunquam deſinit. Quid eſt, quod obijcis, mi frater, aduerſus
diuinę naturę immutabilitatem; non fuiſſe ab ęterno tempore mundum,
D in quo Deus ęternum eſſet, cui ęternum aſsiſteret, quem ęternum agita-
ret? Audi, Cępit quidem mundus ab ipſo Deo nouè regi, & gubernari:
at uerò, tam non eſt mutatus in ſua ipſius natura Deus; quàm non muta-
tur facies, dum nouę imagines reſultant in ſpeculo; quàm non mutatur
corpus, dum uel adueniente, vel recedente lumine, noua inde exoritur
umbra; quàm non mutatur columna, dum nobis, loco motis, nunc eſt
à dextris, nunc à ſiniſtris; quàm non mutatur auri ſpecies, dum, ad nun-
dinas, efficitur pretium, arrha, pignus. Ecquàm ſępe uidimus in urbe
ęquorea, ſoluere naues è portu, intrare portum, impingere in portu?

Et quidem, dum importantur, & exportantur merces, videtur oculis no- E
ſtris, quod moueatur portus, & tamen perſtat immobilis. Ad hunc modũ
igitur res ſe habet, quam tractamus; mira quidem forſan, ſed tamẽ uera;
quid autem de Deo dicitur uerum, & non mirum, qui totus eſt ueritas, to
tus admirabilitas? Mouentur à Deo omnia, tanquam à primo mouente,
quod niſi ipſum moueat prius, nihil omnino moueat in uniuerſa natura.
Mouentur rurſus omnia ad Deum; tanquam ad terminum, quo tendunt,
& contendunt, quæcunque mouent, & mouentur; vt, poſt tot, & tantos
motus, multiplicesque labores, in ipſius Dei ſinu, & gremio, æterno tẽpo-
re conquieſcant. Mouentur demum, & omnia in ipſo Deo; tanquã in eo,
qui continet, ſeruatque, & cuſtodit ea, quæ mouent, & ea quæ mouentur,
ipſasque etiam motiones mouentium, & mobilium: neque enim ineptè F
dictum eſt, In ipſo mouemur. Verum enimuero, vt omnia moueantur, &
à Deo, & in Deum, & in Deo; ipſe tamen Deus, ne ad momentum quidẽ
exiguum, in ſe ipſo recipit motum, vel mutationem, tanquam ſubiectum
mutationis, & motus; ſed, denominatione tantùm, extrinſecus mutari dici
tur; quum tota rei mutatio, & nouitas in rebus ſit, nõ in Deo. Hæc porrò,
quum dicimus, ò Viri, Nolite putare, quòd diuina natura, quę Gręcis, &
barbaris, ſapientibusque, & inſipientibus, eſt eſſentiæ pelagus infinitũ, ſit
quaſi pelagus aquarum ſtagnantium, qualis Oceanus glacialis ultra Sau-
romatas. Eſt enim potius, velut ipſum totum mare, immenſum, neque vel
longa mora duratum, vel torpore ſolutum; impigrum potius, & viuax;
quod, ſine ullo fine ſe ipſum ciet, & extra ſe modo quodam egrediẽs, fluit G
ut effluat, & refluat. Miro enim modo traducitur ad alia Deus; dũ ea in pri
mis, quæ præſciendo concipit, & uolendo parturit, ſuo tempore, & loco
creat, & ædit in lucem; deinde uerò, dum omnium eorũ, quæ ſunt, ſerua-
tor, modo quodam immobili percurrit, omnia, & ſingula, mouens, uer-
ſans, circumagens. Qui, vt flamma uigil, vt ignis conſumens, tanquã uaga
lumina, tãquam vapor exiliens, &, ſi quid eſt aliud ſubtilius, uelocius, effi
cacius, in ipſa actione, & quaſi motu, eſt perpes, ſicut per ſe ipſum in ſe ip-
ſo uiuens, & non per alterius uitam; ſic, per ſe ipſum quoque, ſe ipſum mo-
uens, & non aliunde motus. Quid? ne à ſe ipſo quidem motus, ſicut neque H
à ſe ipſo creatus. Indigna Deo eſt uox iſta, Moueri. Perpeſſionẽ enim ſigni
ficat; quum Deus ſit pura Actio, atque ideo, conuenientius forſan, & ve-
rius, motio, quàm motus. Scriptũ eſt in illo ipſo Euangelio, ò Homo. Pa-
ter maior me eſt, tu ne uerò inde dicere audebis, qui catholicus uideri de-
ſyderas, quod Deus filius, ſit Deo patre minor, quia ille dicit, patrẽ ſe ipſo
maiorem? Has indignitatis voces, quis parum pius, ad diuinã illam maie-
ſtatem transferre non pœnitus erubeſcat? Itaque, ſicut Deum patrem, ma-
iorem dicimus, Deum filium, minorem non dicimus; quum alioquin al-
terum ex altero, conſequentia neceſſaria inferri uideatur, ſi eadẽ ratione,
quam audit pietas, cõtemnit impietas, Deum benedictũ ſe ipſum mouere
dicimus,



A dicimus, à ſe ipſo moueri non dicimus; quin & illum ipſum Deum, ſacra
rum literarum authoritate, fideque freti, mobilem, dicere poſſumus; mo-
tum uix poſſumus. An non uox eſt media, Τὸ mobile, quemadmodum,
& Τὸ ſenſibile? quum ergo de Deo dicitur, uim agendi retinere poteſt,
patiendi non poteſt. Certè uero animal ſenſibile dicitur à philoſophis,
non quòd ſentiatur, ſed quod ſentiat; eſt enim animal per ſenſum, uti ui-
uens per uitam, & intelligens per mentem; ſic ergo Deus mobilis dici-
tur, non quòd uerè moueatur, ſed moueat ſolùm. Qui dicit Deum, dicit
mouentem, dicit motionem: Natura Dei, non mouetur, ſicut materia
non mouet: ob id omnis motio, & omnis uirtus mouendi ab ipſo Deo
eſt. Contra, ratio patiendi, deficiendi, conuenit rebus, quatenus ex nihi-
B lo originem habent. Ecce iam tibi Philalethes nobilitatem, & immobi-
litatem Dei. Mutante te loca, Deus non recedit è loco, neque accedit ad
locum; ſed eo ipſo, quo implet omnia, mobilis ſimul, & immobilis dici-
tur. Perge quocunque libet, ibi inuenis Deum; in cœlo uelut trahentem
ut uenias; in inferno, velut perſequentem ne fugias; in mundo, uelut
exſpectantem ne pereas. Finge hominem uiatorem, qui ubique diſcur-
rat, qui ubique obuiam ueniat, qui præter omnem legem uiarum, repen-
te, & inſperato ubi eſſe non creditur, inueniatur. Ecce tibi Deum; quid
tam uelox? Aues? Venti? Anni? Horæ? Fama? Ingenium hominum,
aut Angelorum? Nimium uerè, dictum eſt ò Viri, de Deo, & de ipſo
C Dei ſpiritu, Omnibus mobilibus mobilior. Et iterùm, Quàm velociter
currit ſermo eius. Hæc eſt ueritas; hæc eſt Deo digna uelocitas, immuta-
bilis mobilitas, quæ ut theologus luculenter expreſsit Ωσαύτως ἐνεργεῖ;
eſt enim Ωσαυτῶς aduerbium, quo quies, & immobilis ſtatus, Τὸ ἐνερ-
γεῖ, verbum, quo motus, & uita ſignificatur æterni Dei. In ſe ipſo,
Deus, eſt, non immutabilis ſolùm, ſed & immobilis; at, per analogiam,
eſt quàm maximè mobilis; tanquam plenus energiæ, tanquam totus ener-
gia; uelox, uehemens, uiuus, & efficax. Qui ad omnia quæcunque ſunt,
moueri dicitur motu recto, dum in longa hac rerum ſerie, & ſumma,
& media, & infima, ordine ſuo producit, mouet, gubernat. Obliquo,
dum per generationem, & corruptionem uniuerſam naturam ligat, te-
D netque multis modis, & miris quibuſdam, qui explicari uix poſſunt, ne-
xibus, implicitam. Demum, circulari; dum omnia, & ſingula, velut in
orbem, gyro quodam perfecto, ad ſe ipſum, vnde recta exierunt, redu-
cit, & reuocat. Vultis, vt rem totam explicem quam breuiſsimè? Deus
eſt Τὸ ὄν. Ecce immutabile fundamentum, cui nititur omne quod mo-
uet, omne quod mouetur, & omnis motio, ne ruat protinus, & mouens,
& motum, & deſinat omnis motus. Deus eſt Τὸ ζῶον, Ecce uis mouen-
di; Vita inquam, cuius præcipuum argumentum eſt, motus; is uerò maxi-
mè qui eſt ſecundum locum, rectà, obliquè, circulo. An uerò eſt eadem
ratio mutationis, & motus? Sed enim, vox motus, cum maximè motum
ſigni-

ſignificat, qui ſecundum locum eſt, quo nullus eſt nobilior. At mutatio, E
ſi ſubſtantiam non attingit ad Tὸ πάθος, communiter pertinere vide-
tur; quòd Cicero perturbationem, alij Morbum Latinè dicunt. Itaque
dicere, Deum moueri, & licet, & omnino fortaſſe non dedecet: quia mo
tus vitam indicat, eamque nobiliſsimam; at niſi oratione figurata, qua in-
terdum Prophetæ vtuntur, dicere Deum ipſum mutari neque decet, ne-
que licet, Scriptum eſt enim, Homo ſenſatus, in ſapientia ſua manet tan-
quam Sol; Stultus autem, vt Luna mutatur. Noli hoc loco, Fili hominis,
altius quidpiam ſciſcitari de diuino, vel ſtatu, vel motu. Aeternitas ipſa
ſtatum habet, imò eſt ipſe ſtatus, ſicut & ipſum tempus, aut eſt motus,
aut parum abeſt à motu. Poſtquam ergo Deus complectitur æternita-
tem, & tempus, neceſſe eſt etiam, vt ſtatum, motumque compræhendat; F
anterior ſtatu, ſuperior motu; firmior ui ſtandi, ac mouendi. Motus in
Deo, non eſt motus; ſtatus in Deo, non eſt ſtatus: Nam motus mutat, ſta-
tus ſiſtit, vel ſtatuit. Deus autem, in ſe ipſo, & ex ſeipſo, vt ſtatuit omnia,
& non ſtatuitur aliquo ſtatu, ſic mouet, & mutat omnia, & in ſe ipſo nec
mouetur, nec mutatur aliquo motu, vitam beatam abſque ullo labore, &
contẽtione traducens; nullamq; penitus in ſeipſo ſentiens imbecillitatẽ.

*Qui mare nunc, terrasq́ metu, cœlumq́ fatigat:*

ipſa tamen, neque fatigatus, neque feſſus, expers omnis moleſtiæ, om-
nium curarum, anxietatum, perturbationum. Sic ille fatur, Ego Deus,
& non mutor.

*Vnus ego, ipſa elementa rego, nec mole laboris* G
*Vt miſer, infirmusq́ aliquis, fragilisq́, fatigor.*

Quid enim, ſi Moſes in uiſionibus Iſraelis, deſcribit eum, innixum ſcalæ?
Non innititur, quaſi quærens requiem, ſpatiumque labori; ſed, ſuſten-
tans potius mundi ſcalas, & gradus, ob tantã rerum, quæ in mundo ſunt,
inæqualitatem, acliues, & decliues; atque ideo, incertis facilè obnoxias
caſibus. Quantus labor, ò fili hominis, quantus motus, velle quod nole-
bas? ſcire quod neſciebas? quod oblitus eras reminiſci? quod cupiebas
deteſtari? Si aliud amas, quàm amabas, non es ubi eras, dixit quidam non
ineptus. Et quidem, his motibus, & uicibus, natura ſuapte, ſubiecta ſunt,
& ipſa quoque Angelorum agmina. Solus ille, qui eſt, qui totum mundũ, H
uelut ex ſe ipſo prudentem, arbitrio regit ſuo, per ſuam ipſius uim, & na-
turam, omnino mutari non poteſt, Κινητὴς ἀκίνητος μεταβλητὴς ἀμετά-
βλητος; ſic enim, in uniuerſa natura, corpora, animæ, homines, Angeli,
& quæcunque extant, accipiunt firmitatem, & robur, vt in ſuis ipſorum
motibus durare poſsint, & non deficiant; dum ſtabilis, & manens, dat cun
cta moueri. Aſcendunt, & deſcendunt ſingula quæque, magnis quibuſ-
dam ſcalarum motionibus, & commotionibus, corporalibus, & ſpirituali-
bus agitata; ſed tamen, non concidunt te uno ſtante, & tenente clauum,

*O' qui perpetua mundum ratione gubernas.*

Hinc



A Hinc magnus ille Patriarcha (ò Viri) ingentem obeliſcum, columnam la-
pideam, pio, & religioſo uoto inunctam, ipſi Deo erexit, dedicauit, quæ
diuinam immutabilitatem, immutabile inquam teſtamẽtum ſuum, quod
ſecum, & cum patribus ſuis iureiurando firmauerat, æterno tempore lo-
queretur. Sed, & ipſe Deus quum ſuus ille Moſes, deſyderio, deſyderaret
uidere faciem ſuam; hoc illi unum iuſsit, tanquam amico, ut ſtaret in pe-
tra, ſtabilitatis amans, mutabilitatis inimicus: Fabricaturusque Eccleſiam,
vbi amanter, & perpetuò quieſceret, & inambularet; immobile ſaxum ſi-
bi elegit, quod ne ipſæ quidem inferorum portæ perfringere, aut reuelle-
re nunquam valeant: Et demum per parabolam docuit, Sapientem ædifi
care ſuper petram, inſipientem ſuper arenam, vt propterea ſapiens, ſit in-
B ſipienti quaſi Deus; quia ille nititur ueritati, factus & ipſe ex ueritate te-
tragonos; hic, totus uanus, & uanitas, eſt quaſi pila, & pilæ ludus. Sed quid
ſcrutamur myſteria? quid uerſamus allegorias? quid luſtramus abſcondi-
tos ſcripturarum ſaltus? Audiamus potius antiquos hymnos, faciles, vo-
cales, apertos, iucundos; Immotus in te permanens; Mutat tempora, &
ætates; Non eſt Deus vt homo, vt mutetur; Mutabis ea, & mutabuntur,
Σὺ εἶ ἕν, Σὺ εἶ αὐτὸ, Ω' χρόνος οὐδεὶς μεταβολὴν ὑπάγει. Tu es Vnũ,
ò Deus. Tu es idipſum, cui nullum tempus mutationem adducit. Inter-
rogandi ſunt, qui legunt, O' Viri docti, Stant ne omnia, & nihil moue-
tur; an ſtat nihil, & mouentur uniuerſa? an potius unum ſolum eſt quod
æternum ſtat? & ſua ipſius immobilitate dat, ut alia cuncta moueantur?
C Deus, Deus ille eſt, in quo ſtatur, omnium mouentium aſcendendo ulti-
mus; non diuiſus, non compoſitus; ideoque, neque motus, neque muta-
tus; nam, non poteſt eſſe minus quam geminum, illud quod mouetur; ſi
uerò geminum eſt, & diuiditur in duo, neceſſe eſt, vt etiam componatur
ex duobus. Deus autem eſt ſummè unus: Nonne uero in ipſo motu eſt
prius, & poſterius? Eſt itaque etiam tempus; nam hæc uix intelliguntur
ſine tempore; & cum ipſo motu ſimul incepit & tempus. Quomodo er-
go ſubijcitur Deus motui, qui non ſubijcitur tempori? O' vnitas, ò ſim-
plicitas, ò temporis domina immutabilitas. Intellige iam, ſi potes, ò ho-
mo, motum ſine tempore, motum in unitate, in ſimplicitate, in æternita-
te; motum inquam ſine motu, motum ſtabilem; & ſtatim motum ipſius
D Dei intellexiſti; motum dignum Deo, motũ, qui ſiſtit omnes motus crea-
turarum Dei. Siquidem, & ille ipſe animus noſter, qui ne ad momentum
quidem quieſcit, qui noctes, & dies perpetuis agitatur motibus; nimirum,
vt Platonici dicunt, Numerus uel multitudo per ſe mobilis, quæ animan
do mouet, mouendo animat; nam niſi moueret, nõ animaret. quum pur-
gatiſsimus Deo benedicto coniunctus fuerit; tunc in ſe ipſum totus colli-
getur, & altiſsimè intentus in admirabiles illos æternos, & nouos, ſemper
ſtantis diuinitatis motus, contemplans citas illas, & crebras motiones, mu
tationes, excurſiones, quas antiqui philoſophi, inſignes poetæ, & ſanctiſ-

ſimi

ſimi Theologi, tanquam uniuerſarum cogitationum, atque adeo totius E
uitæ huius mundi inferioris, origines, fonteſque, & quaſi capita, celebra-
runt; ſua ipſius mobilitate, præ nimio ſtupore, firmata; vt vnus, & ſim-
plex, ſic immutabilis ferè efficietur, ſicut Deus. Interea ergo, Deus ipſe mu-
tat, & reliqua omnia mutantur: Mutat inquam, & ſupera, & infera, de non
eſſe ad eſſe; ab uno eſſe, in aliud eſſe. Ipſaque ſibi relicta, per ſe ſe deficien
do, mutãtur ex eſſe ad non eſſe, quum alioquin, diuina natura ſit ſemper
Ἀναυξης, ἀμείωτος, ἄτρεπτος, ἄφθαρτος, εὐςαθὴς, ἔντακτος, αὐτοκίνητος,
καὶ παντόδαπα ἀμετάβλητος. Ecquid amplius quæris? Siſte gradum:
nam hæc omnia, ipſæ etiam gentes intellexerunt, & ſapientes gentium
ſcriptum reliquerunt; oportere, vt & in natura, & in arte omnes motus
nitantur alicui rei immobili. Indicant cardines, axes, poli, centra, carinæ. F
Nota, eſt porro uobis, ò pij, uox illa, eius qui eſt, eius qui ueritas eſt; Ego
ſum qui ſum; qui, vt mentiri, ſic mutari non poſſum: mentior ſi mutor,
mutor ſi mentior. Ego ſum qui ſum, quia immutabilis ſum.

## *Deus verus, vt extra motum, ſic extra locum, immenſus, illocabilis, omnia comprӕhendens loca, nullo comprӕhenſus loco.* CAP. XI.

G
O Viri prudentes, Audite iam ex antecedentibus
conſequentia. Si à nobis non quæruntur loca cor-
poribus, niſi propter motum, & uix ſermonem ha-
bemus de motu, niſi propter locum; quia, motus
eſt, quo mobile verſatur, inter locum unde moue-
ri incipit, & locum, in quem deſinit; an non ſatis
manifeſtum eſt, poſtquam in Deo non eſt aliquis
motus, quòd neque Dei ſit aliquis locus, ſed illa
ipſa natura diuinitatis, ſit in omnibus locis, & extra omnia loca, hoc eſt (vt
breuiter dicamus) vbique, & nuſquam? Verè, ita habet res. Sicut enim or
bis ille cœleſtis, qui in mundo principem locum, magnitudine, ſublimita- H
teque obtinet, ſuis ipſius terminis clauditur, non alienis; ita Deus, nõ pars
mundi maior, aut melior, ſed uerè mundus omnium maximus, Mundus
intelligibilis, incorporalis, in quo etiam hic mundus erat, antequam con-
deretur, per ſe ipſum, non per alia, eſt in loco; quia per ſuam ipſius uim, &
uirtutem, non per uim rerum, aut locorum, eſt in omnibus rebus, & locis;
ipſe ſe locans, ipſe ſe continens; ipſe, ſe (vt ita dicam) dimetiens, & fi-
niens; cuius immenſum orbem, nulli fines, etiam ſi per innumerabilia lo-
corum ſpatia tenderentur, metiri poſſent. Omnia corpora, loci magnitu-
dine, & commenſu conſcribuntur, vt, quum mole ſua alicubi ſunt, alibi
non



A non ſint. Incorporalia, vi, & operatione definiuntur, vt eſſe vbique non
poſsint, quia ubique operari non poſſunt: at uerò Deus, incircunſcriptus,
infinitus, incomprӕhenſus, ne continetur quidem ambitu quorumcun-
que locorum ſimul; ſed, & operatur, & eſt in omni loco, vbique, & vbi-
cunque. Reſponde, fili hominis, Deus ne nuſquam eſt? aut alicubi tan-
tùm? aut ubique? Aliud ſanè fingere non licet. Inane enim, nec eſt ali-
quid, nec eſſe poteſt, neque fuit, neque erit unquam: plena ſunt omnia
mundi membra, vt mundus ipſe plenus ſit, & perfectus. Omninò uerò,
quod nuſquam eſt, uix eſt; quod alicubi tantùm eſt, finitum eſt; Deus er-
go, quia uerè, eſt id quod eſt, & infinitus eſt, vbique eſt: hoc eſt, nunquam
deeſt, nuſquam non adeſt. Hinc illæ piæ uoces, Quo ibo à ſpiritu tuo? &
B quo à facie tua fugiam? Si aſcendero in cœlum, tu illic es: Si deſcendero
in infernum, ades. Et ſi uerò, non idem eſt, eſſe in omni loco, & in om-
nibus rebus, nam ratio loci eſt anguſtior, rei auguſtior: non eſt enim lo-
cus, res omnis, &, in ipſo quoque loco, amplior eſt ratio rei, quàm ratio
loci; vtrunque tamen ad incircunſcriptam illam Dei magnitudinem, ad
illam immodicam longitudinem, latitudinem, altitudinemque, & pro-
funditatem pertinet; vt repleat omnia loca, vt penetret intima quæque
rerum; vt nullis ſepiatur locorum ſpatijs, vt nullis concludatur rerum li-
mitibus: denique, vt ambiat, & tranſcendat locos omnes, vt prætergre-
diatur res, & naturas, tam ſingulas, quàm uniuerſas; vt comprӕhendat
totum orbem, ſuo ipſius complexu, nihil præter eum, non coercentem,
C & continentem. Comprӕhendat (inquam) quod patres dixerunt, ſicut
mundo non incluſus, ſic à mundo non excluſus. Quàm eleganter ò Vi-
ri politioris literaturæ amantes, luſerunt in re tanta, ſanctiſsimi illi, &
ſapientiſsimi maiores noſtri, dicentes, Deum præ immenſitate ſua inte-
rius penetrare omnia, & replere; exterius præſidere, & circuire; ſupe-
rius, regere, & continere; inferius ſuſcipere, & ſuſtentare. Penetrare
porrò, non effuſum, replere non exinanitum, non diſtentum circunda-
re, vel ambire, non elatum ſuperferri, & præſidere; denique regere haud
inquietum, continere non defeſſum, & ſuſtentare non depreſſum. Au-
dite, quæſo, omnes. Oportet enim, vt iuxta ſacros boues, qui diuinæ ſcri-
pturæ agros arant, & præſepium Eccleſiæ implent, ipſæ quoque humiles,
D & lentæ aſellę paſcantur; & in tanta luce maiorum, non ſit in totum cæ-
ca, Chriſtianæ plebeculæ doctrina, & fides. Deus ipſe undecunque ſe ra-
piens, ſurſum, & deorſum, ante, & retro, à dextris, & à ſiniſtris, omnes
mundi regiones excedit, &, omnia loca tranſiliendo, præteruolat; cœlum
aſcendens, ſed conuexo quoque cœli ſublimior; ad infernum deſcendẽs,
& penetrans, ſed ipſo etiã inferno profundior: fines orbis terræ perambu-
lans, tenẽsque, & cõplectens extrema maris, ſed longior terra, & latior ma
ri. Hæc eſt ratio immenſitatis diuinæ. Hoc eſt diuinũ illud Τὸ ἀπέραντον.
Hæc illa Ἀμετρότης, quam theologia prædicat, tam creatori propria,
quàm

quam à creaturis aliena; qua Deus eſt in loco,& excedit locum, eſt in mun- E
do, & excedit mundum. Τὸ ἀτέλειον, dicitur de Deo, vt conſyderatur
in ſua ipſius pura,& abſoluta ſubſtantia, nullam cauſam habens, ne forma-
lem quidem, aut finalem: his enim maximè, res perficiuntur, forma intus,
ſiue foris. Τὸ ἀκατάληπτον, de Deo ipſo dicitur, vt refertur ad intelligen
tiam, ſiue hominum, ſiue Angelorum: eſt enim natura eius omnibus, prę-
terquàm ipſi ſoli incompræhenſa. Porrò Τὸ ἀΐδιον, vox eſt, qua Deus con
fertur ad tempus, tanquam excedens omnia tempora. Τὸ ἀπέραντον igitur,
de quo nunc ſermo eſt, comparat Deum ad res, & loca, & palam predicat,
diuinam illam vaſtitatem, excedere omnia loca,

*Quæ cælos, terras, æquor, quæque omnia replet.*

Nam, quemcunq; locum ſignaueris, ibi eſt Deus, & tamen alibi eſt, quàm F
vbi eſt. Quia verè, nihil omnino eſt, vbi Deus deeſt. Cęlum,& terram ego
impleo, inquit ille ipſe Deus. Et iterum, Cęlum mihi ſedes eſt,& terra ſca
bellum pedum meorum. Hæc, quum legerent,& intelligerent fortaſſe, pri
ſci illi gentium vates, vt ſe non minus philoſophos, quàm poetas eſſe com-
probarent, doctiſsimè ſimul, & clariſsimè cecinerunt,

*Deum ire per omnes*
*Terrasq́, tractusq́ maris, cælumq́ profundum;*
*Et Iouis omnia plena.*
*Et Iupiter eſt quodcunque vides, quocunque moueris.*

Quin, & Orator, vbi de rerum omnium admirabili ordine, atque con- G
ſtantia pro Deo aduerſus impios philoſophatur, talia voce refert; Hæc ita
fieri, omnibus inter ſe mundi partibus continentibus, profectò non poſ-
ſent; niſi ea, vno diuino, & continuato ſpiritu, continerentur. O vocem ſa-
pientiſsimam, & nunquam ſatis laudatam. Quis eſt enim ille diuinus ſpi-
ritus, niſi ipſe Deus,

Ε᾽ν εἴδεσιν εἶδος ὕπαρχον
Καὶ ψοχὴ καὶ πνεῦμα καὶ ἁρμόνια καὶ ἀριθμος

Forma, inquam, exiſtens in omnibus formis; & anima,& ſpiritus,& con-
centus,& numerus. Qui, ſi ingentem hanc mundi molem, cęlos, terras, ma
ria, hoc inquam Μέγαζῶον (liceat hoc nomine appellare rerum vniuerſi-
tatem, quando hominem ipſum Μικρὸκόσμον, philoſophi vocant) vel ad H
exiguum momentum, iratus, deſeruerit; illico, diſſoluetur omnis nume-
rus, omnis concentus;& velut amiſſo vigore, vita, viribus, omnia effluent,
euaneſcent, concident, perinde ac ſtatim morietur corpus, & reuertetur in
puluerem, vbi fuerit animæ à corpore facta diſceſsio. Sicut enim anima,&
in toto corpore,& in ſingulis corporis partibus, tota eſt per ſe ipſam, totum
que & partes, tota viuificat, regit, mouet; ſic Deus, per ſuam ipſius eſſentiā,
in omnia,& ſingula, quæ in mundo ſunt, totus intenditur, non diſperſus,
non diſcerptus, non diſtentus. Neque corpora ſolum, elementa, & cęlos,
incitat, ragit, regit; ſed animos quoque ipſos, poteſtate occulta, ſed vbique
diffuſa,



A diffuſa, ſecreta, & inuiſibili maieſtate, intus, & foris ingreditur, penetrat,
permeat, tangit, afflat, tenet, portat, implet, circundat, ſeruat, protegit, tue-
tur; Licet ne dicere, Rerum omnium Ψυχωσις κίνησις, καὶ σύςισις, anima-
tio, motio, ſtatio iuxta illud, In quo viuimus, mouemur, & ſumus? Et ſi e-
nim, aliud ſumus, quàm ipſe eſt; nihil tamen aliud ſumus, neque aliud ope-
ramur, quàm quod ex ipſo eſt. Ille habet vitam ſuam in ſemetipſo: nos vitā
noſtram non habemus in nobis, ſed in ipſo; quia non viueremus niſi per ip
ſum, quum ipſe det omnibus vitam,& inſpirationem; animam, quā ſemel
viuere incipimus, aerem, quem ſemper ſpiramus. Ita genus eius ſumus;
non quos natura Deos genuerit; ſed quos,& voluntate creauit, vt homines
eſſemus,& voluntate mouet, ac gratia format, vt boni ſimus. Sic, ſic, replet
B orbem terrarum, & continet omnia ſpiritus domini, quia, ſi ſe ipſum
Deus, rebus ſubtraxerit; neque vita, neque motus, neque ſtatus erit. Ni-
mium enim verè dictum eſt, Ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo: hoc eſt, ex
eius plenitudine,& copia, per eius effuſionem,& liberalitatem, in eius vir
tute,& poteſtate ſunt omnia. Quàm magnus eſt Deus noſter, o viri, quàm
magnus, Cuius palmum terra nō implet; qui pugillo metitur omnes aquas;
cuius pedes,& greſſus, infernum etiam inferiorem penetrant; quem, ſum-
mi cęli, vertices,& capacitates aliorum cœlorum, capere nequeunt. Dicam
Baſiliano carmine,

*Qui cælum; tractusq́ maris; quique omnia replet;*
C *Quem cœlum, tractusque maris, quemque omnia nuſquam*
*Compræhendunt.*

Et qui demum, ne infinities quidem infinitis cœlis, terris æquoribus, cir-
cunſcribi, definiri, contineri poſſet. Sphęra nimirum Απερείγραπτος, &
neque ſenſu, neque ratione, ſed vix alta quadam mentis intelligentia, per-
ceptibilis; cuius centrum vbique ſit, circunferentia verò nuſquam. Hoc ſa-
nè, pulcherrimo ænigmate, & ad audiendum iucundo, & ad probandum
accommodato, de diuina immenſitate loquebantur Theologi gentium.
Quum enim centrum ſit tota circuli virtus, immo ipſe totus circulus com
plicatus; nam, à centro ducimus circunferentiam, quantam, quantam volu
mus; quumque circunferentia, ſit ipſum centrum euolutum, & exſplica-
D tum; nam, centrum eſt in omnibus lineis, centrum attingunt omnes lineæ;
ſed, ad circumferentiam terminantur, circunferentia continentur, & con-
cluduntur; quæ propterea neque vllis, neque omnibus, includitur, altiſsi-
mè inſinuabant, immo docebant apertiſsimè, Deum, & ingredi omnia,
tanquam centrum; & egredi omnia, tanquam circunferentiam. Et profe-
ctò, vt ab eleuſinis quaſi myſterijs ad floralia feſta transeamus, o viri; nihil
in vniuerſa natura tam pulchrum, quàm quod omnia ſunt loca Dei; &
Deus ipſe, viciſsim eſt locus omnium. Quid enim tam neceſſarium in
primis, quàm magnam illam rerum omnium vaſtitatem, inanitatemque,
& vacuitatem fœdiſsimam, quaſi triſtia quædam, & ſitu ſqualentia loca,
in

in medioque hiantia ſemper, & fatiſcentia, repleri plenitudine, & immen- E
ſitate Dei? Quem propterea, magno myſterio (vt audiſtis) antiquitas,
non punctum, non lineam, non ſuperficiem; ſed vocabat corpus, geo-
metricis plenum dimenſionibus; & inter corpora, non angulare quod-
piam, ſed globoſum, ac rotundum; ſphæram inquam, corpus pleniſſi-
mum, & capaciſſimum omnium corporum. Nam, niſi æterna illa uis, &
maieſtas, mundum hunc, quaſi nobile quoddam fulorum; & res tantas,
quaſi inania quædam uaſa, in ipſarum medio; in ſecretis inquam, & inti-
mis naturæ receſſibus, vbi maximè vanitati ſubiecta ſunt, præſente poten-
tia, & non abſente natura, muniret, ac ſuſtentaret, conciderent protinus
tanta machinamenta, vbi è diuerſo, Deo plena, fultaque virtute, tam ſoli-
da, & ſtabili, non iam ſuſpenſa, & pendula, ſed uelut fixa undique, & cor- F
porata, ſuis uidentur niti viribus, & per ſe ipſa ſtare, atque ſubſiſtere. Iam
quid decus, & ornamenta commemorem? Ecqui Albanorum oculi, fer-
re poſſent tam deforme ſpectaculum, quale eſſet uniuerſa rerum natura,
niſi Deus, & omnibus, & ſingulis rebus, non tam adeſſet, quàm ineſſet?
Vidiſti vnquam deforme ſenium? orbes oculorum cauos? caua ſuperci-
lia? & ſub eis fluentes lacunas? & hic tamen tantus horror, ſuas Veneres
habet, ſi conferatur cum mundo, à quo receſſerit maieſtas plena gratiarũ
æterni Dei. Ad hunc ergo modum, res omnes ſunt loca Dei, quia Deus
ornat omnia, quia Deus replet omnia: replet inquam, & non occupat;
perinde ac ipſa lux, diaphana corpora; nihil enim inter ea, quæ uidentur, G
eſt ipſa luce ſubtilius, minusque concretum, & corporatũ. Audite nunc,
quomodo Deus ſit locus omnium. Inde ſanè eſt centrum, hinc circunfe-
rentia. Ecquid manifeſtius, quàm quod Deus ſit, lætus quidam, & ſaluber
locus omnium quæ ſunt in mundo? locus inquam ferè natalis, vt pote ſuo
ipſius quaſi calore, omnia perpetuò fouet, ſuaque ipſius virtute tenet, cu-
ſtodit, & quod ad rationem loci pertinet, ſeruat, ac tuetur, vt durare, &
obfirmari, creſcere, & uigere, agere, & perennare per tempus, & tempo-
ra poſſint, quo deſerente, ſe ipſa deſerunt, atque deſtituunt? Miraris? Si
ceciderit domus, vbi habitas, non'ne cades? Plus ne æges, ò homuncio,
circundante te domo, quàm protegente te Deo? Non differt ab ipſo Deo, H
virtus, à natura; neque re ipſa, diſtinguitur operatio, à uirtute; Vt propte
rea duo hæc conſentanea ſint, & conſequentia: Si operatur vbique, ubi-
que poteſt; & ſi ubique poteſt, vbique eſt. Poteſtate quidem, & virtute,
qua omnia mouet, regit, non tam dicitur Deus eſſe in mundo, quàm
præeſſe; nimirum uelut Rex, & dominus, qui non pererrans regnum, ſed
ſedens in ſolio ſuo, imperio, nutu, diſſipat omne malum. Scientia porrò,
& ſapientia, qua proſpicit omnibus, qua attingit minima quæque, paſſe-
res cœli, lilia agri, fenum campi, dicitur adeſſe mundo, & ſingulis mundi
partibus, tanquàm teſtis fidelis, qu præſens uidet, abſens non uidet. Scru-
tatur enim Deus intima quæque rerum, & nihil inuiſibile eſt oculis eius.
At ue-



A At uerò, præter hæc, quoniam illa ipſa diuina Eſſentia, quia nihil purius,
ſimplicius; omnibus rebus illabitur; in omnibus, & ſuper omnia exten-
ditur, magis quam aer, magis quàm lux; hac ratione, per eſſentiam quo-
que ſuam, Deus, ſe in omnibus rebus ineſſe declarat; vt ubi ſua ſunt, ipſe
quoque ibi eſſe intelligatur. Ecquid eſt non ſuum? quando ſuum eſt ip-
ſum eſſe, quo ſunt quæcunque ſunt? Ecce habetis, Deum immenſum, &
(vt aiunt) illocabilem; intus quaſi locatum, foris plenè locantem; ab ini-
tio conditi orbis complectẽtem undique, & obſidentem ſuo ipſius gyro,
omnia, quæcunque extant, in uniuerſa natura. Fœlix, & nimium fœlix
obſidio; qua in tanta diuturnitate temporum, in tanto rerum labentium
curſu, non modo non eſt oppugnatus, aut labefactatus orbis, ſed uſque in
B hunc diem, diuina protectione munitus; foris, velut tunica tectus adaman
tina; intus uerò abundans innumerabilibus præſidijs à ſeculo, vſque in ſe-
culum fortis, & infractus perſeuerat. Finge ignẽ intrinſecus in primis fo-
uentem, deinde uerò circundantem, & defendentem extrinſecus; & cogi-
taſti iam Deum ipſum exiſtentẽ intra omnia, ad fouendũ; & extra omnia,
ad defendendum. Vt poſtquàm, res omnes à ſe ipſis ſunt Salamandra frigi
diores; omnia occulto illo calore foueantur, & uiuant; & quoniã imbecil
lis ſunt uiribus, tãquam telæ aranearũ, aduerſus ea, quæ circunſtant; vigili
flãma defendantur, & perſtent. O' perpetem, & inuictum ignẽ. O' acrem,
& rapidã flammã, ea omnia quæ uniuerſo orbi ſunt profutura, multò fœli
cius, quàm naturalis calor, humores in corpore concoquentem, & cõſum
C mantẽ; quæ uerò nocitura eſſent, velocius quàm ignis ſacer, cõtactos artus
edentẽ, & conſumentẽ. Iam quis nolit hoc diuino igne foueri? hoc diui-
no igne circũdari? Et planè omnia diuinis igneſcunt ignibus, neque eſt ali
quid, quod ſe abſcõdat à calore eius. Miſereor veſtri ò gẽtes; miſereor, quæ
hunc tantũ, & tam immẽſum Deum neglexiſtis, & coluiſtis paruulos illos
Deos, qui exigua ara cõtinentur, qui coluntur paruo thure, qui pauco ære
laborãtur, & paucis diſtinguũtur coloribus. Sed heu, heu, ò mortales, quũ
tãtæ magnitudinis ſit Deus, vt impleat ſingula, & omnia loca; non uidetur
tamẽ à nobis, neque vbique, neq; alicubi. Si ad orientẽ pergis, nõ apparet.
Si ad occidentẽ, effugit oculos tuos. Si te uertes ad dexterã, dices, Vbi eſt?
Si ad ſiniſtrã, quomodo appræhendes illũ? Et tamen, nõ longè eſt ab uno
D quoque noſtrũ Deus noſter. Deus de prope, vt ipſe inquit, non de longe.
Qui appropinquat, & adhæret nobis magis, quàm ueſtimentum corpori,
quàm caro cuti: qui videt uias noſtras, & dinumerat greſſus noſtros; qui
pertingit ad cõpages, & medullas oſſiũ noſtrorũ: qui ſcribit cõtra nos ama
ritudines, qui ſignat delicta noſtra, quaſi pecuniã in ſacculo. Heu, iterum
heu, quis hic nõ extimeſcat, non expaueſcat, non expalleſcat? Videre non
poſſumus uidentẽ nos; & eũ, qui tam ſubtiliter renes noſtros, & corda no
ſtra ſcrutatur, ne à fronte quidẽ ſemel aſpicimus, vt ſciamus quid, quomo-
do, & quãdo, de nobis decernat, ac iudicet. Ite modo homones, & Deũ, vt

 ſoletis,

ſoletis,ſuperbè contemnite, quē velut in inſidijs vbique latentē, eo magis E
formidare debetis,quo vos ille etiam in tenebris videt, & illum ipſi, ne in
meridie quidem videre poteſtis. Sed nos te rogamus,magna,& æterna po-
teſtas,Rogamus te ſummè,& exuperantiſsime Deus,nos inquam tuus pu-
ſillus grex,nos tuum pœcus pauidum,ne contendas nobiſcum in fortitudi-
ne tua,neque nos præmas mole magnitudinis tuæ. Te enim ſemper,quaſi
tumentes ſuper nos fluctus timuimus ; &, mente, & vultu teſtamur, quia
niſi tu nos recrees, pondus tum ferre non poſſumus, ſempiternum Deum;
dies,& noctes ceruicibus noſtris imminentem,omnia prouidentem, cogi-
tantem,animaduertentem,omnia ad ſe pertinere putantem, curioſum , &
plenum negotij Deum. F

## *Natura ipſius veri Dei , non tam ſpiritalis , quam ſpiritus; expers carnis , ſanguinis,quantitatis, qualitatis , figuræ, corporaturæ, materiæ.* CAP. XII.

QVALIS es, qualis es, Deus meus? Quæſiui vultum
tuum domine,& vultum tuum adhuc requiro . Ne
auertas faciem tuam à me . Erige me , ex me ad te: G
Nam,vel quum te volo quærere,neſcio ; vel quum
te quæro,nō inuenio;vel certè, quod de te inuenio,
non es tu,quem quæro. In communi illo noſtri ge-
neris parente , te tenebamus ; per illum, te perdidi-
mus;& iam primum ex illo factum eſt,vt te inueni-
re vix valeamus. Qualis es,qualis es Deus meus? Vos nunc,permittite,quæ-
ſo,mihi,pietati concedite,date zelo,tribuite deſiderio,vt ſubleuare ſermo-
ne poſsim, communem hanc infirmitatem ſanctarum plebium quæ vſque-
adeo mentes tenent corporibus fœderatas, & illigatas, vt vix concipiant
Deum ipſum eſſe ſpiritum; ſpiritum, qui omnino non cadit ſub conſpectu
oculorum noſtrorum,ſpiritum remotiſsimum ab omnibus ſenſibus, abiū- H
ctum prorſus,non ſolum à contagione terreni corporis, ſed ab omni mate-
ria , quæcunque illa fuerit : ſunt enim , qui eam non vnius rationis exiſti-
ment in omnibus rebus , immo ne in corporibus quidem. Profectò igitur,
quum ad ſcientiam comparandam, quam in ipſis naturæ ſaltubus , tanta
cum voluptate , & vtilitate venamur ; animus noſter vti poſsit duobus in-
ſtrumentis , altero ſimplici quod mens , altero multiplici, quod ſenſus eſt;
ne natura ipſa ſuperuacaneum quidpiam egiſſe videatur in homine , opor-
tet, vt in ipſa mundi vniuerſitate , ſint quædam ſenſibilia , quædam in-
telligibilia ; hæc porrò tam illis præſtant, quàm uis ipſa mentis excedit
vim



A vim ſentiendi . Itaque homines illi,qui ad Dei , & diuinarum rerum al-
tiſsimas contemplationes , accedere ſe putant ; & nil aliud cogitare animo
norunt , quàm quæ aut ſubiecta ſunt oculis , aut familiaria ſunt auribus; il-
li inquam , non modo ab ipſo æterno Deo , ſed à ſe ipſis quoque peregri-
nari mihi videntur ; vt, qui neſciant vim humanæ animæ. Nam ipſa quo-
que hominis anima , de ſe ipſa teſtimonium præbet , & teſtimonium eius
verum eſt,quod ſpiritalis naturæ ſit ; quæ mundum, & omnia quæ in mun-
do ſunt , videt infra ſe, Angelos iuxta ſe, ſe in ſe,& vnum ſolum Deum ſu-
pra ſe . Propter quod ex ſupremo illo mentis apice , quo omne corpus ſu-
pergreditur à ſapientibus viris,tam alienis quàm noſtris , appellatur Spiri-
tus;nimirum imago Dei, quæ corpus formare poteſt , cum corpore diuidi
B non poteſt:extra corpus intelligi poteſt , in corpore ſentiri non poteſt; ſo-
ciata corpori viuere poteſt,diſſociata mori non poteſt; ipſa(vt Græci dicūt)
ſunt natura Ασώμος κ̀ ἀσώματος , nulla mole diſtenta , nullis lineata figu-
ris,nullis depicta coloribus. Ob id enim,à bonis philoſophis,numeratur in-
ter Τὰ χορίςα ; & Poetæ cecinerunt,

*Morte carent animæ .*

*Igneus eſt ollis vigor,& cæleſtis origo.*

Quid ? Temporario quidem officio , & munere eſt anima , ſed in ſeipſa ,
ſemper,& prius natura,eſt ſpiritus ; quod hoc ſubſtantiam abſolutè ſignifi-
cet;illud ſine relatione non intelligatur; dicitur enim anima,quatenus for-
C mat corpus,& eſt vita corporis. Et omnino quidem,vt eſſentia vna, ſic viri-
bus multiplex,quemadmodū per ipſos corporis ſenſus, formas corporeas,
præſentes, excipit, exceptas etiam abſentes imaginatione verſat, memoria
tenet,cogitatione quaſi format,librat ingenio,iudicat ratione. Ita,dum ſe
per mentem,& intelligentiam ad incorporalia transfert, nō iam anima for-
ſan,ſed animus (nam anima eſt dum animat,animus dum ſapit) adhuc exi-
ſtens in corpore,per vim contemplationis,fœliciſsimè tota migrat in ſpiri-
tum,corpora,& imagines corporeas poſt terga relinquens,Deumq; , & di-
uina ſapiens. Vnde,& inclamat,& ſi cognouimus Deum per ea,quæ viden-
tur,tamen non nouimus iuxta ea,quæ videntur. Hæc quum ita ſint, poteſt-
ne igitur non eſſe ſpiritus , & verè ſolutus omni corpore Deus ? Immo ve-
D rò,poteſtne,non eſſe omni ſpiritu purior, ſimplicior, abſolutior ? hoc eſt,
& animabus hominum,& ipſis quoque Angelis, (nam, & de illis ſcriptum
eſt, Qui facis Angelos tuos ſpiritus, ſine fine maior, & melior ? Et quid eſt
corpus hominis,niſi carcer, & vinculum dum viuit, ſepulchrum , & tumu-
lus dum moritur ? Huc ſanè ſpectant duo illa Græcorum nomina , Δέμας,
& Σῶμα. Eſt enim Δέμας, quaſi Δεσμός, & Σῶμα , quaſi Σῆμα . Hæc ipſa
porrò latina vox, Corpus, corruptioni vicina, finitimaque, digna ne eſt im-
mortali Deo? Certè verò, quod in homine dicitur corpus, quum ceciderit,
cadauer erit . vt propterea Αττικῶς dicatur Πτῶμα , ἀπὸ τοῦ πίπτειν ,
à cadendo , quòd illius ſit cadere , deficere , mori . Vnde illud . Tan-
Q ij quam

quam homines moriemini, & tanquam unus de principibus cadetis. E
Ite, ite iam, & impudenter dicite, Deum benedictum, qui ſolus eſt bea-
tus, ſolus potens, ſolùm immortalis, cuius uirtute, & quæ ſtant ſuſtinen-
tur, & confirmantur quæ cadunt, & eriguntur quæ ceciderunt, corpus uel
eſſe, vel habere. Oro uos amici, Cui ſimilem feciſtis Deum? Quam fi-
guræ imaginem ponetis Deo? Qualem Deum eſſe putatis? An cornige-
rum, vt Iouem? An aurea barba, vt Aeſculapium? An imberbem, ut
Apollinem? Cæſijs ne oculis, ut Mineruam? uel cerulijs ut Neptu-
num? Pileatum, vt Mercurium? Claudum, ut Vulcanum? Nun-
quid, ſculptile conflabit faber? Nunquid aurifer, auro figurabit illum?
& laminis argenteis Argentarius? An uerò, eſt aliqua figura, quæ non
termino claudatur, aut terminis? Itaque, ſi magnitudinis Dei, non F
eſt finis, neceſſe eſt, ut Deus ſit Αναφὴς, ἀοράτος, ἀπεριγραπτὸς,
ἀσύνθετος, omninoque Αμορφὸς, immò uerò, ut ſublimiora loquar
Αμορφία. Quòd ſi quum de Deo, ſecundum hominem, cogitare ſo-
lemus, forma nobis occurrit humana, ut qua nulla pulchrior ab homi-
nibus fingi poſſe, & quæ ſola mentis domicilium eſſe uideatur, uerè ta-
men, in ſua ipſius diuina natura, vel fruſtra Deus haberet formam ho-
minis, ſi haberet, uel certè non habet, ne fruſtra habeat. Non eſt na-
tura iudicium, fili hominis, non eſt; ſed eſt humanæ cogitationis error,
putare, quòd Deus ſit Ανδροειδὴς, uel Ανδρίκελος, atque ideo, impru-
denter ipſi, & impiè, hominum membris, lineamentisque figuramus na-
turam Dei. Dici ne uerò poteſt, vt qui membra habet, non illis ægeat? G
nam, & quo pluribus utitur, hoc ipſo, per ſe ſe, minus poteſt. Aget ne
uerò oculis Deus, qui per ſe ipſum omnia uidet? Auribus, qui per ſe ip-
ſum omnia audit? Pedibus, qui per ſe ipſum omnia luſtrat, qui vbique
eſt, & omnia implet? Fortaſſe uerò æget manibus ad accipiendum, dan-
dumque, & faciendum? Sedenim, ipſe à nemine quidquam accipit;
diſpenſat autem omnia, uerbo illo ſuo, quo ab initio mundum fecit, quo
etiam, vſque in hunc diem operatur, quo uniuerſa, quæ ſunt, poſſi-
det, portat, regit. Finge quoduis corpus, ò homo, aerium, æthereum,
phyſicum, mathematicum, animale, ſpirituale, & ſi quod aliud ſubti- H
lius, vel eſſe, vel cogitari poteſt; caret prorſus omni corpore Deus.
Habet ne uerò non corpus, ſed quaſi corpus? non ſanguinem, ſed qua-
ſi ſanguinem? non membra, ſed quaſi membra? Sed quid eſt hoc, qua-
ſi corpus? Quid eſt hoc, quaſi ſanguis? Quid ſunt hæc, quaſi membra,
quibus error, & falſitas ludit, vt philoſophiam, & religionem illudat?
Certè etiam, ſi ſpectant ad illas atomos, quas Democritus uigilando
ſomniabat; quæ tamen figurare, lineare, colorare, animare, omninò
non poſſunt; quid aliud ſunt, quàm materia? At, quid eſt materia, ni-
ſi ſylua? Hoc enim ſonat Græca Υλη. Eſſe ne uerò poteſt, in ſum-
ma illa ſimplicitate naturæ Dei, quam audiſtis, tanta rerum denſitas,
vt con-



A vt congeriem faciat, quę propriè ad ſyluam pertinet? Quid? Vbi eſt ma-
teria, An non caduca ſunt omnia? Eſt ne quidpiam materiale, & immor
tale? Sed ſit planè quędam alia materia, pręter eam, quę eſt rerum morta
lium: certè quęcunque ſit, non poteſt intelligi, quin ſit ſaltem mutatio-
num, uelut area quędam. Nam, & materia illa intelligibilis, quam in ho-
mine intellectum poteſtatis Peripatetici uocant, definitur, quod illius ſit
omnia fieri, vti alterius quem agentem dicunt, Omnia facere. Ecquid
porrò tam alienum à ratione materię, quàm poteſtas agendi? Ecquid
tam alienum à ratione formę, quàm potentia recipiendi? Quę uerò diuer
ſitas tanta, quanta materiæ, et formę? Vt propterea tandem, nihil ſit tam
diſparatū à Deo, quam materia; nihil tam Deo ſimile quam forma; quia
B Deus nihil recipit, Deus omnia agit. Immò (vt dicetur) eſt ipſe actus, et
actio. Et forma quidem hominis, quę eſt melior pars in homine, cōtinet
hominem: at forma Dei, quę eſt ipſe totus Deus, creator mundi, cōtinet
mundum. Hac ratione fortaſsis dicta anima, quia dat animas.

*Inde hominum, pecudumq́ genus, vitaq́ volantum*
*Et quæ marmoreo fert monſtra ſub æquore pontus.*

dicta uerò Ψυχὴ, quia Φυσιν Εχει, naturam ipſam continet, replet, agi-
tat. Mens autem, non quaſi Μνὴν, vt noſtra deficiens; ſed tanquam om-
nibus eminens, quę etiam omnia ſingulaque metitur. Spiritus demum,
quia inuiſibilis, inuiſibiliter ſpirat, quo omnia ſpirant. Vnde illud, Spiri-
tus Domini repleuit orbem terrarum. Sic enim poſtmodum cecinit, et
C Vates Ethnicus, alumnus antiquę philoſophię, et rapiente eum forſan
ſpiritu ueritatis,

*Spiritus intus alit, totamq́ infuſa per artus*
*Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet.*

Quàm digna Deo præ cęteris uox, ſpiritus, ò Viri. Nam Deus non ſolùm
ambiendo circumplectitur omnem creaturam, et corporalē, et ſpiritalem;

*Immenſosq́ ſinus, immenſaq́ brachia pandens,*

ſed verè implet, et penetrat, vt paulò ante dicebamus, infuſus per intima
quęque rerum, multò magis, quàm gladius anceps per viſcera, quàm ra-
dius ſolis per aera, quàm aer per aquas, quàm aqua per terrę poros, et ue-
nas, quàm denique anima, per omnes animantium artus. Neque uerò
D profectò illabetur, et influeret in ipſos ſpiritus, diuidens eos in partes, et
penetrans, quaſi eſſent, et ipſi, res corporeę, niſi eſſet ipſe omniū tenuiſsi-
mus, ac ſimpliciſsimus, et prorſus expers omnis corporaturę. Non eſt ſpiri-
tualis naturę Deus, velut à compoſitione corporeus, à prędominio ſpiri-
tus, ſed eſt totus ſpiritus, unus, ſimpliciſsimusque, qui in tota ſua ipſius na-
tura, carnem, et oſſa non habet; cuius uocem nemo audiuit; cuius ſpeciē,
nemo uidit: Spiritus, vt ſolus ęternus, ſic ſolus incircūſcriptus, et immēſus,
tanto interuallo omnia corpora, et omnes naturę corporeæ metas, fineſq;
tranſcēdens, vt ſolo ſpiritali nutu, et imperio, quicquid uult, quādo vult,

 quomo-

quomodo uult, in corporibus operetur; vſque adeo incorporalis, vſque E
adeo immaterialis, vt ad eum collati omnes reliqui ſpiritus, & craſsi eſſe,
& non modo materiam intelligibilem, ſed & nonnullam corpulentiam
habere videantur. Meminiſtis illam mentem, puram, ſimplicem, imper-
miſtam, omnia (vt Anaxagoras dixit) permeantem, fouentem, ſeruan-
tem, cuſtodientem? Ecce Deum, ſpiritum omnibus corporeis oculis in-
uiſibilem; mundum regentem; grauiſsima quæque in medio ſuſtinen-
tem; ſupra, ſuſpendentem læuia; ad ſumma, mouentem ignes; ſydera
ad curſus ſuos excitantem; librantem elementa; viuificantem omnia.
Omnia inquam

*Qua ſe cunque refert, roſeo ſpectabilis ore*
*Lucifer exoriens;* F
*Qua ſe cunque refert, niueo ſpectabilis ore*
*Heſperus exoriens.*

Hæc eſt cana fides, hæc eſt priſca omnium gentium theologia. Hæ ſunt
pretioſæ reliquiæ, quæ in tantis veterum dogmatum naufragijs, & dire-
ptionibus, etiam apud bonos philoſophos, ſuperfuerunt, ſuntque inter
Chaldeos, & Hæbreos antiquiſsimæ religionis, & ſapientiæ uera, æterna,
& incorruptiſsima monumenta. Quid hic dicis homiformia plebecula?
heremi dura ruſticitas? ruſtica ſimplicitas? Victa es, confitere iam, & ex-
cute errorem tuum. Infantilia tibi oblectamenta permiſſa ſunt, in quibus
non nihil luderes, & paulatim aſſurgeres ad meditationes ſerias immorta-
lis, & inuiſibilis Dei. Tu uerò, non ſanè pudenter, ſed omninò ruſticè, ob- G
ſtinatè negas, & in eo perſtas, Deum non eſſe incorporeum, & perpetuò
iacens in ſymbolis Dei, ad res ueriores, ac meliores, monētibus patribus,
non dirigis animum tuū, vt intelligas ex uera theologia, qualis ſit Deus.
Surge, ſurge, & illuminare. Non pudet uerò Chriſtianum hominē, quan
do Chriſtus dicit, Spiritus eſt Deus, Neque uocē eius audiſtis, neque ſpe-
ciem eius uidiſtis; quando Paulus, inter cæteras Dei laudes, appellat eū,
vt immortalem, ſic inuiſibilem; quando Ioannes refert in codicem Euan-
gelij ſui, Deum antequam caro fieret, nemo uidit unquam oculo carnis;
non pendet (inquam) inter ſpecioſa deſerti, inter tantos piorum fletus,
& effuſas monachorum lachrimas exclamare, Ademiſtis mihi figurā Dei H
mei, & iam non habeo quem teneam, & neſcio quem adorem. Ecquid
garris, ò Appelles delire ſenex? Non adoro Deum, quem ignoro, Ignoro
quem non uideo. Qui non uidetur non eſt Deus. Immò uerò rectè Rho-
don, Deus (inquit) eſt, quia non uidetur. Quem non uides, hunc adora;
Quem intelligis, non ignoras. Si non intelligis, mortuus es; quia nemo
uiuit ſine ſpiritu. Deus eſt ſpiritus; non uidetur, quia non habet corpus.
Et quidem, ò Viri, non ad ueram, ſed ad figuratā Theologiam, quam ſym
bolicam uocāt pertinet tota illa artificioſa figlina, quæ in ipſo Deo, Ἀλλη-
γόρικως, ἀναγωγικῶς, ἀνθρωποπαθως, deſcribit tot, & tantas mutatio-
nes,



A nes, nouationes, traſformationes. De Chriſto iam corporato Deo, Theo-
logia non ſymbolica ſed uera, & propria credit, & confitetur, non
Καθ' ἀλληγορίαν, ſed καθ' ἀλήθειαν, quod carnem noſtram, & animam,
omnesque naturales proprietates, & affectus innocuos ſuſceperit. Sed
præter Τὸ σαρκικὸν τοῦ χριστοῦ, ἁγιότατον καὶ σεβαστικὸν; quòd, qui
non ἀληθῶς, & κυριολογικὸς, ſed συμβόλικος intelligendum eſſe pu-
tat, anathema ſit; paris eſt impietatis dicere, Deum non eſſe, & eſſe natu-
ra corporeum, quod præcor in animis ueſtris figite, &, ut ipſi quoque ſym
bolicè loquamur, clauo trabali figite. Itaque omnia, & ſingula, quæ cor-
poraliter dicuntur de Deo, ad ipſam non ueram, ſed ſymbolicam theolo-
giam, ſunt referenda. De qua mihi modo altius loquendum eſſe uidetur,
B ad erudiendos, & liberandos ab erroribus, ſi qui ſunt Serapionis ſimiles;
& ad vindicandas ſacras literas ab irriſionibus profanorum hominū; qui
dum in Prophetis legunt multiformem illam, peneque incredibilem, &
prodigioſam Ιερoπλαστίαν, æterni Dei; mox, riſu theatrali rident om-
nia, quæ dicuntur, & ſcribuntur de Deo, homines ſomno patre, & no-
cte matre progeniti.

## *Figurata, & ſymbolica omnia, quæcunque corporaliter dicuntur de ipſo Deo.* CAP. XIII.

C
SYMBOLA loquitur; Nemo huc ueniat aſymbo-
lus. Conferte in commune aliquid omnes, ſaltem
fauete linguis; Vt, ad alta hæc ſpectacula, iucundis
plena umbraculis, & omnigenis depicta coloribus,
aſcendamus læti, & gaudentes, contemplaturi Deū:
qui in ſyluoſa corporum denſitate obuolutus, ſub-
luſtri tamen ſignorum, ac rerum ſpiritalium uarie-
tate renidet. Quanta eſt in ſymbolis gratia? quan-
ta voluptas? Non eſt in Helicone, aut Citherone nata cum fabulis apud
D Poetas, ſymbolica theologia; ſed è cœlo cum lege, & verbo domini in-
uecta eſt in montem Sion, & in ſanctos Prophetarum choros, cuius demū
ſcopus hic eſt, ne à ſimilibus ſeducamur; ſed per diſsimilia quoque dedu-
camur ad intelligēdum Deum, & res diuinas. Atque ideo non Καθ' ἀλή-
θειαν, ſed καθ' ἀλληγορίαν, accipienda ſunt corporalia ſigna, quibus de-
pictus, & figuratus eſt theologicus ſermo; vt, quæ re ipſa, in Deo nō ſunt,
quem omninò intelligere oportet, ſpiritum, corpore, formaque carentē,
ſed à nobis mutuo accepta, ex ijs, quæ corporalia ſunt, non per ſimilitudi-
nem, ſed per analogiam transferuntur ad Deum. Hæc ipſa ſanè eſt, apud
patres, propria ratio ſymboli, vnde facta uocis deriuatione, theologia ſym
bolica nomen accepit; quam ipſi, longiore periphraſe in lingua Latina

 dice-

diceremus; Scientiam de Deo, diuinos honores, & titulos plenos dignita- E
tis, & gloriæ, per ſecretiores rerum proprietates, & figuras, altiſsimè ſigni
ficantem, non uerbis inquam, & uocibus proprijs, quæ nullæ extant, ſed
ſignis, & notis, ex diuina inſtitutione non dubijs, Deum ipſum, & quæ
verè in Deo ſunt, & ad Deum pertinent, inſinuantem, ſignificantem,
eloquentem. Sunt apud Græcos, Τέρατα, σημεῖα, τεκμήρια, ſigna
omnia, ſed non ſymbola omnia. Τέρας eſt ſignum præter naturam, pro-
digium, miraculum; defectio Solis; lapides è cœlo cadentes; imbrium,
alienis menſibus, uehemens copia. Σημεῖον, eſt ſignum naturale, quan-
quam fortaſſe inſolitum, quale generatio illa, morbus praua, & religio-
ne adultera, importunè quærebat; quo, ſibi dominus fidem faceret, ſuæ
ipſius ueritatis; quam alioquin, perfidi illi auerſabantur. Τεκμήριον, ſi- F
gnum eſt rei futuræ; in dicium inquam, & uelut argumentum, quod no-
ſtri coniecturam dicunt; Nam Σημεῖον, magis eſt rei præteritæ, unde di-
cta eſt demonſtratio ſigni. Quam igitur differunt ſigna, quæ ſymbola uo-
cant, ab his omnibus ſignis? Certè, quod etymon uocis oſtendit, nō ſigni
ficant, niſi ijs, qui habent βουλὴν, conſilium, iudicium, ijs inquam, qui
conferunt, qui iudicant; nam Συμβάλλο, eſt confero. Sunt enim par-
tim occulta, partim manifeſta, vtpote neque ex toto ſimilia, neque ex to-
to diſsimilia, ſed (vt Dionyſiaca uoce utar) Ἀνομοίως ὅμοια, diſsimiliter
ſimilia, ideoque analoga. Ecce uobis affero ſymbola; Inſigna, ſtem-
mata, ornamenta, qualia ſunt imagines maiorum, uexilla Ducum,
litui augurum, ſceptra regum, Tiaræ Pontificum; Carmen eſt Maronis. G

*Vt notæ fulſere aquilæ, Romanaq́; ſigna.*

Ipſe Cicero, Solem, & Lunam, & Stellas, inſignia mundi uocat. Ha-
ſta, & Clypeus ſunt inſignia belli, Toga pacis, Pileus libertatis. Inſi-
gne Iouis erat Fulmen, Phœbi Laurus, Mineruæ olea. Et cur non ſta-
tim, in mentem nobis ueniunt, arcana illa, & philoſophiæ plena Pytha-
goræ ſimbola, in quibus, præter ſonum pronunciationis, & ſimplicem
uerborum interpretationem; ultimos grammaticæ, & literaturæ fines,
continenter altiſsima, quæ ad ſcientias ſpectant theoremata; &, quæ ad
mores pertinent, ſanctiſsimæ ſententiæ; feſtiuæ ad illecebram audien- H
tium, breues ad memoriam, obſcuræ ad maieſtatem, argutæ ad gratiam,
& leporem? Eiuſdem generis ferè uidentur hieroglyphica Aegyptio-
rum, literæ illæ Epheſiæ, Apologi quoque Sybaritici, Cylices, Cyprij,
Aeſopij. Quin, & reliqui omnes ueterum gryphi, & mæandri, quos,
olim, Sphinges, in templorum foribus proponebant, & Oedipi interpre-
tabantur. Nam ſiue rationalia, ſiue moralia, ſiue myſta traderent ſa-
pientes illi, potiſsimùm uerò, ubi diuina loquerentur, utebantur miris
ambagibus uerborum; nefas eſſe putantes, ſi Deum, (vt eorum uerbis
utar) in annulo geſtarent; hoc eſt, ſi diuina proſtituerent, ſi de re (in-
quam) maximè arcana, abſque arcanis ſenſibus, & uerbis differerent,

& tra-



A & tractarent. Quid dico tractarent? Non enim tractabant, ſed uix indi-
cabant; immò, ne indicabant quidem, ſed ore, & pectore magico (vt
quidam dixit) diuina myſteria murmurabant. Neque enim ratiocinan-
do, neque definiendo, neque etiam ex hiſtoria, quam præcedentia tem-
pora tulerant, ſimpliciter, & palam admonendo, ſed alio quodam do-
cendi genere, eoque maximè iucundo, & ſalutari, nunc ambigua uerbo-
rum ſtructura, nunc literis ſolis, vel ſyllabis, nunc ſententijs tantùm, nunc
uel rebus, uel actionibus pro uerbis utentes; hoc eſt demum, undique ob-
ſcuri, at ſemper grati, venabantur theſauros illos abſconditos, & inuentu
perdifficiles, diuinæ, & humanæ ſapientiæ. Sanè, & Anteſignanus ſcripto
rum omnium Moſes, ille Moſes, à quo omnes ſcriptores hauſerunt, à quo
B omnes didicerunt, uerus, & legitimus diuinarum rerum contemplator,
non'ne ob ſecretiſsimam loquendi, & ſcribendi rationem, uelatus eſt fa-
cie? vtpote totus nubilus, plenus nubilo, ipſum nubilum, quāquam, & in
nubilo rutilat, ſplendor, & gloria? In coſmopœia enim, & in ipſis hyſto-
rijs, & genealogijs Moſaicis, ſcatent ubique magnarū rerum ſacratiſsima
ſymbola, ad ſublimiorem intelligentiam, vt indefeſſus ille Euangelij præ-
co Apoſtolus docet, per allegoriam traducenda. Quid miraris? nā & ille,
antequam aperta, & nuda reuelatione dignus inuentus eſſet, per ſacrum
ſymbolum ignis, è rubi medio Deum uidit. Qua uiſione præparatus eſt,
vt diſcuſsis penitus umbris, & uelaminibus, ad ſimplicitatem illam æternæ
diuinitatis, omnino ſupra quàm intelligi poſsit, admirabilem & ſine figu
C ra, figuris omnibus longè præſtantem, puritate animi, & contemplatio-
nis uirtute, præ cæteris omnibus uatibus penetraret. Hunc ſecuti ſunt re-
liqui Prophetæ, qui eadem incedentes uia regia, ſicut per ſomnia, & fi-
guras, Deum uiderunt, ſic omnia quæ ſcripſerunt, inuoluerunt ſymbo-
lorum nebula, caligine, tenebris. Et Ioannes quidem, coronis Prophe-
tarum, ille erat, in quem deſinere poſſe uidebantur omnia ænigmata; &
tamen apud illum quoque, quid eſt non ænigmaticum? non ſymboli-
cum? non myſticum? Nam, & ipſum quoque nomen, & uita, & offi-
cium, myſterium eſt; ut omittam, quæ apud eum leguntur, Agnum, ui-
peras, arbores, lapides, uentilabrum, aream, triticum, corrigiam, cal-
D ciamentum. Ipſe demum arcanorum princeps Chriſtus Ieſus, qui mo-
riens, ſuo ipſius nomini, & gloriæ, uela dedit, Iudæis ſuſtulit; quan-
quam uenerat reſerare cœlos, & pandere portas, aperiens tamen os
ſuum, quo eructabat abſcondita à conſtitutione mundi, uix loqueba-
tur turbis citra ænigmata, & parabolas. Quin, & Apoſtolos ipſos do-
cuit, ut nos initiarent per ſacra uelamina; quanquam, quid dico ve-
lamina, & non potius diuina lumina? fumantia quidem foris; ſed pu-
riſsima intus. Sacramenta enim chriſtianæ religionis, ſymbola ſunt;
& ad theologiam ſymbolicam ſpectant; quanquam non ſignificandi
ſolùm uim habent, ſed & agendi, unde, & Τέλεται uocantur.

Certè

Certè uerò, eadem theologia dicitur Συμβολικὴ, καὶ τελεστικὴ, differtque E
plurimum ab ea, quæ dicitur Καταιοπτικὴ καὶ ἀποδεικτικὴ; Illa in vſu,
& adminiſtratione ſacramentorum, hæc in ipſa rerum diuinarum ſimpli-
ci, & nuda contemplatione, verſatur. Vis tibi explicem (Fili hominis)
uim, & rationem ſymbolicæ theologiæ? Audi. Quum in omnibus ſcien-
tijs, & artibus, uoces, & uerba, ſigna, & notæ ſint rerum, de quibus, vel ad
ſciendum, vel ad agendum pertractant; hoc unum proprium eſt, & pe-
culiare diuinæ ſcripturæ, vt in ea, ipſæ quoque res, non id ſolùm quod
ſunt, ſed aliud quidpiam ſignificent, & loquantur; velut uicariæ uoces,
& uerba Dei; qui tam omnium rerum conditor, quàm ſacrarum litera-
rum author, verè nouit, & quid nobis ſignificari cupiat in libris ſuis, & F
quàm aptè, & decore ſignificari poſsit, per res ſuas. Et quidem præter res
illas, quę nos beatos efficiunt, Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctũ, quæ,
res ſunt duntaxat, & nõ ſigna, in quas nimirum omnia ſigna diriguntur,
tendunt, conſpirant; nulla res eſt, quæ non induat rationem ſigni, quæ
non ſit ſignum, quæ nõ adhibeatur aliquando in ſacris literis, vt uel palàm
tanquàm index, vel certè tanquam in ænigmate, loquatur aliud, & aliud.
An non, & ille ipſe Ieſus Chriſtus, Deus corporatus paulominus minora-
tus à Deo, res, tantis olim figuris, & ſignificationibus demonſtrata, datus
fuit nobis in ſignum, quem, & ipſe pater ſignauit, vt tanquam uerum, &
proprium Dei verbum, ſignificaret, manifeſtaretque nomen ſuum homi-
nibus; cuius, & Ioannes, vt prænuncius, & præcurſor, ſic, ò quàm apposi- G
tè, uox dicebatur, & erat; ſignificans Iudæis, quiſnam illæ eſſet. Abſoluta,
ideoque, & notiſsima, eſt ratio rei; ſed ratio ſigni, quæ in relatione conſi-
ſtit, non communiter omnibus, ſed paucis ſapientibus, & prudentibus no-
ta eſt, ex ratione, proportione, comparationeque rerum cum ſignis, &
ſignorum cum rebus, dum enim una res cognationem, aut affinitatem
habet cum altera, neſcio quo pacto loqui uidetur de altera. Hinc, graculi
obſtrepunt, vociferantur, implent clamoribus cœlum; quia animalis ho-
mo non percipit quæ ſunt ſupra ſenſum, ſupra animam, ſupra mentem;
ideoque dum uitioſi illius oculi, diuina ferre non poſſunt, per ſtrophas,
fucos, & artificioſas fabellas, ludificari ſe turpiſsimè uerentur, & timent.
Quid ni? Et Iudæis carnalibus, panis cœli uerminat, Aegyptijs, meridies H
eſt caligo, & tenebræ, aqua in ſanguinem uertitur, terraque ebullit ranas.
Sed, & rubrum mare, quod pios myſterio baptizauerat, impios iudicio
abſorbuit; ipſeque author ſalutis, ipſa ſalus, non credentibus fit lapis of-
fenſionis, & petra ſcandali. An uerò, nõ & in natura ipſa hic ipſe ſol cœli,
mane nobis oriens, veſpereque occidens, ſanos oculos illuminat, ægros
excæcat? Iam, vt compleamus quod cæpimus, quis referat perpetuam il-
lam, & admirabilem cognationem, affinitatemque, & connexionẽ, quam
habent mixta cum elementis, elementa cum cœlis, cœli cum Ideis, Ideæ
cum ipſo Deo? Quæcunque enim reperiuntur in hoc mundo inferiori

per



A per expreſſas formas, iam præexiſtunt in cœlis per uirtutes diſponentes;
in ſuperis mentibus per rationes medias, & quaſi cauſulas, in ideis, per ty-
pos, & exemplaria; in Deo autem, modis omnibus ſimpliciter, & perfe-
ctè, adimendo quod deterius, addendo quod melius. Hæc eſt ergo uirtus
noſtræ theologiæ ſymbolicæ; dum enim ſpatiatur per ingentes uniuerſæ
naturæ campos, & pererrat prata plena omnigenis floribus, ſingularum
rerum munera, vires, actiones, non proprio quidem, ſed figurato ſermo-
ne tribuit ipſi Deo; &, tantas in illo effingit formas, quantas ne Sulmo
quidem ſomniauit in falſis Dijs, vt quæ cognoſcit Deum eſſe omnia, &
cui nihil deeſt omnium. Sic in Eccleſia magna, & populo graui, ipſi im-
mortali inuiſibilique Deo, templa thymiamate fumant.

B *Thure calent aræ, ſertiſq; recentibus halant.*

*Et in Canticis canticorum, vbi Theologia ſymbolica,*

*Aut portum tenet, aut pleno ſubit oſtia velo;*

ipſi Deo celebrantur nuptiæ, choros ducunt adoleſcentulæ, auditur uox
ſponſi, & ſponſæ, panguntur carmina nuptialia, pulſantur fores, tollitur
peſſulum, dilectus ingreditur, dilectam deperit, decumbit lecto, aſpergi-
tur cubile floribus, mira ſuauiloquentia laudantur genæ, oculi, dentes,
comæ, cincinni, nominantur manus, lingua, labia, collum, monilia, pe-
tuntur oſcula, vbera, femora. Quid? Ille ipſe Deus, caro factus, ſymbolum
pacis noſtræ, immo uerò, ipſa pax, omniumque bonorum noſtrorum in-
uentor, inceptor, perfector, in ipſo Euangelio, dum

C *Humana luſtrat ſub imagine terras,*

non minus in myſterio, quàm in hiſtoria, ideoque, & Συμβολικῶς, per-
unctus eſt oleo, nardo, myrrha, aloe.

*Ambroſiæque comæ, diuinum uertice odorem*
*Spirauere:*

& ſpecie fracta, fragrare cæpit tota domus ex odore unguenti, Vnguenti
ſapientiæ, ſanctificationis, iuſtificationis, redemptionis, quod effuſum è
cœlis, infuſum in caput eius, longè, lateque profuſum eſt in omnes terras,
de cuius plenitudine nos omnes accepimus. Vos igitur, quibus reuelati
ſunt oculi cordis, vt ea uideatis, quæ alij non uident, vt ea intelligatis, quæ
alij non intelligunt; Vos qui in uerbis quoque ſcripturæ carnalibus, no-
D uitatem diuini ſpiritus quærere, diligentiſsimeque uenari, vnctione do-
cente didiciſtis; Vos denique, qui & de corporibus tractãtes, fieri poteſtis
extra corpus; & audientes humana, diuinitus dicta de Deo, non humani-
ter, ſed diuinè accipienda eſſe, rectè, & fideliter iudicatis; quibus propte-
rea familiare eſt, dante Deo intellectum, non humano ingenio, ſed diui-
no ſpiritu, conſyderare mirabilia in lege domini; ex ſacris ſymbolis, qua-
ſi ex certis ueſtigijs, diuinitatem ipſam odorate, & ad ea ſanctiſsima, quæ
ſub litera latent, myſteria, ſublata omni nebula, & caligine penetrate. In-
gredimini in cellam uinariam; &, recluſis theſauris, à Leone innoxio, qui

uictor

uictor mortis, & inferni, obtinuit, vt eo aperiente, nemo claudat, eo clau- E
dente, nemo aperiat; videte verbum, videte uerba verbi. Aſpicite intus,
aſpicite foris; intus Deum, foris hominem; verbum Spiritu ſancto obum
brante, carne ueſtitum, verba Spiritu ſancto dictante, figuris inuoluta.
Quid hic te ingeris anima fœtida? ſus lutulenta? Quos hic tetros odores,
quos diros, & tabificos ſpiritus, quam Auerni graueolentiam exhalas?
Similitudo eſt carnis peccati, in carne verbi Dei; ſimilitudo eſt rerum, &
affectuum corpulium in verbis verbi; ſed, vt nihil tam à peccato alienũ,
quàm Chriſtus, ſic nihil tam alienum à corpore, quàm Deus. In Chriſto
ſeparata fuit natura à culpa, generatio à ſemine, natiuitas ab immundi-
tia, infantia ab ignorãtia, doctrina à diſciplina, vita à lapſu, mors à pœnã;
cur non poſsit, & debeat in illa ipſa natura æterni Dei, ante hãc ipſam cor- F
poralem diuini verbi uiſitationem, ſeparari corpus à mole, magnitudo à
quantitate, à qualitate bonitas, à ſubiecto ſubſtãtia, actio à motu, immen-
ſitas à loco; æternitas à tempore, & eſſe demum ab omni genere? Ita eſt,
ita eſt, viri. Dum Prophetæ corporalia hæc loquuntur de Deo, docent ex
ijs, quæ ſunt apud nos, ea quæ ſunt ſupra nos: Græci dicerent, Ἐκ τῶν
καθ' ἡμᾶς, τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς. Hæc eſt corporatura tua, ò Deus, plenitudo,
& integritas diuinitatis tuæ: Antiquitas tua, æternitas tua. Latitudo tua,
charitas tua: Profundum tuũ, ſapientia tua, Longitudo tua, poteſtas tua.
Figura, & effigies hominis, quæ maieſtati tuæ à Prophetis tã ſæpe tribui-
tur, eſt illa ipſa tua, & te uno digniſsima Φιλανθρωπία. Tuus uultus, iu-
dicium: Tuum caput, Οὐσία; Tui oculi Πρόνοια. Tua facies gratia, & glo G
ria. Tua labia, teſtamẽta; Poſteriora tua, ſunt creaturæ omnes. Sedes tua,
tranquillitas tua. Thronus tuus, maieſtas, & imperium. Pedes tui, ſunt ſta
bile, & immutabile fundamentum, tuæ omnipotentiæ, & virtutis. Veſtes
tuæ, quibus extrinſecus, & ornaris, & inuolueris; ſunt uariegatæ ſcripturæ
ſanctę, plenæ allegorijs, anagogijs, tropologijs, analogijs. Cogitationes ſan
ctæ, ſunt capilli mundi. Prophetæ, quorum penicillo, tam eleganter, &
exquiſitè depingeris; ſunt manus tuæ, & digiti tui, rotundi, atque torna-
tiles. Iam quid eſt uterus tuus, ò Deus, niſi magna illa, & inexhauſta fœ-
cunditas naturæ tuæ, ex qua Deus gignis Deum? Ob id comparatur acer-
uo tritici, & uallatus eſt lilijs; inde enim triticum cecidit in terram ad ſalu-
tem noſtram; inde exortum eſt lilium ad ſpem noſtram. Ille ipſe filius H
tuus, ò Deus, eſt brachium tuum, dextera tua, per quem omnia facta ſunt,
& ſine quo factum eſt nihil. Ecquæ eſt lingua tua, niſi Spiritus ſanctus, in-
terpres uerbi, & calamus ſcribę? Cor uerò tuũ, quid eſt aliud, quàm abyſ-
ſus ſecretorum tuorum, quam penetrare nõ licet, neque hominibus, ne-
que Angelis? Os tuum planè, & ſermo tuus, eſt Chriſtus Ieſus, verbum in
principio antequam mundus fieret, verbum caro in nouiſsimis diebus, vt
mundum reficeret. Viri, Ecce ad uos egredior. Deus dicitur uidere om-
nia, quia omnia certiſsimè cognoſcit, & non fallitur: dicitur audire, dum
exaudit:



A exaudit; odorare odorem ſuauitatis, dum parcit ſupplicantibus, manum
extendere, dum benefacit: tangere, dum ſubleuat; guſtare, dum explo-
rat. Quid dicam? Inebriari dicitur, propter ſummam bonorum omnium
plenitudinem, & exuberantiam; bacchari, propter ſapientiam illam in-
compræhenſibilem, quæ, & ſenſum, & rationem excedit. Nam, & furen-
tes excedunt ſenſu, & ebrij ſpiritu, excedunt mente. Quid porrò eſt aliud
menſa Dei, quàm beatitudo Dei? Hinc crater ille rotundo, & patulo ore,
quia principio, & fine caret, patenſque, & expoſitus eſt omnibus, vt
ſint, & ut benè, beateque ſint. Ita conuiuia inſtruit Deus, quia Ange-
los, & beatas animas, ſuæ ipſius plenitudinis, & fœlicitatis participes fa-
cit, alitque ſuo ipſius amore, tanquam cibo, & potione uitali. Quæ il-
B lic popinæ? quæ delitiæ? quæ cubicula? quæ triclinia? vbi ſe Chriſtus
pincernam, & prægustatorem noſtrum futurum eſſe prædixit. Iam cur
non dicatur, Deus currere, qui impiger, omnibus adeſt, celeritate di-
gna Deo, & nihil deſerens abſque ſua ipſius ope, diſponit omnia? Auo-
lare autem meritò dicitur, dum importunitatem humanæ temeritatis eua-
dit; vt ab ijs, qui ſuperbè eum comprændere ſe poſſe gloriantur, ne
appræhendatur quidem. Sic intelligitur, pœnitere Deum, dum quæ fe-
cit, deſtruit; iraſci, dum peccantes ulciſcitur: Miſereri, dum adiuuat,
Dormire, dum permittit; Vigilare, dum prouidet. Quid? Expergiſci
& furere, dum patientia læſa, uindicat peccata patrum in filios in tertiã,
C & quartam generationem. Amare porrò, dum erigit; odire, dum deij-
cit; dum deſerit, fallere; dum expectat, inſidiari; neſcire, dum reprobat;
Zelare dum percutit. Dicitur intendere arcum, dum hoſtibus incutit ter-
rorem; vibrare arma, dum bella gerit, & conficit; ſpatiari, dum differt,
& prorogat, & exorari ſe patitur; loqui ad cor dum inſpirat; cognoſcere,
dum cognoſcentes facit; accedere propius, dum fauet; recedere, dum diſ-
ſimulat. Adhuc ne deſyderatis alia, vt Græcè dicam Περὶ θείας σωματι-
κῆς πολυμορφίας? Dicitur Deus, interrogare palpebris, quia occulto iu-
dicio, quod comprændi nõ poteſt, in nictu oculi, ſcrutatur renes, & cor
da mortalium. Dicitur deſcendere de cœlo, quia ſe demittit ad curas no-
ſtras, & condonat nobis peccata noſtra. Dicitur frui aura, quia diligit ui-
D tam, quam fecit, & odit mortem, quam non fecit. Dicitur ambulare in po-
pulis, quia in animas ſanctas ſe transfert, & amicos ſuos, & Prophetas con-
ſtituit. O' uerè arcanam, & admirabilem theologiam.

*Quòd ſi, vt Poeta inquit*

*Res addunt lumina rebus;*

quis non intelligat conſequenter ad ea quæ dicta ſunt, Deum ipſum,
qui in ſua ipſius natura puriſsimus eſt ſpiritus, per ſacra ſymbola uo-
cari à magnanimitate, Leonem; à firmitate, Petram; à uitæ copia,
tam intrinſecus Fontem, quàm extrinſecus Fluuium; Lucem, quia il-
luminat; Solem, quia ſolus eſt. Ignem, quia conſumit, & conſummat:
Feram

Feram horribilem, quia horribile eſt incidere in manus Dei viuentis: deni- E
que, quod ter ſanctum eſt, & ſuper omnia ſymbola, venerandum noſtræ ſa
lutis myſterium, Vermem, & Scarabeum, quod ſe ſe per nimiam charitatẽ
ſuam, in hac mortalitatis noſtræ fece, volutarit: limum noſtrum induerit;
caro noſtra factus fuerit, & ex muliere ſimilis nobis, naſci non abhorruerit.
Hic finis eſto ſymbolicæ Theologiæ, ò fili hominis; & tu hic tandem, quia
tempus eſt, vindicare te incipe à perturbationibus, vt corporum, ſic & ma-
gis vitiorum; animoque libero, vt reliqua omnia prætereamus, hoc vnum,
in quo ſymbola ſacra triumphant, cogita, quàm ſit eximius ille Dei amor,
diſparatus ab amorum noſtrorum flagitio, & ſcælere, quàm procul abſit di
uinum oſculum, à pudore, & turpitudine; quàm careat diuinus complexus,
omni fœditate, & contagio. Nihil tam ſanctum, nihil tam purum, & impol F
lutum, quàm hi amores, hi complexus, hac oſcula. Hinc, & tantis effertur
laudibus nympha illa, quam Deus amauit, quam exquiſiuit, amator factus
formæ illius; & celebrantur nymphalia, quibus humano generi ſtatuit te-
ſtamentum pacis, feriens pactum æternum nobiſcum in oſculo oris ſuis. Ve
re in oſculo: Nam, ex ore magno, factum eſt paruum oſculum. Magnus
dominus, & laudabilis nimis, factus eſt paruus filius, & amabilis nimis, exi-
nanitus, & contractus in anguſtias noſtras Chriſtus Ieſus, Dei, & hominis fi
filius. Quis nunc explicet, quàm vtile ſit humano generi, per hæc ſacra ſym
bola, philoſophari de Deo? Pij enim, & eruditi, dum in corporibus etiam
pulcherrimis, tantas labes aſpiciunt, perſuaſum autem habent, Deum ve-
rũ eſſe illam ipſam pulchritudinem, & ſi quid eſt pulchritudine pulchrius; G
non ad allegoriam ſolum, ſed ad altiſsimam quoque anagogen aſſurgendũ
ſibi eſſe putant; ſicque, admirabiles quoſdam ſibi amores excitant æterni
Dei, huiusque celſiſsimæ ſapientiæ, & ſanctiſsimæ religionis Chriſti Ieſu,
quæ de tenebris facit ſplendere lucem. Profani, dum audiunt Deum, velut
Protea, in varias ſubinde ſe mutare formas, & ſpecies, atque ideo nolle co-
gnoſci a mortalibus; velut exagitati à furijs, ad ſonitum folij volantis, pauẽt,
ſuſpicarique, & timere Deum incipiunt, eo ipſo, quo non vident. Puſilli
demum, quibus Deus, nunc ſe exhibet patrem, quem colant; nunc domi-
num, quem timeant; non ſponſum, quem diligant; quibus, nunc habet vir-
gam ferream, contra vaſa iniquitatis; nunc baculum paſtoralem, ad dirigẽ- H
das oues; & ne Trullam quidem cæmentarij, aliquando refugit ad ipſos
complanãdos, & liniendos, in templum Dei; quanquam non intelligunt,
quid ſit Deus, tamen vident, nuſquam deeſſe veſtigia bonitatis, & charita-
tis Dei. Sic refulgentem in nubilo ſolem, vident; quem, in ſe ipſo, ne ferre
quidem poſſent, ſi viderent.





## A *Deus verus, & ſymbolicè, & naturaliter lux pura, in qua tenebræ non ſunt vllæ.*

## *CAP. XIIII.*

IPSA me theologia, voce vocat, vt præclaram illam
lucem, diuino ore æditam, diuino ore laudatam,
velut multorum faſtigiorum faſtigium, venerabi-
libus ſymbolis imponamus; ne tanta decora, & or-
B namenta, iure quærantur, quod dum illis iuſta
perſoluo, indignè nimium careant honorario lu-
mine. Et æquum eſt profectò, vt ad theologiam,
quam intelligibilem vocant, aſcenſuri, & non iam
in ſymbolis, ſed in ſe ipſo, diuinum numen adoraturi, vigilantia in primis
lumina, in ſublime accendamus; nam & apud Aegyptios, Indos, Perſas,
Aethyopas, religio erat loqui de Deo abſque lumine; & nunc in Eccleſia
ſancta Dei præter publicam mundi lucem, in templis, & ad aras incenſis, &
dependentibus lychnijs, manifeſtæ faces, dum diuina celebrantur, refulgẽt;
& rutilant; vt per ſacra, & ritus, decore ſignificari, participarique poſsit lu-
men illud æternum, quo illuminantur quicunque illuminantur, tanta eſt
C apud nos maieſtas luminis. Ecquod ſymbolum in vniuerſa natura tam de-
corum, tam Deo dignum, quàm lumen? Ecquid eſt in ſymbolica theolo-
gia, Deus ipſe, ſi non eſt lux? Lux, quæ lucem fecit, lux, qua omnia lucent,
extra quam nihil lucet. Luſtra, perluſtra cœlos, & terras, ò homo; vide, con-
ſydera omnes formas ſubiectas oculis, nulla eſt luce purior, nulla ſimpli-
cior, ſubtilior, amplior, incorruptior, penetrantior: denique, & nulla
nobilior, prior, antiquior. Sanè, nulla alia vox, rupit alta illa æternitatis ſy-
lentia, quàm vox lucis. Dixit Deus, fiat lux, & facta eſt lux, inde dies, inde
tempus. An verò non hæc omnia digna Deo, qui eſt totus ſpiritus, totus
purus, ipſa puritas, ſimplicitas, vis, efficacia, mobilitas, penetrabilitas, anti-
quitas, æternitas, auctor diei, auctor temporis? Lux vita, lux ſapientia, lux
D gratia, lux virtus, lux immortalitas? Et hæc omnia Deus αἰτιατικῶς πα-
ραδειγματικῶς. Ob id, in Prophetis deſcribitur amictus lumine. Et in
Paulina ſapientia, dicitur habitare lucem per ſe ſe inacceſsibilem; at ſi ille
voluerit non acceſsibilem ſolum, ſed mũdis oculis inuiſibiliter viſibilem.
Nota porrò eſt vox illa oris virginei, Deus lux eſt, & in eo tenebræ nõ ſunt
vllæ. Primæui illi philoſophi, qui de rerum naturis, non tam diſſerebant,
quàm geſtiebant, vt rudi illi ſeculo diſſererent, quum non diſtinguerent in
ter ſenſum, & mentem, ſicut omnem cognitionem, ſic omnem quoque lu-
cem, ſenſu metiebantur. Oculo verò præſertim, quem tanquam ſpecula-
torem, & in ſuprema hominis parte collocatum, omnibus inquã ſentiendi

uiribus longè præſtantem, natura, igneum, & perludum fecit. Dignum E
propterea, qui ſymbolum eſſet, & cognomentum Solis, cuius radiantia
lumina, dum obſcuratis alijs luminibus, mundo collucent, nihil non co-
lorant, vt cuncta per lucem uiſibilia fiant. Explicanda eſt res paulò cla-
rius. Nulla priſcis illis erat cognitio, niſi per ſenſum; nulla quoque lux
erat, niſi affinis, & cognata ſenſibus. Hoc ipſum cognitionis nomen, non
excedebat ambitum corporalium uirtutum, ſiue inſtrumẽtorum, quibus
uidemus; hoc ipſum quoque nomen lucis, æquatum erat oculis, & rebus
corporalibus, quas uidemus. Ita, quæ oculus non uidebat, cenſebantur
prorſus incognita; & quæ non lucebant oculis, prorſus abſque lumine.
Vetus hic error abijt, Deo gratias, & uicit filia temporis veritas; intelle-
xitque uniuerſus orbis, eſſe multò ampliorem rationẽ cognoſcendi, quàm F
ſentiendi; ideoque rationem lucis, abſolutè eſſe aliam à luce ſenſibili.
Vtraque lux eſt, ſicut, & utraque eſt cognitio; ſed quàm præſtat cognitio
cognitioni, tam præſtat lumen lumini. Certè uerò, cognitio per ſenſum,
ſi cum ea conferatur, quæ eſt per mentem, non tam cognitio eſt, quàm ſi-
militudo, & umbra quædam cognitionis, quando ipſe quoque oculus, ni-
hil eſt magis, quàm teſtis, & iudex, unde mens, & animus haurit quod co-
gnoſcat, & iudicet. In animo enim, eſt perfectio cognitionis, non in ocu-
lo. Lux ipſa ergo ſenſibilis, qua ad uidendum tantopere, ſiue propter ocu
lum, ſiue propter colores, ſiue propter medium, ſiue potius propter hæc
omnia indigemus, etiam in illo ipſo lucis fonte, hoc eſt in ſole, compara- G
ta ad illam lucem intelligibilem, quæ non uidetur oculis, ſed animis, an
non indigna eſt, quæ abſolutè, & ſimpliciter ipſius lucis nomine cenſea-
tur? Quod ſi ita eſt, ipſi iam dicite; dicite inquam, Ecquę lux, ecquod
lumen eſt ille ipſe æternus Deus? Lux, quæ omnem lucem fecit; lux, quæ
omnem lucem perficit. Certè non eſt lux ſenſibilis, non eſt lux intelligi-
bilis, ſed lux quædam eſt, & ſenſibili, & intelligibili luce, maior, purior,
uerior, certior. Lux ſenſibilis, & ipſius luminis ferè umbra, vel imago; lux
intelligibilis, eſt ipſa luminis ueritas. Deus eſt lux, ſupra luminis umbrã,
ſupra imaginem, ſupra ueritatem. Quid in mundo manifeſtius luce, uel
lumine? Nam omne quod manifeſtatur, in lumine eſt, & lumen dicitur.
Quid porrò notius, & manifeſtius ipſo Deo, quem alieni quoque Ὑπερ- H
φανέστατον, uocauerunt? qui ubique lucet, & omnia illuminat ſimul, & ſe-
mel, & ſemper? cui neque caligo, neque nubes, neque umbrę, ſed neque
ipſæ denſiſsimæ mortalium tenebræ impedimentum afferre poſſunt, ne
ſe ipſum oſtendat, & illuſtret vultum ſuum ſuper nos, vt videatur? Immo
uerò, ſolus Deus eſt illuſtris, ſolus Deus notus, quia totus lux, totus ſplen-
dor; per cuius lucem, etiam omnia irradiantur, illuſtrantur, cognoſcẽtia,
cognita, mediaque, & rationes cognoſcendi. Ecquid poteſt non lucere,
quod in tanta luce uerſatur? Hinc præclara illa æternæ diuinitatis Φωτο-
νυμία, & in ſacris literis tam ſæpe, neque minore cũ laude, & celebritate,
repetita,



A repetita quàm Ἀγαθωνυμία, Καλωνυμία, Οὐσιωνυμία, qua intelligimus,
quod Deus ſit lux uera, ſicut eſt bonitas uera, pulchritudo uera, eſſentia
uera, adde, & unitas uera. Quum dicimus uerum, planè ſcio, interpræ-
taris non falſum, non uanum, non permiſtum, non participatum; inter-
prætare, & non figuratum. Lapis, Leo, Vitis, de Deo ipſo dicuntur, at fi-
guratè, non uerè. Lux, & Lumen dicuntur de Deo, at uerè etiam, non
figuratè tantùm, ſicut bonitas, veritas, unitas, eſſentia. Sanè, quæ apud
uos ſunt, & incorporale quidpiam, aut propè ſpiritale, ſiue etiam ambi-
guum, ſonare uidentur, Πρωτότυπα, habent merè intelligibilia, unde
ad nos ducantur impropriæ quædam, tam rerum quàm nominum deriua
tiones; contrà, quæ de naturis ſpiritalibus prædicantur; ſi corporeas for-
B mas, viresque, & inſtrumenta redoleant, origines habent in ipſis corpo-
ribus, indeque ad incorporalia, figurato ſermone transferuntur. Quis
porrò ignoret lucem, & lumen, Lucem fontem luminis in corpore lu-
cido, lumen deriuationem lucis in corpore perſpicuo, & recta quidem
lineà radium, reflexa uerò ſplendorem, vtrunque uno ferè momento,
ſubtilitate, puritate, & admirabili uelocitate ſua conueſtientem omnia,
& perfundentem; Quis inquam ignoret lucem ipſam in campo rerum
corporalium, vſque adeo penè ſpiritali proprietate uigere, vt dubitationi
locum, & fecerit, & reliquerit, ſit'ne qualitas ſpiritalis, an corporalis, im-
mo uerò, an corpus, an ſpiritus; præſertim, quum non tam re ipſa, & na-
turaliter, quàm intentione, & ſpecie prope ſpiritali, afficiat medium;
C aerem inquam, cuius uehiculo, & iaciuntur radij ab oculo, & immittun-
tur ſpecies à coloribus, vt uiſio ipſa fiat. Quod, quum ita ſit, Sol quidem
igitur, ſtella, & ignis, corpora lucida, & illuminantia, lucesque, & lumi-
na eorum corporalia, ſymbola ſunt Dei, vt ſymbolica quoque elocutio-
ne, dicatur Deus lux, & lumen: at uerò abſolutè, & ſimpliciter, res, & ra-
tio, nomenque ipſum, & lucis, & luminis, non tam dicuntur de Deo figu-
ratè, quàm uerè, non tam ſymbolicè, quàm propriè. Audite Viri, ſubli-
mia enim loquimur: Glorientur illi, & gaudeant, qui conceptus quoſ-
dam uerè proprios, & non relatiuos, vt aiunt, ſed abſolutos ipſius Dei, &
ſagacitate uenari, & prudentia inuenire ſe putant. Nos, qui patrum no-
ſtrorum certis ueſtigijs inhæremus, & ne latum quidem unguem, ſcien-
D tes, & uolentes diſcedimus ab eorum præſcriptis, credimus ſpe noſtra ma-
ius eſſe, vt homo mortalis, vel tantillũ affirmare poſsit, quòd ſit uerè pro-
prium naturæ Dei, Sed enim, vt mens, ut ratio, ut uita, ut eſſe, ut eſ-
ſentia, ut diuinitas, dicuntur de Deo, ſic dicitur & lux, & lumen: nam
in lingua ſancta, communis eſt uox communis inquam, & luci, & lumĩ-
ni. Quis porrò unquam dixit, illa, ſymbolicè, aut translate dici de Deo?
Neque tamen, ex toto uerè, proprieque dicuntur, quum etiam ueriſ-
ſimè, ſicut affirmari, ita, & negari de Deo poſsint Καθ' ὑπεροχήν;
ſimili autem, immo uerò eadem ratione, negatur Deum eſſe lucem, vel

 lumen,

lumen, hoc eſt, quia eſt lumine, & luce lucidior, græce Ὑπέρφωτος. An E vero illud ipſum, quod de Deo dicitur lumen, præ tanta illa diuinæ lucis exuberantia, & nimietate, non etiam dicitur caligo, & tenebræ, ſicut & diuina potentia Ἀσθένεια dicitur, & diuina ſapientia Μωρία, hæc porrò in ea omnino non competunt, quæ tralatione ſola dicuntur de natura Dei, hoc eſt in iram, in furorem, in pœnitentiam, in crapulam, vt omnino res tota in manifeſto eſſe videatur. Nam ſymbolica theologia, lucem affirmat, non negat; lux ergo, quæ tam negatur, quàm affirmatur ad ſymbolicam theologiam non pertinet, ſed ad ſublimiorem illam intelligibilem, ad quam pertinent quæ naturaliter dicuntur de ipſo Deo. Eſt vita Deus, & fons omnis vitæ; eſt ſpiritus, & pater omnium ſpirituum; eſt F entelechia, & origo omnis entelechiæ; eſt demum ſapientia, bonitas, poteſtas, pulchritudo, amor, vnde omnis alia ſapientia, omnis alia bonitas, omnis alia poteſtas, omnis alia pulchritudo, & omnino omnes alij amores. Ad hunc modum eſt lux, & lumen, & Πρωτότυπον ſimul, ex quo & re, & nomine deducuntur omnes aliæ luces, & omnia alia lumina. Eſt Φῶς, eſt φωτόποιος, eſt ὑπέρφωτος, qua ratione etiam dicitur Θεὸς θεοποιὸς ὑπέρθεος. Vtrunque verum, neutrum, ſymbolicum. Et quidem citra omnia ſymbola exiſtens Deus, in principio ante tempora, Deum genuit; ita citra omnia ſymbola exiſtens lux, in principio quod eſt initium temporis; ante omnia alia, lucem dixit; cuius viſione delectatus, verbo quo iuſſerat, vt fieret, eo probauit, vt maneret. Quid, quod, velut ſigillo ſuo, Deus quo- G tidie ſignat, & imprimit lumen rationis in hominibus, quo exprimant venerandam illam, & ſacroſanctam ſuæ ipſius lucis, hoc eſt æternæ diuinitatis, imaginem, Credentibus infundit lumen gratiæ, quo filij lucis fiant, filij inquam Dei, & Beatos perfundit lumine gloriæ, quo iam ſimiles ſint ipſi Deo, & penè Dij. Cogita animo tantorum luminum orbitatem, fili hominis, nō ne tibi videbitur dirior omnibus corporalibus tenebris? Certè, diuina eloquia, corporales tenebras, non ſimpliciter tenebras, ſed Κατά τι, exteriores (inquam) appellare vbiq; ſolent; contra, intelligibiles, & ſpiritales, ſiue ad naturam pertineant, ſiue ad culpam, ſiue ad pœnam, abſolutè, & ſimpliciter, notant hoc ipſo nomine atro, & pleno horroris, Tenebrarum. Vt planè, à contrario docere videantur, corporalem lucem, minus H dignam eſſe quæ vocetur lux, quàm ſpiritalem, & ſpiritali quoque meliorem, diuinam illam, quæ fontis inſtar, lumina fundit, & refundit; cuius comparatione, non ſplendent, ne ſol quidem, & luna origines omnis luminis, & ſplendoris. Itaque, vt concludam, vel à luce ad lucem nulla eſt tralatio, nulla analogia, vel certè ſi aliqua eſt, tralate, & impropriè dicitur lux, hæc ipſa, quam haurimus oculis; ea autem eſt propria, & vt re, ſic nomine principalis, cuius iucundiſsimo aſpectu cælites gaudent, & æterna, atque incredibili voluptate ſaturantur; theſaurus lucis, lux immenſa, infinita, quæ, qualis, & quanta ſit, ne cogitare quidem poſſumus, tametſi





A eā non eſſe diſtincta à Deo, vt habitationem ab habitatore, quāquam Apoſtolus dixit Deum habitare lucem, niſi mente cæci ſimus, intelligere poſſumus, & debemus. Profecto verò, manifeſtum eſt ſupra cœlum, non eſſe aeriam hanc lucem, vt neque colores; illius enim aſpectus porrigitur, vt poeta cecinit

*Tantum, tenditq́; ſub auras,*
*Quantum ad æthereum cæli ſuſpectus Olympum.*

atque ideo, quum non poſsit Deus verſari in corporalibus tenebris, qui eſt huius corporeæ lucis creator; nam, etiam tum ab initio, in illius labijs tanta χάρις inſidebat; quæ, fuſa per auras, mundum, horrida primitus facie, tri- B ſtem, & deformem pariter, exhilarauit; neceſſe eſt, vt quemadmodum non indiget Sole, & Luna, in quibus lux corporea, poſuit tabernaculum ſuum; ſic in illa nocte, quam ſibi ſupra cœlos, plebeia cogitatio fortaſſe fingit, omninò fruatur luce incomparabili, quam, vtcunque percipit eruditorum hominum ratiò; luce inquam, quæ, nullam habeat naturæ affinitatem, cum hac noſtra luce; quæ nulla patiatur noctis diſpendia; cui etiam noctes ipſæ lucidæ ſint; immo verò, cui nulla ſit nox; ſed ipſæ etiam tenebræ noctium, luceant perinde ac nobis lucet dies in ipſo meridie. Quæ eſt lux illa? Eſt, in qua habitat Deus; eſt, quæ habitat in Deo: eſt, quæ cingit Deum; eſt, quam cingit Deus; eſt ipſe Deus. Deus eſt lux, lux eſt Deus. Quid porrò, ſi ex hac luce impoſitum eſt nomen illi luci? Natura quidem, à qua C nomen imponitur, eſt ſemper notior, ſed, cur prior eſſe non poſsit natura, cui imponitur? An non eſt communiter ferè, & ſemper Ὕστερον πρότερον, in natura rerum, & in cognitione mortalium? An verò oportet, quoniam nomen lucis, & intelligitur, & accipitur ex hac luce, vt propterea ſymbolicè, & tralatè Deus dicatur lux? Immo verò, ſapientia, poteſtas, bonitaſque, & generatim ea omnia, quæ perfectionem ſimpliciter, & indefinitè ſignificant, non cōtractam ad aliquod genus, poſtquàm re ipſa prius conueniunt infinito illi pelago creatoris, quā arentibus hiſce riuis creaturarum, quanquam voces, & nomina hinc, illuc transferuntur; dicuntur tamen de natura ipſius Dei, verè, & naturaliter, atque vt græcè dicam Οὐσιωδῶς, nullo autem pacto metaphoricos, ſicut externa ſymbo- D la. Quid tu hic miſces terram cęlo, profane? quid comparas Deum homini, parum erudite? Equidem, ad tralationem pertinet, eos, qui cæteris antecellunt, inter ignobiles claros, viros inter homines, hæroas inter viros, non ſolum apud ſacros, ſed, & apud profanos ſcriptores appellari lumina, ſtellas, oles; Cecinit Vergilius,

*Lumina tot cecidiſſe ducum.*

Et apud Lucretium legitur.

*Reſtrinxit ſtellas, exortus vti aerius Sol.*

Ecquis eſt, vel parum doctus, qui ignoret Greciam, eadem voce, Φῶτα vocare lucem, & hominem? Nam audito illo oraculo,

Καὶ κεφαλὰς κρονίδῃ καὶ τῷ πατρὶ πέμπετε φῶτα, E
proh ſcælus, vrbium princeps Roma, ne erraret in religione, & cultu Saturni, cum accenſis facibus, hominẽ ſimul è ponte Miluio quotannis mittebat in Tyberim, diro illo ſacrificio hominis placatura crudele numen;

*Tantùm religio potuit ſuadere malorum*
*Inanis, peperit quæ ſemper immania facta;*

Quantas tibi Latium, ò Hercules debet gratias, qui in Italiam ex Hiſpania rediens, vt rem audiſti, exhorruiſti; & ſublata uocis ambiguitate, ſuſtuliſti barbarum illud, cur dicam ſacrificium, & non potius maleficium? tetrum inquam, immane, atque hominibus, & Dijs meritò exſecrandum facinus? Sed reuertamur ad ſacras litteras, in quibus legimus, quòd ad Apoſtolos dictum eſt, Vos eſtis lux mundi; & præclarum illud de Ioanne teſtimonium, Ille erat lucerna ardens, & lucens. Tralata ſunt igitur F
hæc omnia, vt & tralatio eſt quòd mundus totus dicitur Tenebra, & Amatores mundi, Filij tenebrarum. Non'ne illud quoque tralatè dictum eſt Angelis, Qui facis Angelos tuos flammam ignis? Ignis enim, eſt corpus lucidum, flamma materiam habet aeriam, vt carbo terreſtrem, & grauem; lux ignea, qualitas eſt, quæ de ſeparatis illis mentibus, niſi tralatè dici non poſſunt. An uerò doctores gentium Apoſtoli, non impropriè admodum dicuntur, mundi lumina? qui miniſtrabant tantùm uerbum Dei hominibus, & excitabant eos ad hauriendum, & ſuſcipiendum diuinum lumen, ipſi interea non illabentes animis, vt illuminarentur, G
ſed tantùm aperientes feneſtras, vt fundere ſe in illis poſſet, & fulgorem incendere, lux vera Deus? Ergo tralatum profectò non eſt, ſed uerum, ſed proprium, ſed naturale, ſed principale, quod Theologia, Deum, non minus uocat lumen, quam bonum, quàm pulchrum; &, quòd Deum patrẽ, vocat principale lumen; Ieſum, filium, paternum lumen; quia ſicut eſt Deus de Deo, ſic eſt lumen de lumine. O' viri cordati, ò viri pij, ob id moriente Deo, extincta ſunt cœli lumina; nimirum areſcebat tum in terra fons luminis. Die porrò tertia, exortus eſt ſol ualde mane, nimirum properabat ſe iungere uero ſoli, ad quem collatus hic noſter Sol, quid eſt aliud, quàm breuis candela ſuper candelabrum, accenſa ad ſolatium mortalium, ne, in hoc cæco mundi carcere, poſiti, deſperent, ſe aliquãdo poſſe H
frui libera aura? Id tu olim mirabaris apud Heliopolim, ò bone Dionyſi, quia non dum tibi datum erat, vt inter magnas diuinarum rerum uiciſsitudines, uideres hunc Solem ſolis, Orientem, Occidentem, & ad locum ſuum reuertentem: quem qui uidet, in lumine eſt, qui non uidet, in tenebris ambulat. Quid eſt tenebra, niſi aer ſine luce? Ecquid eſt anima tenebroſa, niſi anima ſine Deo, ſine Chriſto? Ille eſt lux, quam qui ſequitur, non ambulat in tenebris, ſed habet lumen uitæ. O' dilecti, Moſes quidem ſymbolicè dixit, Deus noſter, ignis conſumens eſt; ſed, naturaliter locutus eſt Chriſtus, quum dixit, Ego ſum



A ſum lux mundi. Et ille quidem, erat Dei famulus, hic filius; Ille loquebatur conſeruis, hic fratribus; vt illi de Deo, non niſi in ænigmate docerentur, iſti non nihil intelligerent de ueritate naturæ Dei; & eos demum terreret nomen ignis, hos lætificaret nomen lucis. O' fons omnis lucis Deus, ò origo omnis bonitatis, ò exemplar omnis pulchritudinis, ò opifex Deorum, ò uerè pater luminum. Lumina corporalia, ſunt quibus uidemus, & quæ etiam uidemus, ſed illa ipſa non uident. Tu lumen es ò Deus, quod uides, & uideris, & ante tempora uides, ſed ante tempora à te ipſo ſolùm uideris, ab Angelo, aut ab homine non uideris. Lumina ſpiritalia ſunt radij lucis tuæ, ſed unum eſt lumen, quod non eſt à luce, ſed eſt lux ipſa. Ea miris modis ſpargitur; Et quis dicat per quam uiam
B ſpargitur? Sic multi lucent lumine tuo; & non lucerent, niſi ſuſcepto lumine, per te lumina fierent; & tamen non eſt niſi unum lumen; quia ſicut participatione multiplicatur, ſic ſimilitudine, & imitatione colligitur, vt fiant lumina omnia lumen vnum. Lumen inquam unum, in te porrò illuminans, illuminatum in alijs; ſed quatenus illuminat, lumen eſt, quatenus illuminatur deficit à ratione ueri luminis, quia non eſt niſi luminis illuminare; lumen accipientis, illuminari. Ergo, tu ſolus es uerè, & uerum lumen, quia, & per te illuminantur, & per te illuminant, quæcunque illuminantur, & quocunque illuminant. Lux uitæ, lux uita Φῶς, βίος, φόβιος, Lux, quæ comparatione obſcuras omnem lucem; lux, quæ cognitione illuſtras omnes tenebras; lux quæ in tenebris luces, & quam
C tenebræ non comprehenderunt; nam tam latè ſpargis radios tuos, ut ipſæ tenebræ non modo non inhorreſcant oculis tuis, ſed ad tuæ lucis conſpectum uertantur in lumina; Nam, & ipſi eramus aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Vtinam, ò viri, tanquam filij lucis ambulemus, &, quaſi ῥοδοδάκτυλος ἠώς, bonis operibus creſcamus in perfectam lucem; vt ſit quiſque noſtrum dignus laudatione illa Homerica ἰσόθεος φώς; vnde illa Maronis,

*Claraq; in luce refulſit*
*Os, humerosq; Deo ſimilis.*

Non eſt lux clara, fides, non eſt ergo nobis clara dies. Ambulamus in diluculo diei. Chriſtus nobis diluculauit, qui & à peccato nos iuſtificauit.
D Quòd ſi in umbra eius uiuimus, in luce ſua, quantò abundantius, meliusque uiuemus? O' lux uera, & uiua, illuceſce mortalibus, clara, & candida; Aperi unum illum almum, & ſerenum diem ſuper millia. Tenebræ, iamdiu ſunt ſuper faciem abyſsi mentis noſtræ: Dic, Fiat lux, & erit lux: Non erit error, non ignorantia, non uanitas, non mors: Erit ueritas, ſcientia, claritas, beatitas, immortalitas.

## *Vt nihil tam vnum ſic nihil tam purum, atque ſimplex, quàm ille ipſe verus Deus.* CAP. XV. E

SED iam ſatis aliena lingua locuti ſumus, dolaui-
mus in Prophetis; aperuimus ſcripturæ ueteris,
tanquàm diuitis cuiuſdam, glebæ, uenas, & uiſce-
ra; Heliconas pererrauimus; rores hauſimus, poe-
tica mella guſtauimus, conſperſimus flores, finxi-
mus fauos, peplos texuimus, & mutuata à Græcis,
& barbaris omnium colorum uarietate, ex ſacris
ſymbolis figurata periſtromata depinximus. Re- F
uertamur nunc ad caſtimoniam, & ſimplicitatem proprij ſermonis, locu-
turi citra ullas figuras, de incorporea illa, diuinæ naturæ ſimplicitate, pu-
ritate. Quæ profectò tanta eſt (vt ab initio dicebamus) antequam Theo-
logiæ ſymbolicæ, aulam ingrederemur, vt ſit procul ab omni compoſitio-
ne, procul ab omni multitudine, conus, & apex uniuerſæ ſimplicitatis, &
puritatis. Et quidem inter Græcos, tres illi ſummi philoſophorum uerti-
ces, vnus Σοφός, alter Θεῖος, tertius Δαιμόνιος. Socrates inquam, Plato,
& Ariſtoteles, eruditi quidem à maioribus, ſed & ipſius diuinæ rationis
impulſu, cuius præclara habuiſſe in ſe ipſis uiſi ſunt ſemina, docuerunt in-
dignum eſſe Deo, ſi unitas eius, hiſce finibus, & terminis contineatur, ut
ea tantum ratione ſit unus, quia nullum habeat ſuæ ipſius naturæ ſocium, G
vel conſortem, hoc eſt, quia non ſint plures Dij, qua ratione cœlum eſt
unum, & terra una, unum eſt mare, unus æther, Sol unus, una Luna; deni-
que unus eſt mundus totus. Quid? An non eſt,

*Et viuax Phœnix vnica ſemper auis?*

de qua eſt illud carmen,

*Vna eſt, quæ reparet, ſeq; ipſa reſeminet ales.*

Sed omnes poſt longam, & grauem ingeniorum, & ſtudiorum exercita-
tionem, vnanimi conſenſu, & dixerunt, & probauerunt, neceſſe eſſe, vt ve-
rus Deus, hac potiſsimum ratione ſit unus; quia in eo non ſit aliud, quàm
Deus, nihil habeat quod ſit Dei, quòd ſit in Deo, quod ſit circa Deum,
ſed totum quod eſt, ſit ille ipſe uerus Deus. Hoc porrò totum, quid eſt H
aliud quàm ea ipſa quàm tractamus ſumma ſimplicitas, & puritas, quæ
omnem ſimplicitatem, & puritatem excedit diuinæ naturæ? Diues illa
græca fandi copia, unitatem quæ tollit plures Deos, vocat Μονότητα, eam
quæ negat plura in ipſo Deo, Ενότητα, vt Deus dicatur Μόνος, quia non
habet alium Deum regni conſortem; dicatur Εἷς, quia non eſt ulla mul-
titudo rerum in natura ipſius Dei. Immo uerò, quia non eſt unus, parti-
cipatione quadam unitatis, ſed unus eſt (vt voce Dionyſiaca loquar)
Καθ' ὑπεροχὴν, propriè non tam dicitur Μόνος, quàm Μονὰς, neque





A tam Εἷς, quàm Ενὰς, nimirum ſingulariter unus, ſimpliciter unus, ipſa
ſingularitas, ipſa ſimplicitas, Ω' μονὰς, ὠ ἐνὰς, O' unitas ſingularitatis,
O' unitas ſimplicitatis, O' unitas non diuiſa, O' ſimplicitas non compoſi-
ta. In uniuerſa rerum natura, nulla eſt multitudo, quæ ſit omnino expers
ipſius unitatis. Nam quæcunque habent ut ſint, cœleſtia, terreſtria, ſpiri-
tualia, corporalia, uiſibilia, inuiſibilia, quantumuis immodicè multa eſſe
uideantur, participationem unius habent, & eò ipſo quo extant unum
ſunt. Multitudo partium, una eſt in toto. Accidentia multa, unum ſunt
ſubiecto. Multiplices operationes, ſunt unum in uirtute, Et uirtutes in na
tura. Sed, & indiuidua quamplurima, unum ſunt ſpecie: Species uniun-
tur in genere, Genera in ipſo Ente. An non ita res habet? Nihil tam cer-
B tè pugnat cum ipſo uno, quàm numerus. Quid eſt enim numerus, ſi non
eſt multitudo? Et tamen dicimus binarium numerum, unum; ternarium
item, unum numerum. Ipſe quoque denarius, unus numerus dicitur, qui
alioquin eſt omnium numerorum limes, & meta; omneſque numeri cõ-
ſtituuntur, diſtinguuntur, uariantur, multiplicãtur, creſcunt, decreſcun-
ipſo Vno. Quid? non ſolùm ea, quæ in corporibus coaleſcunt in vnum,
foris oſtentant, quàm multiplicia ſint; ſed in illis etiam, quæ incorpora-
lia ſunt, ſi profunda, & interiora ſcruteris, ſępe continget, ut quum arbi-
traris te uidere unam ſolam naturam, ſtatim deceptum te ſentias, & uelut
dolo circumuentus, exclames; Vnde tanta congeries rerum? Vnde addu-
cta eſt tanta turba, tam multa ex inſidijs militum manus? Aliud eſt enim
C in unaquaque re, ipſa ſubſtantia, aliud uirtus; aliud operatio, aliud ge-
nus, aliud differentia, aliud id quod eſt, aliud ipſum eſſe. An uerò nõ ſunt
hæc omnia plicæ quædam, Et quaſi rugæ, quæ ut contrahi, ſic etiam extẽ-
di poſſunt quàm latiſsimè in omnibus rebus, vt ſicut in diuiſione quanti-
tatis continuæ, accidit, ex uno, multitudo innumerabilis rerum fiat? Con-
trà igitur, Deus non nobis quidem forſan, quorum oculos effugiunt ple-
raque, etiam in terris craſſa, & corpulenta, tantum abeſt, vt quæ tenuiſsi-
ma ſunt, ſyncerè ipſi cõtemplari ualeamus; ſed ipſis ſuperis mentibus An-
gelorum, qui uident Deum facie ad faciem, & ſibi ipſi, cuius intelligentia
eſt æquata naturæ, & natura intelligentiæ, eſt prorſus unus undique, & to
D tus unus, indiuiduuſque. Et ſi relationem ademeris diuinarum perſona-
rum, ne ipſa quidem cogitatione, ullas in partes plicabilis, nullos habens
ſinus, nullas rugas. Habet diuinitatem, ſed eſt ipſa diuinitas: eſt totum, ſed
non habet partes; eſt ſubſtantia, ſed ſine accidẽtibus; differt ab omnibus,
ſed non habet differentias; agit, ſed eſt ipſa actio; poteſt, ſed eſt ipſa pote-
ſtas; eſt, ſed eſt ipſum eſſe. Ecquæ tanta unitas cogitari poteſt? Qui habi-
tant unius moris in domo, unum ſunt domeſtica pace. Multitudinis cre-
dentium eſt cor unum, & anima una, uinculo fidei, & charitatis. Qui ad-
hæret Deo unus ſpiritus efficitur, beata ſocietate, & conſenſione animi.
Verbum, anima, & caro, ſunt unum. Υποςατικῶς in Chriſto. Spiritus,

aqua, & ſanguis, ſunt vnum ſacramento. Chriſtus, & ecclſia unum ſunt E
myſterio. Vir, & uxor ſunt una caro. Corpus, & anima una perſona.
At pater, filius, & Spiritus ſanctus, ſunt una natura, una eſſentia, una
abſoluta indiuiduaque ſubſtantia. Hæc eſt prima, & principalis unitas,
immò quæ ſola eſt uera unitas. Vnitas non tam Dei quàm Deus, hoc eſt,
non qua fiat, uel ſit unus, ſed quæ ſit, ille ipſe unus Deus. Alia fiunt
vnum, quum uniuntur; Deus non fit unus, ſed eſt unus. Non eſt unus
per coniunctionem, ſed per unitatem; neque per unitatem, quæ ſit in
Deo, ſed quæ eſt Deus. Quid admiramini? Non eſt per ipſum eſſe;
ſed eſt illud ipſum eſſe. Sic ergo, non eſt unus per unitatem, ſed per ſe
ipſum, quoniam eſt, & eſſe, & unum, & entitas, & unitas. Num obli-
ti eſtis eorum, quæ dicebamus ſuperiore libro, de eo quod eſt, de ipſo F
Eſſe ſimpliciter? Idem dicite de ipſo Vno in natura Dei. Illud etenim,
neque materia limitat, vt in indiuiduo, neque differentia contrahit, vt
in ſpecie, neque potentia diſsipat, vt in genere. Non eſt hoc uel illud,
quod dicitur de ſubſtantijs; non tale, uel tale, quod dicitur de accidenti-
bus; non eſt quid uel aliquid, quod ad naturam pertinet; ſed neque hoc
aliquid quod ſingulare ſignificat. Non eſt cœlo comprænhenſum, neque
terra, non deriuatum à cauſa, non impreſſum ab idea, non diſtinctum
forma, non circunſcriptum figura, non extenſum magnitudine, non
compoſitum numero, non ambitu, vel uirtute reſtrictum. Eſt vnum,
quod modum non habet, quod metam ignorat, quod principium, fi-
nemque neſcit, quod excedit omnes modos, quod omnes prætergreditur G
fines, quod nullis uel includitur gradibus, vel definitur terminis. Eſt unũ
tandem, ab omnibus, quæ in mundo ſunt, infinita quadam excellentia ſe-
paratum, ac diſtinctum longè diſsimile, & diuerſum ab omnibus rationi-
bus, quæ dicuntur de toto eſſe rerum creatarum, quod decem categorijs
comprænhenditur. Nõ eſt enim aliud quidpiam quàm ipſum eſſe, Eſſe in-
quam dignum Deo, dignum creatore, dignum hac uoce Eſſe, penè enim
dixeram, iuxta ſonum uocis, Quid eſt Eſſe, niſi Ex ſe? Ecquid eſt ex ſe, niſi
Deus? Nam alia omnia ſunt ex Deo. Certè uerò, ò viri, nihil tam altum,
& immodicum de creatura aliqua cogitari poteſt, quàm ut ſit, vel habeat
hoc tale, tantumque eſſe. Oportet igitur, poſtquam creaturæ non compe H
tit, vt ille ipſe creator, vel habeat, vel ſit hoc ipſum eſſe. At ſi habet, quo-
modo habet? An, vt materia formam? an, ut ſubſtantia accidens? Vtrun-
que indignum Deo. Habet'ne uerò aliunde? Et quis prior dedit illi?
Accipit'ne ex ſe ipſo? Et quis hoc capiat, vt ſe ipſum in ſuo ipſius eſſe
conſtituat? Simul'ne eſt hoc, & illud? Sedenim, neque paria ſunt, quum
eſſe non poſsit; niſi unum primum, & ſummum, neque uerò minus eſt
ipſum eſſe, quum tantæ magnitudinis ſit, vt Deus non ſit abſque illo, ne-
que minor eſt ipſe Deus, quo ne cogitari quidem poteſt, aut maius, aut
melius, atque ideo tandem unum ſunt, & duo eſſe ulla ratione non poſ-
ſunt.



A ſunt. Ita uerißimè Deus unus eſt, imo uerò unitas eſt, in quo idem eſt eſ-
ſe, & id quod eſt. Sanè hæc eſt prima, & communis multitudo in omni-
bus rebus, vt quoniam aliunde habent quod prodierint, non autem ex
ſe ipſis; quia antea nihil erant; idcirco nulla ſit ipſum eſſe ſuum, ſed di-
ſtinguitur in unaquaque re id quod eſt, & ipſum eſſe, quò eſt aliunde acce
ptum. Nam, aliæ multitudines, vel compoſitiones, vt ratione quadam po
ſteriore, conueniunt rebus; hoc eſt, quatenus hoc, vel illo genere cõtinen
tur, quatenus uim habẽt ad agendũ, quatenus agũt hoc, uel illud; ſic neceſ-
ſe eſt, vt illa una multitudine, quæ naturaliter, & omnino ſimul cũ rebus
ipſis exoritur, ſine qua non ſunt, neque intelliguntur, ſint etiã longeque
lõgeque poſteriores. Tolle igitur ab Deo, qui nõ habet unde ſit, neque à
B quo ſit, qui non eſt factus, neque genitus, qui non accipit, vt ſit; qui nun-
quam non fuit, qui ex ſe eſt, qui Eſſe eſt; tolle inquam hanc primam mul-
titudinem eius, qui eſt, & eius, quo eſt; fac, vt hæc duo ſint unum; & pro-
tinus omnem aliam multitudinẽ ſuſtuliſti; & Deus eſt omninò unus, om-
ninò ipſum unum, omninò ipſa unitas, quia idem eſt quod eſt, & quo eſt;
hoc eſt, vt de more diuina balbutiendo reſonemus; idem eſt qui habet,
quod habet, & ipſa habitio. Dicere quidem ſolemus, quum dolium uer-
ſamus, quum in ſcholis uerſamur, Deus eſt id quod eſt; diuinitas eſt id
quod eſt; Pater, Filius, & Spiritus ſanctus, eſt ille qui eſt: Sedenim, quum
ad eludendos ſophiſtas, qui noſtram credulitatem illudere ſolent, ſigni-
C ficandi modos, cum patribus noſtris, doctè, & prudenter diſtinguimus;
non numeramus tamen hæc ipſa, quaſi tria in unum copulata; miramur
potius, & contemplamur oculo ſimplici, ea omnia, vt ſimpliciter unum.
Vnita ſunt creaturis, ſed unum ſunt in creatore. Vnum eſt Deo, Eſſe, &
eſſe Deum; Vno, & eodem eſt, & eſt Deus, Ipſum eſſe eſt Deus, & Deus
eſt ipſum eſſe. Ecquid tam unum, quàm Eſſe? Atque ideo, ne unum qui-
dem ipſum tam unum, quàm Deus unus, in cuius propterea nomen, &
notam ceſsit Τὸ ὄν, extremæ unitatis linea. Ecquę humani ingenij tan-
ta eſt acies, vt penetrare poſsit Τὸ ὄν, & diuidere ab eo Τὸ ἕν? Quod quia
fieri non poteſt, qua ratione intelligimus Deum eſſe Τὸ αὐτὸ ὄν, eadem
appræhendamus Deum eſſe Τὸ αὐτὸ ἕν. Tanta eſt unitas ipſius naturæ
D Dei, o Amici, vt ipſa quoque unitas in numeris, in quantitatibus pun-
ctum, lux in qualitatibus, ſemina in ſubſtantijs, in principijs elementa;
denique in natura, ipſa materia, in homine anima, in anima mens, &
ſi quid aliud tenuioris eſſentiæ excogitari poteſt; immo uerò, ipſa quo-
que tenuitas; & ille ipſe indiuiduus tenuitatis apex, ſi cum illa diui-
na natura conferatur, in multitudinem magna ex parte de genere.
Ecce diuina puritas, diuina ſimplicitas. Quod eſt impurum, quod
eſt compoſitum, ea parte ab unitate deficit, qua in multitudinem,
& in compoſitionem degenerat. Non poteſt natura, modis om-
nibus una, eſſe aliquo modo compoſita. Finge quoduis unum,
&

& quamcunque rationem unitatis; in arce ſemper erit, & prærit diuina E
unitas: in quam tandem, deſinunt omnia, non ſecus, quàm pyramidum
immenſa magnitudo, in anguſtiſsimum conum. Et quidem, ò Viri, ſi ea,
quæ adſunt extrinſecus, contemplamur, ſumma diuinæ naturæ maieſtas,
& autoritas, eſt infinita illa, quam ſuperiore libro celebrauimus, innume
rabilitas indeficientiam ſeculorum, quæ uno nomine Aeternitas dicitur.
Enimuero, intrinſecus, ſplendor omnis nobilitatis, & dignitatis, qui om-
nem ſplendorem antecedit, & ſuperat, eſt hæc ipſa delicatiſsima, indiui-
dua, admirabilis, & ſuperilluſtris diuinæ ſubſtantiæ ſimplicitas, atque te-
nuitas: ex qua (ſi ita loqui fas eſt) uſque adeo pendet, & Aeternitas, & ve
ritas, & Infinitas, & immenſitas, penè dixeram, & illa ipſa diuinitas; vt qui
tollit ſummam ſimplicitatem, auferat Aeternitatem, neget veritatem, ex- F
pugnet vnitatem, & quanuis uerbis relinquere uideatur, re ipſa tamen,
funditus euertat, & ſubuertat totam diuinitatem. In primis enim, quæ
æternitas eſſe poteſt in re compoſita? Sanè non eſt cōpoſitio abſque ami-
citia, & lite. Vbi lis, ibi pugna. Ex pugna alterutrinque, victoria. Ex vi-
ctoria ſeparatio, hæc eſt compoſiti diſſolutio, atque adeo interitus; æter-
nitatis autem, & rem, & nomen amiſit, id quod interire ſuapte natura po-
teſt, etiam ſi nunquam intereat. Iam, quæ ueritas, vbi non eſt, & ſimplici-
tas? Sanè, veritas rerum, ſiue φύσιν, ſiue etiam πολιτείαν, ſpectes, in ipſa
ſimplicitate, & puritate conſiſtit. Nam & illa Reſpublica à vera nobilitate
degenerat, in qua aliquorum ſordes, cum ſplendore clariſsimorum viro- G
rum permiſcentur, ciuiumque nouorum, & veterum delectus, ordoque
turbatur. Et in natura, vnumquodque, eò ipſo eſt uerius tale, quò alteri
minus permiſtum fuerit. Ideoque, non eſt verus Deus ille, qui aliud in ſe
ipſo habeat, quod non ſit ipſe. Vnitas'ne uerò eſt, vbi compoſitio eſt? Iun-
ctura unitatum eſſe poteſt, vnitas eſſe niſi ſimilitudine, & actione, non po
teſt. Adde poſtremò, quod, ne diuinitas quidem eſt, ubi compoſitio eſt.
Deus enim, eſt uita, eſt uirtus, eſt lux, eſt veritas. An uerò lux ex obſcuris?
An ex infirmis uirtus? An ex mortuis uita? An ex fictis ueritas? Profectò
talia ſunt omnia, quæ non ſunt Deus: ficta inquam, obſcura, infirma,
emortua: ex hiſce igitur, non componitur natura Dei: atque ideo, quia H
præter hæc, alia non ſunt, niſi Deus, non componitur prorſus. Audite li-
benter, anima componit, corpus componit, homo componitur, humani-
tas porrò ipſa, non dico Φιλανθρωπία, ſed Ανθρωπότης, ſi uerò non com
ponitur, tamen ſequitur compoſitionem hominis, ex anima, & corpore,
vt propterea inter ſimplicia computari non poſsit. Extra hæc omnia igi-
tur, Deus eſt; Nulla concretio in Deo; nihil concretum ex Deo: Deus nō
eſt ut anima hominis; Deus non eſt ut corpus hominis: Deus non eſt ut
homo ex anima, & corpore: hoc eſt, non eſt ut pars in toto, neque ut to-
tum ex partibus; denique, non eſt ut humanitas, quam ſcholæ uocant, for
mam totius; quia non ſequitur compoſitionem, vel partis cum parte, uel
totius



A totius ex partibus: An igitur, non eſt extra genus compoſitorum? Quod
ſi priora ſunt componentia compoſitis, quomodo componitur Deus, quo
nihil eſt prius? Sed, & quæ componunt, & quæ cōponuntur, cauſam agen
tem habent, abs qua efficitur, vt componentia componant, vt compoſitio
fiat, & vt compoſitum in lucem prodeat, & exſtet? Neque enim ob aliud,
tanta eſt apud ſapientes neceſsitas, cauſæ effectricis, niſi, vt per eam iunga-
tur materia formæ, forma materiæ, & ex utroque conficiatur tertiū. Iam,
quod eſt illud primum efficiens, cuius uirtute, & autoritate, componan-
tur inter ſe duo illa, ex quibus conſtituatur ipſe Deus? cuius eſt illa uox.
Ante me non eſt formatus Deus. Ego primus? An uerò, & compoſita nō
ægent componentibus, & componentia compoſitis? partes inquam toto,
B & partibus totum? Totum enim, coagmentatur ex partibus: & partes, ut
ſubſiſtant, toti nituntur, & hærent. Deus ergo, in cuius laudem cecinit
Rex, quod bonorum noſtrorum non indigeat; totus & ex toto egreditur,
rationem compoſitorum, & componentium, verè ipſum unum, ipſum
ſimplex, ipſum indiuiduum, hoc eſt tam ſummè unum, quàm unice ſum-
mum. Dicam græcè Τὸ ἓν, τὸ ἁπλοῦν καὶ ἀσύνθετον. Vnum in ſubſtan-
tia facit idem. Vnum in qualitate facit ſimile. Vnum in quantitate facit
æquale. In Deo igitur, quia quicquid ibi eſt, ſubſtantia eſt, omnia idē ſunt,
neque in eo eſt aliud, & aliud. Quanta unitas? quanta ſimplicitas? Diſtin-
guendum eſt tamen, ò amici: Nam horum trium nominū, Vnum, Idem,
Simplex, non eſt una ſignificatio ſola, ſed cuique eſt proprium pondus,
C propria uis, propria ratio. Dicitur Deus idem, ſicut & ipſe, quia nō muta-
tur; at dicitur unus, quia non diuiditur; porrò dicitur ſimplex, quia non
componitur. Verè autem, ideo non diuiditur, quia non componitur, &
ideo mutari non poteſt, quia diuidi non poteſt. Sanè non eſt indiuiſibile
quod conſtat ex partibus: & omninò quod habet partes, in quas diuida-
tur, habet ut ſecundum unam moueat, & ſecundum alteram moueatur;
Vt propterea tandem, (concludendum eſt enim) ipſius diuinæ immutabi
litatis, uis, & ratio, ſit ſumma unitas, ſed ſummę unitatis, ſit hæc ipſa, quam
efferimus digna Deo, ſumma ſimplicitas.

D

## *Natura ipſius veri Dei, tam plena omnium rerum, quàm ſimplicior omnibus rebus.* CAP. XVI.

INTVERE animo, fili hominis, magnum illud Σκέλετον
uniuerſæ naturæ: materiam inquam primam, rudem, ari-
dam, ſiccatam, omni forma ſpecieque carentem: Tum ex
aduerſo, oppone uelut ingentem coloſſum Deum ipſum,
indutum ſplēdore, imo uerò ipſum ſplēdorem, ipſum de-
cus, gloriamque, & pulchritudinem formarum omnium. In utroque qui-
dem, eſt magna ſimplicitas; ſed ſimplicitas materiæ, eſt ruditas, nuditasq;
& ca-

& carentia omnis decoris; quæ, ſicut oſtendit materiam nō eſſe ornatam, E
aut exculptam aliqua forma, ſic oſtendit, quod ſit ornanda, decoranda,
ideoque componenda, non ex re alia, ſed cum alia; cum forma inquam;
quia, nihil ex materia componi generarique poſſet, niſi, illa primùm ipſi
formæ, uelut maritali coniugio miſceretur; adeo prior eſt, quod omnis
philoſophia docet, compoſitio rerum cum rebus, quàm rerum ex rebus.
Non ſic eſt ſimplex Deus, O` viri, non ſic: Nam, in ſimpliciſsima illa, &
indiuidua unitate diuinæ naturæ, veritas docet, eſſe in primis tres perſonas
diuinas, quæ nos beatos efficiunt; Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum;
tres (inquam) res non ſeorſum quidem, ſed tamen per ſe ſe ſubſiſtentes.
Sunt, & in eadem una indiuiduaque natura Dei, omnes illæ, quas paulò
ante memorabam diuini numinis perfectiones, & dignitates, Aeternitas, F
Veritas, Vita, oppoſitæ Tempori, Vanitati, Mortalitati, quæ ſunt notæ, &
ſigna indignitatis creaturarum. Quid? nemo dubitat, quin ipſo Deo, ſe-
cundum rem, & non ſecundum noſtras ratiocinationes tantùm, ſint uires
cuiuſlibet creaturæ. Inde enim ortum habuit ſymbolica Theologia, qua
appellatur Deus nominibus omnium rerum; quemadmodum uice uer-
ſa, per analogiam, profani gentium Theologi, nihil non uocant ipſius
Dei nomine; iurantes etiam per Canem, & Platanum, non minus, quàm
per illum ipſum Deum. Quis neſciat adhuc omnium ideas eſſe in ipſa
Dei ſapientia, quæ omninò non eſt alia res ab ipſa diuina eſſentia? Neque
enim cuiquam dubium eſſe poteſt, quin ab ipſo Deo, ſingula queque pro-
prijs ſint creata rationibus, vnde proprij cuiuſque numeri, propria pon- G
dera, propriæ menſuræ, quas ſupra audiſtis. Demum ea quæ communi,
& trito iam loquendi uſu attributa uocantur, Potentia præſertim, Sapien
tiaque, & Bonitas, non'ne exiſtunt in ſimpliciſsima illa, æternæ diuinita-
tis ſubſtantia? Et ſi enim in creaturis tantùm, & non ipſo Deo, niſi ex-
trinſecus, eſt noua illa creatio mundi, vnde permoti ſunt ſapientes, ut
Deo hanc laudem tribuerent, quòd potènter quæcunque ſunt, de nihilo
fecerit; quòd ſapienter rerum uniuerſitatem diſpoſuerit; quod amanter
omnia, & ſingula in ſempiternum regat atque ſeruet, tamen ab omni
æternitate, ante omnes homines, & Angelos, erant in Deo ipſo ſanctiſsi-
mæ illæ diuinarum perſonarum emanationes; ad quas intra ipſam diui-
nam eſſentiam, & non extra, tanquam ad radices, originesque, & funda- H
menta omnium rationum, & relationum, reducitur ipſa quoque tota re-
rum creatio, diſpoſitio, conſeruatio. Neque enim, ſi caſtigatè, & ad nor-
mam loquimur, diuina eſſentia, ſed ſanctiſsima Trinitas illa eſt, quę non
dum exiſtentia creat, quæ diſponit creata, quæ diſpoſita regit, & guber-
nat, vnde Patri appoſitè tribuitur potentia, ſicut & efficientia rerum,
filio, ſapientia, cum œconomia mundi: Spiritui ſancto, bonitas ſimul,
& tutela, atque conſeruatio uniuerſæ creaturæ. Vt tandem neceſſe ſit
in Deo ipſo, ſecundum rem eſſe potentiam, ſapientiamque, & bonita-
tem,



A tem, poſtquàm uerè, & ſecundum rem eſt in Deo, Pater, Filius, & Spi-
ritus ſanctus, ex quorum (vt dictum eſt originibus) deſcendendo duci-
tur, & ad quorum origines, aſcendendo reducitur tota ratio attributo-
rum omnium; nimirum ad flores florum, atque ad apices omnium per-
fectionum, quæ ſunt in hominibus, & in Angelis, creaturis ipſi Deo,
quàm ſimillimis. Ecce Viri, ecce, quàm diuerſa eſt ratio ſimplicitatis
Dei, & primæ materiæ. Materia ſua ipſius ſimplicitate, & ferè ipſum
nihil, ipſum inane, atque adeo, (vt Plato dixit) ipſa Στέρησις, priuatio,
inanitas; at uerus Deus, eo ipſo quò ſimplex eſt, eſt totus, eſt ipſum to-
tùm, eſt omne, eſt omnia, eſt plus quàm omnia. Inde enim eſt, quòd
in ſe ipſo, & intra ſe ipſum, cuncta cognoſcit; ex ſe ipſo cuncta facit, ad
B ſe ipſum cuncta dirigit, & cuncta ſimiliter per analogiam ad Deum refe-
runtur; aſsimilantur Deo, reuertuntur ad Deum, & quieſcunt in Deo:
quia Deus eſt omnia, & in eo ſunt omnia; neque enim facere poſſet
omnia, niſi uerè eſſet omnia. Quemadmodum autem aquæ, ex omni-
bus cœli, & terræ regionibus congregantur in ipſum mare, & tamen
mare non redundat; ſic tantæ illæ diuerſæ, & aduerſæ laudationes, ex
omnibus creaturis confluunt quidem in ipſum Deum; ſed neque, vel
numero, vel magnitudine augere poſſunt illam ipſam diuinæ infinita-
tis abyſſum; quippe quia, in illius immenſitatem, multò verius abſor-
bentur quæcunque intrinſecus prædicantur de Deo, etiam ſi infinita,
& innumerabilia ſint, quàm in Oceanum hunc noſtrum tenues aliquot
C leuiſsimi roris aſpergines, quæ infuſæ, & admiſtæ ſalſis fluctibus, non
iam dulcedinem roris ſapiunt, ſed æquora ſalſa. An uerò ignoramus,
& mundum totum, & omnia quæ in mundo ſunt, ſi cum ipſo Deo con-
ferantur, multo eſſe minora, quàm ſit umbra corporis collata ad ſuum
corpus? At corpori ex umbra nihil accedit, vt & nihil decedit. Itaque,
quid putatis, Filij hominum, ex ijs, quæ Deo attribuuntur, etiam ſi in
Deo uerè exiſtant augeri poſſe diuinam ſubſtantiam, unde & temerè in-
fertis diuinam ſimplicitatem, uel tollere attributa, uel tolli attributis?
Erratis Fratres, erratis. Omnes perfectiones, quæ in uaſtiſsimo hoc
utriuſque mundi ſenſibilis, & intelligibilis, agro, per flores, & herbas,
perque Cedros & Platanos, inter humiles inquam, & ſublimes creatu-
D ras diſperſæ ſunt, colliguntur in ipſo Deo. Quàm multa ſunt hæc in
ſe ipſis, & ad ſe ipſa? Sed omninò ſunt unum in Deo, & ad Deum;
ſicut lineæ in centro, & ad centrum; ſicut numerus in uno, & ad unum.
Quid? in ſe ipſis quoque, & ſingula, & omnia deficiunt, vt in eis ni-
hil non ſit propè mancum, ac debile: at uerò in illa ipſa æterna diuini-
tate, quis dicat, quàm omnia pleniſsimè uigent, pollent, excellunt,
viribus præſtant? Ob id fortaſſe uetus Græcia, illam ipſam æternam
diuinitatem, non tam ex prima, & originali uoce Θεὸς, iuxta morem in-
flexionum appellabat Θεότητα, quàm obliquè genere neutro, Τὸ θεῖον;
illud

illud ſignificans, naturam Dei, non ſolum eſſe vtriuſque ſexus expertem, E
ſed eſſe extra omnium generum cancellos, & fines, nullis contentam
terminis, aut ſepibus, nullis ſubiectam regulis, nullis rebus comparabilem,
omnia prorſus, & rationes omnium, ſine vllo fine excedentem, ſupergre-
dientem, præteruolantem. Et quidem res ita habet, Deus extra omne ge-
nus, præter rerum omnium ordinem, & ſupra omnem humanæ rationis
indaginem, eſt (vt græcè dicam) Aπλότατος, ſimul, & Aπειρότατος,
maxima hac quam ſpectamus oculis mundi circunferentia; quæ nihil non
complectitur, & maior, & amplior; & tamen, centro geometrico, quo ni-
hil cogitari poteſt à Mathematicis minus craſſum, aut corpulentum, ſine fi-
ne ſimplicior. O Viri; Cæl tes, quoniam vident Deum in verbo illo in-
creato, quod non eſt niſi vnum, vident etiam in Deo quæcunque vident, F
tanquam vnum. Nos, quia non videmns Deum, & diuina, niſi in creatu-
ris; in quibus non ſunt vnum, ſed multa; in ipſo etiam Deo ea eſſe puta-
mus, tanquam multa, non tanquam vnum. Ecquid mirum, quando non ap
præhendimus ea conceptione vna, ſed multis, & pluribus? Nam, & Prophe
ta, quum Deus ſemel illi loqueretur vnum verbum; Duo (inquit) audiui, &
generaliter loquente Deo, Eκ τοῦ λόγου, fiunt Tὰ λόγια, ſanè radius ab illo
Sole exit vnus, ſed in medio numeroſus efficitur, vt per modum recipien-
tis, recipiatur plurimus in plurimis. Et profectò, dum ipſi interdum cona-
mur appræhendere vnum aliquid in ipſo Deo, experimur, quòd illud ip-
ſum ſe ſe offert oculis noſtris geminum, ternum, quaternum, denum, cen-
tenum. Facit hoc infinitas diuina, facit infirmitas humana, facit ſpeculum, G
facit enigma, & lucerna lucens in caliginoſo loco: neque enim aliter inte-
rim diuina nobis videre conceditur. Quum videbimus facie ad faciem,
tunc agnoſcemus Deum ſicuti eſt, & res diuinas, ſicuti ſunt: neque enim
acies oculorum noſtrorum, tanquam adhuc debiles diſsiliunt in ſuam ip-
ſorum multitudinem, ſed tanquam in lumine gloriæ vegetæ, & viuidæ,
vnitæque cum illo vno, ſe ipſas quoque colligent quàm maximè in vnum,
vt fixa, & immota, fixæ, & immotæ, mens menti, & facies faciei reſpondeat
vna vni. Hunc facie noſtra non videmus, niſi à tergo Deum; quum Deus
ſua ipſius facie nos introſpiciat à tergo, & à fronte intus, & in cute. Tunc
autem (ò beatum diem) licebit aſpicere facie, contra faciem, & agnoſce- H
mus, ſicut & agniti ſumus, in quo beati erimus. Hinc continua illa ſuſpiria
ad Deum, ſuſpiria digna Dauide, dum hic viueret, peregrinareturque à
Deo, qui illi erat æternum dominus, & ſecundum carnem in tempore fi-
lius. Exquiſiuit te facies mea, faciem tuam domine requiram. Et cur, ò
viri docti, interea non liceat mortalibus, piè quærere, ſciendi deſyderio du
bitare, diſputare, ſint ne illa multa in ipſo Deo nomina tantum, eaque for-
taſſe ſynonima, an ſint res quoque? & ſi res, an ſecundum rem differant, an
ſolum ſecundum noſtram rationem? an dicantur de Deo per vim, & mo-
dum negationis, vel (vt aiunt) remotionis, aut etiam cauſalitatis, ſiue po-
tius



A tius per modum excellentiæ, & formæ exemplaris? Quid, ſi admiremur
ipſi quoq;, ſi interdum ſciſcitemur, meditemur, dubitemus, interogemus,
Quis eſt iſte Deus tam paruus, tam magnus, vnus, plurimus, ſolus ex omni-
bus, ſocius inter omnes, & omnia? Quomodo in tanta vnitate, tantus nu-
merus? in tanto numero tanta vnitas? Quæ eſt iſta vnitas ſine vnitate, iſta
multitudo ſine multitudine, iſte numerus ſine numero? Sed enim, in om-
nibus hiſce dubitationibus, illud altè defixum inhæreat animis, quod ad hi
ſtoriæ veritatem pertinet; nam cætera ſunt parerga, Deo neque eſſe, neque
cogitari poſſe aliquid maius aut melius, atque ideo nihil ſimplicius, & tamē
nihil plenius, vt ſit Deus omnia, & tamen non ſit in Deo niſi Deus; præter
ſe nihil habeat, ſed ſit quicquid habet. Ita eſt, ò viri, ita eſt. Deus eſt ſimpli-
B citatis pleniſsimæ, eſt plenitudinis ſimpliciſsimæ, eſt adeo ſimplex, vt illi ni
hil adimi, eſt adeo plenus, vt nihil illi adiici poſsit. An non eſt hæc definitio
perfecti? In quo nihil deeſt, nihil redundat? Vt tria illa nomina, quæ phi-
loſophia tribuit mundo, diuina hiſtoria tribuat ſoli Deo: Omne inquam,
Totum, & Perfectum. Deus eſt omne, ſed quod neque multiplicari, neq;
diuidi poteſt in numerum. Deus eſt totum, ſed quod non habet coagmen-
tationem, ideoque vel per ſe creſcere, vel aliunde augeri non poteſt in ma-
gnitudine. Deus eſt perfectum, ſed abſque forma perficiente, abſque per-
fectore, abſque principio, abſque fine. Sed ſit planè mundus perfectus, ò
Philoſophi; perfectus eſt ex ipſo perfecto, ſicut eſt, & bonus ex ipſo bono.
C At verò Deus, eſt ſimpliciter ipſum perfectum, ſicut eſt, & ipſum bonum.
Simpliciter, inquam eſt perfectus Deus, quia non poteſt extendi, vel dilata-
ri, propter ſimplicitatem, neque contrahi, vel reſtringi, propter immenſam
plenitudinem. Non fit plenus Deus ex coacervatione rerum; ex ſe, & per
ſe eſt plenus, ſicut ex ſe, & per ſe eſt Deus; non habet quo ſit Deus, & nul-
lius rei indiget, vt ſit plenus; & tamen, cum infinita illa ſua plenitudine,
eſt verè ſimplex, ſimpliciſsimus, ipſa ſimplicitas, exilitas, tenuitas: Im-
mo verò illa ſimplicitas eſt illa ipſa plenitudo illa ſimplicitas eſt illa ipſa
diuinitas. Ob id, apparuit Heliæ in ſibilo auræ tenuis, quo ſubtilius quic-
quam cogitari vix poteſt. Deus meus, Deus meus, ò delicatiſsime ſpi-
ritus; in natura, & ſubſtantia tua, nulla prorſus eſt pinguitudo, nulla craſ-
D ſities, moles nulla, nulla congeries. Nullæ ſunt in te partes, ò Deus, ne-
que pares, neque impares, neque ex te, neque aliunde partæ, nullæ quo-
que minutæ particulæ, vel confuſæ, vel in ordinem adductæ. Tu ne intelli-
gentia quidem, niſi falsò, aut ſcindi in plura, aut diuidi potes, qui omnibus
modis vnitas es. In te non eſt hoc, & illud, non huc, & illuc, non hinc, & in
de, non nunc, & tunc. Tu non es factus, non diſtinctus, non diſtentus, non
Kατα πάθιηθη varius. Tu es, & viuis & ſapis domine Deus, & potes, &
dicis, & facis, & vis, & intelligis, & magnus es, & bonus es, & æternus es, &
beatus es. Non poteſt anguſtia mentis meæ, tot & tanta complecti, quæ in
te ſunt, & tamen hæc omnia non faciunt cumulum in te, neque augent te,
quia

quia in te, unum, & non multa ſunt ò Deus meus. Non aliunde es beatus, E
quàm unde es Deus. Ex te es Deus, ex te es beatus. Deitas tua, tu es; bea-
titudo quoque tua, tu ipſe es: non eſt aliud id quo es, ab eó quo æternus
es. Es ipſum eſſe, & ipſa æternitas. Sapientia tua non eſt aliud, quàm uita
tua; & uita tua eſſentia tua. In te non differt eſſe, & uiuere; Viuis, quia
intelligis, quia ſapis; niſi intelligeres, & ſaperes, non uiueres; &, niſi uiue-
res, neque eſſes. Idem eſt in te magnũ, quod bonum, & maius quod me-
lius. Ob id totus, & ex toto, es maximus, quia es ſimpliciter optimus. Vo-
luntas tua, eſt omnipotentia tua; nihil ſanè uis, quod non poſsis. Et quid
eſt tibi dicere, niſi facere? Nam dicendo facis, & faciendo dicis. Sic enim
ſcripſit amicus ille tuus Moſes, Dixit Deus, Fiat; & factum eſt. Quanta eſt
ſimplicitas tua ò Deus, quanta, quanta? Ecquando erit, vt noſtris nume- F
ris, & multitudinibus, in unum uelut apicem conglobatis, in diuinam il-
lam Μονάδα καὶ ἐνάδα, modo inenarrabili colligamur, & unum efficia-
mur cum ipſo Deo? ſitque ipſe unus Deus omnia in omnibus, unus &
unum faciens, dicam Græcè Εἷς, & Ἑνόποιος, ſicut eſt etiam Θεὸς, &
Θεόποιος. Audi, audi quiſquis es Φίλοθεε, Vnum eſt neceſſarium, Multa
non ſunt neceſſaria. Accidit ut ſint multa, non accidit, vt ſit unum. Vnum
abſque multitudine eſſe poteſt, multitudo abſque uno eſſe non poteſt.
Vnum in multis, ſed ante multa; multa in uno ſed ex uno. Erat, quando
multa non erat, ſed non erat quando unum non erat, neque aliquando
erit, quando unum non erit. Hoc inquam unum, à quo multa, ad quod
multa; ideſt à quo omnia, ad quod omnia. Immo uerò, quod, ipſum, eſt G
omne, totum, & tamen unum, & ſolum. Eſto unus, & ſimplex ò homo, &
cognoſces hoc ipſum unum.

*Siſte mentes vagas, per deuia multa ruentes,*

recollige in unum diſsipatas uires tuas, intende quaſi cithara omnes ner-
uos tuos, ſit pura, ſimplex, & directa acies oculi tui, obtutusque eius hæ-
reat totus defixus in uno. Vnum gaudet uno, Simplicitas multiplicitatem
refugit, cognitio fit per ſimile. Nunquam uidebunt Deum, qui duplici
ſunt corde, qui ingrediuntur duabus uijs, qui claudicant in duas partes:
nam cum ſimplicibus ſemocinatio eius. Optamus, petimus, expetimus,
ò Viri pij, & docti, vt amicè, vt intelligenter, vt attentè audiamur à uobis.
Suſtinete adhuc modicum infantiam noſtram, dum de diuina hac ſimpli- H
citate uerba facimus, & eam ex ſacroſanctis pietatis noſtræ myſterijs, ocu-
lis ueſtris ſubijcimus. Quomodo poſſet magnus ille, uerus, & uiuus Deus,
illabi in hominis animam, quæ, & ipſa ſuapte natura Spiritus eſt, & ſub-
ſtantia ſimplex, atque incorporea, Quomodo poſſet tranſire per eam, in-
gredi ad interiora eius, diuidereque in ea id quod eſt ſpiritus, & id quod
eſt animæ, penetrare ad inuiſibiles illas compages, & medullas; circunda-
re ſibi eam, tanquam ueſtimentum, & ſub illius integumento induere
quoque carnem, & ſanguinẽ, quod ſemel fecit, dum Verbum Dei, Deus,





A caro factum eſt, & ſub Dei, & hominis forma, habitauit in nobis, Chri-
ſtus Ieſus; niſi, & natura, & perſona Dei, eſſet, ut diximus, ſpiritus ſim-
pliciſsimus, quo nihil ſimplicius cogitari poſsit, ad quem collata ipſa ani-
ma, uix ſpiritus, ſed craſſa quædam quaſi moles, & maſſa corpulenta ui-
deatur? Ingrediuntur ad nos Angeli, ſicut ſcriptum eſt, Ecce Angelus
domini, qui loquebatur in me; ſed illi ingrediuntur, vt animis noſtris
adſint, non ut inſint; vt ſuggerant, non ut ingerant; At uerus Deus, &
adeſt, & ineſt, & ſuggerit, & ingerit, quin, & infundit, & afficit, vt verè
angelus ſit potius cum anima, quàm in anima; Deus, cum anima, & in
anima; Ille alienus, hic intimus, ille quaſi hoſpes, & aduena, hic, vt ipſa ui-
ta; Quid ſi dixero magis intimus, quàm uita? Nimirum, qui & ipſam pe-
B netrat uitam. Spiritus omninò puriſsimus, ſimpliciſsimus, ſubtiliſsimus,
qui, de more in animas ſanctas ſe transfert, in quibus ampliſsimas ſibi
ædes, manſionesque, & palatia, cęlo ſublimiora, conſtituit, vt ſpatioſè ſi-
mul, & delicioſè eas inhabitet; quæ etiam amore, Deo ipſi cohærentes,
unus cum illo efficiuntur ſpiritus. Audiſtis diuinam ex Chriſto capite no-
ſtro, in quo Deus corporaliter habitat, ſimplicitatem; Audite nunc & ple-
nitudinem. An non omnium rerum pleniſsimus in Chriſto, Deus? Ec-
quid plenius Chriſto? in quo condita ſunt omnia, in quo conſtant omnia,
qui uerbo uirtutis ſuæ portat omnia, qui trahit ad ſe omnia, qui etiam di-
citur omnia; nimirum cui pater in manus dedit omnia, omnes uires, om-
nes uirtutes, omnia numina? Ob id enim euacuauit omnem principatum,
C & poteſtatem, vt nihil iam efficiatur in natura rerum, niſi in nomine eius,
quia ille eſt Arbor ſcientiæ, vnde omnis ſcientia; lignum uitæ, vnde om-
nis uita; paradiſus, vnde omnis gratia, diues propterea in omnes, qui in-
uocant eum. dans panem eſurientibus, aquam ſitientibus: imperans ma-
ri, & uentis, dicẽs ſpiritibus immundis, Exite, obmuteſcite. Rex per quem
omnes Reges regnant, Paſtor à quo nemo non paſcitur: Angelus teſta-
menti ſupra omnes Angelos; ſerpens contra omnes demonas, homo pro
omnibus hominibus: qui tanquam totius humani generis ſalutare fermen-
tum, tria illa ſata farinæ, tres inquam orbis partes, admirabiliter
impleuit, fermentauit, coagulauit; vt aliquando tandem, to-
ta hæc maſſa, purificata aqua, & excocta igne, efficiatur
D unus panis, tranſeat in unum Chriſtum, nec iam
ſint plures Chriſti, ſed unus Chriſtus, ſicut
& erit unus Deus omnia in omnibus;
quem laudabimus labio puro,
mundati ab omni ſor-
de; cui ſeruiemus hu
mero uno, in
una chari
tate.

## Vniuerſæ Theologiæ gentium, de veritate naturæ ipſius Dei, concluſio, & ſumma, Deus Verus, Actus purus. Cap. XVII. E

COGITIS me, ò communium ſtudiorum ſocij, & conſortes, immo verò, vobis quoque tacentibus, ipſa communicatio ſtudiorum, me compellit, vt de illa, vno ore, vno iudicio, omnibus philoſophis F deliberantibus, conſentientibus prolata ſententia, in qua omnis theologia gentium conſummatur, Deus eſt Actus purus, permulta, breuiter diſſeram ſimul, & iudicem. Rogo igitur, dum imperata facio; ante omnia, in mentem vobis veniat amabiliſsima illa muſica Seraphici concentus, & chori, qua ipſi Deo apud Prophetam, abſque vlla ceſſatione canitur, Sanctus, Sanctus, Sanctus. Quid eſt enim in græca lingua Sanctus, niſi Αγίος ἀνδῦ τοῦ; Αγους, ἀνδῦ τῆς γαίας, ſine ſcelere, ſine terra, hoc eſt vndique purus, & mundus, græcè Καθαϱὸς. Iam, quis ſcit, ſi, de more, philoſophi, vt res tanta ſuum ipſorum inuentum crede- G retur, ſanctitatem in puritatem mutauerunt; ſi inquam legentes in libris noſtris Sanctus, in ſuis ſcripſerunt Purus? Sed, vt vt ſit, iungamus dexteras, Deus verus, eſt ſolus purus, eſt ſolus Sanctus. Philoſophi Actum dicunt nos ſpiritum dicimus: nam ab ipſis quoque, actionis energia in hominibus, tribuitur Spiritui; & in monumentis noſtris æternis, legimus, Qui ſpiritu Dei aguntur. Deus ſolus eſt verè ſpiritus, Deus ſolus eſt verè actus; Spiritus, purus, actus purus, in quo nihil eſt impuri, hoc eſt, in quo nihil eſt quod non ſit ipſe: quia omnia aliquo modo ſunt impura citra ipſum: atque ideo, quicquid in Deo eſt, Deus ipſe eſt: cui, vt ſupra dicebamus, idem eſt eſſe, & hoc eſſe, Deus, & Deitas, operatio, & virtus; poſſe inquam, & agere, intelligentia, & intelligere, ſapientia, & ſa- H pientem eſſe, bonitas, & bonum eſſe, beatitudo, & beatum eſſe. Ecce nunc vobis loquor.

*Philoſophi, totoq́; vobis mihi pectore grator.*

Et tibi grates ago, ò ſumme Sol, quòd tantum illis lumen infuderis, vt dicere ferè potuerint id quod dixit dilectus tuus, dum teſtimonium perhiberet tuo Lumini. Deus eſt pura lux, in qua tenebræ non ſunt vllæ. Digna vox, ò Viri, Actus purus. Vox plena, veneranda, ſacra, cygnea, quam in extrema ſenectute, Philoſophus ille, ingenio, & neruoſa dicendi ratione clariſsimus, arte, & aureo eloquentiæ flumine admirandus, dum in



A in ea philoſophię parte uerſaretur, quæ naturæ eſt prima, diſciplinæ vltima, ſi non ſolus concepit, primus emiſit, effudit, protulit. Dignus profectò, quem in huius rei gratiam, appellemus, non tam Δαίμονα, quàm Δαήμωνα, & iuxta etymon proprij nominis Αρίςον καὶ τόλειον, denique, quod iuxta Fabium, res, & voces, tam aptè, ex vero, & ſecundum verum ſibi fingeret, Εὐφαντασίωτον. Cupiebat grandæuus Senex, vt illi, quos doctrinæ ſuperſtites relinquebat, Theophraſtus, Eudemus, Alexander, & omninò tota hominum poſteritas, cuius auræ, & ſcribendo, & philoſophando ſeruierat, intuerentur ipſum illud vltimum veſtigium, in quo pererratis tantarum diſputationum ſpinetis, tandem conſtitiſſet.

B Itaque, maturus & ſenſu, & annis, quum, Deo fauente, qui nemini ſalutem inuidet, non iam cœlum, & naturam, ſed diuinum numen, abs quo dependet, & cœlum, & tota natura, altiſsimè, meditaretur; vſus fęliciſsimo ſuauiloquentiæ compendio, duobus nominibus, Deum ipſum venerabundus laudauit, & magnificauit, vocans eum CAVSAM CAVSARVM, & ſcribens de eo ACTVM PVRVM. Eſt quidem apud omnes litterarum profeſſores, multarum ſignificationum nomen Actus; vt potentia, vt cauſa, vt principium; Verum enimuerò, nemo eſt iudicio tam hebes, aut ingenio tam rudis, & tardus, vt quum audit tribui Deo actum, materiæ potentiam, non intelligat protinus, vocem Actus, eſſe æquiſsimam, potentiæ turpiſsimam. Atque ideo, quis non ſtatim inferat Deum

C eſſe Actum purum, Materiam, puram potentiam? hoc eſt Deum omnifariam perfectum, materiam, abyſſum vniuerſarum imperfectionum; reliqua omnia, velut inter vtrunque extremum poſita, participare nonnihil actus, nonnihil potentiæ; nimirum, partim eſſe perfecta, partim imperfecta? Sanè verò, dubium non eſt, quin res ipſæ, quæcunque ſint, energia perficiantur, non virtute ſolum, vel poteſtate; vt propterea manifeſtum ſit, ſpectare ad perfectionem naturæ ipſas actiones, quæ, ſubſtantiuata voce, & actus, & acta dicuntur. Notum eſt illud Ciceronis, Quod ſi de vita mea, deque actibus meis, huic conuitiatori reſpondero: Et illud, per tranſlationem à fabulis, ad humanam vitam; Hæc (inquit) tibi reliqua pars eſt, hic reſtat actus, in hoc elaborandum eſt. Hinc apud poetas non con-

D temnendos,

*Adde actus tantos, monumentaq́; maxima rerum,* &
*Herculeos, conferre ſuis, iam deſinat actus.*

Quum ergo ita ſit, forma quælibet, tanquam vniuscuiusque rei prima perfectio, hac ipſa ratione, quia inde energia egreditur, iure cenſetur nomine Actus. Forma verò, ſuum ipſius eſſe largitur rei, quam format, & perficit, antequam aliquid operetur? nam in natura, calor dat eſſe calidum; in virtutibus, iuſtitia dat eſſe iuſtum, quod & ipſum, cur non dicatur Actus? non ſimpliciter, ſed ſecundo primus, per quem res dicitur eſſe in actu, & non tam materia, quàm ſubiectum. Secundus porrò actus,

eſt ille, in quo conſummatur ratio perfectionis; illa inquam ipſa actio, E
vel naturæ, vel uirtutis; calefacere, iuſtè agere; nam quæ operationem
antecedunt, & forma, & eſſe ipſius formæ in materia, ad habitum, ad po-
tentiam, & ad aptitudinem pertinent. Neque uerò ipſi communiter
tam laudamus equum bene aptum ad currendum, quàm bene curren-
tem. Vnde, & ille ipſe Ariſtoteles, opponere ſolet hæc duo, actum, &
habitum. Nam animam ipſam, quam uocat Actum primum, aſsimilat
ſcientiæ in hominibus dormientibus. Viuere autem, ſentire, moueri,
actus ſecundos, contemplationi uigilantium. Ecquanto artificio com-
poſuit uocem illam plenam concinnitatis, & attici leporis, Εντελέχεια,
quæ etiam mutata litera Ταῦ in Δέλτα, Ενδελέχεια dici, & ſcribi ſolet?
Quis porrò dubitet, quòd non multò magis competat in Deum, quàm F
in animam. Quid eſt enim Εντελέχεια, niſi uel Εντελοῦς συνοχὴ, uel ἐν
ἑαυτὴ τέλος ἔχουσα? Certè uero, hoc, & illud, magis multò proprium
eſt ipſius Dei, & in ſe ipſo, & in relatione ad totam rerum uniuerſita-
tem, quàm animæ, quæcunque illa ſit, ſiue in ſeipſa, ſiue in relatione ad
corpus, quod ab illa animatur. Ενδελέχεια autem, quid eſt niſi (vt Ci-
cero uertit) Perennis continuaque motio? (nam etiam in ſacris literis
iuge ſacrificium eſt Ενδελεχισμὸς) An non ergo etiam hæc ipſa uox, ri-
tè transfertur ad Deum, magis quàm ad animam? Nam, & Deus profa-
nis, animus eſt, vt ſacris eſt ſpiritus. Animus inquam eſt Deus, quo om-
nia ſpirant, mouentur, conſiſtunt. Quanta in nominibus, & uocibus
æquiuocatio, ò viri? Dolens digredior, quàm inopes ſumus uocum, & G
Græcarum, & Latinarum? Vix habemus unum nomen, quod paſsim
in omnibus ſententijs, non multis modis accipiatur? Eſſe, Eſſentia,
Subſtantia, Natura, Virtus, Materia, Forma, Simplex, Compoſitum,
Finis, Infinitum, Vnum, Verum, Bonum, Magnum, Paruum. Om-
nia hæc inquam nomina, quibus, quæ artes non indigent tanquam in-
ſtrumentis, & ſciendi, & loquendi, & agendi? Πολύσημα ſunt, mul-
taque, diuerſa, & diſparata ſignificant, non ſecus ferè, quàm Aries,
cuius uoce, & Ducem gregis ouium, & cœleſte in Zodiaco monſtrum,
& machinamentum bellicum intelligere, & ſignificare ſolemus. Plu-
res multò ſunt res quàm nomina, ò dilecti; nam res Deus fecit, Nomi- H
na homo impoſuit: atque ideo res abundant, nomina deficiunt. Sed
illud fortaſſe eſt magis dolendum, quod in ipſis etiam hominum no-
minibus, tanta ſæpe eſt æquiuocatio, ut in ipſis etiam hiſtorijs, à qui-
bus maximè ueritatem expectare oportuerat, plerunque errare coga-
mur, exiſtimantes de uno ſolum intelligi, & dici, quæ omnino ad mul-
tos eſſe referenda, ipſa tempora, & loca teſtantur. Quot enim Saturnos
legimus? quot Ioues? quot Hercules? quot Homeros? quot Mercu-
rios, vt prætercam Ogyges, Ninos, Belos, Phoroneos, Cadmos,
Proteos? An uerò non eſt, & æquiuoca, uox Aetas, Seculum, Annus,
Dies,



A Dies, Hora? Quin, & Olympus, & cœlum, & terra, & inundatio terræ,
æquiuocationem habent. Prætereo enim apud Theologos Fidem, Gra-
tiam, Legem, Peccatum, Sacramentum. Sed iam redeamus ad Actum,
& abſque æquiuocatione explicare nitamur, quid eſt, quòd Deus dici-
tur Actus purus? Nullum in primis corpus Actus eſt, tametſi habet actũ;
ideoque Actus purus non eſt, neque uirtus corporea; neque ea, quæ di-
citur virtus, aut corporis, aut in corpore. Hoc ſane tres formarum gra-
dus, agnoſcunt in natura, qui de ipſa natura philoſophantur. Corporeæ
autem virtutes, ſiue ad ſubſtantiam, ſiue ad qualitatem pertineant, ſi-
ue ſimplices, ſiue miſtæ, quæ nam ſunt, niſi illæ, quæ ad vniuerſæ mo-
lis magnitudinem, & ad ſingula quæque membra, parteſque, & particu-
B las, conuenientiſsima proportione, & commenſu, reſpondent? exten-
ſæ, ad extenſionem, & diuiſæ ad diuiſionem corporis; in magno corpo-
re magnæ, in paruo paruæ, maioreſque in maioribus, & minores in mi-
noribus corporibus. Hæc ſanè eſt definitio virtutis, quam corpoream
dicunt. Virtus porrò, quæ dicitur corporis, locum habet ſublimiorem
in natura rerum. Viſus enim, auditus, guſtatus, & unaquæque tam in-
trinſecus, quàm extrinſecus ſentiendi vis, virtus corporis eſt, & dicitur,
quoniam deſignato membro affixa eſt, & in illo hæret, ferè tanquam
nodus in tabula; &, ſi mauis, tanquam in ſubiecto accidens, quod ſepa-
ratum, niſi intelligentia forſan, non habet vbi nitatur, ideoque natura
ſua per ſe eſſe non poteſt. Anima tandem ipſius hominis, & ea præſer-
C tim particula, qua intelligit, & ſapit, in qua natura ipſa tota ſupremam
manum impoſuit, vt quæ aliam formam non habebat, cui eam tanquam
materiam pro dignitate ſubijceret; dicitur, eſtque re ipſa, non corpo-
rea, neque corporis, ſed tantùm in corpore uirtus. Non aſsiſtens qui-
dem homini, vt naui nauta, quin potius uerè formans, perficienſque
hominem intrinſecus, magis quàm vel figura ceram, uel lux aerem; ſed
tamen, neque parti, neque toti corpori humano innitens, quaſi ægens
illius ſuſtentando, & firmamento; vt propterea occidente homine, ip-
ſa non occidat, libera à morte, & à metu mortis: quæ etiam fracto car-
cere, quo detinebatur, euolans, tum maximè uiuit uitam liberam, per-
petuam, & nunquam interituram; vt porè, quæ dum incipit eſſe in cor-
D pore, non ab intus educitur, ſed à foris inducitur, vel producitur potius;
ideoque eſt in toto corpore, & in ſingulis partibus tota, neque, aut in ma
iori maior, aut minor in minori. An uerò anima humana, quæ uelut
nobiliſsima formarum omnium, nulla ratione cũ ſuo ipſius corpore per-
miſcetur, eſt Actus purus? Sed enim ſi nihil eſt, quod abſque corporis mi-
niſterio, & ope, quoad nobiſcum in noſtro corpore uiuit, operari ualeat,
quomodo eſt purus Actus? Adde uerò, quòd, & illa ipſa rerum ſepara-
tarum intelligentia, qua maximè, & corpori ſupereminet, & ſe ipſam
excedit, ipſo ſaltem initio emendicanda illi eſt ex rebus corporalibus.

Quanquam enim, vbi ad res diuinas aſſurrexerit, ipſa etiam corporum ſi- E
mulachra poſt terga relinquens, altiſsimè de ipſo Deo ſecum ſola philoſo
phatur, tamen quantùm eſt illi in hoc elaborandum, & contendendum,
vt propriæ uirtutis ſtudio, & adiutorio diuinæ gratiæ, alteram illam homi
nis partem, quæ uno nomine ſenſualitas appellatur, vel præmat, ne illi in-
ſultare poſsit, vel coherceat, ne euagetur, vel fugiat ne eam inquinet? Sic
ſanè euadit ſuperior corpore, vt ſpreto vſu non ſolùm rerum, ſed & ſen-
ſuum, ipſa ſibi ſenſus, ipſa ſe ipſam ſentiens, potens, libera, & pura, diui-
na meditetur, & intelligat. Dulcis planè poteſtas, libertas chara: ſed beata
eſt ſola puritas, cui uni datur, vt ſuo tempore præſto habeat, unde, & crea-
torem uideat, & creaturas; nempe increatum uerbum, in quo patrem uer
bi uideat, & creata per ipſum uerbum. Nimirum mundis corde promitti- F
tur, vt futuri ſint tandem aliquando docibiles Dei, nulla interueniente
creatura, ſolo beati Deo. Nunc enim exules, & peregrinatores orbis ter-
ræ, uerſamur omnes inter immunditias, & ſordes corporum habitantes in
ualle lachrymarum, vbi, vt liberè ſe ſe exerit ſenſus carnis, ſic, ò quantum
caligat oculus mentis. Ecquid mirum, ſi aduena æget ope indigenæ? ſi in-
quam, anima indiget corpore. Sed tranſiliamus impuritates, & ſordes
peregrinationis animarum noſtrarum. Certè, ſuperæ illę mentes, Angeli
Dei, Virtutes, & Poteſtates, non exules, uti animæ noſtræ, ſed ciues illius
Hieruſalem, quæ ſurſum eſt, quæ libera eſt, quæ eſt mater noſtra, quam-
quam ſunt ſupra omnia corpora, nihilominus ipſæ quoque, tam ab actu,
quàm à puritate degenerant; vt neque ſimpliciter Actus, neque ſimplici- G
ter puri, dici poſsint. Vt enim illud prætereàm, quod Angeli ſunt, hoc eſt
Nuncij inquam ipſius Dei, abs quo propter eos, qui hęreditatem capiunt
æternæ ſalutis, mittuntur in miniſterium. Actus enim ſe ſe per ſe ipſum
exerit, ipſe ſibi calcar, ipſe ſibi ſtimulus. Vt & illud taceam, quod fortaſſe
etiam corpora ætheria perpetuò circunferunt. Puritas uerò aliena & pror
ſus à corpore; tamen in uno quoque Angelo aliquid eſt, quod non eſt ip-
ſe Angelus. An non ita eſt? Quid hic dicitis, ò Viri docti? Philoſophi
quidem, Angelos à toto genere, intelligentias uocant: quod in eis maxi-
mè emineat intelligentiæ opus, ſcientia, & ſapientia: ſed, profectò, non
ſunt ipſi ſcientia, & ſapientia; ſolùm autẽ participant ſcientiam, & ſapien-
tiam. Deus, Deus ille eſt, de quo ſacra Oracula canunt, Deus ſcientiarum H
dominus eſt. Et iterum, Omnis ſapientia à domino Deo eſt. Fons ſapien-
tiæ eſt verbũ Dei; ex cuius inquam ore, omnes illi ſpiritus hauriunt quod
bibant; vnde ſaturi demum, & ebrij, refundant flumina ad inebriandas
glebas ſitientes terræ noſtræ, & ad lætificandam ciuitatem Dei, quæ in ter
ris militat. Primi porrò illi Hierarchiæ cœleſtis anteſignani, & duces, noti
ſanctis, ignoti profanis, quos utriuſque teſtamenti literæ Seraphim uocãt,
Actus ne puri ſunt? ſed ut cæteris longè, longeque antecellant, quoniam
ignes, ardores, flammæque uocantur, & tam puriores cæteris, quàm ignis
purior



A purior eſt alijs elementis; tamen non proprio igne ardent, ſed igne Dei,
& (vt verius loquar) igne Deo. Deus ipſe ignis eſt, quo igneſcunt, cuius
calore calent, quo urente urunt, cuius flammis inflammantur, & inflam-
mant; quo in ſe ipſis conſummati, in nobis quoque uirtutes cõſummant,
& peccata conſumunt. is ſi urere, ardere, inflammare, conſummareque
deſierit, iam non urent, non ardebunt, immò uerò ipſi in ſe ipſis nõ flam-
meſcent, ideoque nihil in nobis cõſument, nihil conſummabunt. Et quo-
modo uruntur, & ardent Seraphim, niſi amando? Quomodo urunt, &
inflammant, niſi accendendo ad amorem? ad amorẽ Dei; Deus eſt amor,
illi ſunt amantes. Quam purior amor amante? Verè igitur, verè Deus ſo-
lus eſt Actus purus, qui neque natura corpus, aut corporeus, neque uirtu-
B te adſcriptus alicui corpori, ſed neque in operationibus ſuis ullo modo
dependens à corpore, cõtra potius modis omnibus omnia ſupergrediens
corpora, & in corporibus, & in ſpiritibus abſque ullis uiribus corporum,
aut ſpirituum, ſicut illi libuerit operatur; exiſtens in omnibus rebus, nec
definitus; in omnibus locis nec circunſcriptus; in omnibus temporibus
nec mutatus. Actus purus. Potentia eſt propter actum, omnia ſunt pro-
pter Deum, potentia recipit, Deus agit, potentia exſpectat ſemper nouas
rerum acceſsiones, Deo nulla fieri poteſt acceſsio. Ecquid tandem eſt po-
tentia, niſi, vt Moſaicis uerbis utar Deus eſt omniũ rerum, abſque ul
la, uel permiſtione, uel compoſitione, perfecta plenitudo; an non igitur
Actus purus? Prima materia, quæ eſt prope nihil, eſt pura potentia; pri-
C ma forma, quæ eſt totum, an non eſt purus Actus? Ecquæ eſt prima forma
niſi Deus? Quàm abeſt à nihilo tam abeſt à potentia Deus uerus; nimirum
Actus purus, permiſcens & non permiſtus, limitans, & non limitatus, cõ-
trahens, & non contractus, finiens, & non finitus, totus & ex toto actus,
qui non eſt niſi actus, non huius uel illius, non hic, uel ille, ſed abſolutè,
& ſimpliciter Actus, Actus purus. Deus potentiam non abijcit, quum ſit
& ipſe potens: Sed, potentia, unde natura dicitur potens ad agendum, eſt
ex forma; hæc uerò que opponitur actui, non eſt ea, abs qua res dicitur po
tens; ea eſt potius, abs qua dicitur poſsibilis; nã id quod actu eſt, uerè eſt;
quod eſt potentia, non eſt, ſed eſſe poteſt. Illa eſt poteſtas, quaſi lucis in co
lores, quaſi ignis in aerem, quaſi artis in materiam. Hæc eſt quaſi terræ re-
D ſpectu cœli, quaſi corporis reſpectu animæ, quaſi materiæ reſpectu formæ.
Deus eſt ille Actus, qui ſi uelit deducit omnem potentiã ad actum, & re-
ducere etiam poteſt omnem actum ad primam, & puram potentiã. Actus
purus forma pura, Eſſe purum, Actio pura. Si autẽ purum illud eſt, quod
eſt contrariò impermiſtum, quid eſt dictu, Deus eſt forma pura, Eſſe pu-
rum, Actio pura, niſi Deus eſt forma non habẽs materiam, Eſt eſſe neque
inceptum, neque acceptum; eſt una, & continuata actio, ſine ceſſatione,
& ſine fatigatione? Actus purus; Actus actuum, virtus uirtutum, forma
formarum, perfectio omnium perfectionum; cuius cõparatione, omnis
S iiij forma,

forma, eſt materia; omne quod eſt, nihil eſt; omnis uirtus, eſt infirmitas; E
omnis energia, eſt ipſa oſcitantia. Actus purus, perfectio pura, expers om-
nis imperfectionis, abſque ulla menſura, & modo, perfectionem omnem
habens, & continens; pluſquam perfectus; ipſa perfectio; perfectione ſu-
perior; princeps uniuerſæ perfectionis; qui propterea non intelligitur
niſi à perfectis. Viri, qui ſunt perfecti, niſi integri, Αμώμοι, puri? Ecqui
ſunt puri, niſi mundi, & ſancti? Purum non uidetur ab impuro: ſanctum
non tangitur à profano: poſſideamus ſanctimoniam, purificemus corda
noſtra, vt uideamus Deum; quo nihil poteſt uideri purius, quo nihil po-
teſt uideri ſanctius. Cuius eſt illa uox, Eſtote ſancti, quia ego ſum ſanctus.
Ad quem, ipſi quotidie dicimus, Tu ſolus ſanctus.

F

## *Vt nihil purius, ſic nihil pulchrius illa ipſa vera, & propria natura Dei.* CAP. IXIX.

SEd ea, Animæ illuſtres, poſtquam, nihil hic ma-
ius dicere poſſumus, quod panegyricum impleat
diuinæ pietatis, ſanctitatis, ſimplicitatis; tranſea-
mus, quod iam ratio, & tempus exigit, ad celebran-
dam eximiam illam diuinæ naturæ ſpeciem, deco-
rem, uenuſtatem, pulchritudinem. Vt, dum puri-
tas, quaſi ſolis candor, pulchritudo quaſi ſplendor, G
inuicem ſermone miſcentur, nitidiſsimam nobis
exhibeant imaginem tanti Solis; in quem conijcientes oculos noſtros,
non iam lumen, ſed lucem, lucem inquam non fumoſam, ſed puram, &
ſynceram in ſe ipſa uideamus. Et, qni impuri, & fœdi ſumus, puri, &
pulchri eſſe deſyderamus; amantes illam pulchram pulchritudinem; ip-
ſius amoris uirtute, pulchri primùm efficiamur; tum Deo iuuante, cui
pulchra placent, fœda diſplicent, in mandatis eius cupiamus nimis; dila-
tato corde ambulantes, properantes, currentes in uia immaculata, vt aſ-
ſequamur brauium æternæ uocationis, quod non datur niſi puris, & pul-
chris. Nemo enim exiſtimare debet (ut hinc auſpicemur honores diui-
næ pulchritudinis) aduerſari, & repugnare purum pulchro, pulchrum H
puro, quaſi, è regione poſita ſint pulchritudo, & puritas, & illa quidem
ſit corporum, hæc ſpirituum: illa pertineat ad compoſitionem, hæc ad
ſimplicitatem: ſitque propterea ratio pulchri indigna Deo, in quem ue-
riſsimè competat ratio illa multò ſublimior ſummæ puritatis, & ſimplici-
tatis. Non ita eſt, ò viri, non ita. Sanè legimus, ſplendorem, pulchritu-
dineq; uirtutis, legimus pulchrè dicta, pulchrè facta, pulcherrima conſi-
lia, ſtudia, officia, legimus & pulchras, atque beatas cogitationes. Roma-
nus philoſophus, quæ corporum maximè ſunt propria, Vires, Robur
Neruos,



A Neruos, Valetudinem, Velocitatem, Morbos, Aegrotationes, adde Pul-
chritudinem, & fœditatem, eadem tribuit, & animis noſtris. Plato pul-
chritudinis, non ſolùm, vt cæteri quique amans, & amicus, ſed amator
ſupra cæteros, vt illos quos amabat tanquam pulchros, ſtudio, & amore
ſapientiæ redderet optimos, dolebat ſæpe ſæpius hunc in modum: Heu
ò Mortales. Quum oculorum in nobis ſit ſenſus acerrimus, cur pulcher-
rimam illam ſapientiæ faciem non cernimus, quæ ſi uideretur, ò quam ad-
mirabiles in animis noſtris excitaret amores. Denique, omnis illa quæ dè
moribus eſt philoſophia, quaternã illam honeſti faciem ita depingit, ut ſi
etiam illam omnes homines ignorarent, aut ſcientes, & prudentes obmu-
teſcerent in ſuis laudibus, ipſa tamen ſua ipſius pulchritudine, & ſpecie eſ-
B ſet laudabilis, & admirabilis. Quod quum intelliget Maro, honeſtam il-
lam pro patria mortem, tanquam glorioſam, pulchram appellare non eſt
veritus: Notum eſt carmen Vergilio dignum.

*Pulchramq́; vetunt per vulnera mortem.*

Porrò ſacræ literæ, unde omnis rerum ſcientia petenda eſt, animas dile-
ctas Dei, claras, & inſignes uirtutibus, non'ne appellant pulchras?
Quid? candidiores niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore, antiquo;
ſaphyro pulchriores. Ecquis eſt qui non legerit; Tota pulchra es, &
ò pulcherrima mulierum, &, ſi te ignoras, ò pulcherrima inter mulie-
res? Moſes autem, quo nullus unquam ſapientior, quum introducit ſan-
ctum illum & amabilem ſenem, cui olim diuinam pulchritudinem fa-
C cie ad faciem uidere licuerat benedicentem natis, & natis natorum in
mille generationes, non'ne ex ore illius, appellat diuinas laudes eloquia
pulchritudinis? Sed, heus tu, quicunque es, qui animis das puritatem,
negas pulchritudinem; corporibus tribuis pulchritudinem, adimis pu-
ritatem; Aurum, pulchrum non'ne dicitur, & uerè eſt; purum, putum,
quum expurgatum, excoctumque fuerit, & detracta aliena omni mate-
ria emaculatum, & candefactum, ita ut ſit merum; & uerum, dignum
quod appelletur obrizum, coronarium, philippæum? Quòd ſi ita eſt,
cur & animus purus, putus, purificatus inquàm à ſordibus, quæ illi in-
ſunt ex commercio, & uelut contagione corporis; peregrinæ enim ſunt
labes animo, natiuæ corpori, perinde ac fęces illæ, quæ ex ipſius terræ fodi
D nis inhærent auro; cur inquam ſi eſt purus animus, nó dicatur & pulcher?
Hinc ſanè dicuntur pulchri amores, defęcati, puri; & in ſacris literis, pul-
chra dilectio, pulchræ uiæ, pulchri greſſus, pulchra tabernacula pulchri-
tudo inquam uirtutum, laborum, actionum, meritorum, an non ſunt
& præmia pulchra? nempe quod apud Salomonem legimus Pulchritudo
pacis. Quum enim communis quædam ſit animorum conceptio, apud
omnium ordinum homines, ipſius pulchritudinis nomine, ſignificari
gratioſum aliquid, ſeu gratiam quandam, quæ pelliciat intuentium
animos ad amorem, & dilectionem; ſicut tres gratias, quæ & Charites
anti-

antiquitas ipſa figurauit; ſic in ipſa natura tres eſſe rationes pulchritudi- E
nis, quibus quàm maximè ad amandum inuitamur, philoſophia docet, &
exemplis res ipſa declarat. Vnam quæ coloribus, & lumine blanditur ocu
lis, Alteram, quæ ſonis, & vocibus mulcet aures, Tertiam, quæ exuperans
omnem ſenſum, animos reficit, & ipſa ſola mente percipitur, Heſpero, at-
que Lucifero formoſior, atque etiam ſine fine iucundior uniuerſa harmo
nia, & muſico concentu ſphærarum cœleſtium. Verum enim uerò, audite
quæſo omnes: Quemadmodum illi, qui oculis, & auribus carent, de colo-
rum, & vocum gratia, atque pulchritudine iudicium ferre non poſſunt;
ſic illi, qui (vt cum Cicerone loquar) de poteſtate exierunt, qui (inquam)
mentem non habent, qui non alio duce, quàm ſenſu uiuunt, de incorpo-
rali illa pulchritudinis gratia, quæ ſenſum refugit, quomodo uel diſputa- F
re, vel pronunciare poterunt, niſi ad mentem redeant? Et omninò quidē,
animus à corporali pulchritudine extra ſe (ſi ſic fari licet) & fertur, & ra-
pitur, at ſpiritalem pulchritudinem, iudicaturus, vt qui & ipſe ſpiritus eſt,
ad ſe reuertatur oportet. Dic mihi iam, ò bone vir, an non mentem pro-
tinus exuiſti, quum negaſti Deum eſſe pulchrum, ne negares eſſe purum?
Profectò uerò, quàm ſimiles ſunt uoces Purum, Pulchrum; nam, & ſimi-
liter incipiunt, & ſimiliter cadunt; tàm in illa ipſa diuina natura, quæ (ut
toties diximus) unum eſt, & omnia, eadem res ſunt, tametſi nonnihil ra-
tione diſtinguuntur, puritas, & pulchritudo. Vt propterea Deus ſit, ſicut
purus ita pulcher, ſicut pulcher, ita purus, immò uerò ſit purus, quia pul-
cher, ſit pulcher, quia purus. Quòd ſi in lingua Latina Purus, eſt mundus, G
integer, & abſque omni admiſtione ſordium; ſi in lingua Græca, Sanctus
eſt ſine terra, & ſanctus ſanctorum, ne vmbram quidem habet terræ; Si
philoſophis ipſis, Actus, ſpecies, & forma eſt, energiaque, & entelechia,
vnde materia, res per ſe fœda, & deformis, decus accipit, ſplendoremque,
& pulchritudinem; quàm putamus apud omnium linguarum, & gētium
ſapienteis Theologos, ſit pulcher ipſe Deus? quàm ſpecioſus, quàm deco-
rus? ſine terra, ſine corpore, ſine materia, totus Actus, totus ſanctus, to-
tus purus, non ſolùm continens omnem pulchritudinem, quaſi rebus pul
chris grauidus, ſed eminens omni pulchritudini, tanquàm uerè ſupra om
nem pulchritudinem pulcherrimus. Eminet autem omnibus rebus pul- H
chris, & uniuerſæ omninò pulchritudini, multò magis, quàm lux eminet
coloribus, quàm centrum eminet lineis, quàm cœlum eminet elementis.
Quid dico eminet omni pulchritudini, & non potius eſt ipſa eminentia
omnium pulchritudinum? Ipſe pulcher, ipſe pulchritudo, pulchrum om
nium pulchrorum, pulchritudo omnium pulchritudinum. Citra Deum,
pulchritudo, eſt, rei pulchræ, quaſi flos, quaſi apex, quaſi corona; gratia
(inquam) decus, ſplendor, ornamentum: Aliud eſt enim pulchritudo,
aliud res pulchra: At uerò in Deo, non differt pulchrum & pulchritudo;
Vt propterea, non ſolùm nihil ſit pulchrius, ſed ſine eo nihil ſit pulchrū;
& cu-



A & cuiuſuis pulchri tanquàm pulcher, & omnium ſimul pulchritudinum,
tanquam pulchritudo, ſit eminentia, culmen, excelſitas, decus, ſplendor,
ſpecies: hoc eſt, flos florum, gratia gratiarum, iucunditas iucunditatum,
ſuauitas ſuauitatum: Nimirum, Idæa, & exemplar, vnde ducuntur, quo
referuntur, & vbi ſplendent omnia pulchra. Grauiſsimè inter gentes,
apud Socratem indoluit philoſophia amoris, quòd hominis animus, dum
olim ſolutus, ac liber, ſuper æthera ſpatiaretur, inter admiranda illa ſpe-
ctacula, quibus paſcuntur cælites in conuiuio Deorum, cum ingenti gau-
dio, aſpexerit, perſpexerit, amaueritque ipſum pulchrum, purum, inte-
grum, diuinum, immortale, ineffabile; ſed coniectus in carcerem, detru-
ſus in hoc ergaſtulum, in hoc inquam terrenum corpus, & loco, & condi-
B tione effectus ſe ipſo minor, addictus vitæ incertæ, confuſæ, tumultuariæ,
inter tantas perturbationes, labes, ſordes, uix reminiſcatur naturæ ipſius
pulchri, quid nam uiderit in pulchro, quid ſit uerè pulchrum. Et profe-
ctò, pijs omnibus, vt ipſi uera loquamur, dolendum eſt, quòd illa ipſa di-
uina pulchritudo, tanquam uaſtiſsimus quidam fluuius, in ſuo ipſius fon-
te puriſsimus, pleniſsimus, gratioſiſsimus, hoc ſanè titulo, ornauit Dio-
nyſius pulchritudinem, Ὡραιότητα, κεχαριτομένην, plenam gratiarum;
ex ipſo Deo ad Angelos, ad animas, ad cœlos, ad elementa, ad mundum
uniuerſum, ad ultimæ quoque ſortis naturas, ſenſim deſcendens, quò ma-
gis ingreditur mare, & inferiorum corporum contrarijs inuicem qualita-
C tibus, velut undis, fluctibus, æſtibus, procellisque miſcetur, eò magis anti-
quam deſerere uideatur puritatem, & ex fluuio deſinere in fluentum; vſ-
que adeò, vt, ne à peritis quidem maritimæ nauigationis hominibus, niſi
confusè, internoſci poſsit, dum non uident niſi leues aquarum aſpergi-
nes, easque non tam aquei, quàm ſpumei coloris, litori inerrantes, admi-
ſtas humi, & alienæ materiæ. Sed enim, ſi perlucidos illos liquores, memo
ria ſaltem retineremus, quum incideremus in res, quæ nobis pulcherrimè
uiderentur, repetentes animo paternum illum amnem, ex illius imagine,
diſtingueremus fœdum à pulchro, quod pulchrum apparet, ab eo quod
uerè eſt pulchrum; & ad illum ipſum perennem veræ pulchritudinis fon-
tem Deum, aſſurgeremus, clamantes
D

*Ades pater ſuperne,*
*Patriſq; ſermo Chriſte,*
*Pulchrum pulcherrimus ipſe*
*Mundum mente gerens, ſimiliq; imagine formans.*

Vlyſſes ille, ò Viri, cuius uitam, & res geſtas, tanta cum laude ſcri-
bit Homerus, tot annos extorris à patria, à patria inquam, quæ illi
dedecus, cui ille decus fuit, ita ſemper eius memor erat, ut in reditu,
quum primum

*Summa procul vidit ruris fumantia tecta,*

dulcem, & charam Ithacam recognouerit, exultauerit, & blando amo-
re ce-

re cecinerit; O` dulcis patriæ fumum, quibuſuis alijs ignibus multò ſplen- E
didiorem

*Ω τῆς πατρίδος καπνὸς λαμπρότερος ἄλλους πυρός.*

Nos porrò quum genus Dei ſimus, ille enim eſt nobis pater, & patria, vn-
de omnia bona accipimus, cuius non ſolum fumos, ſed ſplendores, & lu-
mina uidemus, dies, & noctes; ipſius tamen prorſus obliti, obliti & ſplen-
dores natalium noſtrorum, vt pote peregrini, à nobis ipſis, in totum extra
nos poſiti, viuentes in concupiſcentijs, & uanitatibus ſæculi huius, eò cæ-
citatis prolapſi ſumus, vt quę oculis corporalibus pulchra videntur, & ani-
mos noſtros pulchritudinis ſimile fallunt, præter omnem modum diliga-
mus, pendeamusque ab illis, tanquam ſtupidi, & admirabundi; veram au-
tem pulchritudinem, quæ non, niſi, in reditu animæ ad Deum, percipi F
poteſt, pulchritudinem inquam parẽtis noſtri Dei, & animarum noſtra-
rum, pariter ignoremus; ſimiles pueris, qui in ſordido rure procul à pa-
rentibus æducati, procedente ætate, inepti, inculti, ſubruſtici, ſemibarba-
ri, & vſque adeò degeneres fiunt, vt ne ſe ipſos quidem, neque ſuos ipſo-
rum parentes agnoſcant. Et, ò quàm ſæpe mirantur lapidem pro Iaſpide,
lignum nigrum pro Hebeno, orichalco pro Auro? Pulchra quidem ſunt
multa, O` Mortales; Sed illud ipſum pulchrum cuius participatione pul-
chra ſunt quæcunque pulchra, dicam Græce Τὸ *καλὸν* non eſt niſi vnũ.
Cui ſi commercium eſt aliquod in terris, maximè profectò apparet in ho-
mine, quo nihil pulchrius, nihil ſpectabilius, habet orbis terrarum; quan-
quam pulchritudo humana, ſicut non eſt unius gradus, neque collecta in G
unum; nam inter homines hic eſt pulcher oculos, ille manus, hæc ulnas,
illa talos; ſic non eſt unius generis. In viris enim (quod à Cicerone nota-
tum eſt) dicitur Dignitas; In mulieribus, Venuſtas. Quum ergo natura
noſtra, & animo cõſt[illegible]t, & corpore; cunctaque & ſingula, quæ ad nos per-
tinent, uitam, ſanitatem, uirtutem, felicitatem tribuamus homini toti, hoc
eſt, non corpori ſolum, neque ſolum animæ, ſed utrique potius; certè ad-
miratione magna dignum eſſe uidetur, quod hanc ipſam pulchritudinẽ,
Dei donum tam eximium, tam conſpicuum, iucundum uiſu, auditu gra-
tum, omnibus ſenſibus carum, honeſtum poſsidentibus, aſpicientibus
forſan etiam inuidendum, neglecta prorſus anima, arbitremur non perti- H
nere niſi ad corpus, ad colores, ad lumina, ad lineamenta, ad figuram, ad
uigorem, ad decorem, ad proportionem, & ad ſymmetriam humanæ cor-
poraturæ. Et uerò, vnde inſunt corpori uniuerſæ hæ Carites, quibus con-
ſtituitur ſiue virilis, ſiue muliebris pulchritudo, niſi ex ipſa hominis ani-
ma? Cadauera indicant: Indicat & morientis hominis cadaueroſa illa fa-
cies (Medici Hippocraticam dicunt) in qua, ob fugientem animam, ui-
deas cõcauos oculos, collapſas genas, demiſſa tempora, patulas nares, pro-
minentes aures; adeo nihil iam ſupereſt pulchritudinis, nihil decoris, ni-
hil gratiæ, etiam ſi inter uiros ſit Abſalon, Bellorophon, Alcibiades, An-
tinous,



A tinous, aut etiam ille ipſe Priami filius, qui iudicauit de pulchritudi-
ne Dearum; inter mulieres autem, ſit illa peccatrix *ἀνωνύμος* quæ com-
muni antonomaſia pulchra appellabatur; ſit Io Inachi, filia, Erco,
Seſtias aut Tyndaris illa meretrix, ob cuius pulchritudinem decenna-
li bello omnis Aſia, Græciaque conflixit. Teſtamur Ilion, Teſtamur
Pergama.

*Et campos vbi Troia fuit.*

An uerò non celebre eſt, pulchros appellari Formoſos? Vnde autem
ducitur formoſitas niſi à forma? Et quid eſt formoſitas, niſi uis, & præ-
ſtantia formæ, vt generoſitas, indoles, & claritudo generis? Omnino
enim uox ipſa, diuinum, & imperioſum aliquid ſignificare uidetur: im-
B perium inquam regnantis, & materiam uincentis, ac ſuperantis formæ:
Vt propterea res, in qua forma non præualet, vt uires oſtentet ſuas, ni-
mirum materia, vel non ſuſtinente uim formæ, vel ineptè ſuſcipiente
formam, dicatur deformis, non formoſa; adde neque ſpecioſa; nam hoc
eſt proprium nomen formæ Τὸ *εἶδος*, Species, vnde Specioſitas, Spe-
ctare, & Specimen. Quę ſanè, quoniam ad oculos referri uidentur, pla-
ne docent deformia indigna eſſe oculis, formoſa uero, & pulchra, eſſe
ſpectacula oculorum. Et quidem cur undique ab omnis generis homi-
nibus (Iudęos unos excipio) concurritur ad ſimulachra, ad imagines,
ad ſtatuas ſpectandas, admirandas, vſque ad inſaniam adamandas, niſi
quia pulchritudo, quę omninò ad formam pertinet, quę in ipſa formę,
C perfectione, dominioque conſiſtit, multò facilius, artificio Parrhaſij,
Praxitelis, Apellis, & Zeuxidis, in aere, in marmore, inque tela, & li-
gno, fingi poteſt, quàm, vllis unquàm temporibus, in carne, alicui ſi-
ue uiro, ſiue mulieri, ab ipſa natura contigerit. O` formoſę puer, ne in-
tumeſce quęſo. Pulchrum quidem corpus, eſt & formoſum, neque pro-
fectò, ſi formoſum non eſt, pulchrum, aut eſſe, aut dici debet; At ue-
rò, non continuò pulchri omnes, qui formoſi. Maius quidpiam ha-
bet pulchrum ipſum, quàm illud decorum, & honeſtum quod ue-
geto colore, membrorum congrua diſpoſitione, ordineque, & pro-
portione continetur, in quo conſiſtit communis ratio formoſitatis; vt
D in quam inter ſe ſe omnes partes iucunda quadam concinnitate, & mi-
ro ſuauitatis lepore conſentiant. Magna eſt hęc gratia, ſed exiguo,
atque anguſtiſsimo uaſculo contineri utcunque poteſt; at uerò, pul-
chritudo ipſa, talis, ac tanta eſt, quę in ipſis formoſis corporibus
admirabilitas eſt formoſitatis, ut niſi auguſta corporis magnitudo
eam capere, & ne ipſa quidem tota, in modica corporis magnitudi-
ne, prodire foras, & ſe ſe exerere omnino non ualeat. Ob id, apud
Poetas nobiles, dum celebrant uiros pulchros, ubique canitur os ma-
gnum, pectus magnum, magnum caput, manusque & pedes magni. Et
in ipſa quidem arte ſtatuaria ingentes illos coloſſos, qui ex ęre, ebore,
lapide,

lapide, erigebantur Dijs, & heroibus, appellamus pulchros, mediocres au- E
tem ſtatuas ex eadem materia, & eadem etiam manu laboratas, quanquam
cum rudi & indocta plebecula, minus pulchras, ipſi quoque dicere conſue
uimus; illi tamen qui cum ſapientibus ſapienter, proprieque loqui didice-
runt, vno formoſitatis, non pulchritudinis titulo dignas putant. Res por-
rò in ipſa natura eſt manifeſtior; vnde pictoribus, & ſculptoribus exem-
pla ducuntur. Neque enim inepta eſt illa Didonis percunctatio, aut
admiratio

*Quantus Achilles.*

quæ haud dubiè referenda eſt ad ipſam corporis magnitudinem, quam, in
ſuæ ipſius pulchritudinis teſtimonium, ſeptem cubitorum fuiſſe, hiſtoriæ
referunt; vnde illi inditum cognomen Επτάπυχης. Quid, quod & ſacræ li- F
teræ, vbi de Saule illo, primo Iudeorũ rege, loquuntur. Non erat (inquiunt)
vir pulchrior illo; Ab humero, & ſurſum, eminebat ſuper vniuerſum popu
lum. Vnde & Maro, de alio Achille latio ſcripſit.

*Vertitur arma tenens, & toto vertice ſupra eſt.*
*Sed cunctis altior ibat.*

*Anchiſes.*

An verò, non apud eundem Maronem, legimus

*Diana pharetram*
*Fert humero, gradiensq́; Deas ſupergreditur omnes.*

Vt ſilentio prætercam deſcriptionem famæ.

*Ingrediturq́; ſolo, & caput inter nubila condit.* G

Sed, heu, quàm ab alto cecidimus; à ſuprema pulchritudine quæ Dei eſt,
ad infimam pulchritudinem, quæ eſt corporum. Reuertamur ergo, &
concludamus. Si pulchritudo in hominibus, eſt ab ipſa anima, & omni-
no, in quouis corpore, eſt ab ipſa forma, Deum, qui ferè eſt animæ ani-
ma, & omnium viuentium vita, qui eſt forma formarum, &, pater, non
ſolum principalium earum, quas intelligimus animo, ſed illarum quo-
que, quarum velut indoles, eſt formoſitas, quam corporalibus oculis vi-
demus; Deum ipſum inquam, oportet eſſe vſqueadeo pulchrum, vt,
ad illam ipſam diuinæ pulchritudinis ſpeciem, comparata pulcherrima
quæque, non ſolum pulchra non ſint, ſed ne formoſa quidem, immo
neque formata; Quid? deformia ſint, immunda ſint, ſint prorſus tur- H
pia, fœda, fetida, ſordida, ſquallentia, triſtia, ingrata, luctuoſa. Ita eſt, Ita
eſt, O Pulchri.





A *Solus Deus Pulcher; Quæ Pulchritudo Dei; qui radij & ſplendores, imaginesque & vmbra illius tantæ pulchritudinis.*

*Cap. XIX.*

DISCE iam, qui in corpora ruis, qui corpora deperis;
diſce Corydon, diſce homo quicunque es, fieri
non poſſe, vt ſit vel obiectum veri amoris, vel ſu-
biectum veræ pulchritudinis aliquod corpus. Sa-
B nè, eunt in orbem, orbemque conficiunt, pulchri-
tudo, & amor; Non eſt pulchritudo ſine amore,
non eſt amor ſine pulchritudine. Magna vis pul-
chritudinis, magnum numen vt hinc incipiamus.
O viri; quæ, amorem incitat, quo omnia incitantur; quæ, amori imperat,
cui nihil non paret; quæ, ſibi ſubijcit regnum amoris, qui, apud prophanos
poetas, ſubactos, & bello domitos, ad currum trahit, populos, Reges, Phi-
loſophos. Non petit amor opes, non voluptates, non honores, petit vnam
pulchritudinem; non mouetur niſi ad pulchrum, non quieſcit niſi in pul-
chro. Crœſus deſyderat opes, Ageſilaus honores, Epicurus voluptates;
C non eſt hoc deſyderium, amor: Amor, eſt deſyderium pulchri; pulchrum,
eſt ſcopus, pulchrum, eſt finis ipſius amoris. Si alio dirigis arcum, O bone,
quàm in pulchritudinem, fruſtra depromis ſagittas, fruſtra iacularis arcum,
vt per cœlum auras diuerberes; putas te amare, ſed verè non amas, ſi non eſt
pulchritudo, id quod amas. Colorata ſunt quæ videntur; ad ſonos, ad vo-
ces pertinent quæ audiuntur; calida, frigida, ſunt, quæ tanguntur; Pulchrũ
ſit, neceſſe eſt, quod amatur. Alia quæcunque, deſyderare, cupere, concu-
pere poſſumus, pulchritudinem ſolam amare poſſumus. Latent interdum
multa, quæ in rebus præſtant, & antecellunt; at, ſola pulchritudo, latere
non poteſt, &, mox viſa, placet, & vim indicans ſuam, diſplicere omnino
non poteſt. Hæc eſt natura pulchri, hæc ratio pulchritudinis, vt, qui illam
D vix ſenſerit, illius amore, & deſyderio, penitus inardeſcat. Quanti eſt ipſum
pulchrum, vt ſolus ſit eo dignus, primus ille animi affectus, vnde alij omnes
ducunt originem, qui eſt amor? Quanti eſt, & res, & nomen amoris, vt eo
non ſint digna, niſi pulchra, delicata, perfecta beata? Itaque reſupinandus
eſt tibi vultus, ὦ φιλόκαλε; non in terram, neque in fontem ſalientem è
terra, O Narciſſe, defigendi ſunt tibi oculi; aſpiciendum eſt ſupra cęlos;
Inde, petenda eſt tibi aqua viua; illic eſt fons pulchritudinis, vnde omnes
riui deſcendunt; illic ſit fons, & finis amoris, in quo omnes amores, & om-
nia etiam deſideria, conquieſcant. Quoduis corpus ſignaueris, illud erit hac
parte pulchrum, illa parte non pulchrum; hodie delicatum, cras non delica-

tum : Omnino uero, non ex ſe ipſo, ſed aliunde perfectum, &, menſura E
quadam, ac portione beatum. Incorporalis, Deus eſt, qui eſt ſolus pul-
cher, ſolus delicatus, ſolus perfectus, ſolus beatus; atque ideo, ſolus ſu-
pra omnia, ſine fine, & ſine modo, amandus. Ecquid tam delicatum,
quàm, quod ex toto ſanctum, & purũ? Quid tam perfectum, quàm quod
primum, & vltimum? Quid tam beatum, quàm quod omne bonũ? Hoc
eſt ergo ſimpliciter pulchrum, & ſolum pulchrum; cuius intuitu, aman-
da ſunt omnia; quia & illius participatione, pulchra ſunt omnia. Illud eſt
amare, quod propter ſe diligere, atque ideo frui: ſunt multa, quibus uta-
mur, at, quo fruamur, non eſt niſi Deus. Quam doctè, & lepide dixit Pius
ille pater, Amor currit per deſyderium, & requieſcit per gaudium? iam, F
in quo eſt uera requies, in quo eſt uerum gaudium, niſi in Deo? Ergo, non
currendum niſi ad Deum, & nihil amandum niſi propter Deum. Vt ue-
rè, Deus ſit obiectum amoris; & (vt ipſi quoque Philoſophi dicunt) de-
ſyderatum & Amatum; Hamatum inquam, hamo inſtructum, & muni-
tum, ad trahendos nos, in ſagenam ſui amoris. Quid dico inſtructum ha-
mo, & non hamis? Pulchritudine, iucunditate, ſuauitate, gratijs, fragran-
tijs, ſpiritibus, odoribus amoribus. Eſt totus hamus, Deus, vt trahat, ra-
piat, teneat, noſtros amores, noſtras animas. Sol, ad te ſcribit flores, Lu-
na, aquas; Magnes, ferrum; Sulphur, ignem; Magi, per uapores, nume-
ros, figuras, trahunt rem ad rem, herbam ad herbam; Oratores, per uim
eloquentiæ, trahunt populos, reges, ſacerdotes, græcos, barbaros, ſapien- G
tes, inſipientes. Deus, per ſuam ipſius pulchritudinem, in magno hoc, &
publico, quod, ad ſui ipſius gloriam propoſitum eſt, mundi ſpectaculo, in
quo nihil eſt, non aliquo modo pulchrum, ſicut nihil eſt non aliquo mo-
do bonum, trahit animas hominum. Quæ, ſanè, aſpicientes hoc ipſum
tantæ uniuerſitatis corpus, tam inſigni, & iucundo uarietatis ornatu, tam
eleganti atque egregia compoſitione, condecentiaque compactum, cu-
ius etiam ſola figura, olim diuino iuſſu depicta in ſacris Aaronis ueſtibus,
omnium in ſe intuentium oculos rapiebat; cum ſummo illo gentiũ Phi-
loſopho, qui, unus, ſe ante omnes uenatum dixit, vtinam uerè renatus
fuiſſet, ante omnia exclamant, *ὦ κόσμον, ὦ κόσμησιν*. Tum, laudantes
Deum, tanquàm uniuerſæ huius pulchritudinis architectum, & tanti or- H
dinis, quo nihil pulchrius, iucundiusque, & mirabilius excogitari po-
teſt, ducem, & imperatorem, *ἐμφατικῶς* cum Platone dicunt, *ὦ μεγάλον
κοσμήτορα*. Sanè, & Homerus, duces bellorum, ob id, quod ordines
ducant, inſtruantque acies exercituum, quæ, oculis intuentium, pulcher-
rimum ſpectaculum præbent, uocat *κοσμήτορας*. Profectò uerò, hæc
ipſa, tantarum rerum, tam ſumptuoſa moles, tam compoſita, tam appa-
rata, tam digeſta, alta, ingens, & operoſa nimis, quid eſt aliud, quàm ue-
rè *κόσμος*, ampliſſimus quidam, & pulcherrimus ornatus: Cuius autem
ornatus, niſi ipſius Dei? qui, non in ſeipſo quidem, vt potè æternum de-





A corus per ſe ipſum, ſed tamen extrinſecus, tanta pulchritudine magnifi-
cè exornatur, & apparatur; Nam, & Pontificum amictus, & familiæ il-
luſtres principum, Regum palatia & templa, imagines, inſignia, coro-
namenta, quin & præclara quæque facinora magnorum uirorum, dicun-
tur ornamenta honoris, & monumenta gloriæ. O' viri, digni Deo, Si-
quis apud uos eſt, tam frigidus, tam ſtupidus, vt ſeipſum excitare non
poſsit, ad conſyderationẽ illius tantæ pulchritudinis, excitate illum vos,
date illi manus, aperite illi oculos, eſtote illi indices, & uindices, dici-
te, Ecce hic mundus, quo nihil mundius, nihil pulchrius, nihil elegan-
tius uideri poteſt, pulcherrimarum rerum nexus, officina, & recepta-
culum; complectitur elementa, omnium corporum fundamenta, & ba-
B ſes; continet metalla, lapides, & uermes quoque, inteſtina terræ; claudi-
tur duobus cœli hemiſpherijs; Sole, & Luna deſuper rutilantibus; ſpiri-
tu, & uitali quodam quaſi calore penetrante per omnia; intra, habitato-
res habet homines; circa, cuſtodes, adminiſtratoreſque Angelos, ſupra,
præſidem rectoremque Deum; perfuſus eſt omnigenis coloribus, præ-
ſertim uerò, incredibili hoc, quem uides, iucundiſsimæ lucis decore, &
gratia; plenus undique tantarum Charitum, herbarum, florum, fructuũ,
odorum, ſaporum; Tam uaſtæ inſuper eſt magnitudinis, vt ſit penè im-
menſus. Tanta autem in mundo eſt rerum inæqualium qualitas, contra-
riarum pax, diſsimilium conuenientia, harmonia, vt omnium hominum
captum excedat, & admirationem. Prò Deum, quàm ad ſui ipſius ſpecta-
C culum, inuitat, allicit, trahit, rapit; uerè ſummum, auguſtumque Thea-
trum uniuerſæ naturæ, immò uerò, tota naturæ uis, & ipſa potius uniuer-
ſa natura? Quid hic dicis de ipſius Dei pulchritudine, O' Fili hominis?
Tu iudica, tu ſententiam dicito. Planè, non dubito, quin iſte nouus mun-
di ſpectator, & admirator, ſtatim ex animo pronuntiet, vobis audienti-
bus Latinè, & Græcè. Hæc ipſa *Τῶν ὅλων περιοχή*, hæc ipſa *πάγκα-
λος, ὡραιότης κεχαριτομένη*, non alium habet authorem quàm Deum:
Ille autem, vt ſolus eſt *ὑπεράγαθος* ſic ſolus eſt *ὑπερκόσμιος, καλὸς,
καὶ καλοποιὸς πάντα καλά, καὶ πηγαία καλλόνη*. Et quidem, O' viri do-
cti, Omnis pulchritudo, omnis ſpecies, & decor, mundi, ſiue in toto,
ſiue, in partibus, quid eſt aliud, quàm uaga quædam, læta, & collu-
D ſtrata pictura, immenſæ pulchritudinis illius diuini uultus; quæ in An-
gelis quidem, & in animis hominum, lucet, quaſi Solis radius, in cœ-
lis, quaſi ſplendor ex radio; in reliquis corporibus, quaſi tenuis ima-
go, vel umbra imaginis, ex ſplendore? Ita, omnia, & ſingula, quæ in
mundo ſunt, hæc quidem magis, illa minus, diuinis fulgoribus irradia-
ta micant, & (vt ſic dicam) in oculis Dei, quaſi dulce rident. Ille fulgor,
ille ſplendor diuinæ pulchritudinis, ſparſus per ſuperas illas, & uiuas An-
gelorum flammas, per iucunda ſpectacula cœli, & terræ, per decus cœli
ſolem, per ſolatium terræ Lunam, per aureos ſyderum radios, per in-

fuſa terris maria, per aerem, elementorum continuationem, & nexum, E
per animantia, & plantas, per piſces, & volucres, per montes, & cam-
pos, per prata, valles, fontes, flumina, paludes, lacus; Ille inquam eſt;
qui in pulcherrimis quibuſque rebus, nos excitat, nos trahit, nos rapit, nos
amare & admirari facit; vt, poſtquam ſæpe, in quamplurimis rebus, quin;
& in hominibus ipſis interdum, quos ex improuiſo habemus obuios, igno
ramus, quid amemus, quid admiremur, quid cupiamus ſtatuamus animo;
nos in quibuſque rebus, etiam neſcientes, non aduertentes, amare Deum,
admirari Deum, deſyderare Deum. An verò, dubium eſſe poteſt, quin,
ea quæ miramur in imaginibus, & in vmbris, multo magis placerent, &
delectarent, ſi viderentur in ipſis ſplendoribus? omnino autem iucundio-
ra eſſent in radijs. Ipſi, iam putate, quàm ſint omni amabilitate, & admira- F
bilitate maiora, in ipſo Sole, qui eſt fons luminis, radiorum, ſplendorum,
imaginum, & vmbrarum. Qui, quum careat omni colore, vniuerſos ta-
men colores, modo quodam illuminando colorat. Percurre animo, fili ho
minis, omnem ambitum cęli, & terræ, vide ſingula quæque pulchra, grata,
apta, iucunda, delectabilia, quis numeret? Collige apud temetipſum, ex
omnibus, pulcherrimarum rerum imaginem integram. Sit inquam, in
tuo ipſius animo, vnius formæ imaginatione, collecta, quæ in omnibus pul
chritudo diſperſa eſt; Num, non quamlibet corporis pulchritudinem par-
uipendes, ſi illam ad hanc ipſam ſpiritalem contuleris? Et hanc fabricatus
eſt animus tuus. An non pulcher animus? Quàm longè ergo pulchrior
Deus, qui & corpora efficit pulchra, & animos longè efficit pulchriores? G
Ille eſt Sol, in quo pro cuiuſque naturæ gradu, omnia lucent, coruſcant,
& magnificè ſe ſe oſtendunt, radij, ſplendores, imaginesque, & vmbræ. In-
dicat cęleſtis ille mille coloribus arcus, cuius varietate, & gratia vſque adeò
paſcuntur oculi noſtri: Indicant & omnes colores, qui tantopere gaudent
collocari in lumine Solis, candidus verò, & niualis, ante omnes, qui, præ
omnibus abundans lumine, præcipuè eſt decorus Deo. Sic, ſic iuuat, ex
pulchritudine, quam videmus in creaturis, aſſurgere animo & meditatio-
ne, ad pulchritudinem ipſius Creatoris. Præcipuum profectò ſpecimen
corporalis pulchritudinis, omnium hominum iudicio, eſt lux & ſplendor;
quia quò lucidiora ſunt corpora, eo pulchriora ſunt, & habentur. An non H
ita eſt? Vide flores, gemmas, fontes; Vide Auem Iunoniam, quam, Magnus
Gregorius, ſcitè appellauit φιλόκαλον, hoc eſt pulchritudinis amantem;
quia vbi laudata fuerit, gemmantem expandit caudam, maximeq; aduerſo
Sole, vt colores fulgentius irradiare, & ipſa pulchrior eſſe videatur. Vide, &
circa collum, plumas verſicolores ſedentis columbæ; quibus, ab ipſo Sole
coronatur, quaſi in ſignum gloriæ.

*Nanque alias, ſit, vti claro ſit rubra pyropo;*
*Interdum, quodam ſenſu fit, vti videatur*
*Inter ceruleum virides miſcere Smaragdos.*

Cau-



A *Caudaq; Pauonis, larga cum luce repleta eſt,*
*Conſimili mutat, obuerſa ratione colores.*

An non igitur ſtatim apparet, corporalem pulchritudinem, vel eſſe lucem
ipſam, vel omnino non ſine luce? Verè enim, illa Charis, immo, ille quaſi
chorus Charitum, qui admirabili ſua ipſius virtute, ſpectatores, & trahit, &
tenet, vix quicquam aliud eſſe videtur, quàm clarus ille ſplēdor, ſplendidus
candor, & nitor, in colorum linearumq; decore, veluti ſuperinfuſus, qui in
credibiliter placet oculis. Hinc & ipſum Cęlū, quod vniuerſa corpora pul-
chritudine excellit, eſt plenum luce; Originalis enim illa Hæbreorū lingua
vocat Cęlum שָׁמַיִם hoc eſt ignem, & aquam, nimirum duo corpora, al-
B terum lucidum, alterum perſpicuum; Vnde, Ethnici, dixerunt, domū Dei,
eſſe igneam; &, in ſacris literis, dicitur Deus habitare lucem inacceſsibilem.
Et quid profectò eſt cęlum, niſi lucidum quoddam Solum, & fundamentū
radiantium ſyderum? In ipſo autem cęlo, Sol aureus, verè aureus, hoc eſt
ὡραῖος; nam etiam Aurum dicitur, quaſi ὡραῖον: Sol inquā, quem, à magna
pulchritudine, & eximio ornatu, ſponſo, qui, cum ingenti pompa, de thala
mo ſuo procedat in publicum, comparauit diuinus vates; eſt fons lucis; qui,
exortus obſcuratis alijs luminib. apparet ſolus. Quin & ipſæ ſacræ literæ, per
varias allegorias, & tropos, mulierem illam tantę pulchritudinis, deſcribunt
vndiq; lucentem; nunc in veſtitu deaurato, nunc amictam Sole & coronatā
duodenis ſyderib. Ciuitatem porrò illam beatam, cęleſtem illam terram vi-
C uentium, glorioſum illud regnum, in quo cum Chriſto regnant oēs ſancti,
cuius pulchritudinem, quum mihi aliquādo propono ante oculos, O viri,
pulcher atq; etiam beatus, mihi eſſe videor; mirum, quanta luce, paſsim, &
vbiq; exornent; luce inquam, auri, gēmarum, fontium, chryſtalli, ignis vitri,
& agni. Ciuitas. n. illa (inquiunt) non eget Sole, neq; Luna, nam lucerna eius
eſt agnus. Quid, quod Chriſtum Ieſum Dei filium, Ioannes dilectus depin-
git radiantem, coronatum Iride, & ſtellis plenas manus. In admirabili autē
illa, quam Tabor excelſus vidit, & expauit, Chriſti noua gloria, nihil habue
runt Lucas, & Mattheus, quo, elegantius, & melius, ſuam ipſius pulchritudi
nem ſignificarent, quàm ſplendorē. Sic. n. ſcriptum eſt, Apparuit facies eius
tanquàm Sol, & veſtimenta eius facta ſunt alba ſicut nix; Sicut nix inquā pu
D ra, ſed Sole madēs, quæ & percutit oculos, & mirabiliter coruſcat in gēmas.
An verò eſt aliquis noſtrum, qui ignoret myſtica illa pigmēta, colores illos
lucidos, & verè flores, flammas (eſt. n. flos φλόξ) quibus, noſtri, antiquitus,
non tam corpore, quàm animo ornabant feminā chriſtianam; vt eſſet digna
quæ deſponſaretur Chriſto, cui dicitur, Ecce tu pulcher es dilecte mi, candi
dus, & rubicundus, Specioſus forma, præ filijs hominum; & qui de ſeipſo di
cit, Ego flos cāpi, & lilium conuallium. Deniq; verò familiare eſt apud om-
nes ſapientes, quoniam pulchritudinis & res, & nomē tribuitur orationi, &
eloquentiæ deſyderare ab oratore colores, & lumina; quibus, orationis cor
pus, & niteat, & fulgeat; Appellant. n. lumina, ſententias, quibus oratio ſplen

 det;

det; colores autem figuras, quorum ornamentis ueſtitur uelut diſcolori-
bus. An non igitur manifeſtum eſt, poſtquàm Deus eſt totus lux, totus E
lumen, & pater luminum, poſtquàm eſt lux pura, quæ, & diſperſa con-
gregat, & confuſa diſtinguit, & diſtincta exornat, atque decorat, Deum ip
ſum eſſe abyſſum gloriæ pulchritudinis, decoris, iucunditatis, gratiæ; or-
natiſsimum, decorum, amabiliſsimum; &, nihil eſſe in Deo, quod non ſit
undequaque, pulcherrimum, iucundiſsimum, gratioſiſsimum? Eſt publi
ca lux, publica eſt & pulchritudo, ſed quam (vt hebraicè dicam) אור Lu-
cem, quæ rutilabat in oculis Moſe, dum deſcendebat de monte, ex con-
ſortio domini, nemo audebat aſpicere; Quis ergo excecari non metuat?
Quis audeat fixis oculis uelle videre faciem eius? lucem eius? pulchritudi-
nem eius? Sed ſi tantum audes, O' Homuntie, ingredere uelamen, & cõ- F
tuere; hanc tibi gloriam nos nõ inuidemus, quibus ſat eſt ſcire quod exu
perantiſsima illa lux Dei, ſit æterna illa ueritas ipſius Dei. Lux pulchritu-
do, Lux facies, Lux ueritas, Lux ipſa diuinitas. O' uera lux, plenitudo ſplẽ-
doris, & caloris. O' Lucida Veritas, quæ, ad cognoſcendum clarè, illumi-
nat, & ad amandum uehementer, inflammat. Deſunt'ne uero, in tanta di-
uinæ pulchritudinis luce, colores, & non potius, pulcherrima illa lux ve-
ritatis, eſt plena radiantiſsimis coloribus? Sanè, eſt Veritas rerum, ratio-
num, ſcientiarum, virtutum, oraculorum, promiſsionum, præceptorum,
iudiciorum, myſteriorum. Pulchritudo Dei, O' viri, eſt tam multiformis,
& omniformis, quam uniformis, & nulliformis. Volo enim, vt cum ma-
ioribus noſtris, qui, in rebus diuinis ecſtaſim patiebantur, hoc loco ſic mi G
hi loqui permittatis, Viri prudentes. Et ſanè (vt rem attingamus) non'ne,
ad multiformem, & omnigenam florum, & colorum uarietatũ, pertinent
ea, quæ uarijs modis, & ſenſibus, ſcripta ſunt in ſacris literis, de ipſo Deo,
de ueritate naturæ ipſius Dei? quòd ſit diffuſus per omnia intrinſecus, qua
ſi rerum uirtus; quòd aſsiſtat extrinſecus, quaſi rector & præſes; quòd ſub-
ſiſtat inferius, quaſi fundamentum: quòd emineat ſuperius, quaſi Rex;
quod ſedeat, tanquàm in maieſtate ſua firmiſsimè collocatus; quòd ere-
ctus ſtet, tanquàm publicus orbis excubitor; quòd percurrat omnia, cele-
ritate prouidẽtiæ: quòd ſit magnus, quia immẽſus; quòd ſit paruus, vel te-
nuis, quia ſimplex; quòd ſit idẽ ipſe, quia à ſuo ipſius æternitatis ſtatu nõ re
cedit: quòd ſit ſibi diſsimilis, propter uaria ſymbola, & multiformes uiſio- H
nes, quibus ſe oſtẽdit mundo; quòd ſimilia faciat, quia omnes creaturę, pul
chritudinẽ & bonitatẽ ſuã participant: quòd diſsimilia, quia omnia ab eo
ſine fine deficiũt; denique, quòd ſit unus, nõ tã numero quàm natura: quòd
ſit omnia uirtute non permiſtione; quòd ſit æquabilis omnibus, quia per
*ἰσονομίαν* nulli deeſt; quòd ſit inæqualis quia inæqualiter, ſciẽs, & uolens,
ſua ipſius dona diſtribuit. Ite, Ite modo uos & dicite, in tãta Dei puritate,
& ſimplicitate, quę uarietatẽ nõ habet, nõ eſſe locũ pulchritudini. Ecce vi
detis, quanta copia florũ, quanta uarietas colorũ, qui etiã radios quoſdã in





A animas noſtras emittunt, vnde & piæ interdum lachrymæ eliciuntur. Ec-
qui flores, ecqui colores, deeſſe poſſunt tantæ illi pulchritudini? quã Sol
& Luna mirari nunquàm deſinunt? in quam Angeli perſpicere ſemper
deſyderant? Audite uatem floridum de Deo canentem;

*Principium, finis, vector, dux, ſemita, comes.*

Putatis'ne uerò, deſit nobis ordo, atque proportio, & concinnitas, ad ſta-
tuendam in Deo rationem pulchritudinis? Ecquàm magnus ordo, quàm
congrua proportio, in eo, quod Deus eſt rerum omnium principium, me
dium & ultimum? finis, forma, efficiens? hominum creator, redemptor,
conſolator, ſaluator? Quanta porrò concinnitudo, ſi feſtiuitas, inter tres
has res, Patrem generantem, Filium à Patre genitum, & Spiritum ſanctũ
B ab vtroque procedentẽ? Et hæc omnia ipſe unus ſolus Deus. O' Pulcher,
ò Pulchritudo, ò fons pulchritudinis Deus meus. Vultis porrò audire
Theologiam ſymbolicam? Vidi dominum, ſedẽtem ſuper ſolium excel-
ſum, & eleuatum, amictum lumine ſicut ueſtimẽto; Oculi eius lucidiores
Sole; Capilli eius uelut lana mũda; Forma ſibi ſoli ſimilis, Aetas antiqua,
& ſemper iuueneſcens; Diuinatio in labijs eius; Pes, cuius pulſu terra tre-
mit; Manus, quæ pugillo mundum tenet; Vultus, & facies amabilis, & ue
nerabilis, quæ nunc exhilarat terras, nunc tremefacit Olympum. Domi-
ne Deus, ſpeciem tuam nunquàm uidimus, vocem tuam nunquàm audi-
uimus, ſed in odorem unguentorum tuorum currimus; odorem, quo nos
perfudiſti, vnguentorũ quibus nos unxiſti; ut loti prius à ſordibus noſtris
C aqua munda, deinde abs te ornati monilibus, & ueſtiti veſte polymita, lu-
centes Iaſpide, & Hyacintho, exhibeamus mundo, & Angelis pulcherri-
mum ſpectaculum, facti cõformes imagini filij tui, candidi fide, vt Lilia,
charitate rubicundi, vt Roſæ. O' fons perennis. O' caput, & principium
uniuerſæ pulchritudinis, pulchritudinis naturæ, pulchritudinis gratię, pul
chritudinis gloriæ. Hæc pulchritudo chriſtianæ in terris animæ, columbæ
tuæ, ſpecioſæ tuæ, dilectæ tuæ, Domine Deus, de qua dixiſti, Hanc amaui,
hanc exquiſiui, & Amator factus ſum formæ illius, quæ, inter nigras illas
Iudeorum, & Turcharum animas, nitet, & lucet, tanquam gemma inter
lapides, tanquam ſtella inter nebulas, ducit nos ad cõtemplandam illam,
cuius deriuatio eſt, pulchritudinem, ſpeciemque Chriſti tui; qui ſingula-
D riter præ omnibus nobis inunctus caput, & barbam, quin, & ueſtimenta,
& oras ueſtimentorum, indutus decore, formoſus in ſtola ſua, graditur in
multitudine uirtutis ſuæ, exultans ut Gygas, ſpecioſus ſuper omnes homi
nes, & Angelos. O' quando erit, vt, ex hac ipſa Chriſti pulchritudine,
quam amamus, quam admiramur, quam credimus, confitemur, prædica-
mus, transferamur corpore, & animo, in pulcherrimam illam domum
tuam; & iam nemo nos deſpiciat, adorantes pulcherrimos illos pedes
tuos, intuentes ſplendidiſsimam illam & gratioſam faciem tuam, & fruen
tes dulciſsimo illo amore bonitatis tuæ.

## *Quàm pulcher tam bonus Deus. Ipſum bonum, ſum-* E
## *mum bonum, fons, & origo, finiſq; & terminus, omnium bonorum.* CAP. XX.

NVNC agite, O Pulchri, & amantes, O Dilecti
Dei, & qui diligitis Deum, Agite inquam, aſcen-
dentes ad alta cacumina Theologiæ, poſt celebra-
tam καλλωνυμίαν celebremus diuinã ἀγαθονυμίαν;
& qui laudare tentauimus Deum, à pulchro, & à
ratione pulchri, feſtinemus ingredi in infinitam
illam abundantiam, & magnitudinem diuinæ bo- F
nitatis: Vt de ipſo bono, & ratione boni cogitan-
tes, & loquentes, pudeat, pæniteat, nos, deprauatæ uoluntatis uitio, tam
turpiter, à bono degeneraſſe in malum: Sic enim fortaſſe, in ſpe præter
ſpem, petemus ab ipſo Deo, qui dum aperit manum ſuam, omnia implet
bonitate; &, haud dubiè, quia bonus, quum ipſi ſimus mali, affluenter da-
bit nobis ſpiritum ſuum bonum, quo boni efficiamur, & tandem beati ſi-
mus; quia nemo beatus niſi bonus. Certè uerò Sanctiſſimus ille diuini
odei Antiſtes, nihil præclarius, aut ſublimius habuiſſe ſibi uiſus eſt, quò
innumerabiles Dei laudes, ad Nablum, ſacris numeris perſtringere can-
tando poſſet, quàm ipſum bonum. Tanta eſt, apud omnes homines, uis,
& gratia boni. Exurgite (inquit) uos animæ nobiles, quæ, diuinum guſta- G
ſtis amorem, quæ, de manu domini, dulcia meri pocula potaſtis, Exurgi-
te, iubilate, laudate; cantate mecum; hic, iuuat irrequieta uoce cantare.
Confitemini Domino, quoniam bonus, Dicat cœlum, dicat terra, dicat
Iſrael, dicant gentes, dicant omnes homines, quoniam bonus; Bonus eſt
Deus, &, Bonum, eſt nomen eius. Neque uerò profectò, quiſpiam igno-
rat Euangelicum illud oraculum, Quid me interrogas de bono? Qui me
dicit bonum, cõfiteatur, & Deum, Nemo bonus niſi ſolus Deus. Ecquod
πορίσμα, quod corollarium, tam certum, tam firmum, apud Mathemati-
cos, quàm, hoc ipſum, ex diuina hiſtoria, hactenus, latè, altèque deductũ,
probatum, confirmatum, Quod ſummum bonum, quo ſuperius non ſit,
quod finis bonorum, quo ulterius non ſit, quod ipſum ſimpliciter bonũ, H
cuius participatione omnia bona ſint, Deus ipſe ſit? Etenim, in natura
rerum, præſertim intelligibilium, non ſeparantur, vel purum, & pulchrũ,
vel pulchrum & bonum; ſed, quod purum eſt, eſt & pulchrum, &, quod
pulchrum, bonum; alioquin enim, erit quidpiam purum malum, quod
conſequenter erit ſummæ turpitudinis, uel fæditatis; quod quis dicat? nã
non eſt malum, niſi in bono, & non eſt turpitudo, niſi in pulchro. Deus
igitur, quum ex ijs, quæ ſuperius dicta, demonſtrataque ſunt, ſit Actus pu-
rus, ſit & ipſius pulchritudinis, non ſolum author, ſed primum exemplar,
atque



A atque ideo (vt noſtro modo loquar) ſit illuſtris, ſuperilluſtris, ipſa illu-
ſtratio, Græcè Επιφάνης, Επιφανεςάτος, Επιφάνεια, neceſſe eſt ſimiliter,
ut ſit fons, & origo omnis bonitatis. Αγαθος, Τ' ἄγαθον, Αγαθότης, Αγα-
τύπος, Αγαταρχία. An uerò (vt & alia ſubijciamus) an inquam poteſt
non eſſe bonum, quod eſt verum? Deus qui eſt ipſa Veritas, quomodo
non eſt & ipſa Bonitas? Denique & τὸ ἐν, & τὸ ὂν, quid aliud clamant
niſi τ' ἄγαθον? Vt Deus tandem (iuuat enim ab initio repetere omnia)
ut inquàm Deus ſit id quod eſt, ſit ipſum unum, ſit ipſum uerum, ipſum
purum, ipſum pulchrum, ipſum bonũ. Bonum inquàm ſimpliciter (hoc
enim intelligi uolo, quum dico ipſum bonum) non hoc uel illud nõ hic
uel illic, non nunc uel tunc, non ſic, uel ſic, ſed abſolutè, & abſque ulla
B contractione bonum. Bonum non alieno bono bonum, ſed ex ſe ipſo, &
per ſe ipſum, ab omni æternitate Bonum. Bonum ubique, bonum ſem-
per; Bonum in omnibus, per omnia, ad omnia, extra omnia; Bonum ſu-
pra omnes menſuras, ſupra omnes numeros, ſupra omnia pondera; Bo-
num extra omnes ſpecies, præter ambitum omnium generum, & ne can-
cellis quidem circunſeptum ipſius Entis. Denique Bonum cuius compa-
ratione, neque ſingula, neque omnia bona ſunt, quia nec ſunt. Ille enim
& ſolus eſt, & ſolus Bonus eſt ὂν, & ουσία; καλον, ἀκκκον ἀκακία, Fons ni-
mirum ut totius Entis, ſic & totius Boni, de quo Chelys illa canora,

*Felix, qui potuit, boni*
*Fontem viſere lucidum,*

C mirè concines, & reſonans ad oraculum illud cœleſte, quo Moſe illi ſuo
promiſerat fęlicitatem Deus, Ego oſtendam tibi omne bonum; Quid eſt
enim omne bonum, niſi omnis boni bonum? vnde, omnia bona, uarijs
modis exeunt nec recedunt? vbi ſingula bona diſtinctè continentur, nec
ſeparantur? quo, & ſingula, & omnia feliciſſimè congregantur, nec mi-
ſcentur? Reſpice ad cœlum, Homo, reſpice ad terram, & ad omnia bona,
quæ in eis ſunt, & tecum alta mente reputa, in illa ipſa, quàm primo libro
celebrauimus ætate diuinæ æternitatis, fuiſſe magnam quandam, & lon-
ge lateque patentem voraginem, & abyſſum quæ immani illo ſuæ ipſius
fœdæ priuationis hiatu totam hanc tantorum bonorum uniuerſitatẽ ab-
ſorberet, extra quam nihil omnino emergeret, ſed neque emergere poſ-
D ſet. Hoc erat illud ipſum tantatiſſimum nihil, ex quo Moſes humani ge-
neris ſuſceptor, & pedagogus, primus ante omnes ſcripſit facta fuiſſe om-
nia: cogor enim per aliquam affirmationis lucem explicare illam ipſam
ante diuinum opificium tenebroſiſſimam, & abſolutiſſimam Αϖουσίαν;
ſicut è diuerſo ſummi Theologi, nimietatem illam diuinæ Vſiæ ſecretiore
quadam intelligentia, aſſequi ſe poſſe confidunt, per umbras negatio-
num. Omnia igitur quæcunque habent ut ſint, antequàm Deus ea face-
ret nihil erant; nihil inquam prorſus, & ſimpliciter erat, ò Viri. Non erãt
res, non perſonæ, non inſtrumenta, non corpus, non ſpiritus, nõ mobile,

 non

non motus, non locus, non tempus, non modus, non forma, nō materia; E
præter Deum ſolum erat omnino nihil. Quid eſt nihil niſi nihil? Et cui
minus nihilo eſt? Cogita differentiam inter τὸ πᾶν, & τὸ ὀυδὲν; illud,
eſt Omne, hoc, eſt Nihil, Nihilum; quod ſonat ne hilum quidem; nullæ
enim ſunt uoces inimiciores quàm nihil, & aliquid. Poteſt quidem prope
nihil eſſe illud quod aliquid eſt, ſed uerè, non poteſt eſſe nihil quod eſt
aliquid, Vnde & Poeta quidem luſit.

*Gigni*
*De nihilo nihil, in nihilum nil poſſe reuerti.*

Quum igitur omnia, uſque adeò nihil eſſent, nihil eſſent actu, nihil eſ-
ſent potentia (nulla enim erat potentia niſi agentis) Deus benedictus,
ſons omnis boni, atque adeò omnium bonorum pleniſſimus, ipſa pleni- F
tudo, ipſa bonitatis abyſſus: nimirum una abyſſo (vt prophetica elocutio-
ne utar) vocante alteram abyſſum, plenitudinem illam tantæ inanitatis
diſparauit, puteum abyſſi obſtruxit, naturas omnes bonas in mediū pro-
tulit, eruens eas, & adducens de nihilo ad ſummum; quo, quid cogitari po
teſt, aut maius, aut melius? Deo gratias, qui, exoſus vacuitatem illam,
quam non fecerat, plenus ipſe, plenitudinem fecit; &, puriſſima lux, in
qua tenebræ non ſunt ullæ, de magnis illis tenebris iuſſit tantam ſplende-
ſcere lucem. Eia nate Deo, quicunque credis in Chriſtum, qui, inflam-
matus diuinis amoribus, tanquam Ceruus, ſitis ad fontem bonorum om-
nium Deum, patrem tuum; alij enim, nati ex carne, & ſanguine, neque
bibunt, neque ſitiunt, niſi ad ciſternas diſſipatas, quæ continere non poſ- G
ſunt aquas; Lætare, Gratulare, Ecce habes, vnde uidere poſſis, tanti pa-
rentis, à quo, tibi anima, uita, patrimonium, ciuitas, libertas, ſalus, tribu-
ta eſt, exuberantem illam inexhauſtam, & uerè fontanam, ac perennem,
ſcaturiginem bonitatis. Quid enim, in cauſa fuit, vt, ſummus ille, æter-
nus & uerus Deus, pater tuus, quum in ſe ipſo totus conſiſteret, atque ex
ſe ipſo, & per ſe ipſum beatiſſimus eſſet, neque illi ulla acceſſio fieri poſ-
ſet, qua euaderet beatior; quum iam etiam, ſobolem, in ipſa æternitate,
ex ſuo ipſius fecundiſſimo utero, genuiſſet, ſibi ipſi ſimillimam, per om-
nia, æqualem, & uerè conſubſtantialem; hanc ipſam tam immenſam, re-
rum molem aggrederetur, &, non de ſe ipſo quidem, ſed de nihilo in-
choaret, proſequeretur, perficeretque & conſummaret; niſi, infinita illa, H
quæ, & nullius rei eget, & nullius rei inuidia tangitur bonitas, benignitas,
liberalitas, beneuolentia, & beneficētia? vt largus opum, diuitias, quæ ex-
hauriri nunquam poſſent, liberalitate Deo digna profunderet; vt, quia bo
nus eſt, benefaceret, vt, amore ſimilitudinis, & odio ſterilitatis incitante,
non de ſua ipſius natura, ſed, ex ſe ipſo tamen, nouella germina ſuæ ipſius
bonitatis emitteret. Sanè, poteſtate, æternū poterat, ſapientia, æternū no-
uerat; at uerò, facere in principio temporis quęcunque fecit, bonitate vo
luit. Ecquanta, ab omni æternitate potuit, ecquanta nouit, quæ non fecit?

Sed,



A Sed, in ipſa etiam æternitate, nihil facere uoluit, quod non aliquando fe-
cerit. An oculus tuus nequam eſt, ô homo, quia bonus eſt Deus? An nō li-
cet ei facere, quicquid illi libuerit? Quis ei dicat, cur ita facis? Ecquis no-
uit ſenſum eius? Quis conſiliarius eius fuit? Omnia quidē iudicio fecit;
nihil fecit temerè, nihil caſu, aut fortuitò nihil iniquè; Ob id Moſes Crea
torem appellauit ſapientiſſimè אלהים quod eſt iudicij nomen. Hinc illud,
Omnia in ſapientia feciſti. Sed, quid fingis merita, uel demerita, O' bone
ſenex, propter quæ, æqui & iniqui, trutina habenda eſſet; quum Deus, il-
lam ipſam mundi creationem, adoriretur? Hæc erat trutina, hoc examen,
hoc iudicium, & ſtatera Dei, ut ſingula, & omnia in numero, in ponde-
re, & in menſura fierent; facta, modo, ſpecie, ordineque conſtarent; ne-
B que enim aliter, vel benè fierent, vel bona eſſent. Porrò, vt quæ nō erant,
Deus creare uellet, nulla ratio, nullum ius, lex nulla, uis nulla erat quæ
cogeret; amor coegit, amor imperauit; quæ amor uoluit, ut faceret, fecit.
Quid quæris aliud περὶ ἀρχῶν? Ecce ἀρχὴν ἀρχότατον. Illa ipſa, bene-
fica, & omnibus rebus ſemper amabilis, diuina bonitas, non permiſit,
Deum, foris ſterilem eſſe & ſine germine; ideoque, Deus ſtimulis incita-
tus amoris, mundum creauit; & creauit, vt faceret, vt faciem illi daret,
vt diſponeret, vt ornaret, vt conderet, vt conſtitueret. Pueris, in more
eſt ea leuitas, vt, dum luſitant, grumos, & globulos ſtruant, & deſtruant.
Bonus ille Deus, hunc ingentem, & tanti artificij globum, nobis fecit, &
non ſolum fecit, ſed conſtituit, hoc eſt, firmauit, fundauit, ſtabiliuit. An
C non legis in ſacris literis. A' conſtitutione mundi? Indicat certè firmita-
tem, quadratura, vt plenitudinem, circulus. An non eſt quadrata ele-
mentis, mundi ſphæra, cuius ſanè diameter, homo eſt, inferiora, & ſu-
periora ſecans, ob id dictus & Horizon? Sunt porrò, & apud philoſo-
phos, phyſicis ſublimiores, illa quatuor uelut rerum omnium elemen-
ta, Eſſentia, Eſſe, Virtus, Operatio. Sed & Moſes, quadrauit ſuam coſ-
mopœiam, rebus ante diem, rebus per dies conditis, inditis cuique natu-
ræ uirtutibus, & propagatione perpetua per omnes ætates. Ecquām mul-
tis modis, effertur, hoc ipſum diuinum opificium? Sunt qui dicant,
mundum emanaſſe, fabricatum, vel productum fuiſſe; Sacri, dicunt con-
D ditum, creatum, factum, conſtitutum; neque abhorret è uoce genitu-
ræ Moſes; cuius, eſt illud, Hæ ſunt generationes cœli & terræ; vnde,
& natum eſt nomen Geneſis quo utimur per coſmopœia. Omnia por-
rò, ſunt diuinæ bonitatis teſtimonia. Fabrica, oſtendit, aſpexiſſe Deum
ad exemplaria illa inuiſibilia, vt ex inuiſibilibus uiſibilia fierent. Ema-
natio, docet, ſicut non mutantur fontes aquarum, dum, inde, riui
emanant ad ualles, & prata, ſic, prodijſſe mundum, ab ipſo Deo, ab-
ſque ulla mutatione Dei. Productio, ſonat, eum, qui in Deo latebat
mundum, ductum foras, in conſpectum humani generis, &, ad mul-
tas etiam ſæculorum ætates, in longum duci. Omnia in mundo fuiſſe

condita,

condita, ſignificat concordiam, ordinemque pulcherrimum, & admira- E
bilem rerum omnium, quæ in mundo ſunt. Creatio, vel κτίσις, apertè te-
ſtatur, nihil eſſe, quod factum non fuerit; ea ſolum eſſe, quæ Deus fecerit
Deum, nihil inueniſſe, ex quo alia faceret; illud quoque feciſſe, quod eſt
omnium ὑποκείμενον, & quaſi κρέας; vnde, hæc ipſa fortaſſe græcolatina
creandi uox, deducta eſt. Ex δημιουργία, habetur, quod Deus nō ſolum
expolierit mundum, tanquam τεχνίτης; ſed uerè ſit opifex totius mundi;
nam ad δημιουργὸν ſpectat, totum, & παράγειν, & προάγειν; Σύστημα,
vel conſtitutio, id planè docet, quod parum antea dicebamus, mundum
eſſe conſtitutum, firmatū, vt diutuſsimè durare poſsit; atque ideò, Deum,
eſſe, tantæ molis non authorem ſolum, ſed & conſeruatorem. Porrò vox
γενέσεως, palàm, prædicat nouitatem mundi, quia, quod generatur, non F
extat, eſtque ipſo genitore poſterius; denique ποίησις, infert Deum eſſe
ποιητὴν, Poetam inquam; qui, hunc mundum, tanquam pulcherrimum,
variumque & elegantiſsimum poema compoſuerit. En quanta argumen-
ta diuinæ, O viri docti. Erupit ergo in tanto opificio, diuina Bonitas, fo-
ris in tempore, quæ latebat domi in æternitate. Erat ſine omnibus, expan
di cæpit ad omnia. Erat (vt ſic dicamus) immenſus calor, prodierunt cali-
da, quia, Deus, quum ſibi caleret, fecit, quæ calefaceret. Profectò uerò, Sol
ipſe, quem, ſæpe, tanquam ſimulachrum quoddam ipſius Dei, uidere, &
admirari iuuat; non tam eſt pater terræ naſcentium, celeritate motus, aut
pulcherrimo illo ſplendore lucis, quàm, multa illa caloris benignitate, &
uigore, quo nihil non fouet; cuius, & lux, & motus, ſunt velut uehicula G
quædam. Quid autem, refert in Deo, calor ſolis, niſi fomentum illud re-
rum omnium, vnam illam, vtriuſque ſexus fecunditate pleniſsimum, di-
uinam Bonitatem; nam, quadrigæ ſolaris, admiranda illa uelocitas, diui-
næ omnipotentiæ, lux autem & ſplendor, diuinæ ſapientiæ, ſunt ſacra ſym
bola. Audite viri, Non amabat Deus mundū, quaſi mundus bonus eſſet,
quum neque eſſet; amabat, vt eſſet, & bonus eſſet, eſſentque bona omnia
mundi membra, quæ facturus eſſet; ſeipſum amabat, quia bonus erat, &,
quum plenè perfectus eſſet in ſeipſo, vniuerſa operatus eſt propter ſe-
metipſum; non, vt inde aliquid honoris, uoluptatis, vtilitatis, ad illum ip
ſum redundaret, ſed, vt omnia, & ſingula eſſet τὰ ὄντα, ab ipſo, eſſent H
uera, ſecundum ipſum, eſſent denique bona, propter ipſum; hoc eſt, gra-
tia ſui ipſius condita, ordinata ad ipſum, in ipſum reditura, & tandem per
ipſum quoque conſummanda. Hæc ſanè, eſt ratio bonitatis, in omnibus
creaturis, quam ſi tollas, tollis earum finem, atque ideo, tollis & bonum,
Indicat homo, qui, quum ab ipſo Deo auertitur, homo quidem eſt, ſed
malus homo; neque unquam migrat à malo in bonum, niſi iterum con-
uertatur ad ipſum Deum. Vnde ſymphonia illa, in choro Dei, Mihi, adhæ-
rere Deo, bonum eſt; Malum eſt, & amarum, te reliquiſſe dominū. Quid
hic mutiatis de malo? de natura mali? Quæ exordia, qui riui, & quæ ema-
nationes



A nationes malorum? Ita ne, uobis, chriſticolæ, negotium faceſsit malum,
vt philoſophis Nilus, vt Ganges, vt Euripus? Vobis inquam, qui quoti-
die oratis Deus, vt liberet uos à malo; qui uix nati guſtaſtis ſuccum illum
tantæ admirabilitatis, ligni ſcientiæ boni & mali; nimirum, imbibiſtis do-
ctrinam ſalutarem Chriſti Ieſu, qui unus, abſque errore, per ſpiritum ſan
ctum ſuum, in medio Eccleſiæ, aperiens ora, redundantia lacte & melle,
docet reprobare malum, & eligere bonum? Heu, Heu. Quum enim, in
hoc uno, toti eſſe deberemus, vt malum imprimis, procul à nobis poſitū,
effugere, deindè uero, accedens propius, perinde ac muſcam à ſacrificio,
abigere niteremur, tam ſocordes ſumus, tam ſomno graues, & diſtinti ia-
cemus, vt, in obliuione prorſus eſſe uideatur, quid ſit, vnde ſerpit, ubi la-
B tet, &, denique quomodo interimit; cuius tamen, in nobis, unoquoque
momento, graſſantem peſtem, perniciemque ſentimus. Certè uerò, non
eſt neceſſarium oraculum diuinæ ſcripturæ, quando, & apud Homerum,
Iouis ſui, & Apollinis, & omnium Deorum interpretem, legitur ſenten-
tia illa, clarior luce, ſole, die, meridie.

Ὢ πόποι οἷον δή νυ θεοὺς βροτοὶ αἰτιόωνται·
Ἐξ ἡμέων γάρ φασι κάκ' ἔμμεναι, οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ
Σφῇσιν ἀτασθαλίῃσιν, ὑπὲρ μόρον ἄλγε' ἔχουσιν.

*O facinus; Mortale genus, nos numina, primum*
*Incuſat; cauſamq; putat fontemq; malorum;*
*Quum, præter fatum, ſibi ſponte damna crearint.*

C Potuit ne uerò apertius dici, Non eſt iniquitas apud Deum? Perditio, tua,
Iſrael? Ante hominem uita, & mors, bonum & malum, quod uoluerit da-
bitur ei? Deus fecit hominem rectum, ſed ipſe, infinitis ſe immiſcuit quæ-
ſtionibus? Ecquantum eſt nefas, malorum cauſam referre in Deum? aut,
exiſtimare unum Deum eſſe, à quo cuncta bona; alium, à quò omnia ma-
la proueniant? Sed, quanta in primis inſania eſt, inter ea quæ ſunt, nume-
rare malum; aut, putare, aliquam naturam, eſſe admiſtam, uel concretam
ex bono & malo? Equidem, lego in myſterijs, malum ſyluarum, ſub qua
arbore, ſuſcitatum eſt humanum genus; Eſt in agris Ariſtolochia malum,
inde dicta quod ſit ἀρίστη λοχούσαις. Habent græcorum fabulæ, malum,
quod in iudicio, à Paride Venus accepit; Malo, te Galathea petit, O Da-
D meta. Denique, nauis in mari, ut anchoris, antennas, & vela, ſic habet &
malum. Sed enim, malum contrarium bono, de quo, illud eſt, Vnum con-
tra unum, duo contra duo, contra malum bonum, contra uitam mors; ma-
lum, quod tutè & citra ambiguitatem, dixeris prauum, hoc eſt non recta
ratione factum, cuius in uniuerſum mortalium genus publicas excurſio-
nes, perpetuaſque ſucceſsiones, & continuationes quis non uidet? nun-
quam enim, vel corpore uel animo ſynceras à malis accipimus inducias;
vnde illud carmen prodijt

*Nil homine tellus alit infelicius ipſa.*

Hoc

Hoc inquam malum non eſt natura aliqua, O' viri; non eſt genus non ſpe E
cies, non ſubſiſtit, non eſt quantum, non quale non eſt ſtatus, non motus
non idem, non alterum. Quid? non continetur ſub Ente. Deus eſt ſu-
pra Ens, Omnia bona ſunt Entia. Nihil, de quo ſupra dicebam, eſt abſo-
luta priuatio aut negatio uerius totius Entis, totius inquam uniuerſitatis
creaturarum, quæ mundus dicitur. Quid tandẽ, huic ipſi nihilo tam con-
fine quam malum? quam peccatum? vnde omnia alia mala? Et, haud du-
biè, niſi præceſsiſſet illud nihil, nõ fuiſſet locus huic tam fœdæ corruptio-
ni noſtræ, qua infecta eſt uniuerſa terra. Neque enim, quatenus Deum
habemus authorem, ſed quatenus ex nihilo ſumus, degeneramus à bono
in malum. Et uerè, non tam ipſi malum facimus, quàm incurrimus; ne- F
que tam efficiendo, quam deficiendo mali ſumus; dum, tentante illo qui
tentat, in quo primùm Deus repperit prauitatẽ, libertate, quam, abs Deo
bonam accepimus, per animi licentiam intemperanter abutimur; non
rem quidẽ malam, quæ nulla eſt, ſed, iuxta illud, Coluerunt, & ſeruierunt
creaturæ, potius, quam creatori, quo, formalem (vt aiunt) peccati rationẽ
definiuit Apoſtolus, creaturam minus bonam, amantes, pluſquam par eſt,
& creatorẽ ipſum quem totis animis colere oportuit, ſpontè negligentes,
quod iniquum eſt. An enim non eſt hoc agere præter modum? deficere à
ſpecie? deſerere ordinem. Hæc porrò tria, ipſius mali rationẽ conſtituunt;
vſque adeò extra cauſam poſito Deo, vt ſcriptum ſit, Deus intentator ma-
lorum eſt, & Ne quis dicat, ille me implanauit. Creat malum Deus, quia G
mutat, ſicut ſcriptũ eſt, Verte impium, & non erit, Populus, qui, creabitur,
laudabit dominum. Sed, ſi funiculus iſte triplex diſſolui non poteſt, Ex ip
ſo, Per ipſum, In ipſum, & ex ipſo modus, per ipſum Species, in ipſum or-
do; Quomodo, uerè eſt ex ipſo, quod non habet modũ? quomodo per ip
ſum, quod non habet ſpeciem? denique, quomodo in ipſum, quod nõ ha
bet ordinem? Vt tandem appareat, malum non eſſe aliquid omniũ, ſed
extra omnia; nõ illud quidẽ antiquum nihil, æquæuum Deo, ſed illud ni-
hil, quod factũ eſt ſine Deo; ſic enim legimus, apud Ioannem, & ſine ipſo
factũ eſt nihil; vnde, & peccatori dicitur, Nihil es, & nihil eris. Heus, heus,
inſipientes, iam loqui deſinant, legant, audiant, intelligant, taceant. Sed
tu, ò Anima mea, in tanto malo noſtro, vide adhuc Bonitatem ipſius Dei. H
Vide, & obſtupeſce. Nos ſiniſtrè admodum excipimus bona ſua, ipſe, per
ſuam ipſius bonitatem, mira dexteritate, benè utitur etiam malis noſtris.
Nos, non inuenimus malum, ſed facimus, & ex malo in nihilũ recidimus.
Ipſe, vt non fecit nihilum, ſed inuenit, ſic non fecit prauitatẽ ſed repperit;
& ex nihilo, creauit mundum, &, ex tanto malo, operatus eſt ſalutẽ mun-
di. Quàm bonus Deus, O' Anima mea, quã bonus? Fecit ex nihilo tot bo-
na, vt, dum timemus redire in nihilum, accedamus ad ipſum primũ & ſum
mum bonũ. Permiſit malum, vt liberè eſſemus boni: Liberauit nos à ma-
lo, ne, ui & neceſsitate, eſſemus mali. Prohibuit malũ, vt quiſque noſtrum
aſſue-



A aſſueſceret bono: Vltus eſt malum, tanquam iuſtus & oſor mali, & ſimul,
pepercit hominibus, tanquam amans boni & æqui. Ecquanta bonitas, &
benignitas Dei? Ecquàm digna Deo, uox iſta, bonũ, O' Viri? Bonũ quod
omnia ad ſe uocat ducto nomine à boatu? Quid eſt Boo, niſi Βοάω, clamo?
nam & Græcis bonum dicitur, τὸ καλὸν ἀπὸ τοῦ καλεῖν, quod eſt uocare.
Ecquid tam uocat, tam clamat, in plateis, per fora, per uicos, per ſaltus, per
nemora, quàm Deus? quàm bonitas Dei? Et quid ſunt creaturæ omnes,
niſi linguæ quædam quæ diuinam bonitatẽ reticere non poſſunt, ſed ubi-
que clamant, reclamant, ſonãt, reſonant, ingeminant repetunt? Ipſum bo-
nũ, & bonitas Dei ubique boat, & ipſum bonũ & bonitatem Dei recipro-
cis uocibus omnia reboant. An non boant, & reboant ò viri, dum mirabi-
B liter condita, pulchrè diſpoſita, & decentiſsime ornata, ſua loca tenẽt, pa-
cem ſeruant, adminiſtrari ſe patiuntur, ſuis funguntur muneribus, ſicque
nos in admirationem, amoremque, & laudem diuinæ bonitatis incitant,
& accendunt? Tu ſolus, Magne Dæmon Deo inuiſe κακόδαιμων ipſius
boni ἀντ' ἀγωνιστὴς eſſe uoluiſti; qui oppoſuiſti marmora auribus noſtris,
ne audiamus reboare ſyluas & magnũ Olympum laudibus diuinæ bonita
tis, qui Dei & noſtri generis oſor perpetuus clauſiſti ora canentiũ Domi-
no; & ex te ipſo factus ſator malorum, inueniſti primum illud malũ, vnde
tanta denium in omnes terras irrupit malorũ colluuies; vt corrupti & ab-
hominabiles facti fuerint omnes filij hominũ, in cõſpectu Dei oculi mun
di ſunt: nec poſsũt reſpicere ad iniquitatẽ. Sed ne exulta, O' male Dæmon
C non uiciſti, in bello ſtare non potuiſti, cecidiſti, ſuccubuiſti; Contra malũ
bonum, Vicit Deus in bono malum, in dono delictum. Tu in terrã pro-
iectus es, terram ad hunc vſque diem comedis, & calcant te filij terræ, in
dies magis ac magis. In hominibus autem per Chriſtum Ieſum datum no-
bis diuina bonitate uexilliferum noſtrum, Vbi abundauit delictum ſu-
perabundauit & gratia, & uſque adeo ſuperabundauit & reſonaret terra
in has uoces, Bene omnia fecit, ſurdos fecit audire & mutos loqui: Vnde
& interdum occaſione accepta in caſtris Eccleſiæ, impij buccinauerunt,
faciamus mala ut ueniant bona; Quorum damnatio iuſta eſt.

## D *Deus bonum, Deus bonus; Ratio boni, et bonitatis. Analogia Amoris, Voluptatis, Boni, Veri, Pulchri.* CAP. XXI.

NE properate ulterius, qui oculis ſcripta noſtra percurri-
tis: Pauſate quæſo aliquantiſper: ſiſtite gradũ; Nondum
finis eorum quæ propoſuimus de Bonitate Dei. Ecquis
non libenter cupiat protrahere ad multam noctem & cir-
culo quoque uſque mane, ſermonem de bono? immò ue-
ro quis unquàm ſilere uelit, & nolit potius, dies & noctes loqui, de ſum-
mo bono? quando omnes deſyderant bonum, ad bonum tendunt omnia
ſtudia,

ſtudia omnes amores,& natura ipſa ducit nos, quaſi per ſcalas ad ſummum E
bonum, per gradus omnium bonorum? Alia eſt ratio,fratres,ipſius boni,
quod neutro genere dicitur de Deo ; & alia eſt ipſius Bonitatis à qua Deus
dicitur bonus.Sanè,bonitas ea eſt quæ ſeueritati oppoſita iuxta illud Apoſto
licum. Vide bonitatem & ſeueritatem Dei, benignitatis, beneuolentiæq;,
& beneficentiæ nomen accepit,cuius ipſa mundi creatio (vt dicebamus)exi
mium eſt ſpecimen;tum prouidentia,atque adminiſtratio rerum, hominũ
præſertim,quos meritò deſtinatos morti, gratuitò propter nimiam charita-
tem Deus reconciliauit ſibi, ad æternam vitam. Porrò ratio boni eſt mul-
tò ſublimior vt quæ ſine omni comparatione, ad ea quæ ſunt extra ipſum
Deum, ſimpliciter,& abſolutiſsime, in prima ſua ipſius notione ad ipſius di
uinæ naturæ integritatem,dignitatemque pertinet,quemadmodum contra F
humanæ naturæ corruptionem ingemiſcens Apoſtolus dixit, Scio quia nõ
habitat in carne mea bonum, Philoſophi, qui in rerum vniuerſitate bo-
num & malum interpretantur,formam & materiam;nam & illam marem,
hanc feminam vocare ſolent;vt malum materiæ,ante oculos ponere, & ex-
plicare ſermone poſsint,docent,quod animi meditatione in altum ſublata,
expolianda ſit ab omnibus formis, vnde illi omnis decor accedit, & omnis
gratia. Et diuerſo igitur, tum nobis liberè contemplari licebit hoc ipſum
quod tantopere efferimus bonum,quum,illius eſſentiam, mente & animo
ſeparauerimus à ſingulis,& ab omnibus bonis creaturarum, quæcũq; ſunt,
quippe,quæ & ſingulę,& omnes naturę,ſi cum illo conferantur,quid aliud G
ſunt,quàm rudis quædam,& omnis decoris expers, prorſusq; impolita ma-
teria? Et profectò, occulta illa,quæ, non tam ad contemplatores rerum na
turalium,quàm ad ipſos naturæ adiutores,& miniſtros,pertinet,quinta quã
vocant eſſentia,hoc modo,non animo,ſed reipſa, reſolui dicitur, quaſi flos
florum; Ex omnium inquam elementorum corpulentia, ſubſtantia, virtu-
te,decocta,defecata,depurata;cuius propterea perfecta digeſtione,& circu-
latione, ſi, ex vaſe (vt aiunt) vel tantulum exhalaret, quæ non aues nobiles
ad illius fragrantiam euolarent? quæ non aeris contagio purgaretur? qui
non reficerentur mortalium ſenſus? Ecquis hominum dicere valeat,quam
beantur Angeli,& Cœlites omnes,qui,puriſsimum illud diuinæ naturę Bo
num,non nuda ſoluti animi meditatione, contemplantur, ſed vident facie H
ad faciem? Poſtquam autem,pauci admodum,alas habent tam ſublimes,
&,omnino verum eſt,quod dicitur,eſſe inter apes multos fucos; Ecce,pro-
pono vobis ipſum bonum,quod in omni theologia neutro genere (vt præ
fati ſumus)prædicatur de Deo;tanquam altiſsimè in ſeipſo complectens om
nia bona,honeſta,vtilia,delectabilia;animi,corporis, fortunæ; magna,me-
dia,infima;illud inquam bonum(vt rem clariſsimè aperiam) ſummum,ple-
num,perfectum, quo, ad ſui ipſius felicitatem, neque maius, neque melius
eſſe,& quod ſibi ſufficere putat humanum genus;cuius profectò eſurientes
animas,quoniam infiniti boni capaces exiſtunt,finita creaturarum bona ſa-
tiare



A tiare nõ poſſunt.Neq; verò dubium eſſe poteſt,quin ſummum hominis bo
num,ſit ſimpliciter ſummum bonum in vniuerſa natura,quando extra ho-
minem nihil, in homine omnia, in gratiam hominis cœlo, terra, marique
condita ſunt omnia;ita vt homo dicatur finis omnium.Vnde illa admiratio
nis plena exclamatio; Quid eſt homo quia magnificas eum? Etſi verò,
non omniũ hominũ eſt vna ſors,vt neq; genius vnus, aut talentum vnum,
nam in quærendo bono,ille eſt rudis,hic ſagax;hic oculatus,ille cæcus: Om
nes tamen homines vna tenet,& verſat vrna; Omnes beati eſſe cupiunt,&,
diuerſo quidem calle,ſinguli;nam plurimos error, & ignorantia,magna ex
parte,per deuia abducit; ſed vna,quam mentibus noſtris natura inſeruit,bea
titudinis cupiditate, ad vnum finem, omnes, ad vnum bonum,in quo om-
B nia bona continentur,multiplici exercitio, ac labore peruenire contẽdunt.
Et nihil profectò, cogitari poteſt tam abſurdum, quam ſi in hoc ipſo ſum-
mo naturæ noſtræ bono,in hoc ipſo perfecto beatitudinis ſtatu, inani qui-
dam,& caſſa cogitatione decipi nos,& illudi, quiſpiam ſecum putet. Nam
(vt cætera prætereamus) tantæ felicitatis vmbræ, quæ quotidie verſantur an
oculos noſtros,tot inquam vmbratiles, quas ſibi vani homines confingunt
mundanæ felicitates,cur non dixi infelicitates? quarum appetentia anxieta-
tem,ſatietas penitentiam affertur eſſe omnino,& reipſa,ſolidam aliquam,&
plenam bonorum omnium copiam, quæ verè felices, & beatos efficiat ho-
mines,apertiſsimè teſtantur,& probant. Sanè,neque in aliquo genere per-
C fectum deeſſe poteſt,vbi imperfecta non deſunt; quum eadem vbique pri-
ma perfectaq; ſint; à quibus,paulatim naturæ vis,tanquam effœta,& exhau-
ſta ad extremũ dilabitur;neq; abire in infinitum licet in bonis, vt ex deſyde
rio in deſyderiũ,ex amore in amore,ex bono in bonum, tãquam omnium
animantium miſerrimi, feramur peregrinatione perpetua, & nullo vnquã
tempore quieſcere valeamus. Vbinam verò putandum eſt extare hoc ſum-
mum bonum, in quo vno, tanquam in omnibus, & ſufficientia omnium,
beari homines,& explere ſua ipſorum deſyderia poſsint, extra quod nihil ſit
quod ad beatitudinem faciat,ſi non eſt in ipſo Deo? quem, omnino, apud
omnium gentium ſapientes, conſtat eſſe ab omni æternitate pleniſsimum
omnium bonorum; quia contra rationem eſt, vt ſit aliquid Deo beatius,
D quo nihil eſt melius. An verò,ignorare poſſumus,eam felicitatem,non illi
extrinſecus adueniſſe, ſed eſſe diuinæ ſubſtantiæ, perinde ac ipſam poten-
tiam,& ſapientiam,æquæuam,& naturalem? Quid eſt enim illud Deo ip-
ſo antiquius,præſtantius, abs quo tantam bonorum copiam diuina illa ma-
ieſtas acceperit? fingerene verò licet,vt hæc ipſa felicitas, vel beatitudo,hic
ipſe bonorum finis, & terminus, hoc inquam ſummum bonum, ſit aliud
quidpiam ab illa ipſa natura Dei,vt Deus ſit quaſi habens, illud quaſi res ha-
bita? Sed enim, illud quoque fingat qui poteſt, quiſnam hæc duo in ſum-
mo illo rerum principio,principioque coniunxerit? Sic tandem patet,ſum-
mum illud bonum quod quærimus, ſummum illud, & plenum, ac perfe-
ctum

ctum bonum, quo boni ſumus ſi ſumus, & beati erimus, ſi erimus, non eſ- E
ſe extra Deum, non eſſe in Deo, eſſe ipſum Deum Ita eſt, Ita eſt, Plenitu-
dinem illam bonorum, perfectum illum beatitudinis ſtatum, qui natura
collectus, unus, atque indiuiduus eſt, cæcus error, & ignorantia mortaliū
diſtraxit, diſpartiuit, ſeparauit; dum, ille opes, hic regnum, unus gloriam,
alter uoluptatem concupiſcit, ut beatus efficiatur; atque ideo, non natu-
ra, ſed opinio, à uero, & perfecto bono ad falſum imperfectumque tradu-
xit; factumque eſt propterea, vt, ne illam quidem portionem, quæ, ſepa-
rata à toto, ipſius felicitatis portio nulla eſt, aſſequamur; & omnino à to-
ta felicitatis, uel beatitudinis arce, miſerè, neſcio an miſerabiliter excida-
mus. Vnde & exclamare cogimus, O` miſerum mortalium genus. Deus,
Deus, ò viri, Deus inquam, eſt illud primum, maximum, iucundum, præ- F
clarum, unicum, æternum bonum, in quo habentur omnia bona; Vt
propterea, ſi amare iuuat, ſi amari quod bonū eſt debet, in ipſum Deum
referendi, & dirigēdi ſint omnes noſtri amores; quia, quicquid boni ama
mus, ſuum eſt, ſuum inquam eſt, uerè eſt ſuum. Quam grande, & immen-
ſum eſt illud bonum, vt ipſi quoque qui illud non amāt, perditiſsimi qui-
dem illi, ne aliquid quidem amare poſsint, quod illius non ſit; adeò neceſ-
ſarium eſt, ſi non eſt uoluntarium, amare ipſum Deum, quia nihil amare
poſſumus, quod non ſit ſuum. Sua eſt hæc uita, quam uiuimus; ſuæ ſunt
opes, quibus inhiamus; ſui theſauri, quos è terra fodimus; ſua eſt pulchri-
tudo, quam deperimus; ſua eſt uoluptas, qua fruimur; ſua ſunt regna, &
imperia, quæ miramnr; ſua eſt gloria, cuius deſyderio, & aura captamur; G
ſui denique ipſi ſumus, quorum cæco amore inebriamur. Ecquid eſt in
mundo non ſuum? ſi tamen bonum? Dolus, fraus, improbitas, impietas,
inuidentia, pertinacia uniuerſa κακὰ Erebo primum creata ſunt, illo au-
thore, qui (ut Grecè dicam) κακοῦργος μὲν τῶν ἄλλων, ἑαυτοῦ δὲ πολὺ
κακουργότερος; Sed omne bonum, uel Deus eſt, uel ex Deo. Etenim
propinquiſsimum Enti, Bonum eſt; omne autem quod eſt, aliquod Ens
eſt; Bonum igitur eſt, quicquid aliquo modo eſt. pſe autem eſt, ille qui
eſt; Nam & Ens ſimpliciter dicitur, & eſt; quomodo igitur non ſuum eſt,
quicquid bonum eſt? ſiquidem & ſuum eſt, quicquid eſt. Sanè quod bo-
num nō eſt, ne aliquid quidem eſt, & ideo ut neque Deus, neque in Deo, H
ſic omnino ex Deo non eſt; quia quod ex Deo eſt, etiam ad Deum eſt, &
inde bonum eſt. Audiant, audiant, ſancte Dauid, audiant inquam omnes,
in hymnis tuis, Dei uocem, Si eſuriero non dicam tibi, meus enim eſt or-
bis terræ, quem incolitis, mea ſunt thura, pigmenta, opobalſama, quæ mi-
hi adoletis, meæ ſunt omnes feræ ſyluarum, quas mihi ceditis; Iumenta
quoque in montibus, & boues, quos mihi ſacrificatis. Quid habetis, quod
abs me non acceperitis, & ſi accepiſtis, quid gloriamini, quaſi mihi quæ ve
ſtra ſint oſt ratis? Ego dominus, à quo omne datum, à quo omne donū,
bonum, melius, optimum, unum, medium, perfectum, Omnia ueſtra ſunt,
quia



A quia uobis donantur, ſed omnia mea ſunt, quia à me donantur. Iam quis
eſt tam parum iuſtus rerum arbiter, qui nos non iudicet prorſus iniquiſsi-
mos, ſi de more nihil non diligentes eorum quæ bona ſunt, illud unū bo-
num negligamus, unde ſunt quæcūque bona, immò uerò quod eſt in om-
nibus bonis totum bonū? Erit, erit illa dies felicitatis & gloriæ, in qua, no-
bis quoque, tanta cū uoluptate & gaudio apparebit Deus, ſicuti reuera eſt,
bonum omnium bonorū, finis omnium finiū, perfectio omniū perfectio
num, forma omnium formarū, actus omnium poteſtatū, poteſtas omniū
actionum, ſtabilitas omnium motionū, uis & robur omnium mouentiū.
Vultis audire? Spiritus cęlorū, gloria ſtellarū, pax elementorū, fecunditas
totius naturæ, entium eſſentia, uiuentiū uita; denique ueritas intelligen-
B tiū, maieſtas dominātium, amantiū charitas, hominū ſalus, lux Angelorū,
iuſtorum gratia, beatorū gloria, Tale tantumque bonum apparebit uerus
Deus, ò viri. Ecquàm belle inquit Theologia gētium, Omnia orant præ-
ter primum. Quid eſt enim, Omnia orant præter primū? niſi omnia egent
præter Deum? Ille enim eſt bonum primū, ſummum, maximum, plenū,
perfectum, ſufficiens, hæbræi dicunt Græci (quod obiter alias nota-
uimus) dicerent αὐταρκές. Etenim omnis alia natura manca eſt, debilis
eſt, egena, imperfectaque eſt, quouſque, ad illum Dei fontalem bonita-
tem ſingula quæque recurrant, ut illis completo orbe, fiat ultima acceſsio.
Sic ille Seuerinus, cultiſsimè, altiſsimè

C *Repetunt proprios quæque recurſus,*
*Redituq́ſ ſuo ſingula gaudent,*
*Nec manet vlli traditus ordo,*
*Niſi qui fini iunxerit ortum*
*Stabilemq́ſ ſui fecerit orbem.*

Ecquid uerò eſt diuinus ille amor tuus, O` bone Dionyſi, ſi non eſt hic or
bis, hic circulus, à bono in bonū, tāta admirabilitate, ſanctitate, felicitate,
reuolutus? uerè & ipſe bonus, ac diuinus, qui exit à bono, & terminatur
ad bonū; qui, incipit à Deo, & deſinit ad Deū. Deus eſt bonū, vnde orbis
incipit; Deus eſt bonū in quo deſinit; Deus eſt bonū, quod in mūdū uelut
trāſiens, mundū rapit. Vna linea eſt circulus iſte diuinus, Tractus, Raptus,
D Attactus. Et Deus quidē, quatenus ab eo mūdus rapitur, incenditur, inflā
matur, eſt amor boni; quatenus attingitur, habetur, poſsidetur, eſt voluptas
ex bono; quatenus ipſe mouet, allicit, trahit, eſt ipſū bonū. Bonū, vnde om
nis amor, bonū, in quo omnis uoluptas, bonū, ad quod omnia bona. O` Bo
nū, ò fons Boni, ò Amor, ò fons Amoris. Amor, qui in animis ſēper ardes;
Fons amoris, qui in animos ſemper influis; Bonū, cui nihil deeſt; Fons Bo
ni, quo nihil nō eget. Bonū, quod fędere perpetuo rerū ſeriem ligat, Fons
boni quē inundantē, & exundantē terras & pelagus, nullus liuor coherce
re unquā poteſt aut poterit; Amor, qui cęlo quoq; imperans, ſtabili fide,
pulchros incitat motus, & concordes uariat mūdi uices; Fons amoris, un-

 de om-

de omnium rerum amabilitas, Amores naturales, indigenitales; vnde ami- E
citiæ, ſocietates, cętus hominum, qui nobis dederunt caſas, pagos, villas, ciui
tates, regna, imperia. Si ſummum illud Bonum pro dignitate, & (vt Græci
dicunt) θεοπρεπῶς ab aliqua vna natura exprimi, rappreſentariq; potuiſſet,
Deus ipſe profectò ſicut in ipſa æternitate genuerat vnicam ſobolem, quæ
æterni parentis eſt tota gloria, & totus ſplendor, alienam ab omni compoſi
tione, & multitudine rerum, ſic quum adoriretur opus tanti decoris, & κοσ
μοιότητα verius, quàm κόσμον, amore forſan ipſius ſimilitudinis incitante,
& vt bono ac pulchro ex raritate quoque prætium, & exiſtimatio accreſce-
ret, diuitias quas profundebat largus opum, congeſsiſset in vnam ſolam na-
turam. Enimuero neq; vno numero vnitas, neq; linea vna centrum, neque
punctum vna figura euoluitur, ſed numero innumerabili potius numero- F
rum, linearum, figurarum. Nam & ipſa plantarum atque arborum ſemina,
quum tantæ exiguitatis eſſe videantur, ſuas tamen ipſorum vires non expli
cant, niſi magna & ingenti quadam ramorum, foliorum, fructuumq; copia,
vaſtiſsimaq; (quod in grano ſinapis Euangelium ipſum admiratur) vniuer-
ſæ arboris proceritate. Itaq;, quod ſummi boni eſt indiuiduum, quod vnũ,
quod ſimplex diuiduè, multipliciter, & compoſitè, per diuerſa rerum gene-
ra, naturas, & gradus, ipſis mortalibus, quorum gratia proximè & ſecundũ
Deum omnia condebantur explicari, manifeſtariq; cępit; &, Deo authore
digna, hæc mundi ſpecies, manibus, & digitis ipſius Dei, ficta depictaq; eſt.
Cuius magnæ molis membra & partes, ſicut omnia ſimul, ab efficiente ſorti
ta modum, à forma ſpeciem, à fine ordinem, iã tum ab initio vſqueadeò bo G
na & perfecta erant, vt meliora & perfectiora eſſe non poſſent; ſic vnaquęq;
natura, & ſpecies, ſeorſum, hæc quidẽ bona magis, illa minus; ſed tamen nul
la erat, & nulla eſt mala, niſi comparatione melioris; nam & turpis eſt Cer-
copythecus collatus ad hominẽ; & Anſer obſtrepit cantante Cycno; & eru-
beſcit Luna preſente Sole. Non ſint malæ tenebræ, O viri, nõ ſunt malę ſpi
næ, non tribuli, cardui, lappæ, lolium; non vipere, non cantharides, non alię
venenatæ beſtiolæ, non eſt malum ferrum, non eſt mala fera, non ſunt mala
bella, non eſt mala mors, deniq; non eſt mala, ὕλη illa philoſophorũ, ſed, vt
eſt extrema linea creaturarum, ſic eſt extrema linea bonorum, propè nihil
quidem; at non nihil; aliquid inquam, & aliquo modo bonum; Ipſa ſanè ca H
pacitas formarum eſt ſuum ipſius bonũ, & ſuum ipſius pulchrum; minimũ
quidem, quia illa nihil facit, ſed tantulum tamẽ, quia ex ea omnia fiunt. An
vero nõ eſt & hæc ipſa eximia laus Dei, quod luci tenebras, quod ſpinas flo
ribus, quod paci bellum, quod vitæ mortem; dicam? terram cęlo, materiam
formæ, lapides gemmis, reptilibus aues, cicures feris, herbiuoras carniuoris
in hac magna domo coniunxerit, & quaſi bonus himeneus feliciſsimè ma-
ritarit? Certè, in picturis augent gratiam coloribus vmbræ, & datur laudi
oratoris, ſi interdum in oratione ſpiritum ſuſpendat, animam contineat, ſi-
lentium faciat. Ω θεόφιλοι, ὦ θεοφιλέστατοι, Occultam quandã vim ſuis ope-
ribus



A ribus inſeruit Deus, eamq; vt fortem & efficacem, ſic dulcem & ſuauẽ; quã
non ſtatim quidem velut præſentem ſentimus, ſed tamen odoramus, velut
longè poſitam ideoq; ab ea allecti, incitamur ad quærendum, ad deſyderan
dum, ad amandum Deum. Ea vis intrinſecus eſt Bonitas, extrinſecus eſt
Pulchritudo. Quam coniuncta ſunt? quàm ſimilia? quàm finitima, hoc &
illud? Ex bono redundat pulchrum; pulchrum eſt ſpecimen boni. Accipi
te breuibus. Virtus herbarum, lapidum, fontium, ad bonitatẽ ſpectat; color
nitor, decor, ad pulchritudinem pertinet. An non hæc ex illa? at vero hæc
indicat illam. Vt enim eloquentia ſapientiæ, ſic pulchritudo ipſa (quod &
ipſum nomen indicat) eſt ipſius bonitatis quaſi pellex; cuius illud eſt pro-
prium, vt lepore pelliciat, pollinciat flore, & polluceat nitore, ac ſplendore
B venuſtatis; facies nimium blanda, & iucunda eminentia boni; flos intrinſe-
cus latẽtis bonitatis, cuius illecebris capimur, detinemur; ſicut turpitudo cõ-
tra, tetra eſt facies & ipſius mali eminentia fœda, abs qua omnia fugiunt, &
abhorrent. Ob id, pulchrum Gręcis induit nomen boni; vtrunq;.n. dicitur
καλὸν; ſed καλὸν quod eſt cognomen boni radicẽ habet verbum τὸ καλεῖν,
quod eſt vocare, κηλὸν quod dicitur de pulchro, deducitur ἀπὸ τὸν κηλεῖν
quod eſt mulcere; nam tanquam eſca, ſub qua abſconditus eſt hamus ipſius
boni, nõ vocat ſolum, ſed demulcet, delinit, allicit, & ineſcat, Voluptate, vel
delectatioue quaſi retibus amoris, capit, penè dixerã, ſeducit, vt capti, incan-
tati, ſeducti, excitemur ad amandum, ad deſyderãdum ipſum in pulchro bo
C num. Tolle bonum, ſuſtuliſti pulchrum, & oẽm vim pulchritudinis. Indicat
aſpiratio adiecta pulchro, quum olim lene ſcriberetur, & pronũciaretur pul
crum, vel polcrũ. Vis.n. tota, & totus ſpiritus pulchritudinis, eſt bonitas, cu-
ius eſt verè propria ratio, Rõ Amabilitatis. Atq; ideo & bonitas eſt pulchra,
& pulchritudo eſt bona; bonũ eſt pulchrum, pulchrum eſt bonũ. Ecce alius
circulus. O Amici, cuius bonum eſt centrũ, pulchritudo eſt circunferentia.
An verò non Deus vtrunque; centrum quo omnia continentur? Circunfe
rentia quæ ſuper omnia expanditur? Inde bonũ, hinc pulchrum. Quàm ma
gnũ bonum, intra omnia, ne aliquid ſit ſine Deo, extra omnia, ne aliquid
egredi poſsit fines Dei: Inde conſeruantur à Deo, quia Deus in omnib. hinc
creantur à Deo, quia Deus extra omnia. Sedenim, hoc bonum oẽs omnino
D naturę, vtcũq; ſentiunt; pulchrum non intelligunt niſi homines, & Angeli.
Quid mirum fratres? Totũ hominis corpus, illuminatur à Sole, ſed, ſoli oculi
adiuti lumine ſolis, vident Solẽ. Mens ſola Angelorũ, & hominũ, in ipſa to-
ta rerũ vniuerſitate oculus eſt, quæ diuino lumine adiuta, Deũ videt. Videt
veritatem Dei, ne decipiatur ex falſis Dijs; videt pulchritudinem Dei, vt de
lectetur in Deo vero: Pulchritudo allicit, veritas illuminat: ex pulchritudine
deſyderium cognoſcendi; ex veritate certitudo cognitionis: Inde amor rei
cognitæ, hinc delectatio cognoſcentis. Anima mea, Rectè obtuliſti Deo ve
ro, Pulchrum, & Bonum; Recte iã diuide inter rõnem boni, & pulchri. Da
Deo, bonum, quia omniũ rerum finis; Da pulchrum, quia omniũ rerũ for-
 ma.

ma.Creat,regit,continet,ergo bonum,illuſtrat,irradiat,decorat,ergo pul E
chrum.Gratioſa reddit omnia,ex ratione pulchri;uiuida & fecunda,ex ra
tione boni. Adſtat omnibus,& conſeruat omnia,tanquàm bonum;Placet
omnibus,& delectat omnia,tãquàm pulchrũ. Conclude tandẽ, Ex bono
naſcitur omniũ rerũ uirtus,& poteſtas; ex pulchro effloreſcit omniũ rerũ
ſplẽdor,& decus.O' Bonum.O' Pulchrũ:ijs qui uident amandũ, fruendũ,
amplexandũ,conſtringendũ;ijs qui non uident, quærendũ, requirendũ,
ſuſpicandũ,deſyderandũ.An non meminiſtis uerbi illius, Vir deſyderio-
rũ? Vir impatiens amoris? Vir amorũ? Ecquanta uis amoris? nã à robore,
amor in lingua Græca nomen accepit, ἔρως ἀπὸ τῆς ῥώμης. Quis dicat,quis
explicet,illos motus,illos impetus,illã uehementiã,illam uiolentiã, illa to
nitrua,flumina,fulmina?Concitat animos ſpiritibus,quos ipſe ciet; Inflã- F
mat ignibus,quos ipſe accendit; Afflat odoribus,quos ipſe ſpirat;Vulne-
rat telis,quæ ipſe immittit,infigit,relinquit. Sic uulnus uulnere renouat,
ſic acerbat,ſic enecat,ſic extinguit:Quid? ſic blãditur ſic mulcet ſic placet,
ſic delectat,ſic medetur,& ſanat,ſic ſuſcitat,& uiuificat. Aenigmata loqui-
mur? Ne.An nõ ænigma eſt totus amor? Sed eſt ænigma,& ænigmatiſtes.
Ob id & ea facile ſoluit quicunque amat,& ne intelligit quidem qui non
amat. Quid hic irrumpitis portenta libidinũ? monſtra ſcelerum? putores
amorũ? quid cœlũ cœno uoluitis? Amor,bonitas,pulchritudo,uoluptas,
uoces uel nomina diuinis rebus digniſsima, indignê nimium & iniquè
transferuntur ad res fœdas, & quæ carnem olent. Amor eſt deſyderium
fruendæ pulchritudinis, pulchritudo humani corporis formoſitatem ha- G
bet, formoſitas in quadam concinnitate conſiſtit; concinnitas eſt, tempe-
rantia quædam, & harmonia plura leporis, & gratiæ: Vehementes ergo
illi,furioſique affectus,& impetus, qui mentem è ſuo ipſius ſtatu dimouẽt,
qui corpus quoque ipſum perturbant,feri,immodeſti,turbulẽti,ideoque
deformes,ad amorem certe non pertinent;neque ſpectant ipſam pulchri-
tudinem; ſed aliquid aliud,cum improba venere, & cęco illo tam turpitu
dinum,quàm ſagittarũ Deo. Amor qui pulchra petit,amor qui uerè dici-
tur,& eſt φιλοκαλία,ipſe quoque eſt pulcher; atque ideo,cõtentus ſuis fi-
nibus,fugit obſcęna,turpia,immunda; nihil habet, niſi ſacrum, ſanctum,
cęleſte,diuinũ. Certè uerò ea animi parte amamus,qua fruimur; fruimur H
autem ea qua intelligimus & ſapimus. Mentis porrò hoc munus eſt, ad-
iutæ alioquin per aures & oculos inſtrumenta inuentionis & diſciplinæ.
Itaque ad hæc pertinet amor, & ipſa pulchritudo obiectum amoris, ad
mentem inquam, ad uiſum, ad auditum. Quid tactui cum pulchritudi-
ne? quid cum amore? Non eſt pars amoris, non eſt affectus amantis, eſt
petulantiæ ſpecies, eſt ſeruilis hominis perturbatio; perturbatio quæ non
facit amantes, ſed amentes, non facit cupientes, ſed concupiſcentes;
Poetas porrò tam obſcęnos moribus quàm uerbis elegantes dum feram
illam rabiem canunt, non facit ſacros, ſed execrandos. An uerò non





A eſt & ſancta ecſtaſis in diuinis amoribus? Oſculetur me oſculo oris ſui.
Vulneraſti me, Amore lãgueo, Liquefacta eſt anima mea,Inebriauit me
abſynthio,Aut dimitte, aut dele. Sto & non reſpicis me,mutatus es mihi
in crudelem.Sponſus ſanguinũ tu mihi es. Non dimittã te niſi tu benedi-
xeris mihi.Ecce tu pulcher es,Veni dilecta mea,Inter ubera mea commo
rabitur. Fuge dilecte mi,Tenui eum nec dimittã. Sed age iam conclud-
amus. Duo ſunt præcipua Dei nomina (Viri audite,& ne dolete quæſo tar
ditatem meã,ne culpate moras meas; In Labyrintho ſumus,vbi qui pro-
perant illa ipſa properatione implicantur; vt quò magis feſtinant ad exi-
tum,eò diutius teneantur ne exire poſsint) Τὸ ὄν, & τὸ ἀγαθόν, Ens,inquã,
& Bonum; ſunt hæc diuina cognomina; res una & eadem eſt, ſed ratio-
B nes ſunt diſtinctæ; Et in diuina hiſtoria quidem, vtraque eſt ſuo ordine
prima, & ſumma; porro illa, eſt quaſi in edibus ſolum, hæc,tanquàm fa-
ſtigium, & culmen. An non in ipſis quoque rebus, rationi ipſius entis
præſtat ratio boni? ratio inquam perfecti? Nam & ipſe rerum opifex,non
prius ceſſauit ab opificio, quàm fabrica eò deducta eſſet, ut quæ fecerat
non modo eſſent,ſed eſſent ualde bona hoc eſt perfecta,quibus,tanquàm
ingentis huius corporis membris, adde, & in ſua ipſorum ſpecie, nihil
prorſus deeſſe uideretur. Omnino uerò ne Ens quidem eſſet, quod dici-
tur de creaturis, niſi eſſet ipſum bonum, quod Deum benedictũ ad crea-
tionem permouit, & excitauit, ut fierent; illa inquam

*Forma Boni, liuore carens.*

C Diuinus autem ille Moſes,Iudæorũ ſuſceptor,& Pedagogus,quum inter
oracula Dei utrunque nomẽ mandaret literis,Et qui eſt,Et omne Bonũ,
illud ſpectare putauit ad rudimẽta ueræ pietatis; quod propterea inuulga
uit promiſcuæ multitudini filiorũ Iſrael; vt egredientes de Aegypto, no-
uos iam Deos dediſcere,æternũ Deum addiſcere inciperẽt; vnde,& erige
rentur animis,ad credendã, atque intelligendam creationẽ mundi, totius
religionis primum, & maximum ſeminarium. Nomẽ autem ipſius Boni,
ipſe ſolus tãquàm ſacrum,& ſeparatũ,accepiſſe ſe dixit à Domino; quum
illi in petra loqueretur; nimirum apicẽ uniuerſæ ſapientiæ, & non tã ſco-
pũ legis,quæ Deum creatorem oſtẽdit filijs Iſrael,quàm Euangelij,quod,
Deũ ipſum humani generis redemptorẽ exhibet omnibus gẽtibus. Ex illo
D igitur bono,eſt tanta illa bonitas;ex illa inquã plenitudine & perfectione
diuinæ naturæ,tãquàm ſplẽdor ex ipſa luce, & ſubſtãtia Solis,emanat infi-
nita illa largitas,& liberalitas bonę uolũtatis ipſius Dei;illa miſericordia,il
la benignitas; ſingularis illa & propemodũ incredibilis beneuolẽtia,qua,
nos de nihilo olim creauit, magno ſui ipſius pretio redemit, ſuo ipſius cor
pore cibauit,pro nihilo ſaluos fecit. Hinc dicitur Bonus; bonus Deus bo-
nus dominus bonus pater,pius,patiẽs,lõganimis,clemẽs,propitius, non tã
amabilis,quàm amans amans homines,amãs animas;non tã ſeuerus quàm
miſericors, qui pluit ſuper iuſtos & iniuſtos, qui Solẽ ſuum oriri facit etiã

ſuper ingratos, qui nemini facilè iraſcitur, qui multus eſt ad ignoſcēdum E
qui non uult mortem peccatoris, qui ne ipſi hominem exueremus, homi
nem induit, qui ne moriremur mortē ſubijt. Vnde illa uox filij Dei, Ego
ſum paſtor bonus, Bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis. Hæc
eſt illa Bonitas, Viri fratres, quā lex in ſuo ipſius utero tot ſecula clauſam
tenuit, quam Plato neſciuit, quàm omnis gentium philoſophia ignora-
uit. Nunc enim totus terrarum orbis linguam quam non nouerat, audi-
uit. Nihil tam oppoſitum bono quàm malum, nihil tam amori quàm li-
uor, nihil tam uitæ quàm mors, nihil tam Deo, quàm Diabolus. Inuidia
Diaboli intrauit in orbem terrarum, & malum quo mali ſumus, & per
malum mors, qua æternùm perijſſemus; Amore Dei iam ubique regnat,
& bonum, quo boni euadimus, & uita qua æternum uiuimus, Chriſtus F
Ieſus. Tibi laus, & gloria ò Bone Deus.

## *Tantæ bonitatis & pulchritudinis Deum habitare in cœlis, & ſuper cœlos tanquàm eum, qui præſidet vniuerſitati rerum omnium.*

## *CAP. XXII.*

INTEREA autem, mihi liceat, Deus, Deus meus; G
mihi inquam liceat, dum glorificare pergo nomen
ſanctum tuum, orare maieſtatem tuam, Domine
ubi habitas? Vbi habitas domine? cuius in uultu,
habitant oculi mei, habitat cor meum, & anima
mea. Ecce clamo per diem, Ecce clamo per noctē,
Reſpice in me, & ne confundas me ab expectatio-
ne mea. Non ſum quidem ego dignus, qui audiam
ex ore tuo, Veni, & Vide; Sed tamen patere, ut (quæ tua eſt bonitas, tua be
nignitas) quemadmodum ſagaciſsimi canes per ueſtigia ferarum, latibu-
la quoque, quæ non uident, inueniunt; ita ego, dum oculo & nare inſiſto
ueſtigijs, quæ alba ubique impreſſa ſunt per omnes creaturas tuas, poſsim
nonnihil aſſurgere, &, ſi non uidere, ſubodorari ſaltem, ubi ſis, ubi pa- H
ſcas, vbi cubes. Gaudeamus Fratres, Cœlum intonuit, Ego in altiſsimis
habito, Et non ſolum gaudeamus ſed totis animis gratulemur inuicem,
Deum noſtrum eſſe in cœlis ſuper cœlos, & ſuper omnia quæ ſub aſpectū
ueniunt oculorum noſtrorum; ibi ſedere, ibi regnare; ibi habere thro-
num æterni imperij; & non poſſe uideri, non poſſe capi, neque teneri à
mortalibus. Quanta eſt humanæ improbitatis audacia? quanta temeritas
ò viri? An obliti eſtis prælia gygantea? Et noſtræ quidem ætatis gygan-
tes, qui in ipſam totam chriſtianæ religionis pietatem bella mouent, qui
in ſa-



A in ſacramenta, in diuos, lingua, & dente, armati ſunt, putatis'nē (ſi lice-
ret) cœlo parcerent? ſolent non deturbarent? Lunæ cornua non torque
rent? flammas ſtellarum non extinguerent? non concuterent fundamen-
ta terræ? non pellerent ex ſuis ipſorum ſedibus Angelos? non in omnia
Dei opera, & in ipſum tandem Deum, vniuerſæ naturæ parricidio deſæui-
rent? Heu, Heu, Bone Deus, in quæ me tempora reſeruaſti? Indicat Ieſus,
bonus noſter, & dulcis Ieſus, in quo vno quàm maximè (ſi tamen guſta-
ſtis) apparet, quam bonus eſt Deus; Qui nos omnes tanquam oues erran-
tes, portauit ſuper humeros ſuos, & ſeipſum nobis fecit uiam, ducem, pa-
ſtorem, & baculum, cui inniteremur, ut pergeremus ad patrem. O` bonū,
O` bonitas, O` bone, O` amabiliſsime, O` fons amoris, O` totus amor
B Ieſu Chriſte; qui uulnera noſtra, nunquàm cauterio, ſed ſemper unguen
to ſanaſti; totus unctus, totus ungens, totus unctio; nihil habens aſperi, ni
hil auſteri; nam & naturalem aſperitatem Eſau, qui referebat nos pecca-
tores, diuina miſeratione indigniſsimos, myſtica illa ipſius Iacob, (& tu
Iacob es, ò dulcis Ieſu) lenitata, facilitate, & ſuauitate, condiſti. Hic Ieſus,
Viri Fratres, ad quem ex omnibus mundi regionibus, omnes nationes tan
quàm ad commune bonum concurrunt, qui, ſuo ipſius corpore eſt noſter
panis, anima ſanguis, uerbo ſpiritus, & uita; qui, aduerſus præcepta non
bona dedit nobis ſpiritum bonum; qui, aduerſus legem, irarum, & ultio-
num, aream, attulit mundo Euangelium, campum ingentem miſericor-
diarum & conſolationum. Hic inquam Ieſus, ad hunc uſque diem, in ſa-
C cramento illo mirabili, quod paſsionis ſuæ memoriale perenne reliquit
fidelibus, audit, ſtans ad aras, impias illas uoces, Quis det de carnibus
eius, vt ſaturemur? Mittamus lignum in panē eius; Deuoremus, tranſglu
tiamus eum. Vnde, & ille, nobis, non ſibi natus, nobis, non ſibi datus, me-
rito fugam fingit, & ſecum ſolus habitat, & ubiquè quæritur, & nuſquam
inuenitur; & Maria, dolens foris plorat, & oculus ſuus deducit lachrimas,
Cuſtos qui de nocte? Cuſtos qui de nocte? Si tu ſuſtuliſti eum, dicito mi
hi, & ego eum tollam. Vigiles, in quorum excubijs ſecuræ uiuunt ciuita-
tes, futuræ alioquin direptio, & præda malorum hominum; in hac ſaltem
ciuitatula, quæ, à toto bono, nomen habet, num quem diligit anima mea
D uidiſtis, dicite, nuntiate, quia amore langueo. O' vos, qui tranſitis per viā,
attendite dolorem meum, Videte quàm grande malum; Tulerunt domi-
num meum, & neſcio ubi poſuerunt eum. Sed iam accedamus ad cœleſte
illud ſanctuarium, ad æternum illud ſolium, ad tabernaculum illud ſacro-
ſanctum, quod (vt D. Apoſtolus dixit) fixit Deus, & non homo, ſicut pro-
fana illa tabernacula Deorum, quos olim coluerunt perditæ gentes; Inde
enim, ſecurè, Deus noſter, ridet & irridet omnes impios mortalium cona-
tus; ut qui nouit quoniam cogitationes noſtræ, uanæ ſunt, niſi à Deo ſte-
mus, & Deo humiliter ſeruire ſtūdeamus. Sanè, & Ieſus, dum in terris age
ret, tot periculis, tot ludibrijs & inſidijs obnoxius, ſui ſecurus, hoſtium ne-

 gligens

gligens & contemptor, per medium illorum ibat, & nõ uidebatur, & non E
tenebatur, & nõ capiebatur. Itaque (ut hinc incipiamus) Antequàm Deus
fabricaretur mundũ, non erat Tò ubi, neque Tò alicubi; ſicut neque erat
Tò quando, neque Tò aliquãdo; imò nõ erat Tò nuſquàm, neque Tò ubi-
que; quemadmodũ propriè, neque Tò ſemper, neque Tò nunquam; hæc
enim ſignificare ſolent differentias temporis, illa loci; quum tunc nõ eſſet
in diuina æternitate tẽpus, ſicut neque in diuina immenſitate locus. Deus
non erat in tẽpore, neque extra tempus; nõ erat in loco, neque extra locũ;
ſed, uelut ſuperior tã loco, quàm tempore, vt, ſine tẽpore, vim habebat om
nium temporũ, ita, ſine loco, habebat poteſtatẽ omnium locorũ. Ipſe ſibi
locus erat ampliſsimus; Ipſe ſibi urbs pulcherrima, florentiſsima, potẽtiſsi
ma; Ipſe ſibi ſacra & magnifica ædes; Ipſe ſibi aurea regia, aula ſublimis, F
ſancta & auguſtiſsima ſedes; Ipſe ſibi tandem mundus, tempus, & omnia.
Ecquæ tam cæca ſunt quorundam philoſophorum iudicia, imò uerò quæ
tam inania delirantium ſomnia; vt putent, nõ eſſe aliud domicilium Dei,
quàm mundum? ideoque non potuiſſe Deum eſſe ſine mundo; quaſi in
gurguſtio habitandũ illi fuiſſet, niſi æterna fuiſſent palatia mundi? Eſt ha-
bitaculum Dei mundus, quis id neget? ſed, tale eſt, quale fuit Nino Nini-
ue, & Romulo Roma. Erat enim, & uigebat Ninus, Romulusque flore-
bat, antequàm hæ duæ urbes (cur non dixi orbes?) eorũ imperio cõderen
tur. Et, ſi ludere licet in re tãta, Rus eſt Dei noſtri, hic mundus; quem, ſum
mus Monarcha, tanto artificio ſibi ſtruxit ad delitias; quemadmodum &
Salomon, cùm tot ante annos regnaſſet, nullis nõ diues opibus, ædificauit G
ſibi deinde hortos & uineas, piſcinas quoque, ſyluas, atque pomeria, in
quibus æſtate ruſticaretur. Quanquàm (vt ſeria dicam) munificentiſsima
ædilitate perfunctus eſt Deus, dum fabricatus eſt mundum; nullo enim
intuitu alicuius ſuæ uel utilitatis, uel uoluptatis, egit illud ſolum, ut homi-
nes, magna cum uitæ commoditate, iucunditateque, habitarẽt; nam nihil
mundo pulchrius, ut nihil, mundi authore præſtantius. Profectò uerò, ſi
negari non poteſt, quin ea ſaltem hominis particula, qua cunctis animan-
tibus antecellimus, ſine corpore eſſe, uiuere, operarique ualeat, quæ tamẽ
adeò multis, & magnis uinculis, ipſi corpori eſt colligata, vt omnia homi-
nis officia, quoad hic uiuimus, ex anima corporeque naſcãtur; Deus Actus
ex toto purus, mens ſoluta prorſus, ac libera, quomodo non potui æterno H
illo tempore, eſſe ſine mundo? vel, cur quærẽdus eſt Deo locus ante mun
dum? quaſi egeat mundo Deus, & non contineat Deus mundum, magis,
quàm ipſe contineatur à mundo? Certè enim, equorum domitor, quum
aſcendit ſuper equos, continet potius equos, quàm contineatur ab equis.
Abſit igitur, vt, cũ anguſti animi hominibus, opinemur, quod Deus ipſe,
eo tempore, quo ſurgere cęperũt hæc alta cœli & terræ domicilia, aut me-
lius habitare inceperit, aut tanta rerum magnitudine, ac multitudine, in
arctũ fuerit, & in anguſtum adductus. Generoſè potius, ò viri, cùm ſapien
tibus



A tibus omnibus, alta mente cogitandum eſt, quod diuinæ illius quæ modũ
omnem, & menſuram excedit, bonitatis exhuberantia, ſuum ipſius ſinũ,
quàm benigniſsimè ac liberaliſsimè aperuerit mundo, &, æternũ diligens
opus quod fecerat, nuper, intra ſeipſam, omnia quæ in mundo ſunt, ſupra
quàm dici queat amanter exceperit; ne ſtatim nata, ſtatim interirẽt, collo
cata extra ſinũ eius, & fulta aliena uirtute quàm ſua. Conſequitur autẽ eui
dentiſsime, quod illa ipſa diuina immenſitas, quæ, cùm nõ eſſet mũdus, in
ſe ipſa erat & habitabat, fabricato deinde mundo nequaquam cõtineri po
tuerit ſpatijs aut regionibus ipſius mũdi; ſed, ut prius, in ſe ipſa cõſtituens,
& ſubſiſtens per ſe ipſam, nulliusque indigẽs uel tecti uel ſolarij in mũdo,
ſe ipſam extra omnẽ mundi ambitũ, adhuc in ſua ipſius immẽſitate conti
B neat, quã ne Democritæi quidẽ mũdi intra ſuos ipſorũ terminos cõtinere
poſſent. Ecquid eſt tota rerũ uniuerſitas, ſi cũ Deo cõferatur, niſi terra cũ
cœlo? punctũ cum circulo? nihil cũ ipſo toto? Ergo, ſi ita loqui, vel cogita
re licet, immẽſa eſt magnitudo regionũ ipſius Dei; in quã, ſi ſe ipſum intẽ-
dat animus, per infinitatẽ orarũ peregrinabitur; &, niſi ei defectio, vel defa
tigatio peregrinandi, finẽ afferat, nulla unquã in extremitate cõſiſtet. Sed
certè illis qui adhuc quęrũt ubi habitat Deus, ex ipſa diuina hiſtoria adhuc
dicendũ, Sicut antequã mundus fieret apud ſe manebat, in ſe erat, & ſecũ
habitabat; ſic poſt mũdi fabricã apud ſe eſt, in ſe manet, & ſecũ habitat, idẽ
qui prius, & eodẽ modo quo prius; per ipſam rerũ creationẽ, ut nõ ſub tẽ-
pore, ſic neque ſub loco; vt nõ minus æternus, ſic nõ minus immẽſus; mun
C dũ propterea, & loca omnia mũdi lõgè lateque poſsidẽs; intus replẽs, foris
cõtinẽs; ſine labore permeans, ſine onere ſuſtẽtans; infuſus, ſi ita loqui fas
eſt, & circunfuſus per omnia; & (vt ſupra dicebatur) totus in ſingulis, totus
in omnibus, totus in toto, totus in parte; in omni loco, in omni tempore,
ſemper & omnino totus, nulloque tẽpore, & nullo loco contentus. Porrò
uerò, quoniã in ampliſsima hac rerũ uniuerſitate ſunt duo extrema loco-
rum omniũ, eaque tanto interſtitio ſeparata, ut ab ipſo orbe cõdito nun-
quàm coire potuerint, Cœlum inquã & infernus; nã nihil cœlo altius, ni-
hil inferno profundius, ut nihil cœlo beatius, nihil inferno miſerius. Quũ
cætera quæque loca cingatur, & cõcludantur illo ipſo hiatu, & chao, inter
D ſummũ, & infimum; nã nullus eſt locus, qui non ſit, uel ſupra inferos, uel
infra cœlos; ſiquidem neque ſupra cœlum, neque infra regionem inferni
inferioris; ullus eſt locus. Quum unuſquiſque locorum, quò magis diſtat
à ſummo cœlo, eò accedat propius ad infernum inferiorem; &, uice uer-
ſa, quo longius recedit ab inferis eò ſit cœlo ipſi propinquior idque, ut
ſitu, ſic ratione, & qualitate; Quæ tanta eſſe poteſt alterius cuiuſuis loci
dignitas, maieſtas, bonitas, pulchritudo, vt ſupremo cœlo præferri, aut
etiam cum illo conferri poſsit; ut propterea tantæ pulchritudinis, & boni
tatis Deus, cui pulcherrima & optima quæque debentur, infra cœlum, &
non in cœlo domicilium habere debeat? Immò uerò, quis eſt inter mor-
tales,

tales, tam mentis inops, vt, ſi Deo tribuendus eſt locus, non ſtatim ſecum ratiocinetur & dicat. Quum Deus ſit natura puriſsima, ſimpliciſsima, quum ſit ſummum rerum omnium principium; quum nunquàm non ſit, nunquam non agat, iure ac meritò, altiſsimum cœlum, quod ſempiterno motu mouetur, quod eſt ante omnia corpora, quod omnium corporum eſt ſimpliciſsimum, pulcherrimum, optimum, iucundiſsimum, quod Græcis οὐρανὸς dicitur quaſi τῶν ἄνω ὅρος hoc eſt ſupremus corporum, finis, terminus, & quaſi margo, inter omnia loca diuinæ naturæ tribuẽdum eſt. Qui, & in cœlo ipſo toto, tantæ illi maieſtati æterni Dei, tribuendus eſt ſummus ille, atque celſiſsimus omnium ſphærarũ uertex, Græcè τὸ Ἀκρὸν, quod cœlum cœli dicitur, vel etiam cœlum cœlorũ; vt ſit æterno Deo tanquàm pulcherrima ſella, vbi firmiſsime aſsidat, & tanquàm altus, fulgens, & nitidus currus, quo abſque ulla agitatione Rex ille tam pulcher, tã bonus, tam amabilis omnibus, tam amans omnium ad tutelam omnium rerum, quaſi curſu perpetuo, per omnia loca uehatur. Et quidem, ò viri, non eſt putandum indignum eſſe Deo, quod altè ad gubernacula ſedeat, nam & in Prophetis legitur, Antiquus dierum ſedit, & Vidi dominum ſedentem; ſanè, is qui ſedet, & eſt intra ſedem tanquàm ſedens, & ſupra ſedem, tanquàm præſidens ſedi. Quis eſt, qui negare audeat Deum per ultricem illam iuſtitiam eſt in ipſis quoque inferis, in hoc mundo per gratiam, & miſericordiam, & tandem in regno cælitum per gloriam? Sed, profectò fruſtra quæritur alius locus, cuius ſit ad ipſum Deum tanta proportio, & analogia, quanta eſt in illa ipſa diuiniſsima regione cœlorũ, in ipſo tecto uniuerſitatis mundi, quod, ſupra omnia corpora tanquàm pellem & tentorium, ad diuerſorij noſtri commoditatem, & otium, per tam immenſa ſpatia extendit ille ipſe Deus benedictus; vt extra ſuum ipſius orbem, & gyrũ, neque aliquod corpus ſit, neque inane. Eſt ipſe quoque infernus ὅρος, ut eſt ὅρος οὐρανος; Eſt inquam finis & terminus regio inferorum, perinde ac ipſum cœlum; Sed, cœlum eſt terminus ſurſum, infernus deorſum; illuc aſcendimus, huc deſcẽdimus; immò uero illuc uehimur huc ruimus;

*Facilis deſcenſus Auerni;*
*Sed reuocare gradum, ſuperasq́; euadere ad auras,*
*Hoc opus, hic labor eſt.*

Quid eſt quod aſcendit (inquit Apoſtolus de Chriſto loquens) niſi quia primum deſcendit in inferiores partes terræ? Quoniam igitur, origo & principium rerum, à ſummo eſt, &, quoduis principiũ caput dicitur; Sunt enim è regione poſita caput, & pes, ſiue cauda; Verè, caput & principium rerũ, in cœlo eſt; in inferno meta, pes, & terminus; Vnde & Moſes in Coſmopœia præpoſuit terræ cœlum. Vt propterea, nemo mirari debeat, quod inde prodierit, & uniuerſum orbem peruagata fuerit communis illa omnium gentium antiqua fama, & fides, quæ uarijs linguis ſed uno animo, unoque ſenſu græci & barbari, intelligẽtes quidem, quod cœlum & cœli





A cœlorum capere nequeant ipſum Deum, ſed omnino ad cauenda præiudicia religionis ſignificantes Deum non eſſe nuſquàm, vt uocabãt Deum ipſum ὕπατον κρειόντων, ſummum omnium principum, ſic, dicebant cœlum ipſum eſſe ſupremum habitaculum Dei, Græcè Ἀνώτατον οἰκητήριον τοῦ θεοῦ. Vnde & in omnibus ſeculis, quoties adorabant, & deprecabantur Deum, pio quodam religionis cultu viri, & feminæ ubique terrarum, docente natura, duplices manus ad cœlum extollebant; ſiue, ut Deum & diuinas uirtutes atque influxus ad ſe traherent, ſiue, ut ſe ad Deum, & ad diuina ſuſtollerent. Nam & Hiarbas ille Lybiæ Rex, tametſi

*amens animi, & rumore accenſus amaro,*
*Dicitur, ante aras, media inter numina diuum,*
*Multa Iouem manibus ſupplex oraſſe ſupinis.*

B Et Sinon

*Ille dolis inſtructus, & arte pelaſga,*
*Suſtulit exutas vinclis ad ſydera palmas.*

Sed, & de Anchiſe, quum augurali portento, flamma cœleſtis, Aſcanij comas, & caput, tactu innoxio, lambere uiſa fuiſſet, ſcribit Maro.

*Oculos ad ſydera lætus*
*Extulit, & cœlo palmas cum uoce tetendit.*

Vbique de more imitatus ſuũ illum Homerum, cui eſt tam frequẽs in ore

θεοῖσι δὲ χεῖρας ἀνάσχων.

C Vt qui didicerat magnum illum Iudæorũ Moſen, in uſu habuiſſe, vt dum oraret ad cœlum tolleret manus; quæ, quoniam graues erant, ſymbolum grauiſsimæ, & ueræ lapideæ legis, quam tulerat, onus nimirũ (quod Apoſtoli conqueſti ſunt) importabile, ne laſſatæ ab officio ceſſarent, unde & periclitaretur populus, cui pro haſta, & clypeo, erant preces tanti ducis, ſuſtentabantur religioſa ope ſacerdotali. An uerò non huc ſpectat apoſtolicum uerbum, Leuantes puras manus? non huc tẽdunt omnia illa oracula? Leuo manus meas ad cœlũ? Exaudies de cœlo? Adorate Deum cœli? Inclinauit cœlos, & deſcendit? Mitte de cœlis aſsiſtricem ſapientiã? Deus de cœlo proſpexit? Deus in cœlo reuelat myſteria? Ecquam decuit, Viri prudentes, prædicari in gẽtibus Deum eſſe in altis illis ſubſellijs honoris,
D & maieſtatis, eſſe in cœlo dominum cœli, amandum inquam & uenerandum pijs, quibus nihil eſt iucundius quàm audire, & loqui de cœleſtibus, timendum & formidandum hominibus ſceleratis, contra quos quotidie fiunt uoces, uidentur noua ſigna, & audiuntur tubæ iræ Dei, quæ, de cœlo, reuelatur ſuper omnem eorum impietatem, & iniuſtitiam. Non ignoramus allegoricos cœlos, uirtutes cœlorũ, mentes ſuperas, verba cœlo edita, Apoſtolos cœlo pares, animas cœlo dignas. Omnes, qui ab ipſo Deo ſtamus, & Deo humiliter ſeruire cupimus, quibus nondum datum eſt, ut ad ſublime illud cœlũ, ad incircunſcriptum illum locũ aſcendere ualeamus, agnoſcimus Chriſtum tanquã cœlum, & in ipſo Chriſto adoramus æternum

num Deum, nimirum in filio patrem. Adoramns eundem in virgine θεο- E
τόκῳ, quæ mater, & ſponſa Dei, cur non dicatur cœlum, vnde ad nos di-
uinarum gratiarum deſcendunt imbres, & pluuiæ? Adoramus in omni-
bus ſanctis, quos tanquàm cœlós, tantis admirabilium uirtutum ſplendo-
ribus diuinis ſpiritus exornauit; per quos tanquam per cœlos, nunc quo-
que in terris noſtris, operatur quotidie noua rerũ miracula. Quid? Deum
ipſum adoramus in ſacris templis, quæ exemplaria ſunt inuiſibilis cœli, in
quibus repræſentatur diuina magnificentia, quæ toties replet ſua ipſius
gloria, & quæ demum ipſe ſibi domos orationis perpetuò conſecrauit. An
non eſt ſcriptura ſacra cœlum, cœlum, quod Deus operit nubibus, unde &
tonat, & pluit, & exhilarat, & concutit faciem, & ipſa quoque fundamen-
ta terræ? Sed & ipſa Chriſti Eccleſia, cœlum eſt per cuius medium uolant F
Angeli, unde, & interdum, ſtellæ, præcipites cadunt, in terrã. In hoc ipſo
cœlo, ò viri, vbi, vbi ſumus piè ſemper religioſeque adoramus Deum; de-
ſyderio ſurſum habentes cor, cogitatione leuantes oculos, intentioneque
& opere extendentes manus ad dominum; ſcientes quia, qui ubique eſt,
non tam præfert locum loco, quam cultum cultui; vbique terrarum quæ-
rens qui eum adorent in ſpiritu, & ueritate, in ueritate inquam ac ſynceri
tate fidei, & in ſpiritu ac uehementia diuini amoris. Hoc eſt demũ cœlum
myſticum, ſancta, religioſaque pietas, vbi colitur & adoratur uerus Deus
ignis, & aqua, globus ignis, & aquę. Ob id enim in ſacris noſtris myſterijs,
quibus homines terreni non ſolũ efficiuntur cœleſtes, ſed ipſi quoque cœ-
li, in quibus ſedeat, & inambulet Deus, baptizamur in aqua & igni; & per G
allegoriam quoque, in diuinis ſcripturis, ſapientia, & fides, eſt aqua, amor
& charitas flamma ignis. Porrò uerò, citra myſterium, illi ipſi, de quibus
ſermo eſt, corporales cœli, ſacræ inquam illæ cœleſtium orbium compagi-
nes, & globi natura quidẽ diſſolubiles, ſed indiſſolubiles diuino artificio,
& uoluntate; admiranda illa, quam præferunt proportione, et analogia
opificij ad opificem, teſtari mihi prædicareque uidentur, velut apud om-
nes omnium linguarum populos, ſermone copiaque potentes; quod nõ
ſit alia regio, tam Deo digna, quam illud ipſum ſupremum ſanctuarium;
ſacrum et ſeparatum à rebus communibus et profanis corruptibilibus in-
quam, et ſuapte naturali compoſitione caducis; natura ſanctum, quod ha- H
bitatur à ſancti; ad quod ducit uia ſancta, unde ex peccatoribus mutamur
in ſanctos, ubi ſancta Seraphim canunt Deo Ter ſanctus. Hinc, in ſacris
ueſtibus, quibus, cum totius mundi ornatu, et figura, ad ipſius Dei gloriã,
induitur Pontifex imago Dei; quemadmodum byſſus terram, purpura
mare, hyacinthus aerem, et coccus ignem ſignificat, ſic pulcherrima illa
uitta, et ciddaris, cum lamina aurea, quæ ipſi in fronte rutilat, vbi inſcri-
ptum eſt Dei nomen, cœlum ipſum refert et exprimit. Sed et in Taber-
naculo Moſe, quod architectante Deo, tam admirabiliter inſtruxit, et or-
nauit, rude illud ſeculum ueteris ſynagogæ, in cuius ædificatione tantus
labor,



A labor, in cuius dedicatione fuit tanta lętitia; pars illa quæ dicitur Sancta
ſanctorum, in quam ſolus ſacerdos ingreditur, quum primum & ſecun-
dum ueſtibulum nulli non pateant, non ne à Spiritu ſancto pro cœlo po-
ſita eſt, quando omnibus elementis uti, nulli non licet mortalium, at ue-
rò in cœlos uolare, & penetrare, illorum tantum eſt munus & gratia, qui
ut regnum cœlorum diripiant ſibi ipſis uim inferentes, religioſam & di-
gnam ſacerdotibus, in carne & præter carnem, uiunnt uitam? Ita tan-
dem, habetis mundum, Dei templum; cœlum ſacrarium. Suſpice, Suſpi-
ce cœlum dilecte mi, ut arguere poſsis cæcos illos homines, qui uelut or-
bati luminibus non cernunt diuinam maieſtatem in throno illo aureo ip
ſius cœli. Cœlum eſt theſaurus, & ærarium prædiuitis naturæ; gaza, &
B ærarium bonorum omnium; Ex cœlo manna, uerbum Dei, immortalis
animorum cibus; In cœlo nox locum non habet, quod & caret omni
umbra, plenum ſplendore puriſsimo, habens lucidiſsima ſydera, diſpo-
ſitum ornatiſsimè immoto ordine perpetuo manens, ſemper ſui ſimile.
Nam & ſapientis animam, quæ moribus micat tanquàm ſtellis, quæ in
ſua ipſius mente, uelut in parte ætherea, habet diuinos circuitus, concin-
nas choreas, fulgidiſsimos ſplendores ſtellis quàm ſimillimos, ipſi etiam
alieni uocant terreſtre cœlum. Ecquis ſcit ſi ab ipſa ſanctitate, & digni-
tate cœli, illa ipſa æterna diuinitas quæ ſola (ut initio dicebam) ſibi æqua-
lis eſt locus, apud omnium gentium ſapientes cœli nomen acceperit?
C Quid eſt enim illud in ſacris literis, Poſuerunt in cœlum os ſuum, Perue-
nerunt peccata eius uſque ad cœlum Sicut eſt uoluntas in cœlo ſic fiat? ni-
ſi Male locuti ſunt de Deo Prouocauerunt ad iracundiam Deum, Fiat
uoluntas ipſius Dei? neque enim eſt nouum ad ornatum orationis ſume-
re regnum pro Rege, vt campum pro comitijs, & curiam pro ſenatu.
Hinc, quum ipſi genus Deorum ſimus, appellamur tamen plantationes
cœleſtes, & non in terram proni ſed in ipſum cœlum ſurrecti ſumus, ut
illuc aſpiciamus unde altas ducimus origines. O cœlum cœli, ò cœlum
cœlorum, ò cœlum ſupra quod nullum aliud cœlum, ò cœlum ſupra
omne cœlum; cœlum ſemper primum, ſed ideo cœlum tertium, quia
non uiſibile neque intelligibile ſolum, ſed cœlum cuius participatione
D & uiſibiles, & inuiſibiles cœli habent ut cœli ſint; immo uerò, cuius
comparatione ipſum quoque cœlum ſummum, terra uidebatur ei qui in
delicijs paradiſi poſitus, & Deo proximus, dixit, In cœlum conſcendam.
Verè cœlum eſt Deus, ò amici, non celatum ſyderibus ſed unde crean-
tur ſydera, & celaturæ ſyderum. Cœlum non à contrario ſenſu cela-
tum quia apertum, ſed propriè celatum, occultum ſecretum, unde tamen
Deus ipſe ſicut omnia celat, uariatque, ac pingit pulchritudine ſua, co-
loribus, & luminibus ſuis; ita ut illi libet omnia promit, & celat, ex ſe-
cretiſsima abyſſo ſapientiæ ſuæ, iuſtitiæ ſuæ, prouidentiæ ſuæ. Cœlum
cauum, & profundum quo continentur omnia; Cœlum conuexum &
altum

altum cui ſubijciuntur omnia. Te interrogo philoſophe, Quid intelligis nomine cœli? Certè non molem illam ſolum, quæ ad vtilitatem humani generis circunfertur latione perpetua, ſed & ſtellas, & primarias maximè, quæ planetæ dicuntur, & dæmonas illos tuos, quos virtutes cœlorum appellare ſoles, & pro motuum numero, ac ratione diſtinguis. Huic igitur toti cęlo præſidet Deus meus; regit totum cœlum, imperat toti cœlo, eſt dominus totius cœli. Sed, cur ſingulariter dico cœli, & non iuxta Moſaicam ſublimitatem cœlorum. Dicimus Thebas, Athenas, Siracuſas, Suſas, Venetias, & tantam illam vrbem cœleſtem, quæ immenſa ſui ipſius magnitudine ambit totam vniuerſitatem rerum omnium, & viſibilium & inuiſibilium, cuius eſt nomen. Dominus in ea, Illam *μεγαλόπολιν* figura quadratam quæ per omnia latera habet ternas portas, tot porrò manſiones, mœnia tantæ altitudinis, tantæ ſpatioſitatis plateas, tot tribunalia, ſedes, vireta, tabernacula, gazophilatia, flumina; Illam *οὐρανόπολιν* plenam Angelorum, Archangelorum, hierarchiarum, ordinum, cętuum, cuius omnes aliæ in terris metropoles ſunt viliſsima municipia, & exiguæ coloniæ cur quæſo veremur appellare cœlos? & abiectè vocamus cœlum? Omnem illam igitur vel totam (ſiue domum, ſiue ciuitatem, ſiue regnum dicere mauis) habitationem cœleſtem, Deus ipſe tam pulcher, tam bonus velut tanto habitatore dignam, pulcherrimam, optimam, amplam, felicem per ſeſe implet, continet, regit, moderatur, aurigatur. Si domum dicis, eſt Paterfamilias; ſi ciuitatem eſt Princeps, & dominus; ſi regnum, eſt Rex, & *αὐτοκράτωρ δύναμις*, ſui omnino arbitrij, per ſe ſe potens, liberam habens, & plenam omnis rei conſtituendæ poteſtatem. Indicat, quod ſtellas proprio vocat nomine; quod, ad nutum eius, affulſit, & attulit pacem mundo prima illa Iris, pulcherrima *ὑπὲρ πάσαν ἴριν*; quod, venientibus ex oriente Regibus, eo iubente, viſa ſunt in cęlis noua ſydera; quod denique, illius imperio, Sol princeps militiæ cœleſtis, & ſtetit, & retroceſsit, & defecit. O fortiſsime, O potens, O magne, O Deus exercituum, colende, amande, tremende.

*Deus*



## *Deus Potentiſsimus, ſapientiſsimus, & Dominus cœli et terræ factor temporum, Regnator omnium regnorum, Rex regum, & Dominus dominantium.* CAP. XXIII.

VALETE iam Philoſophi, aut nobiſcum tandem aliquam ſapite. Quòd ſi vobis ipſis de more placentes, diuinæ hiſtorię non auſcultatis, pergite, fingite; ſed, in ſinu veſtro gaudete; nobiſcum, ne erubuiſſe tandem pęniteat, glorioſè loqui, deſinite. Etenim ſi vobis cõſitentib. & probantib. Deus eſt *πανάγαθος*, quomodo vobis etiam pernegantib. & improbantibus, non eſt *παντοδύναμος*, & *πάνσοφος*? Siquidem, & bene agere, poſſe eſt, & ſimiliter ſapere, ad potentiam ſpectat; nam impotens eſt qui male agit, & qui deſipit; & errata, atque mala omnia, quo maiora, eo imbecilliora ſunt, quia neque pulchra, neque bona ſunt. Iam ſi cęlum quod ſitu, natura, qualitate, quantitate, vniuerſis corporibus antecellat, nemo ineptè dixerit omnium corporum regem, vt Solem Planetarum, vt Leonem ferarum, vt Bouem armentorum, vt Aquilam auium, & Hominem cunctorum animalium: nam & curioſam illam Aſtrorum ſcientiam, Chaldæi Reginam omnium ſcientiarum, antonomaſia quadam, (vt ipſi ſcitis) appellare ſolent; Quomodo nõ eſt ipſe Deus Rex, & dominus cęlorum, quibus præſidet, quod ſupereminet, vnde in vniuerſa rerum machina, tot, & tanta operatur, dans quotidie prodigia in cœlo ſurſum, & in terra deorſum? Quòd ſi eſt dominus cœli, quid nam eſt terra, imò verò, quid ſunt elementa omnia, collata cœlo? vnde illis vires? vnde gratiæ? vnde vſus? Tollite cœlum, O Philoſophi, quid eſt totus hic tantæ pulchritudinis mundus? niſi inanitas, vacuitas? *ἀνειδεία ἀμορφία, ἀορασία, ἀκατασκευασία*? Certè vim patiendi habere poteſt, agendi non poteſt. Vt propterea tandem Deus, vel non ſit poſſeſſor ipſius cœli, vel ſit etiam dominus ipſius terræ, niſi veſtra illa philoſophia, quæ confundit vera falſis, priuat uos intelligentia, ſpoliat iudicio, orbat ſenſu. Cedat, cedat ratio, vincat fides; cedat error, vincat veritas; cedat homo, vincat Deus. Oracula hæc Dei ſunt, Deus eſt cœli, & terræ dominus, Omnipotens nomen eius, Deo nihil eſt abſconditum, Deo non eſt impoſsibile omne verbum, Regnum eius regnum omnium ſeculorum, Rex eſt atque factor temporum, Illius Thronus eſt cœlum, & ipſa terra ſcabellum pedum ſuorum. O Rex regum & dominns dominantium, *παντοδύναμος*. Sed iam colloquamur inter nos, Viri pij. Nemo enim ignorat Deum ab omni æternitate habuiſſe vim dominandi, & regnandi

regnandi nam Deus erat, *πανάγαθος* erat, bonum erat, erat bonus, erat E
uis omnis poteſtatis, erat fons omnis ſapientiæ, hæc enim tria Bonitas, Po
tentia, Sapientia, ſunt radices prouidentiæ, quæ maximè decet Regem, &
ſummum Regem. Ipſe igitur initio temporis nouum ſibi regnum, cœlũ,
& terram fecit; vt omnium quæcunque in tempore, & per tempora futu-
ra eſſent, latè Rex, יְהוָה in lingua ſancta diceretur, & eſſet. Vtcunque no
men ſcribitur quatuor literis; יְהוָה & אֲדֹנָי ſed illud ſignificat Deum, in
ſuæ ipſius diuinitatis maieſtate inuiſibilem, ignotum, abſconditum; hoc
porrò, quod ſemper illius uice profertur, tametſi non ſcribitur, omnibus
modis Dominum, *κύριον, κοίρανον, καὶ δεσπότην*: Vt quoniam ab homine
mortali intelligi, & proprio nomine uocari non poteſt diuina natura, hac
ipſa uicaria uoce, quæ, conſtituto regno inuecta eſt, plena maieſtatis, & au F
thoritatis, DOMINVS, illum ipſum æternum Deum utcunque intelli-
gere, nominareque liceat. Intelligere inquàm, & nominare liceat, domi-
num cœli, & uniuerſæ terræ; ideoque potentiſsimum, ſapientiſsimum,
ſollicitum, prouidentem; omnia, facientem, ſeruantem, regentem; in cu-
ius ditione, omnia ſint poſita, cuius uoluntati, nemo reſiſtere poſsit; qui
pauperes facit, & dicat, qui humiliat, & ſubleuat; qui dicit Regi, Apoſta-
ta; Impio, Conterere; Dæmoni, obmuteſce; Peccatori, Surge; Iuſto, Va-
de. Hæc ſanè omnia, intellexerũt diuini noſtri duces, dum, in ſanctæ fidei
ædificio, primum lapidem ponerent, ore Eccleſiæ quam referebant, dicen
tes; Credo in Deum Omnipotentem creatorem cœli & terræ. Quid? Hęc G
multo antea intellexerat magnus ille tam generoſi animi uaſtitate, quàm
corporis proceritate gygas, piusque, & ſanctus, tam charæ Deo ſobolis ge-
nitor, ab Adamo ſecundo decimus Abraham, quum in conſpectu tantæ
multitudinis iure iurando teſtaretur Deum; Leuo inquit manum meam,
ò Rex, ad Deum excelſum, iure ſuo poſſeſſorem cœli & terrę, quia ab ini-
tio creauit cœlum & terram: apertè nimirum docens quod uis & ratio tan
ti dominij ipſius Dei noſtri, ſit illa ipſa admiranda *καταγωγὴ* ſiue uerius,
*καταβολὴ*, qua, iacta ſunt fundamẽta totius uniuerſitatis, ab altiſsimo cœ-
lo ad ima terrarum; &, quà, mundus ipſe totus, qui ab ipſa æternitate, in
ſcientia Dei, cum Deo ſupera alta tenebat, deiectus eſt ad infima terræ; vt,
iã oculis carnis obuius atq; expoſitus, à nobis omnibus terrę filijs, percipi, H
uiderique poſsit. Nemo hic mihi moleſtus ſit, nemo huc importunus ir-
rumpat, Quomodo creauit? quomodo tantã molem adoriri cæpit? Quæ
eſt hæc tanta molitio? quæ ferramenta? qui uectes? qui miniſtri tanti ope
ris fuerunt? An non diuinæ hiſtoriæ fidem habetis, quod omnia, & omni
no Deus fecerit? quod mirabiliter fecerit? quod modo diuino fecerit?
Id nobis ſatis eſſe debet; quod amplius eſt à malo eſt. Nunquàm Deus
ceſſator fuit, ò dilecti, nunquam agere incepit, nunquàm ab otio permu-
tatus eſt ad actionem; & tamen, per diuinam omnipotentiam & ſapientiã,
omnia nouè facta ſunt, quia nouè fuerunt quum non eſſent. Deus non
incæpit



A incæpit agere, ſed illa incęperunt eſſe. Propter quod, Chaldaica ſapiẽtia,
neſcio quidẽ an uerius, ſed certè multo illuſtrius, docet, in diuina illa Ge-
neſi, iubẽte Deo res fuiſſe, quàm, ex Hæbraicis vel Græcis fontibus Latini
dicant, humano more factas fuiſſe. Hoc unũ enim apertè ſignificare uide-
tur, quod plurimam lucem affert ad tantę rei intelligentiã, idem eſſe Deo,
uelle & facere, idem eſſe mundo, fieri, & eſſe; vt, nullo Dei creantis motu,
nulla mutatione, nulla denique alia operatione, ſed ſimpliciter, Deo iu-
bente uocãteque, quicquid eſt in rerum natura, eſſe incęperit, quum non
eſſet. Hic ipſe, eſt uerus creandi modus; hoc artificium, dignum creatore,
uis abſoluta iubendi, & uocandi. Vt, ſi rem tantam uno uerbo exprimere
liceat creatio Dei, nihil ſit aliud, quàm diuinum imperium, ſeu diuina uo
B catio; qua, uocantur ut ſurgant, quæ in æternitate iacuerunt, vt eſſe inci-
piant, quæ nunquàm fuerunt. Legimus tornatos cœlos opera digitorum
Dei, terram fundatam diuina manu, fabricatam Auroram, & Solem, Lu-
nam, & Stellas; cœlo pictas; *Εἰργασμένα πάντα*, ſed *ἔργα* nulla, nulla *ἐρ-
γασία* ſicut nullum *ἐργαστήριον*. Voluiſſe eſt feciſſe, uoluiſſe eſt *κατ' ἐργ ἀ-
σασθαι*. In hominibus, alia eſt poteſtas quæ imperat, alia quæ facit impera-
ta, in Deo, una ſola eſt poteſtas, voluntas. Ideoque ſicut acceperunt ut eſ-
ſent, quia Deus uoluit ut acciperent, ſic uoluntate æterna nouè fuerunt,
quia æternũ uoluit ut noua eſſent. Illud æternũ imperiũ, eſt æterna crea-
tio Dei creãtis. An nõ canit Eccleſia, Aeterne rerũ conditor? at creatio illa
noua eſt, quæ eſt in rebus creatis, Obedientia inquã illius æterni imperij,
C qua ſtato tẽpore ſenſerunt Dei uocem, uocantique reſponderunt, & dixe-
runt, ecce adſumus. Hic tecũ cogita ò homo, uim illã diuinæ omnipotẽtiæ
maximã, qua Deũ ſentiũt, & diuina iuſſa capeſſunt, ea ipſa quoq; quæ nõ
ſunt, numquamq; fuerunt, ita, vt nullo Dei negotio, exiſtere incipiãt quę
non exiſtebant. Quomodo poſſunt hæc eſſe aut intelligi? In ſe ipſis quidẽ
nõ erant in ipſo tamen Deo erãt, & uita erant; ò fili hominis; Ob id ſanè,
Deus, mortuos uocat quaſi uiuat, & Deo, qui mortui ſunt, uiui ſurgũt; Sic
ergo repente cœlũ prodijt, & prodijt terra cũ cœlo. Equidẽ Gemellipara
Dea apud Poetas, & Rebecca in ſacris literis, enixa geminos filios, prius fu
dit unum quam alterũ; Sed enim, creante Deo non prius prodijt cœlum
quàm terra, neque terra quàm cœlũ. Sed temporis ſenſum operationis ce
D leritate præueniens, ſummus ille artifex, qui tũ primùm incipiebat artifi-
cioſè agere, oſtendere uolens quantum ſtatim poſſet arte ſua; & quod ar-
tem fabricandi non addiſcere fabricando, vt homines qui fabricando fa-
bri fiunt, uno momento ſimul fecit ſuperum corpus, & inferum, perſpi-
cuum, & opacum, cœlorum uim & terræ molem, uocans cœlum ſurſum,
tan quàm ſedem beatarum mentium, & terram deorſum, uelut corporum
commune ſepulchrum, Eſto cœlum, Eſto terra, Cœlum mundi tectum,
Terra pauimentũ. Et quidem nemini dubium eſſe debet, quum diuinam
Moſes ſcriberet hiſtoriam, quin cœlum terramque ſimul, idea creatoris

 oſten-

oſtenderet, cœlum, terramque ſimul, mens videntis intueretur. Atque E
ideo non refert, quid prius, aut poſterius dixeris, modo vtrunque dixeris.
Hinc idem ipſe Moſes, ſicut initio, vnde exordiebatur telam diuinæ Gene-
ſis, præpoſuit terræ cœlum, ad excitandos in Dei admirationem philoſo-
phos, qui in vno naturæ gremio ſupini quieſcentes, nihil meditantur quod
ſit dignum diuino numine; ſic, ad finem ferè coſmopæiæ, dum peroraret
ad erudiendos quoque ſimpliciores, quibus abſurdiſsimum fortaſſe videri
poſſet; Deum prius extendiſſe cœlos, quàm ſtrauiſſe, fundaſſeque terras,
verbis clariſsimis cœlum terræ ſubiecit. In die ( inquit ) qua fecit ter-
ram & cœlum. Verè ποικιλομήτις, ambidexter, omnibus omnia fa-
ctus. Eum deinde ſecutus eſt ſanctiſsimus ille Rex, & vates carmine illu-
ſtris, paruulorum infirmitatem non deſerens, & materno inceſſu ſecum F
tardius ambulans, Tu ( inquit ) Domine principio terram fundaſti, &
opera manuum tuarum ſunt cœli. Et quid profectò dici potuit, vel quod
maioris eſſet admirabilitatis, ad oſtendendam diuinam omnipotentiam,
quàm mundi opificem in hac magna ſphæra, circunferentiam ante deſcrip-
ſiſſe, quàm centrum; & in ampliſsimis hiſce ædibus, antequàm fundamen-
ta iaceret, firmaretque baſes, erexiſſe ſurgentes columnas, & ſummi tecti
faſtigia collocaſſe? vel quod eſſet facilius, manifeſtius, & naturæ, & arti
magis conſentaneum, ad oſtendendam diuinam ſapientiam, quàm munda-
ni cycli originem, & formam ductam fuiſſe ab ipſa terra; quæ proculdubio
in mundo eſt tanquam in circulo centrum, tanquam in arbore radix, quaſi G
carina in naui, & velut in animalibus coſtæ, & latera, quibus reliqua cor-
poris membra nituntur, & hærent; Nolo enim dicere cerebrum, cor, &
hepar, poſtquam de illis eſt tanta philoſophorum, & medicorum controuer
ſia, cuius profectò iudicium, (vt ego quidem arbitror) petendum erat ab ip-
ſa natura generante. Ita ergo diuino iuſſu (vt tandem concludam) ex cœ-
leſti terrenaque ſubſtantia, tanquàm ex anima & corpore, coagmentata eſt
hæc tanta compages, ideſt Mundus. Qui velut magnum quoddam ani-
mal, vtrinque vires, & robur accipiens, adeò in ſe ipſo perfectè viget, vt
verè vndique viuere, vndique ſpirare videatur; dum terra ipſa, cœli coniu-
gio, & quaſi tactu fecundata, cuius vices admittit & tolerat, omnis natura
inſtauratur, & curſu, ac vicibus ſeculorum, perpetua rerum omnium noui H
tate, ac generatione, refloreſcit. Profectò vero, ne momentum quidem in
terceſsit a cœli creatione ad circuitionem, ſed ſimul diuina ſapientia, quæ
ſuo ipſius nutu, cœleſtes illas moles rotundauit in ſphæras, eadem ſuperas il-
las mentes natura cœlo priores, voluendo circunduxit in gyros. Vt enim
corpora grauia leuiaque, ex ſeipſis cientur, hęc ſurſum, illa deorſum, ſic, cœ-
leſtia non ex ſeipſis, ſed ab Angelis ferruntur circulo, quaſi ſuper pennas vento
rum. Et, quo pacto quæſo, cœleſtes illos tam immenſæ magnitudinis or-
bes, ſuapte figura maximè irrequietos, terra quamuis cubica, atque ideo fir-
miſſima, ſua ipſius exiguitate continere potuiſſet, ne ſtatim velociſsime mo
ueren-



A uerentur, & (vt ſacris prophetarum translationibus vtar) quaſi volarent?
Præter id, quod cœlum ipſum, ab initio fuit in magno hoc mundi corpore,
tanquam cor in animali. Atque ideo, quis credat, non ſtatim cępiſſe moue-
ri, agitarique cœlum ipſum, vt inde omnis huius mundi inferioris vita, tan
quam ex corde dependeret? Neque enim aliter influere poteſt vitam cœ-
lum, niſi per lumen, & motus eſt vehiculum luminis. Nondum quidem
Sol cœperat eſſe Μουσήγετος, dux & princeps tanti illius, & tam dulcis
ſoni, quem cœleſtes ſphæræ admirabili illa motuum ſuorum proportione
conficiunt; Motus tamen verus erat, & temporalis & localis, habens ſuc-
ceſsionem, & continuationem. Hæc enim ſunt, quæ ad huius motus ra-
tionem (vt aiunt) formalem, ſpectare videntur. Continuationem me-
B titur locus, ſucceſsionem tempus. Porrò, poſt triduum agitari cęperunt
compoſitæ illæ, pulcherrimæ, & à veteribus decantatæ choreæ ſyderum, quã
do collocauit Deus in cœlo, velut chorodidaſcalos Solem & Lunam, mo-
tuum ſaltationumque omnium, ac temporum, iudices ac moderatores.
Tunc enim tota natura ſuperior, illa inquam natura, quam Ethnicorum a-
mentia Deam & rerum omnium creatricem finxit, condita ab ipſo Deo, &
ornata loco, ordine nomine, virtute, ingenio, copia, tanquam formoſiſsima
ſponſa, procedens è thalamo, ad conſpectum tanti regis, aureis ſyderibus re-
dimita caput, in medium prodijt, & ſaltare viſa eſt ad gloriam condiroris;
dum aſcendentibus, deſcendentibusque ipſis ſyderibus tota militia cœli vir
C tutibus ab ipſo Deo vnicuique inditis, cœpit eſſe in ſigna, & tempora, &
dies, & annos. Affige, ſi potes, meditatione animi, intra cœli ſphæram, fu-
niculum ad orientem, extende longitudinem eius vſque in occidente, age,
vt rotante mundo clam eodem motu procedat funiculus, hunc quotidie
plicando collige, quoad totus cęli circuitionibus abſumatur. Sic habebis
menſuram motus cęleſtis, ipſum inquam tempus; ſic intelliges, quomodo
cępit cum mundo, & quomodo currit per ætates mũdi, & quomodo finem
accipiet, quum conſummabitur mundus. Vix intelligitur Deus ſine æterni-
tate, & vix intelligitur mundus ſine motu, & tempore; creatus quidem ante
diem, ſed non ante tempus; quia primum illud initium etſi non erat tẽpus,
neq; pars temporis, ſicut punctum non eſt linea, neq; pars lineæ, erat tamen
D tota virtus temporum, ſicut vnitas eſt omnium numerorum vis, & poteſtas.
Immutabilitas Dei, eſt radix ęternitatis; mutabilitas mundi, eſt radix tempo
ris, nam tempus, non tam ſequitur mundum, quam mundi motum. Locus,
& tempus, ad quantitatem pertinent, vtcunq; eſt corporũ; ſed propriè locus
eſt corporum, velut quieſcẽtium; tempus aũt tanquam mobilium. Deus qui
mundum fecit, loca ſimul, & tempora fecit, illa ad quietem, hæc ad motum.
Non fecit quidem Deus totum ſimul tempus, ſicut mundũ; quia neq; ſimul
tẽpus totum fieri poterat cum mundo; quemadmodum neq; ſimul totũ eſ-
ſe poteſt ſicut eſt mundus; ſanè, natura tẽporis numerus eſt; fluxus, & ſucceſ
ſio perpetua, quę ſtatũ non habet, cui proprium eſt, vt non ſit, ſed fiat, cuius

X ij perfectum

pérfectũm éſſe eſt non eſſe,hoc eſt præterijſſe; ſed tamen,magno iure dici E
tur Deus Rex& factor omnium temporum, quia ante illud ipſum initiũ,
non erat aliquod tempus,ex quo alia tẽpora fierent. Tum primùm enim,
prima mundi ætas incępit, ex qua deinde immutabili diuinæ prouidentię
ordine, aliæ ætates & ſecula uelut in unum glomerata, paulatim euolui,
explicarique cęperunt. In hoc funiculo implicita ſunt omnia,per hunc fu
niculum extenduntur ſingula,ſub hoc funiculo decurrunt ſingula,& om
nia. Vniuſcuiuſque rei ſpatia, tempore metimur; tempore, tota dierum,
annorum, & ſeculorum periodus terminatur; ipſa tempora aliud ex alio
nexum inuicem, uelut in catena, mirabiliter colligantur; vt à primis per
media,ad tertia,tandẽ ad extrema, ordine perpetuo progrediatur tanta re
rũ ſeries; qua,per regna,imperia,cõmercia,diuitias,paupertates,inũdatio F
nes ſiccitates,cõflagrationes, peſtes,terręmotus, generationes,corruptio-
nes, ubertates, ſterilitates, amicitias, ſocietates, proſperitates, aduerſita-
tes,ſigna,prodigia,acceſsiones,ſucceſsiones,uitas,mortes,perennatur to-
tus hic mũdus,quoaduſque irritũ fiat pactũ Dei,cum tẽpore. Sic enim ſcri-
ptum eſt, Ordinatione tua perſeuerat dies Domine Deus,quia omnia ſer
uiunt tibi. Heus, Heus, Audiant Dei oſores,audiant,& errorem recogno-
ſcant ſuũ; Audiant Dei amantes,& collecti in turmas,acclamationibus po
pularibus,faueant,laudent,confiteantur,canant, Quàm magnificata ſunt
opera tua domine,Omnia in ſapientia feciſti,impleta eſt terra poſſeſsione
tua, Exaltare ſuper cœlos Deus,ſuper omnẽ terrã gloria tua,Omnia κτίσις G
tua, omnia κτήματα tua,omnia creatio tua,omnia poſſeſsio tua;Tui ſunt
cœli Deus,tua eſt terra, Tuus eſt dies, tua eſt nox, Tu rotas orbem,tu illu-
minas ſolem,tu regis mundum;Tibi elementa ſeruiunt,obſequuntur cœ-
li,famulantur maria,mutant uices ſuas,ætates,& tempora; Tuo nutu cur-
runt,& recurrunt flumina; augentur & uitiantur ſemina;pullulaſcunt,&
moriuntur germina;Tuam maieſtatẽ colunt ſuperi,tuã potentiã tremunt
inferi;Te imperãte ſurgũt Aquilones & Auſtri; Tu facis pacẽ,& creas bel
lum; tu formas lucẽ,& creas tenebras; Tu portas,& ſuſtines omnia,uerbo
uirtutis tuæ,ne facta deficiãt,ne perfecta cedãt,ne iuncta ſoluãtur. O`Do
mine Deus, nullus eſt nobis admirandi finis, nulla ſatietas, potentia tua,
ſapientia tua pelagus ἀχάνες,abyſſus magna,& fundo carens. Tu es fortiſ- H
ſimus, potens, magnus conſilio, & incompræhenſibilis cogitatu. Et quis
non timebit te,O` Rex gentium? quis non amabit te ò deſyderatus eorũ?
quis audeat ſe tuis ſecretis ingerere,& de tuis temerè iudicare iudicijs? Et
quẽ non poteſt cogitatio, quomodo poterit ſermo cõpręhendere? Tu ab
initio cõtriuiſti bella Angelorũ in cęlis;fregiſti in terris Gyganteas uires;
diſsipaſti linguas hominũ ſuperborũ; demerſiſti inundationibus aquarũ,
totum terrarũ orbem; igne de cœlo conſumpſiſti delicioſam illã Pentapo
lim; Babylonem illam ſuperbã,ſtrauiſti,euertiſti,poſuiſti in miraculum;
extorres feciſti Aegyptios,tranſtuliſti populum tuum per aquas ſiccis pe-
dibus;



A dibus; pluiſti illis,de cœlo carnes,eduxiſti fontes de petra. O`Deus,O`Do
mine. O`Rex, O`ſumme Regum, dum hæc magnalia tua contemplamur
animo, & ore uerſamus,admirantes,laudantes,collaudantes, prædiuitem
illam naturam tuam, potentiam tuam, ſapientiam tuam inardeſcimus,li-
queſcimus, gaudemus, exultamus, beati ſumus.

*Grates perſoluere dignas*
*Non opis eſt noſtræ genitor.* Sed
*Dum ſpiritus hos reget artus.*

quiſque noſtrum, cantabit tibi domine, in omni uita ſua; & pſallet tibi,
Deus, quandiu fuerit.

*Semper honos, nomenq́ tuum, laudesq́ manebunt.*
B *Semper noſtra tuas in laudes ora patebunt.*

Sic, ſic emergere incipit, & uenerandos, ſpectante mundo, attollere uul-
tus diuina maieſtas; dũ, auido ore, populi mirantur, & religioſi præceteris
uiri, toto pectore uenerãtur maximã hanc diuini numinis magnificentiã;
clara & cõſona uoce adorantes æternum ac uerũ Deum; tanquàm κύριον,
authoritate,& naturali iure ſuæ ipſius proprietatis; vt,qui neq; electus eſt
in regẽ, neque ſuccedit Rex regibus,neque ui aut fraude aggreſſus eſt glo
riã regni; ſed,æternũ rex,& dominus, ipſe ſibi fecit regnũ uniuerſi orbis;
&,iã,in ſua ipſius tutela & fide ſunt quæq; poteſtates, & omniũ iura regno
rũ. Tum uerò,tanquàm κοίρανον,vt qui mirabili oportunitate,& equitate,
ſingula & omnia regit,adminiſtrat,diſpẽſat,mutat, abſq; alicuius iniuria;
C non minus iuſtiſsimus,& optimus, quàm potẽtiſsimus, & ſapientiſsimus;
nimirũ cultor pacis,& ſeruantiſsimus ęqui. Denique tanquàm δεσπότην,
ob infinitã illam,& prorſus ineluctabilem poteſtatem, quæ, præter & ſu-
pra fatum,ò gentes,omnia ligat,& cõtinet; quàm nihil effugere,aut eua-
dere poteſt; cuius dicto omnia auſcultant; cuius imperio omnia parent.
Enimuero (audite pij) ſicuti ſummi reges,quum totius quidem regni to-
tius regionis,& earum etiam rerum,quæ ad priuatos homines,pertinent,
domini dicantur, habent tamen familiam regiam,gazas regias,prædia re-
gia, hortos regios, & omnino poſſeſsiones quaſdam quæ propriè regum
ſunt, & procuratoribus regijs committuntur tuendæ, ſeruandæ, curan-
dæ. Ita, quum omnia mundi membra, atque adeo mundus ipſe totus, ſit
D creatio, & poſſeſsio ipſius Dei (Reſpondent enim ſibi inuicem græcè, ut
ſono,& uoce,ſic re,& ratione κτίζειν,& κτήζειν condere,& poſsidere)in-
ter omnia tamen,& ſupra omnia, ipſi,Ipſi inquam,ò mortales,diuinarum
poſſeſsionum cẽſemur nominè; Ipſi familia Dei ſumus; ipſi ærariũ, gaza,
gemmæ,theſauri; ipſi agelli uineæ, ſationes,plãtationes, ipſi deliciæ,diui-
tiæ,uoluptates,opes,honores; Sanè,non eſt Deo cura de bobus; nos curæ
Deo ſumus; Deus nos plantat, rigat, colit; Deus nos inhabitat; Deus in
nobis, & nobiſcum ſibi delicias facit; ſicut ſcriptum eſt, Deliciæ meæ eſ-
ſe cum filijs hominum. Inter homines porrò, illi, qui, ſapientia ut au-

thoritate & poteſtate præcellunt, quales haud dubie & conuenit, & expe- E
dit, decet & oportet eſſe præfectos, & principes, qui dominantur in popu
lis, præſertim autem reges, qui in ampliſsima hac humani generis poſſeſ-
ſione, ſunt quaſi in pomerio platani, palmæ & cedri Libani; quaſi in ſylua
cupreſsi, pinus, & abietes; qui conſtituti ſupra cæteros, merito quaſi dij
ſecundi habentur inter gentes, & (vt poeticè dicam) Vno Ioue minores,
ij inquam, præ omnibus, ſunt certæ poſſeſsiones, & ſtabiles fundi, ipſius
Dei; quorum animis, & ingenijs, pro arbitrio utitur Deus; ad quodcun-
que uoluerit uertens corda eorum; ipſosque reges, & regna, atque impe-
ria, creans, diſsipans, augens, minuens, roborans, eneruans, transferens,
deſtruens, ad ſuam ipſius in primis gloriam, & in humani generis gratiã,
odium, amorem, iram, pacem, uindictam, ſalutem, pernitiem: idque pro F
admirandis illis, & reuerendis inexplicabilis diuinæ prouidentiæ iudicijs;
quæ; quoniam in ſcholis mundi, à ſapientia carnis non docentur, & ne in-
telliguntur quidem, nimirum tantũ diſtant à noſtris cogitationibus, quan
tum cœli à terra, ſæpe nobis uidentur iniuſta. An non uidetis? Eligit reges
ſecundum cor ſuum; Dat reges in furore ſuo; Facit regnare hypocritam,
propter peccata populi: Iubet retrocedere ſolem in fauorem regum; Mu-
tat reges in belluas, & reginas quoque dat prædam, & eſcam canibus. Mun
dus, ô viri, eſt poſſeſsio hominis, homo eſt poſſeſsio regis. Rex eſt poſſeſsio
Dei. Mundus eſt regnum omnium hominum, omnes homines regnantur
à regibus, Deus eſt dominus, & regnator regnorum, & regum. Diſcite

*Diſcite iuſtitiam moniti, & non temnere Deum.* G
*Nam quum libuit viribus vti,*
*Quos innumeri metuunt populi,*
*Summos gaudet ſubdere reges,*

qui; regis quidem nomen habent, ſed tyrannos agunt Hymbrotos, Da-
rios, Pharaones, Sennacheribos, Alexandros. Quàm magnus Dominus,
quàm magnus noſter Deus? Verè Dominus, bonis dans munus, ad con-
ciliandum amorem; dans minas malis, ad incutiendum terrorẽ; vtriſque
dans manus, ad confirmandam imbecillitatem, & bonorum, ne cadant, &
malorum, ut reſurgant. Hæc porrò ſunt propria regum, qui uices ipſius
Dei agunt in terris, & gladium Dei portant ad laudem bonorum, uindi-
ctam uerò malefactorum. Vos hic appello, Planetarij, quid dicitis? Sint uo H
bis Planetæ, reges noſtrorum regum, quorum benigno aſpectu uiuant,
maligno occidant; nobis, non eſt alius Rex regum, niſi Deus,

*Qui, perpetuo nixus ſolio*
*Rapido cælum turbine verſat,*
*Legemq́; pati ſydera cogit.*

Eat porrò aliquis Ochozias, & appellet ad Accaron & dicat,

*Flectere ſi nequeo ſuperos, Acheronta mouebo.*

Verè, & Acherontis, & Phlegetontis, & totius Erebi, dominus eſt Deus;
cuius



A cuius filius, dominus noſter, Ieſus Chriſtus, Rex, & filius regis, quem pa-
ter hæredem conſtituit uniuerſorum, clauſit inferos, ligauit Satanam, eie-
cit dæmonia omnia, & ſe adorari, colique fecit in omnibus gentibus; de-
uicto etiam regno peccati, & mortis, cuius durum, & dirum imperium,
ab Adam uſque ad Moſen furebat, & bacchabatur, in uniuerſo orbe ter-
rarum. Clamat quidem, & ſibilat Draco ille, qui cubat in aquis, Meus
eſt fluuius, Ego memetipſum feci; ſed uelit, nolit, regnicola Domini eſt;
& non ſibi, ſed Domino militat; non ſibi, ſed domino famulatur, & ſer-
uit. Subeſſe non uult? Subeſt inuitus; ſenſim, & clanculum pro ſuo ſe
ſcelere, ex omnium ſocietate, ſubducit, inuidus, maleuolus, maleficus.
Sed, Deus, ad aſſerendam ſui ipſius dignitatem, & maieſtatem imperij,
B æquus tam ſibi, quàm in ſe arbiter, in famoſa illa tantæ doctrinæ tragedia,
Satanam quoque foras producit; & facit, ut inter Angelos, qui illi aſsi-
ſtunt, ipſe quoque adſit, & in arenam deſcendat; ſuo malo, aduerſus Dei
uirum, pugnaturus, ad Dei gloriam expugnandus. Quàm cæcus factus es
Lucifer, quàm improuidus, quàm inconſultus; nimirum ex Lucifero lu
cifugus, qui tibi lucem feciſti tenebras; qui diem poſuiſti in noctem; qui
uertiſti ſcientiam in ignorantiam. Putas te eſſe extra Dei conſyderatio-
nem, ſed tamen es intra poteſtatem; factus es procul à Deo, affectu tuo,
ſed Deus prope te eſt, dominatu ſuo; Meditaris nouam ſubinde fu-
gam à facie Dei, ſed te fugientem inſequitur, & compræhendit Deus; vt
C infidum & herifugum famulum, ad debita famularis ſeruitutis iura, tan-
to domino reddenda, compellat; donec tandem adueniat regnum ſuum,
regnum omnium ſeculorum; in quo, & ipſi regnabimus, cuius gloriam
cantabimus, ouantes, & triumphantes, cum Angelis, ſuper omnes cœ-
los. Mater Hieruſalem, ciuitas ſancta Dei, Quando erit, ut mun-
dus totus, nihil habens coinquinatum, uideam muros tuos,
intrem per portas tuas, uideam gloriam tuam, plateas
tuas, manſiones tuas, ciues tuos, fortiſsimum re-
gem tuum, & pulcherrimam reginam tuam,
in admirabili decore ſuo? Tum fortu-
natus ego, & felix, uereque bea-
D tus, ſine intermiſsione ca-
nam, Halleluiah, Halle
luiah. nam, nunc,
quomodo can
tabo, ad-
uena,
& peregrinus, tam iucun-
dum lætumque can
ticum, in terra
aliena?

## *Quid ſit Deus, nemini unquàm in hac vita ſatis notum, ne illis quidem, quibus licuit videre gloriam Dei.* CAP. XXIIII. E

ECce, videtis quo iam tandem deuenimus; vide-
tis ubi ſumus; &, his quæſo, ò Deo amabiles, con-
tenti ſimus; vt, de ipſo uero Deo, ſciamus, quia Do
minus eſt nomen eius; Dominus fortis, & potens;
Dominus, quod omnia illi ſeruiant; Potens, vt om
nia efficiat; Fortis ut omnia ſuſtineat, & portet;
Rex qui nihil non gubernet, & regat; propter be- F
neficia Optimus; propter uim Maximus; Pulcher
qui ſit rerum omnium amor; Iuſtus, qui unicuique rei diſtribuat quod
ſuum eſt pro naturæ dignitate; Sanctus qui etiã expiet pollutiones ac ſce-
lera omnia, Παντήκρατωρ, quod omnia intrinſecus & extrinſecus com-
plectatur; Παντοδυνάμος quod non indigeat alienæ opis; Sapiens quod
naturam rerum omniũ abſque ullo errore dirigat in fines ſuos; Creator,
quod immenſam hanc mundi molem ex nihilo, & dicto citius machina-
tus fuerit; Seruator, quod non inferat uim rebus, ſed ſuauiſsimè quæque
moderetur, & diſponat; Denique etiam Redemptor, & Liberator, quod
quæ ceciderint in ordinem redigat, perficiatque & reſtituat in integrum,
vt, modo quodam, cecidiſſe, felicius ſit, quàm ſtetiſſe. Proh ſancte Ieſu, G
an exigua eſt hæc gratia collata humano generi, ut tot & tanta ſciat homo
mortalis de ipſo Deo? ſeruus de domino ſuo? creatura de creatore? bulla
inanis de ęterno & de æternis rebus? cæcus natus de luce, & de coloribus?
Oportuerat, forſan ut ab eo die, quo primùm fuimus in lucem æditi, iu-
cunda diuinarum rerum ſcientia æterno tempore careremus, qui ſuperbè
nimium dum recens ficti ex terra, figlinam adhuc olere uideremur, uetan
te Deo, importunè guſtauimus lignum ſcientiæ, & uoluimus eſſe Dij;
ſed diues in miſericordia Deus benedictus, qui ſe hominum parentẽ eſſe,
obliuiſci neque uult, neque poteſt, velut ſtateram manibus tenens, nobis
omnibus iuſtiſsima menſura, & pondere cognitionem, ignorationemque H
ſui æquiſsimis utrinque lancibus temperauit, animos noſtros hinc impel-
lens inde cohibens, vt in ijs quæ ſcimus oblectemur, admiremur ea quæ
neſcimus, per ea quæ dicimus excitemur, & religioſe ueneremur ea quæ
loqui omnino non poſſumus. Certabant in re tanta (vt mihi uidere uide-
tur) pulchrum certamen diuina iuſtitia, & diuina benignitas, ò viri; hæc
quàm amantiſsimè cupiebat ut propius omnes uideremus Deũ, & diuina
omnia; illa permagnum eſſe cẽſebat, qui, nobis ipſis dum in clariſsimo lu
mine uerſaremur denſiſsimas obduximus tenebras, ſi aliquando tandem
uel exiguos aliquot diuinæ lucis fulgores intueremur. Ecce tandem con-
cordi



A cordi utriuſque fœdere, factus eſt Deus oculis noſtris partim abſconditus,
& partim manifeſtus neque in totum abſconditus, neque in totum mani-
feſtus; illud ne ingenti triſtitia abſorberemur, & omnino priuati uita ip-
ſa interiremus; hoc ne aliquando uileſcere poſſet in cotemptumque abi-
re res tanta, & nullo æſtimanda prętio; & inſuper ut æternum memores
antiqui lapſus, nunquàm poſthac ambularemus in magnis & mirabili-
bus ſuper nos. Denique ut præ deſyderio uidendi Deum inſtantiſsime
cuperemus, non dicam cum Ethnicis egredi ex diuerſorio ſed cum pro-
phetis educi è carcere mundi huius, & mortis compendio, quia ſcriptum
eſt, Non uidebit me homo & uiuet, regredi ad lignum uitæ unde miſe-
ri eiecti fuimus. Hinc, & ille ipſe Dei filius, Deus de Deo, qui ſcopus ter
B minusque prophetiæ, & legis ſuſtulit umbras, & ęnigmata figurarum, qui
reuelauit arcana Dei, qui ſciſſo uelo, reſeratoque libro ignorationis no-
ſtræ tenebras cõuertit in lucem, vt poſſet omnis caro intendere in faciem
eius, & uidere ſalutare Dei; ille ipſe in quã Chriſtus Ieſus, lux mundi, ſpes
mortalium, tota gloria humani generis, poſuit uelamen ſuper faciẽ ſuam,
& ſeipſum ſolis ſolẽ, nube texit, inuoluit, circundedit, abſcondens maie-
ſtatem in infirmitate, in infantia ſapientiam, gloriam in ignominia, & ui-
tã in morte; factus in ſimilitudinem hominũ qui eſt uerus Deus; nouiſsi-
mus uirorum, cui non eſt ſimilis in Dijs; percuſſus à Deo, qui eſt dilectus
Dei; peccatum, qui tollit peccata; & denique maledictum qui eſt ipſa be
C nedictio, qua benedicuntur omnes gentes. Ludit Deus cum filijs homi-
num ò viri, dum ſtans poſt parietem mortalitatis noſtrę uiſus per feneſtras
tantum, & per cancellos, quos ipſe ut uult nobis aperit, pulcherrimo quo-
dam ſpectaculo & patet, & latet, Verè Sol in nubilo, lux in lampade, uer-
bum in carne Deus in homine; Et natum quidem uidimus & ſuſcitatum,
à mortuis, at uerò hanc & illam generationem, unam ex utero, alteram ex
ſepulchro, quis enarrabit? Profectò non ſolum admiranda illa Θεοπλα-
σία, & Παλιγγενεσία, ſed omnis uita Chriſti Ieſu immò ille ipſe Chriſtus
Ieſus eſt totus myſterium, totus ſacramentum, cuius uerba, exempla, ope-
ra, ſicut ſunt ſupra uires naturæ ita excedunt omnes rationes humanæ in-
telligentiæ, uſque adeo tecta & abſcondita, vt (perinde ac de ipſo Deo le-
D gimus in ſcripturis) quanto plus homo laborauerit ad quærendum, tan-
to minus inueniat. Talem uerò profectò eum eſſe oportebat, quem in-
troduxerat pater in orbem terræ ut operaretur ſalutem humani generis.
Nam ſalus ex gratia, gratia ex fide, fides ex auditu, auditus eſt ſenſus di-
ſciplinæ; ex diſciplina diſcipulus ut ex doctrina magiſter; Ille docet, hic
addiſcit, qui non habet quod addiſcat, non eſt diſcipulus. Vt ergo eſſet
locus diſciplinæ atque adeò ipſi fidei, ſicut non totus latere, ſic neque to-
tus patere debuit. Ob id etiam tunc quum plenus ouationibus, & trium-
phis deuicta morte & traducto Sathana in cœlum eſſet aſcenſurus, non
omni populo ſeſe manifeſtum præbuit, ſed paucis illis teſtibus ab ipſo
Deo

Deo præordinatis, ut eſſent in Eccleſia ſtellæ, & ſtellæ, qui erudirentur, E
& qui erudirent, qui docerent, & qui addiſcerent, qui intelligerent myſte-
ria, & qui audirent parabolas; Vt iuſtitia Dei perpetuo ordine & ſucceſsio
ne ſeculorum reuelaretur ex fide in fidem; ut montes ſuſciperent pacem
pro populo; vt facri boues ararent ſcripturarum agros, & fruges uerbi te-
rerent in area Eccleſiæ iuxta quos in otio ſecuro lenti aſelli paſcerentur.
Tolle diſciplinam, an non protinus tollis fidem? Nam & olim diſcipuli
uocabantur fideles, & Spiritus ſanctus fidei obſes, & fidelium præſes dici-
tur ſpiritus diſciplinæ. Porrò qui tollit fidem, an non tollit & ſalutem?
Nam accedentium ad Deum hic eſt primus gradus, Credere. Itaque ad
domandam perfidiam Deus in terris notas fecit uias ſuas, & ad exercen-
dam fidem in cœlo noſtrarum mentium, lucem tenebris, hoc eſt ſcientiã F
ænigmatibus obſcurauit. Ex eo, quod cognoſcitur, conuincitur infideli-
tas ex eo, quod ignoratur, probatur fides. Quæ manifeſta ſunt, pietatem
fouent; quæ abſcondita, deſyderium prouocant. In illis fides gaudet ratio
ne comite, in his ratio illuſtratur, & creſcit fide duce. Profectò uerò, vt cor
poribus noſtris integram incolumitatem parare uelle, quam ne Chiron
quidem aſſequi potuit; ſic animis noſtris plenam, & perfectam Dei cogni
tionem ſuperbè inquirere, quæ omnino munus eſt beatorum, eſt fugien-
tem rem perſequi. An uerò non erubeſcis fili hominis puluis, & cinis? nõ
erubeſcis inquam uel cogitare, quod anima tua quouſque ſtat poſt parie-
tem hunc rimoſum, & pertuſum corporis tui, & proſpicit per feneſtras, &
cancellos oculorum, & aurium tuarũ, poſsit apertè, & diſtinctæ uidere im G
menſam illam infinitudinem diuinæ maieſtatis, quę ſupergreditur omnes
liberas, & ſolutas Angelorum mentes, quarum eſt in aperto cœlo ſpatiari,
& uidere Deum ipſum, facie ad faciem? Sed age rem totam declaremus, &
expediamus breuiter quæ ῥητα, quæ ἄρρητα, quæ γνώϛα, quæ ἄγνωϛα.
Quorum cognitio in oculis Dei nobis noſtræque ſaluti cõducere uiſa eſt,
vt ea quæ pertinent ad diuinas progreſsiones extrinſecus, quibus Deus
nunquàm non ædit inſigne aliquod ſpecimen ſuæ ipſius diuinitatis; ea in-
quam Deus qui palam dicit, Ego dominus, docens te non neceſſaria ſolũ
ſed & omnia utilia uoluit nota eſſe mortalibus quanquàm non eadem ra-
tione ſingulis; habent enim ubique paruuli lactis alimoniam, viri ſolidum H
cibum, & ægri ſua olera. Quæ uerò ſpectant intrinſecus ad illam ipſam di-
uinam Οὐσιαν, quorum certè pondus ipſi ferre nõ ualemus, hæc ſunt, quæ
non iratus, ſed propitius Deus, fragilitati noſtræ benignè cõſulens, ſibi &
beatis reliqua fecit. Interea tamen, ad ſolatium, imbecillitati noſtræ con-
cedens, vt de illa ipſa quoque infinita, immenſa, & interminata diuinitate
aliquid audiamus, & intelligamus, ſed uelut per ſuſurrium, per exiguum
foramen petræ, & (vt appoſitè dicã) in tenuiſsimo auræ ſibilo. Verè enim
quicquid de Deo in hac uita communiter ſciri poteſt, collatione facta ad
theologiam beatorum, quid aliud eſt ò dilecti quàm id quod Græci feli-
ciſsimè



A ciſsimè dicunt, Απηχουσαφωνὴ, uel etiam breuius Απηχήμα, hoc eſt in
numeroſa illa aeris per ſonos & uoces repercuſsione, ex qua ſurgit ma-
gnum illud naturæ miraculum Echo, ultimus, & propè deſinens tinnitus,
cuius pulſu, quàm longiſsimè permeante, ideoque penè in nihilum defi-
ciente ad extremum uix feriuntur humanę aures. Quod utinam ex animo
omnes audiremus, & meditaremur. Neque enim, tanquam ſtupidi, dulce
illud uenenum amoris proprij, biberemus; neque laboraremus tanta illa
animi elatione, communi felicium ingeniorum morbo; ſed, neque (quod
peſtis eſt publica) pateremur nos illudi Syrenum cantibus, in exitium no-
ſtrum, ò quam nimium blandis. Vnde enim fit, ut inflante uel philoſophia,
uel hæreſi, hinc digni odio, inde contemptu; ex tantula luce, quæ, Dei be
B neficio, offertur oculis noſtris, uelut, laudato Pauone, glorioſiores, & im-
pudenter credamus, & impudentiſsime iactemus, nos uelut diuinarum re-
rum ſcientiſsimos, & peritiſsimos, admirabiles illas, & incredibiles diuinę
ſapientiæ machinationes, easque uniuerſas & ſingulas, & ingenio cõpræ-
hendere, & explicare ſermone poſſe. Heu quo abijt pietas? Heu quo abijt
priſca fides? O mortales, rogo intelligite, Non ſumus ſydera cœli, ſumus
tubera terræ; ideoque, uix poſſumus tanta luce cõpleri in animis noſtris,
ut non perpetuò & undique nos terra noſtra operiat, & opacet. Hinc,
Theologus illle pius, quum Lyrico carmine ceciniſſet.

*Felix qui potuit boni*
*Fontem viſere lucidum,*

C mox adiecit,

*Felix qui potuit grauis*
*Terræ ſoluere vincula.*

planè & intelligens & ſignificans, ſeruari ad ſeculum illud, quod expecta-
mus, ut, è terrenis compedibus abſoluti, migrantes in cœlum, miſceamur
ſummo Soli, & ſuo lumine fulgeamus, tanquàm ſtellæ in perpetuas æter-
nitates. Nunc enim, quantumlibet nobis blandiamus, & arrogemus, niſi
ſpeculatione (vt ita dicam) relicta, alteram illam excellentiorem uiam in-
grediamur, tantum abeſt, ut ſimul ſtellæ, ut uix luceamus inter tenebras
noctis, tanquam cicindelæ, lampirides, aut ſtellantes uolatus. Quam viam?
philoſophiam diuini amoris. Quid philoſophiam dico, & non ſophiam
D potius? Sophiam, non tam ipſorum oculatorum Cherubim, ſuper quos
ſedet Deus, uelut auriga; quàm ipſorum ardentium Seraphim, qui ſe-
dent ſuper ſolium Eccleſiam ſanctam Dei, tanquam cuſtodes, & prote-
ctores. Hinc incendia, flammæ, lampades, carbones accenſi, calculi igni-
ti, currus ignei. An non eſt ignis, & incẽdium diuinus amor, quando Dei
omnia ſunt flammea? & ipſe Deus, ignis conſumens eſt? &, ignis, à facie
Dei patris filio, æternum intus ardens, nouè exarſit foris Spiritus ſanctus;
& carbones illi duodecim, ſuccenſi ſunt? qui illius imperata facientes,
quoniam ſemel dixit, Quid uolo niſi ut ardeat? uoracibus flammis, totum
popu-

populati ſunt orbem? Certè uerò, nondum nouit quid ſit amor, qui non E
igneſcit amando. Quanquam ne hic quidem toti ex toto igneſcere poſſu-
mus ò mortales; Ignis eſt in hac noſtra Sion, ſed caminus eſt in illa Hie-
ruſalem; ad quam ſuſpiramus; quæ libera eſt; quæ eſt mater noſtra; vbi,
ſiue fides, ſiue ſcientia deſtruetur, certè diuinus amor, non ſolum non
excidit, ſed excedit, ſuperat, triumphat. Eia mi frater, non potens lucere
inter ſtellas, igneſce inter carbones, exhibe cor tuum Deo, uelut thuri-
bulum cęcum anguſtis ſpiramentis, ſed plenum focis thuricremis. Mirum
quàm aperit,

*calor ille vias, & cæca relaxat*
*Spiramenta*

vt uirgula fumi thurea, ex nobis aſcendens, magno impetu in ſublime ten- F
dat, & ratione quadam ineffabili, miſceat humana diuinis. Odorante au-
tem domino in odorem ſuauitatis iungemur unctione miſericordiæ ſuæ;
&, unctio illa ſua, docebit nos de omnibus; ut uerè, ſimus ſicut Dij, ſcien-
tes bonum & malum; ſcientes inquam reprobare omne malum, & elige-
re omne bonum. Quod demum ex noſtro Hemanuele, eſt conſumma-
tio, & finis, omnis ſcientiæ, & ſapientiæ. In diuinis ſcripturis ubique le-
gimus uiſiones, locutiones, ſacra ſomnia, oracula, reſponſa; ſpeciesque
& imagines rerum uarias, ac multiformes; ingentem profectò materiam,
altamque & antiquam ſyluam propheticarum reuelationum, prædictio-
num; quæ omnino ſunt apices, culminaque, & faſtigia uniuerſæ theolo- G
giæ. Ecquis percurrat, nubes, uoces, flammas, rubos, auras, fontes, arbo-
res, equos, ſcalas, petras, cacumina montium, & foramina petrarum; in
quibus, & rebus, & imaginibus, præbebat Deus uidentibus ſpecula, ęnig-
mata audientibus, ſomniantibus ſimulachra, intelligentibus demum fun-
debat cœleſtia oracula? Ecquæ ſenſa ructabant? Ecquæ uerba ſonabant?
ſenſa grandia, noua, abſcōdita; non philoſophi ſolum, ſed Angelis quo-
que ipſis, admirabilia; uerba plena, magnifica, non uulgata, facta, tranſla-
ta, ſuperlata, dicentia, ſignificantia; ut omnino uideantnr prophetæ, fuiſ-
ſe plectra Dei, quæ percutiente Deo digitis ſuis, dulce melos ſonarent, &
reſonarent; quaſi cum omnibus Muſis rationem habētes, pedeſtres, eque-
ſtres, repentes, uolantes, ruſticani, regij, ſimplices, compti, humiles, co- H
thurnati; à quibus tamen omnibus, abeſt omne mendacium, omnis ſuſpi
cio, omnis leuitas, omnis uanitas; immò uerò, in quibus eſt omnis ueritas,
ordo, ratio, conſtantia. Ecce Adamus, ante omnes; qui, primus homi-
num, primus uatum, quum euigilaſſet à ſomno, quis non miretur quàm
grandia ſonuerit, ipſe propterea omnibus poſteris ore magno ſonandus?
Abraamus autem, explicatæ fidei pater & princeps, quum antea iubente
Deo, ſublatis in cœlum oculis ſuſpexiſſet Solem, Lunamque, & ſtellas,
& ex tanto ornatu militiæ cœleſtis, uelut philoſophica admiratione ſu-
ſpenſus animo, grandæuus ſenex, vt ætate, ſic probitate centenarius, con-
ditori



A ditori orbis, hymnum (vt credere par eſt) cecinſſet, ternum & unum
Deum, humana ſub imagine uidit. coluit, adorauit; idque non intra an-
guſtias tabernaculi, ſed ſub Diuo, dum incaluiſſet Sol, in feruore diei, ad
umbram ramoſæ licis, vbi non tam hoſpes hoſpiti, quàm ſacerdos numi-
ni, obtulit piæ deuotionis holocauſtum; non in ſinu ſuo ſolum gaudens,
ſed exultans, iubilans, magnificè dans gloriam Deo, ſperansque futurū,
vt aliquando tandem, adueniret almus ille dies, quo non in exiguo taber-
naculo Iudæorum, ſed ſub cœlo, omnium gentium ſublimi communique
tecto, hoc eſt, ut Diuus Paulus dixit, extra caſtra, in pulcherrima illa ar-
bore, ad cuius inſignes ramos, ipſi etiam Angeli, myſticæ cœli uolucres,
alliciuntur; operaretur Deus ſalutem humani generis, & pij omnes cla-
B marent. In umbra tua uiuemus, quia in te pendet uita noſtra, ante ocu-
los noſtros, O`æmula cœli arbos. Quis referat multa illa & magna ſpecta-
cula Moſe, plena ſecretorum, ſacramentorum? Rubus ignitus, illi fuit,
Verbum caro; Nebula, aeria ſimul & pinguis, Alma illa ſimul uirgo, &
Dei mater. Columna erecta, Eccleſia ſancta. Ecquid fuit illi petra, in
qua uidebat Deum, ſi non fuit Chriſtus, in quo habitat omnis plenitudo
diuinitatis? Quis ſcit, ſi foramen petræ, fuit in oculis Moſe, Petrus ex
petra, ille inquam Petrus, cui reuelatum eſt è ſummo cœlo, Tu es Chri-
ſtus, filius ex patre, uiuus ex uiuo, Deus ex Deo? Dauid porrò, quot &
quanta myſteria intellexit, ante legem, & ipſis quoque magiſtris legis,
C incognita; quæ etiam numero, cantu, & amabili carmine, perſonuit; de
Deo, de Theologia unita & diſtincta; de uniuerſo Dei opificio; de di-
ſpenſatione humanæ ſalutis; de Angelis; de dæmonibus; de animabus,
de inferis; de cæcitate Iudæorum; de uocatione gentium? Nam quid ſunt
aliud Dauidici pſalmi, quàm colloquium quoddam perpetuum, com-
municatio ſtudiorum, conſuetudo uitæ familiaris & aſsidua exercitatio,
atque conuerſatio cum ipſo Deo? Ob id, inſaniente etiamnum coniuge,
mirum, quàm in domino exultabat, miles & propheta, paſtor, & præco
Dei; quod illi Deus incerta; & occulta ſapientiæ ſuæ, Chriſti inquàm,
qui factus eſt ſapientia noſtra, tanta liberalitate, ſuper cæteros, reuelaſ-
D ſet. Philoſophe, quicunque es, confitere da gloriam Deo, dic Ego vir
uidens paupertatem meam; argentum & aurum non eſt mihi, Prophe-
tæ, ſunt uiri diuitiarum, ditati in poſſeſsione auri & argenti; viri inclyti
facti, ſuper omnes uiros orientales. Omnem enim hominum cognitio-
nem excedunt, omnem uniuerſæ naturæ uim ſuperant, ſunt nota ſoli
Deo, neque niſi diuina uirtute, & ingenti miraculo, fieri poſſunt quæ-
cunque ſancti prophetæ Dei, ex dono & ſpiritu prophetiæ, regibus, po-
pulis atque etiam priuatis hominibus, uerbis, ſignis, factiſque denun-
tiant. Ita eſt, Ita eſt uiri fratres, Deus in prophetis eſt ſpiritus intelligen-
tium, lingua loquentium, calamus ſcribentium, ideoque quum inſpi-
rat, tollit ſupra hominem, dum reuelat, docet quæ non ſunt hominum.
Tollit

Tollit inquam Deus prophetas ſuos ſupra ingeniũ, & vires hominis, & do- E
cet ea quæ ſunt prorſus ab imbecillitate humanæ rationis abhorrentia; ea
inquàm quorum ſcopus Chriſtus, quorum finis Deus, quæ nullo vnquàm
tempore, aut vidit oculus, aut audiuit auris, ideoq; non ex ipſis ſenſibus, vn-
de rerum imagines, & ſimulachra formantur, & hauriuntur in mentem ho
minis aſcendere poſſunt, ſed ex ſuperis illis ſpiritib. quos humanæ ſalutis cõ
muniter Deus adminiſtratores facit, & angelos in ipſam hominis mentem
feliciter immiſſa deſcendunt. Vnde ſicut diſcipulus, monſtrante magiſtro,
literas primum deſcriptas videt, aſpicit, miratur; tum ſonat, diſcernit, coniũ-
git ex literis paulatim ſyllabam, ex ſyllabis dictionem, ex dictionibus oratio
nem efficit ad extremum doctus, & pangit carmina, & ſcribit proſas, quas e-
tiam ſuo tempore ad doctrinæ, & diſciplinæ gloriam, in concione pronun- F
tiat; ita prophetæ quoniam non propter ſuam, ſed (quod ſcriptura docet)
propter aliorum vtilitatem illuminantur, vigilantes vident quæ alij non vi-
dent, & dormientes ſomniant, quę alij non ſomniant; vt diuinum conſiliũ,
& voluntatem ſignificare aperte poſsint illis, ad quos legati reſponſa ferunt,
curatores, authores, interpretesq; magnarum rerum, nuntij pacis, & belli vi-
tæ, & mortis. Afflante enim Deo, acies mentis prophetarum, irradiata diui-
nitus, ſupra naturæ vires erigitur, acuitur, expanditur; vt ſpecies rerum, &
per vigiliam, & per ſomnnm oblatas, & viſas, quid ſignificent, quo referran
tur, analogiam earum, & omnia prorſus quæ ad myſteria, vel ad ſacramenta
myſteriorum ſpectant, intelligere, componere, diuidere, iudicareq; valeant,
quæ ſimul omnia alij quiq; quantumuis præſtantes ingenio, etiam ſi eadem G
viderent, aut ſomniarent, ne vllo quidem modo intelligere poſſent. Quo
me rapuiſtis diuini Vates? quo me rapuiſtis? Gratulamur vobis, vobis gra-
tias agimus, veſtras laudes agnoſcimus, in quorum oculis viſiones multipli-
cauit, in quorum manibus aſsimilatus eſt dominus quaſi creta ad rotam fi-
gularem, nullam formam refugiens, ſed & omnes colores extrinſecus, tum
admittens, tum reddens, qui vt populos à Dijs ad ſeipſum reuocaret, vt fide
fidem aboleret, vt cultu cultum tolleret, vt arte artem vinceret ſimulacra
ſimulachris, miracula miraculis; denique & ſacra ſacris, & ſecreta ſecretis, o-
racula, oraculis, & viſiones viſionibus oppoſuit. Certè verò hæc ipſa tanta
felicitas, vt inter tantas tenebras tantum iubar aſpiceretis, non erat veſtri ſe- H
culi, erat veſtræ gratiæ & gloriæ. Nos nunc vix propter ſeculum noſtrum
beati ſumus, ad veſtrum tunc ſeculum magna illa veſtra beatitas redunda-
uit. Heroicæ perſonæ veſtræ non iam ad naturam neque ad legem, ſed ad
hoc ipſum Chriſti Euangelium, quod nobis nouiſsimè nuntiatum eſt me-
ritò pertinebant. Tantis prophetarum ordinibus, & choris, vos (ſi placet) a-
diungite illos iuuenes, & virgines, ſeneſque cũ iunioribus qui primo, quo-
que tempore dum ex vtero ſynagogæ Eccleſia naſceretur, diuina videbant,
ſomniabant, prophetabant; iuxta miraculum, quod ſanctus arator futurum
prædixit; doctus piſcator impletũ monſtrauit. Numerate cum his omnibus

eum,



A eum, qui à corona nomen habet, qui intendens in cœlum vidit filium ho-
minis gloriam Dei; Eum quoq;, qui neſciens an in corpore, an extra cor-
pus integro triduo non manducans neq; bibens, ſublatus ad tertium vſq; cę
lum arcana Dei, audiuit, & obticuit. Omnes vaticinabantur, loquebantur
linguis, interpretabantur ſcripturas, vt merito in ſtuporem verterentur ini-
mici crucis, & gratiæ Chriſti Ieſu. Erat in illis Deus, Deus in illis erat, quo a-
gitati caleſcebant, quo repleti erumpebant, quo animati prædicabant. Por-
rò de vniuerſis, & ſingulis prophetis, hoc vnum certum habete; ſi diuinæ
hiſtoriæ incumbitis, Quiſquis eorum, exiſtens in carne mortali, dixit
in Spiritu ſancto, ſe vidiſſe Deum, (ſunt enim & falſi prophetę qui dicunt,
B Hæc dicit dominus, ad quos nunquam locutus eſt Deus) is vel ſimilitudinẽ
Dei vidiſſe ſe vidit, quam ſciens, & prudens, Deum vocare non eſt veritus;
vel confusè intelligens totum inter rem, & ſimilitudinem non diſtinxit, ſed
vtrunq; vocauit nomine vno, vel demum in illum ipſum ſummum ſolem
nullatenus defigens aciem mentis, vix in tranſitu Deum ipſum videre po-
tuit, perinde ac ipſi interdum tranſeuntes, cito, & curſim, aſpicimus flam-
mam coruſcantem, inter nubes, & cœlos, tonitru contremiſcentes. Sanè &
ipſum propheticum lumen, non ſemper lucet in animis prophetarum, ſicut
ſtellæ quas fixas vocant; ſed eſt velut ſtella illa nouo, & inuſitato ſplendore
micans, quæ noui ſolis nouus Lucifer nouè abs Deo creata oriebatur, occi-
debat, reſurgebat, forſan heroibus illis quos ab oriente ducebat muto quo
C dam eloquio annuntians Chriſti veri Solis ortum, occaſum, & rediuiuam
lucem. Indicat vox illa in ſacris litteris frequentiſsima ὀφθη. Apparuit quæ
repentinum aduentum ſignificãs, tacitè admonet in poteſtate quidem Dei
eſſe vt videatur, ſed non eſſe in poteſtate noſtra, vt videamus. Et Helias qui
dem ſuorum temporum ferè ἥλιος, vbi audiuit ſibilum auræ tenuis; in quo
apparuit dominus, operuit vultum pallio, indignum ſe reputans, qui vide-
ret dominum, vbiq; totum, vbiq; incircunſcriptum. Heliſeus porrò in quo
requieuit duplex ſpiritus Heliæ, prophetiæ inquam, & miraculorum, non
erubuit dicere, Dominus cœlauit à me, & non indicauit mihi. Certè verò
Iſaias, qui de Dei filio, non tam vaticinium, quàm hiſtoriam euangelicam
ſcripſit, vix poſt mortem leproſi Regis, ſub quo viuebat, videre potuit ip-
D ſum verum Deum. Tu ne ergo leproſus totus, O homuncio, in peccatis in-
quam conceptus, natus, & altus, ſupra prophetas, ſupra Apoſtolos, ſupra Pa
triarchas, & ſupra Reges, Deum ipſum videbis, vt & ipſe ſcias, & nobis qua-
ſi de cœlo collapſus referas, & nunties quid eſt Deus? Moriatur, Moriatur,
aut ſi te viuente mori non poteſt, ſaltem non regnet in interiori homine
tuo caput Lepræ initium peccati Superbia, vt dignus efficiare, qui aliquan-
do mundo mortuus, Deo viuas, & mundo corde diuina ſomnies, & videas.
Poſteriora Dei videmus, O viri, faciem non videmus; voces videmus, lo-
quentem non videmus; petram videmus, ſed eum qui eſt in petra non vi-
demus. Dixit enim quod habitaret in caligine, & poſuit tenebras latibulũ
ſuum.

ſuum. Quid habes fili hominis? Quid habes? Quare triſtis es Anima mea? E
Quare conturbas me? Si te imbecillitas, ò homo, facit anxium faciat ſpes audentem. Tempus cedit tempori, ætas ætati, quum paruulus euadit in virum, euacuat ea, quæ erant paruuli; ſicut ergo Παιδεία legis, cedit fidei; ſic fides cedit ſpeciei. Viuis coloribus diſcutiuntur umbræ, & exoriente Sole, ſtellæ diffugiunt. Itaque quum uenerit, quod perfectum eſt, euacuabitur quod ex parte eſt. Vt non iam amplius magnifica tantum Dei uerba in caligine nubis audiamus; non miremur peregrinas uoces, confuſos ſonos, ac bellicas tubas; non ſpectemus in rubis ignes, ſcalas in agris, in montibus fumum & fulgura; nec ſolum tenui quadam aura Dei præſentiam adumbrante fruamur, aut demum manna abſconditum ſummis duntaxat labijs deguſtemus; ſed in ætherias illas ædes non manufactas remigran F
tes, ſolem illum, qui montes exurit & radios igneos exufflat, felicibus auſis contemplemur. Neque tamē dicemus, Morte moriemur quia uidimus dominum. Immò uerò uidentes quem diligit anima noſtra erepti à poteſtate ſecundæ mortis, partem habentes in reſurrectione prima, intrabimus in gaudium Domini Dei noſtri æternum uicturi, & conuicturi Deo, in quo nunc abſcondita eſt uita noſtra.

## *Deus per Chriſtum Ieſum mundo notiſsimus; omnino autem, citra beatos, theologiæ neganti notior, quàm aienti.* CAP. XXV. G

INTEREA gaudeamus, & lætemur, O ſacra capita, O Deo amabiles, O Beati, nam plenum illud & opiparum conuiuium, cœna uerius quàm prandium cognitionis Dei, quod nō paucis quibuſdam delectis heroibus, ſed uniuerſo humano generi parabatur, diuini conſilij altitudine, ad nouiſsimam horam diei dilatum eſt; Nam Πολυμερῶς, καὶ πολυτρόπως locutus Deus patribus in prophetis; nouiſsimè miſit filium ſuum hunc ipſum Ieſum Chriſtum quem ipſi colimus, ut aperiens os ſuum. H

*Omnia prophetico qui quondam ex ore profudit,*

nuntiaret nomen, & numen eius fratribus ſuis. Ecquod cōuiuium inſtructum eſt? quàm apparatum? quàm ſplendidum? quàm Deo dignum? Indicant lectæ, & receptæ reliquiæ, cophini ſacri, & corbes fragmentaque & micæ, quæ ſymbolum collatoribus ſuperauerunt. Tantas diuinæ ſapientiæ opes, affluentias, copias, quæ unquàm ingenia, ſtudia, tempora, exhaurient? Itaque, ſi præcedentia patrum ſecula conferantur cum hoc ipſo noſtro ſeculo, ad quod ſtatus euangelicæ lucis pertinet, (nā poſt tanta adhuc





A lumina legis clamabat oraculum, Surge illuminare Hieruſalem) dubio procul, maiores noſtri ſub nube fuerunt, & habitantes in caſulis, uix uidebant diuinarum rerum aliquot ſcintillas, & paruos lucentes foculos, Deo benedicto nimirū prouidente, ut illi qui ſub ficu erant, arbore quæ etiam rore inareſcit digna quæ ſit ſymbolum maledictionis humanæ naturæ ſine nobis, qui in olea, & uitæ Chriſto ſpiritali benedictione benedicti ſumus, non conſummarentur. Qui propterea magno myſterio ſycomorum conſcendimus gratuita illius qui ſe ſe maledictū fecit benedictione, quaſi calcantes, & contemnentes omnia iura antiquæ maledictionis. Inde enim à Chriſto euocati progredimur ex claritate in claritatem, ex gratia in gratiam, ex cognitione inquam in cognitionem, ex fide in fidem demum in
B ſcientiam & ſapientiam, nimirum ſublatis umbris & uelaminibus, quibus & in natura rerum, & in ſacris literis, obuoluta eſt tanta maieſtas, nullumque ipſi habentes uelamen ſuper cor noſtrum, aut perfidiæ, ut ille duræ ceruicis populus, aut cæcitatis ut gentes quæ Deum ignorant. Habentes enim illam ipſam imaginem, quàm præferimus animo, fronte, vultu, uerbo, opere, tam è ſpecula legis, quàm in ſpeculo prophetarum, & per nos demum qui ipſi quoque per nouam lucem illuminati Dei ſpeculum ſumus, ſpeculamur Deum glorioſum, & ſplendorem uultus eius Chriſtum Ieſum. Ad nos ſermo Dei factus eſt, ò viri, nos oculis noſtris uidimus, nos auribus noſtris audiuimus; ipſæ manus noſtræ in Apoſtolis no-
C ſtris ducibus contrectauerunt illum uerbum uitæ, quod caro factum habitauit in nobis; & quod olim Moſe non tam Iudæo, quàm Chriſtiano promiſerat, Deus tandem oſtendit nobis omne bonum; vt per concaua montium per abrupta uallium, reſonante Euangelio, repleta ferè ſit uniuerſa terra ſcientia domini, uelut aqua maris operientis. Et quidem ut quatuor elementis & cœlo uelut quinque radicibus conſtat uniuerſa hæc mundi moles, ita uniuerſam illam tantorū ſeculorum pietatem hæc quinque fundamenta ſuſtinebant, his clarius illius obſcurius nota, vt ſe ſe paulatim diuina benignitate glomeratio explicabat; & Aurora ipſa ſucceſſu temporis creſcebat in diem perfectū. Nempe eſſe Deum, Non eſſe duos, ſed unum ſolum, Mundum eſſe opificium Dei; Nihil in mundo non ad-
D miniſtrari diuina prouidentia. Denique Deum ipſum piorum, & impiorum hominum habere rationem, atque ideo tangi pro meritis, ira, gratia; reſpicereque ad uota, ad preces, ad ſcelera mortalium. Quàm in agris noſtris creuit beatum germen Theologiæ, ò viri?

*Immenſæ rupperunt horrea meſſes,*

tametſi in allis quaſi ſeminibus continebatur tota hæc ubertas frugum & fructuum, qua ut ipſi fruamur cęlitus conceſſum eſt; Et ſalutari illa aura, cœleſti illo afflatu uigebat, & uirebat integris ſenſibus in rebus religionis uniuerſum hominū genus proficiebatque diuino ſpiritu ad uerā pietatē. Erant quidē tum fœtus concepti, at tēpus nondum grauiditatē & partum

aſſerebat, maturitatemque gignendi. Ecquàm aptè inſigne illud Spiritus E
ſancti organum diſtinguit theologiam in elementa, exordium, & ſermo-
nes? Elementa ſanè mundus totus habuit ante legem; exordium lex ipſa
fuit; integri ſermones ad Euangelium pertinent. Theologia ſanè beato-
rum alterius eſt uitæ ſupra elementa, ſupra exordium, ſupra ſermones,
ut quæ ſubiecta eſt oculis magis, quàm auribus. Sedenim iam tempus eſt
ut paulo acrius intendamus animum, & qui hactenus ex pulcherrimis om
nium rerum floribus per theologiam aientem corollam intexuimus ipſi
Deo, nunc ingrediamur ſecreta negantis theologiæ, tanquàm ad cogno-
ſcendum Deum iter dexterum, ac uiam regiam, compendio breuitateque
iucundam, difficultate porrò, & obſcuritate, undique uenerandam, & ple-
nam maieſtatis. Theologia ſymbolica, eſt in animis noſtris, uelut lucis du F
biæ crepuſculum; Illa quæ ſumma quæque affirmat de Deo, cuius pedago
gia inſtructi, huc uſque peruenimus, eſt quaſi lumen ſurgentis Auroræ.
Hæc porrò, quæ negationibus gaudet, eſt clara dies, qua ſplendor ille ru-
tilans, plenusque radijs, & fulgoribus inenarrabilibus affulget oculis no-
ſtris. Theologia philoſophorum eſt nigra quædam caligo, & denſæ tene-
bræ. Theologia beatorum ipſa eſt meridies, & ad uidendum Solem in ip-
ſo orbe nullo indiget ſpeculo. Nos per ſacra ſymbola finitimi eſſe uide-
mur philoſophis, ſed per negationes accedimus ad beatos. Atque ideo di-
uinas contemplationes à ſymbolica theologia incipimus, quaſi à præru-
ptis radicibus montis celſiſsimi, tranſeuntes autem per arduos cliuos, &
iuga, illius quæ media eſt, in huius tandem celſiſsimo uertice, quaſi ſiſti- G
mus gradum. Symbolica tam uerbis, quàm ſenſibus, plurima eſt, atque la-
tiſsima, quæ (ut ſuo loco dicebam) tanquàm baſis, & fundamentum ma-
gnæ cuiuſdam & æternæ pyramidis, uniuerſa complectitur, quæ in mun-
do ſunt. Ea, quam exiſtimamus ferè propriam, breuioribus contenta ſer-
monibus, in exiguos admodũ, & anguſtos contrahitur locos. At uerò hæc
tertia, qua neque multis, neque paucis ſed nullis omnino affirmationibus
utimur, intelligentes punctim Deum nihil eſſe eorum, quæ ſunt, eſt tan-
quàm anguſtiſsimus ille, & penè indiuiſibilis conus, quẽ in pyramidibus
à longe aſpicimus, & miramur. Quanquàm reuera ſua ipſius plenitudine,
& maieſtate, eſt uelut ampliſsimum illud tertium cœlum, tantò reliquis H
pulchrius cœlis, quantò hoc ipſum quod miramur eſt fęculenta terra for-
moſius. Sanè etſi in hac theologia non uidetur Deus, audiuntur tamen, &
intelliguntur arcana Dei, quæ reuelare non licet illis, qui in imò conſtitu-
ti, ab humo adhuc homines ſunt, ſed illis tantum qui ex perfecta conſum-
mataque uirtute, euaſerunt in uiros, & uiri præclarũ nomen acceperunt,
digni qui aſcendant in montem, relinquentes plebi campeſtria. Age por-
rò in re tanta quicquid obſcurum eſt & ignotum pateſaciamus, & illuſtre
mus. Dum clauibus theologiæ negantis portę nobis aperiuntur, ò uiri, &
incipientes ab imis gradibus, aſcendentesque ad ſumma faſtigia rerum,
remo



A remouemus ab ipſo Deo, non ſolum ea, quæ primo aſpectu aliqua ex par-
te indecora eſſe putatur, & indigna numine, ſed ea quoque, quibus apud
nos nihil ferè eſt prius, nihil purius, nihil perfectius, certè ſimul, & permi-
ſtè intelligimus, Deũ ipſum uel aliud eſſe, uel aliter, immò uerò, & aliud,
& aliter, quàm re, ſint, & nomina ſignificent, quę tantę maieſtati tribuun
tur in theologia naturali, ſymbolica, & aſſerẽte. Neque uerò ita accipien
da res eſt, ut ea quę perfectionem ſimpliciter ſapiunt, in Deo omnino nõ
ſint, niſi ſecundum rationem cauſę, quomodo infima quęque illi inſunt,
ſed ita potius, ut eo modo, quo & à nobis cognoſcuntur, & ſunt in cęteris
rebus, ſine fine deficiant, ab illa ipſa diuina ſublimitate. Quòd reuera ip-
ſe Deus ſit omni celſitudine celſior, omni nobilitate nobilior, melior bo-
B nitate, anterior eſſentia, uita uiuacior, ſubtilior ſpiritu, mobilior Εντελε-
χεια, ſapientiſsimus ſupra omnem ſapientiam, ſanctitate ſanctior, poteſta-
te potentior, ęternitate antiquior, puritate purior; ideoque tandem non
bonus, non ſapiens, non ſpiritus, non uiuens, non ęternus, ſed longè ex-
cellentior illis omnibus, quę excellere ipſi, pręſtareque putamus; Gręci
breuiſsimè, & appoſitiſsimè dicerent, non Κατὰ στέρησιν, ſed Καθ' ὑπε-
ροχὴν. Ipſe ſubijciam exempli gratia nomen, & rem, rationemque perfe-
cti; Deus enim propriè tunc ſolum dicitur perfectus, dum comparatur ad
res imperfectas, dum autẽ confertur cum perfectis, hoc eſt cum illis, quas
ipſi perfectas eſſe credimus, & ſi nemo audet eum dicere imperfectum, ta-
C men uerius non perfectus dicitur, quàm perfectus, quia quę nobis perfe-
cta dicuntur à principio ad finem, ingenio, induſtria, elaborata, conſum-
mataque ſunt. Deus igitur ſi nõ eſt factus, quomodo eſt perfectus, & non
potius perfectionem omnẽ, origine, excellentiaque pręcedit? Enimuero
alia ratione Deum perfectum appellare licet, & decet; nempè ita ex ſe ip-
ſo perfectus eſt, vt omnino perfectore non egeat, ut ne factore quidem.
Et cur non audeam poſthac uocare Deum, inter ea, quę perfecta dicun-
tur, imperfectum? Ecquis me arguere poterit, qui non diuino ſtatim ore
coarguatur? Nam diuina illa ſapientia, fons omnis ſapientię dum confer-
tur cum ſapientia huius mundi, quæ ſibi nimium placens, nihil ſe neſcire
ſuperbè iactat, ac gloriatur, appellatur in ſacris literis, & inſipiens, & inſi-
D pientia, ſtoliditas inquam ipſa, & planè (vt Græci dicunt) Μωρία. Sed &
immenſa illa rerum omnium poteſtas, vnde eſt omne robur, cuius uelut
neruo in uno corpore continentur omnes mundi uires, relata ad ſecularẽ
potentiam, nunquàm non magna ſpirantem, potentia'ne dicitur & non
potius ſublimi quadam & doctiſsima εἰρωνεία impotentia, infirmitas, im-
becillitas, Ἀσθένεια? Sic palam legimus, Quod infirmum eſt Dei, Quod
ſtultum eſt Dei. An uerò obliti ſumus myſterium illud ſacroſanctum, quo
infatuata eſt omnis mundi ſapientia, & cõtrita uniuerſa ſeculorum pote-
ſtas diuinam debilitatem dici, & diuinam ſtultitiam? Vſqueadeò, aman-
tiſsimi fratres, vſqueadeò inquam ea quæ Dei ſunt, abſque omni propor-


tione

tione ſuperant omnia & ſingula quæ conueniunt creaturis, natura natu- E
ram, uirtus uirtutem, ſapientia ſapiẽtiam, & perfectio perfectionẽ, vt iure
ac merito hæc & illa, uix exprimi deſignariq; poſsint, niſi nominibus, vel
notis quæ ex toto & plena oppoſitione inuicẽ pugnent, tanquàm lux &
tenebra, tanquàm mors, & uita, tanquàm plenum, & inane, denique tan-
quàm totũ & nihil. Ite uos Κοσμοπόλιται & elato animo tribuite (vt uul-
tis) omnia ipſis naturis rerũ; Οὐρανοπόλιται conſtantiſsimè nihil nõ ne-
gant, & pernegant de ipſa natura Dei. Vos exceditis affirmando, nõ exce-
dimus negando. Cœli audite, audi quæ loquor iuſtiſsima tellus, imbres &
uenti quieſcite, ſubſidite maria, & flumina, ſyluæ ſilete; ò meæ uires iam
mundo, & rebus omnibus ſaturæ laudate hunc ipſum Deũ, quia eſt ſupra
omnia, & laudate in ſilentio, quia nihil eſt omnium; Inde affirmationes; F
hinc negationes. O' Stagirites, O' Stagirites, interrogo te philoſophiæ
aſtuta ſæpia, qui tua, & ſuperba, & noua placita, tam ſæpe atramenti effu-
ſione tutaris, aientibus ne faues? an potius negantibus? Certè materiam
illam tuam, ſi tamen tuam non aliter agnouiſti, neque agnoſci poſſe do-
cuiſti, niſi negatione formarum. De ſubſtantia cœli quid aliud ferè pro-
baſti niſi negationem? quod ſit corpus neutrum, neque graue, neque
leue, neque calidum, neque frigidum. Hiſtoriam animæ propoſuiſti;
ſed ſi demas duas illas relationes, Actus corporis, Principium quo uiui-
mus. Ecquid aliud abs te didicerunt, Peripatetici illi tui, niſi negationes?
confutationes inquàm ueterum, & iam obſoletarum opinionum? Dic mi- G
hi nunc, quid eſt in uniuerſis rebus creatis, quod theologia, dum loqui-
tur de Deo, non iure abnuat, & recuſet? Dum autem non annuit, ſed ab-
nuit, dum inquam de natura Dei nihil aſſerit, ſed omnia negat; eo ipſo
quo negat, non'ne diuidit, ſeparatque Deum ab omnibus rebus? nã quid
eſt affirmare hoc de illo, niſi componere hoc cum illo? & quid eſt negare
hoc de illo, niſi ſeparare hoc ab illo? An uerò non eſt ipſe Deus uerè ſepa-
ratus ab omnibus rebus? Vt enim negando, ab imis ad media, & ab illis
ad ſumma progrediamur, Deus neque eſt terra, quæ abſque pluuijs ger-
minare nõ poteſt, & fœta frugibus, grandine, & tempeſtate prohibetur,
ne eas perducat ad maturitatẽ; neque eſt nubes quæ ui uentorũ coguntur
& huc, illucque impulſæ, diu conſtare non poſſunt; ſed neque uentus qui H
in ſe ipſo res inanis, & ipſa ferè inanitas, non niſi per uehiculum exagitati
aeris ubique ſpirat; nõ eſt aqua, quæ naturæ fluidæ, & labilis, niſi ſuſtenta-
ta humo per ſe ipſam nunquàm conſiſteret; nõ eſt aer qui incenditur æthe
re, & non per ſeſe, ſed fulgoribus cœli illuſtratur; non ignis, qui ſi uſpiam
ſit ſuccenſus reſtinguitur aquarum inundatione; nõ eſt etiam Luna, quæ
(quod nomẽ indicat) lumine lucet alieno; neque ſtellarum globi uel ag-
mina, quæ adueniente Sole, quaſi palleſcunt, & diffugiunt; ſed neque, aut
Sol, qui uno die oritur & occidit; aut cœlum ipſum quod perpetuis latio-
nibus circumagitur. An fortaſſe homo eſt, cuius miſeria & ærumnis nil
inſe-



A infelicius habet orbis terræ? qui quum omnia animalia moriantur, uelut
ſolum mancipium mortis, & præcæteris addictus morti, mortalis nomen
ſolus accepit? An eſt mundus ipſe totus, quem temporum currus quatit,
& agitat, quum Deus quietiſsimo, & immutabili æuo fruatur? Tantum
uerò profectò abeſt, ut Deus ſit uel corpus, uel corporatus, quia hæc om-
nia ſunt ſymbola Dei, ut contra potius ideo Deus ſit expers omnis corpo-
raturæ, quia nullum habet ſymbolum non corporatum. Spiritus, ſunt
imagines Dei, ò viri non ſymbola. Corpora ſymbola ſunt non imagines.
Nihil inter ſigna tam accedit ad rem, quàm imago. Nihil tam recedit à re,
quàm ſymbolum. Nihil tam accedit ad Deum quàm ſpiritus. Nihil tam
recedit à Deo quàm ratio corporis. An uerò quia non eſt corpus, idcir-
B co propriè & æquatè eſt ſpiritus? animus? mens? intelligentia? Dignius
quidem eſt, ut dicatur, ſpiritus, quàm corpus; mens quàm ſenſus, ani-
mus, quàm anima; intelligentia, quàm uita; ſicut & forma quam mate-
ria; & uita quàm lapis; & lux quàm Leo; & bonitas quam quantitas. Ob
id ſanè deteriora negando, affirmando, meliora præponimus; ſed tamen
quomodo præciſè eſt uel ſpiritus, Pater ſpirituum? uel animus, qui tranſ-
fert ſe in animos? uel anima cuius ſunt omnes animæ? Et quomodo eſt
propriè mens, qui ut nunquàm obliuiſcitur, ſic nunquàm meminit? aut
intelligentia, qui nihil intus legit nihil extra ſe intelligit, omnia intelli-
git, in quo non differt intelligens res intellecta, & ipſum intelligere? Di-
cis quod eſt uita, lux, bonitas, eſſentia. Eſt'ne uerò propriè & æquatè ui-
C ta qui dicit, Antè hominum uita, & mors? Ego occidam & ego uiuere
faciam? Lux'ne præciſè Deus eſt, qui creat lucem, & tenebras? & diuidit
lucem à tenebris? Et quomodo eſt præciſè bonitas, qui facit pacem, &
creat malum? & de quo dicitur in prophetis, Non eſt malum, quod non
faciat dominus? Subſtantia porrò negatur uerius, quàm aſſeritur, quia
neque ſubſtat, neque ſubſiſtit, ſed ſupra omnia ſtat, & ſupra omnia con-
ſiſtit. An uerò eſt definitè & ſignatè eſſentia, qui (ut dicebamus) & eſſe,
& eſſentiam, ratione, origine, natura, & ipſa etiam æternitate antecedit?
Hæc profectò qui benè, & pro dignitate intelligit, ò viri, is haud dubiè
ad propriam ac perfectam Dei cognitionem, quantum mortalibus com-
D muniter uia ſpeculationis aſcendere, & progredi licet, perueniſſe ſe gra-
tulari poteſt, ac debet. Reuera enim etſi natura Dei diſtincta eſt à cæte-
ris rebus, ne rem quantam uagam, & inanem Deum putes, ideoque & ip-
ſe cum Μωρόσοφοις Deum cogitans euaneſcas; tamẽ Deus (ut initio hu-
ius libri, dicebamns) non eſt quid, neque aliquid, qui ſine fine tranſcendit
omnia, quæ ſunt quid, & aliquid. En quàm uerè dicitur, quod negatio-
nes omnium rerũ, ſint Deo conuenientes, & propriæ, affirmationes autẽ
omnes impropriæ, incongruæ, incõpactę, male cohærentes. Nimirũ nega-
tio uelut ſobriè ſapiens, quod infinitũ eſt relinquit ſine finibus; affirmatio
autẽ dũ temerè uult ſapere, pluſquàm oportet, finit, quod ſinẽ non habet.
Quàm

Quàm prudenter, ò viri, & quàm feliciter, Sponſa illa nobilis, & decora, E
deliciæ muſarum, & charitum, quàm ipſe quoque Deus, in ſymbolis depe
rire ſe dicit, non per rerum corporalium fora & plateas, neque per ſpirita-
lium angiportus & uicos, ſed quum omnino omnia pertranſiſſet, Deum
quem tantopere quærebat? Inuenit inquàm, non caſû repperit, idque in
nocte nimirum nihil affirmans, ſed negans omnia, nam affirmatio diei,
negatio eſt nocti ſimilior. Quàm porrò amicior hora noctis, ſupra horam
diei, ò viri? fœcunda lucubrationibus, quieta ſtudijs, reuerenda ſilentio,
fida arcanis, illuſtris ſyderibus, O` nox beata, nox quæ lucet ſuper omnes
dies, nox illuminatio mea in delitijs meis. Et quidem, vt hanc lucem ſuper
candelabrum in promptu ponam, quæ luceat omnibus qui in domo ſunt, F
ſacræ literæ penus locuples omnis diuinæ cognitionis, obſcuriſsimam il-
lam innumerabilitatem annorum Dei, abyſſum inquàm æternitatis diui-
næ affirmantibus'ne an negantibus uerbis (Græci Αποφαίτικα dicunt) il-
luminare declarareque ſolent? Nota ſunt oracula, Ante me nõ eſt forma-
tus Deus, Poſt me non erit alius, Anni tui non deficient. Sed & de loco
Dei non'ne eodẽ modo loquuntur? Cœli cœlorũ capere eum nequeunt,
Non longè eſt ab unoquoque noſtrum, Non in manufactis habitat tẽplis.
De Potentia, Non eſt qui tuæ poſsit reſiſtere uoluntati, Non eſt impoſsi-
bile apud Deum omne verbum, Nõ eſt fortis ſicut Deus noſter. Iam quid
de Iuſtitia? Non eſt iniuſtus Deus ut obliuiſcatur operis ueſtri, Non eſt
acceptio perſonarum apud Deum, Nihil odit eorum quæ fecit. De Boni- G
tate, Non Deus uolens iniquitatem tu es, Nemini mandauit Deus impiè
agere, Ne dicas ille me implanauit. De miſericordia, Non ſecundum pec-
cata noſtra fecit nobis, neque ſecundum iniquitates noſtras retribuit no-
bis, Non continebit in ira miſerationes ſuas, Non delectatur in perditio-
ne morientium, Deus non uult mortem peccatoris. De Veritate, & Fide,
Non eſt Deus ut homo, vt mẽtiatur, neque ut filius hominis, vt mutetur,
Cœlum & terra tranſibunt, verba autem mea non præteribunt. De Lon-
ganimitate, Non in perpetuum iraſcetur, neque in æternum commina-
bitur, Non uult aliquem perire ſed omnes ad pœnitentiam reuerti, Deus
neminem tentat, Deus intentator malorum eſt. Ergo quid tandem putas
dicant de natura ipſius Dei? Multa ais tu, ò homo, at uerò Spiritus ſanctus H
nihil ait, Tantum ex eo audis uerba plena negationum, Nõ eſt ſimilis tui
in dijs domine, Non eſt alius præter te, Non æſtimabitur alius aduerſus
eum. Vt omninò uerũ ſit illud, Verè tu es Deus abſconditus, noſque pro-
pterea intelligamus, per hortos quidem, per flores, per ſuauiſsima quęque
ſpiramenta, & excellentias rerum omnium, Deum quæri poſſe, ſed tandẽ
niſi plenis negationibus inueniri nõ poſſe. Profectò uerò, ſi Praxiteles ip-
ſe, & reliqui marmorarij, qui de lapide uultus educunt uiuos, nihil infe-
runt arte ſtatuaria in ipſum lapidẽ, id enim ingenium eſt picturæ non ſcul
pturæ, ſed dum egregium ſpecimen oſtentant eorum quibus ſimulachra
decre-



A decreta ſunt, marmoris duritiem contumaciter reſiſtentem cauant, & ea
tantum excauando reijciunt, quæ uelut additamenta prohibere uideban-
tur formæ latentis intuitum, ut ſola detractione per admirabilemque ſcul-
pendi appareant Praxitelia capita, cur ipſi quoque dum diuinam illam fa-
ciem abſconditam intra infinita rerum rudera in lucẽ proferre tentamus,
& uidendam exhibere animis noſtris, cur inquam uniuerſa quæ in creatu
ris reperiuntur non auferamus, & remoueamus ab illa ipſa natura Dei po
tius, quàm per aientem theologiam, in ipſum Deum aliquid congeramus
eorũ quæ nobis cognita ſunt, & familiaria atque domeſtica? Neque enim
ex noſtro capite depingere licèt aut decet diuinã effigiem, quaſi nouam
ideoque delebilem; ſed oportet eam ſicuti eſt tanquàm æternam & à prin
B cipio omnibus rebus quaſi inſculptam & in eis latentem, in apertum edu-
cere, ut admirãda illius pulchritudo ac ſpecies uideri poſsit ab oculis men
tium noſtrarum. Quandiu ergo non ſpoliamus naturam ipſam omnibus
quæ illi inſunt, & ad eam pertinent, quandiu inquàm aliqua lux rerum
creatarum noſtris mentibus affulget tandiu lux illa magna Dei & diuinæ
cognitionis, à nobis abhorrere uidetur & refugere oculos noſtros. Vbi au
tem refutamus omnia, quæ ſunt tanquàm indigna Deo, & primum qui-
dem corporalia quæ remotiora ſunt, in quibus nonnihil ferè eſt ſemper
luculenti & impuri, tum ea quæ à materia abiuncta nõ niſi ſpiritalem no-
bilitatem, dignitatem perfectionemque redolent, & tandem omnia igno
rare uolumus, ut illum unum cognoſcamus & ſecernamus à cæteris rebus
C tum primum fũmo quidem quaſi obruti & caligine, ſed uerè tanto luci-
diores facti, quantò eſt meridiana lux profundiſsima nocte lucentior, di-
uinam illam immenſę lucis abyſſum ingredimur. Merſi inquam uidemur
uelut in profundum ignorationis, ò viri, dum nihil penitus affirmare poſ-
ſumus de Deo, quem famelici, & ſitibundi quærimus, ſed mox in ſublime
emerſi reſpirantes erumpimus in illam Αποφάσιν, cuius breuiloquentiæ
altiſsima ſenſa, nulla unquàm Κατάφασις attinget, etiam ſi fuerit Iliade
prolixior in illam inquàm, Deus eſt quo nihil maius cogitari poteſt. Sed
quia concludendum eſt iam putate uiri fratres, Theologiam negantem,
poſtquàm omnium rerum ſaltus religioſè perluſtrauit, his uerbis loqui, &
perorare in aures ueſtras, Video corpora, animos, mentes; Iſti ſunt ò Gen
D tes Dij ueſtri hos uidete, ſi placet, hos colite; ſunt creaturæ Dei mei, non
ſunt Deus meus. Aliud eſt artifex, aliud artificium; aliud Creator, aliud
creatura. Ludite (vt placet) & illudite, Ridete & irridete me dicentes,
Oſtende nobis Deum tuum, Vbi eſt Deus tuus? Video ego ueſtros Deos,
uobis deſunt illi oculi quibus uidetur Deus meus.

*Explicit Liber Secundus.*

# DE DIVINA HISTORIA
## CORNELII MVSSI EPISCOPI BITVNTINI.
### Siue de diuinæ Naturæ, ac Vitæ fœcunditate.
### *LIBER TERTIVS.*

### *Æterna fœcunditas, & propagatio ſimul Dei ex Deo. CAP. I.*

A QVæ duo ſuperioribus libris à nobis tractata conſcriptaque ſunt, de Deo, & de Natura Dei, æternitas ſupra omnes ætates, infinitudo ſupra omnes rationes illa ut ſubuertatur ἀθεότης, hæc ut cadat πολυθεότης. Illa ut respondent quæſtioni an eſt, hæc ut excludat quæſtionem quid eſt. Sanè nihil tam Dei proprium, quàm uel in natura id quod eſt, vel in intelligentia, id quod dici non poteſt, hunc tandem terminum habeant viri Deo amabiles. Hunc inquàm terminum, quem nobis omnibus; atque ideò ipſi hiſtoriæ communis pietas, religioquè præſcripſit inclamans quid Deus ſit, mortales quidem quærere
B poſſe, ſed omnino inuenire non poſſe. Nos enim ſcientes, quia de diuinis rebus faciendi libros nullus eſt finis, quis enim finem inueniat in re, quæ omnes fines exit, quæ nullis finibus continetur? merito hic greſſus ſiſtimus, ueſtigia figimus, genua flectimus, demiſiſsimè adoratur. Hoc tertio libro æternum illum ſolem, funiculum illum triplicem, ſanctum illud templum triangulare ſanctiſsimam inquàm Trinitatem τρισόλβιον in cuius uno nomine, & uirtute ſalui facti ſumus, erepti de poteſtate tenebrarum, & ſeruitute mortis, fœliciterque renati in uerbo uitæ, in nube, & in mari, hoc eſt in ſpiritu, & aqua. Iudæi adhuc ſigna petunt, quibus ſunt

corda ferrea, & indomabiles animi gentes adhuc ſapientiam quærunt, quæ E
ambulant in tenebris, colentes mutos lapides, & quæ ipſæ ſibi confinxe-
runt idola vanitatum, & errorum. Nos qui genitalis vndæ myſterio, ob-
ſtringimur chriſtianæ militiæ ſacramentis, & legibus ſigna noſtra iam vi-
dimus; ſapientiam noſtram iamdiu audiuimus, atque ideo, & firmiter,
abſque hæſitatione, & fideliter abſque errore credimus, quod inexcogi-
tabili quadam ratione, Deus gignat Deum, & exeat Deus ex Deo, quia ex
ſua ipſius fontana origine vitæ in ſecretiſsimis quaſi Dei viſceribus erum-
pit vento diues, & latè patens vitalis fœcunditatis. Neque enim eſſet in tan-
ta vnitate, Trinitas, ſublimis illa Trinitas Mundo, Cœlo, Tempore, An-
gelis Æuo, ſed ipſo toto Ente, & eſſentia, ipſa bonitate, atque adeo ipſa
etiam Diuinitate ſuperior, niſi in ipſo vno Deo eſſet fontalis plenitudo, F
exuberantiaque, & fœcunditas diuinæ naturæ. Inde enim chriſtiana ſa-
pientia, oculis columbinis, lacteque lotis dum firme fixeque ſedet ſuper
ſalientes riuos, & iuxta puriſsimos fontes ſanctarum ſcripturarum, incre-
dibili voluptate perfuſa videt, & contemplatur in altis illis, & arcanis pene-
tralibus ab omni æternitate eſſe Deum ex quo Deus, Deum. qui ex Deo,
& Deum ab hoc, & ab illo. Beati oculi veſtri, ò Diuini noſtri duces, qui res
tantas videre, & beatæ aures veſtræ, quæ tanta vobis docentibus audire po-
tuerunt. Ecquis modo, reptantem adhuc Teſtudinem mutet ſtatim in præ
petem Columbam, vt auſus tertio cœlo me credere innixus in veſtros hu-
meros, velut ſuper alas Aquilarum ad lucem, & ignem corruſcantem è ru-
bo, & ſpinis, hoc eſt ad ſplendorem, & calorem Euangelij, quod per ſentice G
tum Crucis, tantos vndique emittit fulgores, & radios, videre poſsim in Tri
nitatis medio, abſconditam pinguem illam medullam cedri, quam Deus ip
ſe, vt Emphaticios appellaret, appellauit omne bonum. Eum inquam, qui,
& origine inter diuinas perſonas medius, & diſpenſatione inter Deum, &
homines eſt mediator, græce μεσότης, qui in patris ſinu eſt, & in viſceribus
ipſa viſcera, ipſum cor, ipſa anima, cui ſpiritus ſanctus teſtimonium perhi-
bet, in quem deſcendit, quem fouet, denique qui eſt & vniuerſę Diuinitatis
compendium, & totius humani generis fœlicitas, & inſtauratio, in cuius gra
tiam, ſicut flamma ignis pepercit rubo, ſic ira Dei pepercit hominis. Quæſo
Domine Deus meus da vt inhæreat in medullis, & viſceribus meis optima il H
la intimè recondita; & quouis melle ſuauior, medulla cedri, vt de æterna illa
tua plenitudine, & fœcunditate, atque adeo de ſumma Trinitate; & loquar,
& ſcribam digna cedro. Tu prætuliſti lumen menti meæ, tu animam dedi-
ſti, tu aſpira votis, tu miniſtra vires.

*Diſiice terrenæ nebulas, & pondera molis.*
*Diſiice pollutæ nimium retinacula linguæ.*

Vos porrò, dum ipſe, vt videtis, ordine ſequor hiſtoriæ telam, atque intexo
fila filis, ipſi quoque me veſtris iuuate orationibus. Nam oſtium magnum
apertum eſt, ſed aduerſarij multi. Age igitur incipiamus. Cum in ipſa re-

rum



A rum natura ſint ſubſtantiæ quædam mortales, quibus miſerante Deo, hanc
ipſam mortalitatis conditionem, magna illa generandi vis, ac dignitas tri-
buta eſt, vt iactura interitus, perinde ac labentia flumina curſus aquæ peren-
nat contraria ſucceſsione reparari poſsit, ſint quædam intrinſecus immorta-
les, quæ hoc ipſo, quod abſunt quàm longiſsimè à calamitate mortis, carent
etiam generationis, & propagationis honore, atque in illis id quod naſcitur
ipſa natura, & ſpecie ſimile ſit generanti, ab his autem non proferuntur niſi
accidentia, luces, ſplendores, conceptus, notiones; profectò magna ratione
Deus, à quo nihil abeſt dignitatis, cui nihil ineſt indignitatis, tanquam vtra-
que natura ſine fine ſuperior, quemadmodum cum natura immortali deſi-
nere nunquam poſt, tanquam ſupra omnem immortalitatem Aeternus; ſic
B ferè, cum ea quæ eſt, obnoxia morti, illud vnum comune habere putandus
eſt, vt Deum ſibi ſimilem generet, tanquam infinitus. Rogo audite omnes,
infinitionem diuinitatis, certè vera philoſophia non improbat, alioquin, ſu
perbè audeat, & cœlum palmo metiri, vt deinde ipſum quoque Deum. cœ-
los habitantem, horizonte definiat, & circumſcribat. Diuinæ autem infini-
nitionis, haud dubiè indiuidua comes eſt infinita bonitas, quamquam vt ca
ſtè, examinateq; de numine loquar, quoniam Diuinitas ipſa eſt bonitas, eſſe
non poteſt niſi vna Diuinitatis, & Bonitatis infinitudo. Amabilitas porrò
ab ipſa bonitate, ne ratione quidem ſeparatur, vt propterea Deus, tam ſit ſi-
ne menſura, & modo amabilis, quam eſt ſine modo, & menſura bonus. An
C non ita eſt? Conſtat autem Deum, vt intelligendo, ſic amando; ſibi ipſi per
omnia finitum eſſe, & æquatum, nimirum, ſeipſum ſine fine amabilem, ſine
fine hoc eſt, & præter, & ſupra omnes modos, & menſuras, amore comple-
ctitur, ſicut omnia, & ſingula, pro rata vniuſcuiuſque Bonitatis portione,
amat, ſeruat, tuetur, cuſtodit. Hæc ipſa tandem igitur, hæc ipſa inquam Diui
næ naturæ, excelſitas, quę omnibus excedit finibus, in cauſa eſt, vt Deus, qua
ſi vim, & extaſim patiens amoris, ſeipſum in ſe ipſo, ſolitarium, & vnicum
continere non poſsit, ſed infinitè ſe amans, infinitè (ſic.n.loquendũ eſt) &,
vos punctim feriẽdi eſtis, ò ſemper pueri, gręcorum philoſophi, ſe ipſum in
tra ſeipſum, modo inenarrabili diffundat, & communicet. An non eſt hæc
natura boni? Ecquid adhuc nos deluditis? Quid ſatagitis? quid ſimplici-
D citati noſtræ religioni imponitis? dicentes in ſpeciem quidem præclare, ſed,
quo reipſa, nihil poſsit dici nocentius, Deum ipſum, mundum hunc ſingu-
larem, & vnigenum procreaſſe, vt ſuam ipſius infinitam maieſtatem, & bo-
nitatem communicaret? Vtique Analogiam magnam ad Deum habet ipſe
Mundus, cui ſi Oratio Ethnico poeta carmine ludere licet.

*Aeterna manet, diuiſq; ſimillima forma*
*Cui neque principium eſt, neque finis in ipſa*
*Sed ſimilis toto remanet, per quæ omnia par eſt.*

Maior quoque, & amplior ſimilitudo, eſt ipſius hominis ad Deum, quem
ſanctum in terris animal venerandumque, & adorandum vocabat antiqua

Z ij philo-

philoſophia, cui etiam apud ueros Theologos conceſſum eſt, ut admirabi- E
li quodam gratiæ cœleſtis conſortio in diuinam naturã tranſire poſsit, un-
de & Dei filius, & Deus dicitur in ſacris literis. Verum enim uero, quis ne-
ſciat, & hominem, & mundum eſſe ipſius Dei uelut

*Aliena ex arbore germen?*

Atque ideò proprius ſarculus quærendus eſt, quærenda eſt illius æternę ar-
boris æterna germinatio exiens à radice, & per omnia ſimilis radici Deus
de Deo, lumen de lumine; nã ſol iſte Aethereus ut primo cœlo exoritur,
emittit de ſe ipſo radiantia lumina, uelut imagines nitidiſsimas ſolis, ignes
ignem producunt, reſpirantes aquæ exhalant uapores, odores, calores, fri-
gora; denique nulla res eſt; quæ non ſtatim aliquam gignat ſui ipſius ima-
ginem, ſaltem in ipſo ſpeculo, uſque adeò mundus totus, & ſterilitatem F
odit, & ſolitudinem refugit, ſocietateque ſimul, & ſimilitudine, vbique læ-
tatur, & gaudet, vt tandem illis, qui ſe conciliatos, attentos, & dociles præ-
bere uolunt manifeſtum ſit non eſſe tam incredibile, vt admirabundis, &
mente captis philoſophis uidetur hoc ipſum quod chriſtiana Theologia
docet, æternum Deum, antequàm per creationem rerum extra ſe egredia-
tur in ſeipſo, & intra ſe ipſum manentẽ, de ſe ipſo proferre, non imaginem
mutam, aut fictam; ſed uiuam uocalẽ, expreſſamque & (vt uno uerbo dica-
mus) Deo dignã, quæ nimirum uim habeat adæquatè exprimẽdi, definien-
dique infinitam illã, & incompræhenſam naturam æternæ diuinitatis, hoc
eſt ut breuiter dicã, quæ ſit Deus, nam infinitum non finitur niſi infinito,
& non definitur Deus niſi Deo. Sit analogia inter mundum, & Deum, ſit G
inquàm quanta maxima eſſe poteſt, at non eſt uera ſimilitudo niſi inter
Deum, & Deum. Certè autem ante analogiam eſt ſimilitudo, ut ante ſim-
litudinem eſt qualitas, & ante qualitatem eſt ſubſtantia, penes quam atten-
ditur idem, & non idem. Iam quid eſt idem cum mundo niſi mundus?
Ecquid eſt idem Deo, niſi Deus? Hæc eſt ſumma arx noſtra ò viri, atque
adeò totius Chriſtianæ ſapientiæ munitiſsimum præſidium, origo genita-
lis in ipſo Deo, ut ſi hoſtes in muros ſpei noſtræ irruperint; ſi vrbem de-
populati fuerint; ſi ipſi reliqua omnia ui, dolo, ſtratagemmate amiſeri-
mus, arcem tamen ipſam retineamus Deum de Deo, genituram Dei non
amittamus, nam religioni conſulimus, uitæ non parcimus, & nobis om- H
nia ſunt ſalua; ſi ſalua eſt pietas, ſi ſaluus eſt Clypeus. Sed quid interim
cum apoſtatis, & deſertoribus hæreticis, cum perfidis, & coniuratis Iu-
dæis, fallaces, & importuni ſophiſtæ Deo ſtulti, mundo nihil homines,
non niſi in ſuis ipſorum oculis ſapientes, mirum .n. cõtraria ſe ſe inter phi-
loſophos uendicant, licentia uerè ioculari aduerſus nos, Chriſti unctos, &
athletas, iungunt equos, & currus, & miſcent prælia, ut tam ferocibus tur-
mis nobiſcum pugnaturi de diuinatione certantibus, cogamur negare,
& Deum ex quo Deus, & Deum qui ex Deo. Turpè eſt generi noſtro ò
philoſophaſtri uobiſcum deſcendere in arenam, & de Deo, quàm ſciẽtes,
& pru-



A & prudentes ignoratis, quem non libentes, & lubentes colimus, & adora-
mus, inire certamina; ſed, quod olim Moſes Aegyptiorum terror, cum Re-
ge Aegyptiorum egit; nam & uos, ut patria Græci, ſic doctrina, & mori-
bus Aegyptij eſtis, ad quos ex Aegypto omnis hæc ueſtra philoſophia ma-
nauit: occurram exemplo uobis omnibus, & primo obſiſtã, frangamque
impetus ueſtros ad ripam noſtri fluminis, cuius impetus lętificat ciuitatem
ſanctam Dei, arguam uos, urgebo, interrogabo, conſtringam ualidis quæ-
ſtionum nodis, ac laqueis, quos cum expedire, & diſſoluere, ipſa etiam
ueſtra conſcientia teſte, non poteritis, uel uictis dabitis manus Deo ex
Deo, ſic faueat uobis Deus, ut dicatis tandem aliquando: Ecce aquam,
quis uetat ne baptizemur? uel uindicante Deo abſque Deus uniuerſæ
B ueſtræ phalanges conclamatæ iacerent, in aquis uehementibus depreſſæ;
et demerſæ, quaſi plumbum, et non tandem direptis ueſtris uaſibus; &
ſpolijs, liberatis inquàm tot, et tantis animabus, quas, contorta illa, &
occulcata ſophiſmata, plena impotentiæ, & ſuperbiloquentiæ ueſtræ de-
ceperant cum ingenti gaudio, & exultatione cantabimus Domino, quod
uobis allegatis, glorioſè honorificatus ſit in uniuerſo orbe terrarum, ne-
que enim (ſicut dux noſtræ militiæ dixit) poteſt quiſpiam diripere uaſa
fortis, niſi prius alligauerit fortem. Eia philoſophi. In omni cauſarum
ordine, uos ipſi rectè, et magna cum laude docuiſtis ſecundas cauſas,
non magis in eo quod ſunt, quàm in eo, quod cauſæ ſunt, pendere à pri-
C ma cauſſa, non poſſeque illas, non modo durare per ſe, ſe ſed nec agere
quidem aliquid, niſi id à prima cauſa acceperint, cuius, et uirtute, & imi-
tatione agunt quæcunque agunt. Profecto uerò dici non poteſt, quàm ma-
gna ſit, & longè latèque patẽs in rebus uiuentibus fœcunditas, & ubertas.
Nullum eſt animal, nulla planta, quæ non habeat intra ſemetipſam uim,
& ſemen iuxta genus ſuum. Omnia benedictionem, & fœcunditatẽ acce-
perunt, qua poſsint procreare ſibi ſimilia, nihil uiuit in toto orbe, quod na-
tali, et ingenita ſterilitate laborare uideatur, in cœlo, in terra, in mari, om-
nia feracia ſunt omnia fructum afferunt. Cur ergo tantopere admirami-
ni, ſi de Deo cauſa cauſarum, quo titulo ipſi quoque Deum inſigniri ſoliti
eſtis, nos qui de rebus diuinis altiſsimè, et ſentire, et loqui didicimus mul-
D tis antea ſæculis, quàm uel Græcè, uel Aegyptiæ literæ natæ eſſent, & do-
cemur, & credimus indignum eſſe, ut is, qui omnia uiuentia parere fa-
cit, ſolus ipſe non pariat, et qui ſingulis rebus generationem tribuit, in ip-
ſa æternitate ſterileſcat? Conuenit homini ſtruere ædes, & fabricare do-
mos, multo magis autem eſt hominis proprium generare homines; illud
artis eſt, hoc naturæ. Neque enim fabricamur quatenus homines, ſed qua-
tenus architecti, ob id non omnibus datum eſt ut ſint ſtructores ædium,
at nemo eſt niſi ſit euiratus, qui natura generare non poſsit, unde illa que-
rela. Ego Eunuchus? Ego lignum aridum? Ego maledictus qui non relin-
quã ſemẽ in populo Dei? Qui igitur damus Deo uim fabricãdi cœlos, ter-


ras,

ras,elementaque omnia,cur tam parum æqui ſumus, ut ab ipſa uita diuina E
auferamus uim generandi ſibi ſimilem Deum? Opificẽ? Deum uocamus,
genitorẽ non uocamus? Artem diuinam,in tanto opificio extollimus, na
turam diuinam, in æterna generatione uiribus deſtituimus? Poteſt Deus
condere mundũ de nihilo,& non poteſt generare Deum de ſeipſo? Certè
uerò natura eſt arte potentior,ideoque ſi in admirabili, hac mũdi fabrica,
ſapientiſsimus fuit Deus, cur in æterna de Dei genitura nõ fuit fœcundiſſi-
ſimus? Conſtat autem ſimpliciter naturam ſuaptè ratione eſſe priorẽ arte,
ergo cur non credamus,quod proprium illud artificium, vel opificiũ Dei,
præces: ſerit naturalis hęc generatio, qua natus eſt Deus,de Deo? Ante il-
lam artẽ,nulla ars præceſsit,ſed uniuerſæ artes, ex illa arte manarunt, ante
hanc generationẽ nulla generatio fuit,& omnino omnes generationes ex F
illa generatione tanquàm ex πρωτοτύπω originem habuerũt. Tota natu-
ra rerũ initium habet ex illa arte Dei,illa ars (ſi ita loqui fas eſt) orta eſt ex
exemplo huius generationis Dei de Deo. Artes hominem imitantur natu-
ram; ſed ipſa natura imitatur Deum. Deus porrò in hac ipſa generatione
eſt ſibi exẽplar, & exemplum. Ergo tolle hanc diuinã fœcunditatẽ ſublata
eſt prorſus omnis alia fœcunditas, &, quemadmodũ ſi Deus non eſt, nulla
alia res eſt, & ſi Deus non mouet, nihil mouet, ſic ſi Deus nõ generat, uerè
nihil generat. Nega, nega ò homo generare Deum, mox enim conſequẽs
eſt, non poſſe generare naturam. O fides, ò veritas, quàm magna eſt uis
tua, quæ contra hominum ingenia calliditatẽ, ſolertiam, contraque fictas
omnium inſidias facile ſe perſeipſam defendit, ac tuetur. G

## *Deus Pater, Deus Filius.* CAP. II.

SOLVAT tertius hic liber laborum, in hac terra ſan-
cta ipſa etiam calciamẽta de pedibus noſtris, vt abla-
to prorſus omni uelamine legis, & prophetarum,
unde filij alieni, tam ſæpe mentiti adhuc declinant
corda ad excuſandas excuſationes in peccatis; nos
tanquàm filij, & hæredes teſtamenti noui, palàm, &
retecto uultu ab ipſa diuina natura, quæ ad unitam H
theologiam pertinet, tranſeamus paulatim ad diui-
nas perſonas, & proprias cuiuſque notiones, & characteres, per eã, quæ in-
de diſcreta, aut rectius diſtincta Theologia dicitur, ſanè, & perſonæ diuinæ
diſtinctæ ſunt uerius quàm diſcretæ, quantũ neceſſe eſt ad ipſius Dei glo-
riã, & honorẽ humiliter, & ſobriè conſideremus. Illi enim propriè, de fide
infideliter, deque ratione contra rationẽ loqui, atque etiã ſentire, qui dũ
nimium emungunt, eliciunt ſanguinẽ, qui inquàm in tantæ immenſitatis
abyſſo niſi à philoſophis, hæreticiſque cogãtur, (quis enim ad illos doman
dos, interdũ non audeat ultra uires, tã & ſi etiã quærendo, nemo excedere
debet



A debet fidei catholicæ metas) nimium arroganter, & temerè, ſolent omnes
ſinus, ac receſſus ueſtigare, omnes meatus, ac latibula ſcrutari, nihil indi-
ſcuſſum relinquere, dubitare de ſingulis, cuncta diſputatione complecti,
ut, & quare, & propter quid, & quomodo, ratione, & intelligentia conſe-
quantur, & compræhendant, quaſi uerò, uel illis campus deſit, & area, vbi
diſputationibus uires exercere poſsint ſuas: uel eorum quæ ſub Deo ſunt,
iam nihil prætermiſerint omnia ingenio perueſtigauerint, ſubtili, atque
exquiſita ratiocinatione ſingula definierint, ſubiecerint ſibi (ut ita loquar)
cœli ſydera, terræ uiſcera, ignium globos, & fluctus maris. Sequimur autẽ
in omnibus recta linea ipſius chriſtianæ ſapientiæ, quæ ſola uera eſt ſapien
tia è regione cœli demiſſa ad terras, antiquam puramque, & ſyncerã hoc
B eſt duplici ratione canam fidem. Eam fidẽ, quàm naſcente eccleſia paula-
tim audiuit, & magna ex parte uniuerſus ſuſcepit orbis, cuius deinde ſanã
intelligentiã, aduerſus tot hęreſum mõſtra, glorioſa triumphis Nicęa pro-
tulit, reſonuit Bizantium, Ephæſus, Chalcedon, & alma Roma, vt ſi mo-
liri examina, condere fauos, & mellificare omnino nõ poſſumus, id quod
ſedulę apes fecerunt, ſaltem, tanquàm parui quidam culices apoſtolica pra
ta circumuolantes raucos in ueſtras aures bombos ędamus; & Deo ipſo do
nante ut credamus, illuminãte ut intelligamus, ſi non ad probationẽ, quis
enim ſuę ipſius ſcientię prima principia probet? certè ad ſatisfactionem,
tum ne alienis tanquàm ..... incredibilia credere uideamur, tũ ut nos ipſi
C in Domino inuicem conſolemur, & cõfirmemur, per cõmunem fidem ue
ſtram, atque noſtram parati ſimus iuxta Apoſtoli pręceptum rationẽ red-
dere de ea quę eſt in nobis fide; idque ut Gręcè dicam οὐχ ὡς θελόμεθα,
ἀλλ' ὡς δυνάμεθα. Puteus altus, ſitula curta, labor ingens, uires infractę
ſenſus fallax, ratio cęca, fides ſola, quęſtiones innumerę, opiniones cõcur-
rentes, iudiciũ periculoſum, & inuidioſum. Verum enimuero ecce uobis
hiſtoriam nudam, quę uniuerſo orbi à longe pręfero clariſsimum lumen,
iter aperit, & complanat, fodit altam terram haurit aquas, & dat potum im
menſura, exacuit iudiciũ fidei; & euitat pericula omnia, dũ in re tanta ſum
ma fide nihil ueri non audet, & nihil falſi non audet. Nos nõ ſcribimus tri
D bus illis Hermie, Eraſto, Coriſco ſcribimus tribus hiſce, Timotheo, Theo-
philo, Theocrito diuino iudicio electis Dei amantibus, & zelatoribus diui
nę glorię. Hi uni mihi ſunt Trimegiſti ſapientiſsimi inquàm, & inter om
nes magnates maximi; qui ut in terris tres ſunt perſona, myſterio, nomine,
fide porrò conſenſione, & bona uoluntate cor unũ, & anima una ſic teſti-
monium perhibent, etiam uſque ad ſanguinem ipſi Deo, qui in cœlis eſt,
tam origine, nomine, et relatione ternus, quàm natura ſubſtantia, eſſentia
unus. Audite igitur uos tres amici mei ſinceri ſanctiſsimæ Trinitatis culto
res, nam, & Thrax ille Theologus gentium ore rotundo profanos arceri
iuſsit ne ſancta polluerent, & uiolarent ſic orſus cythara, & cantu.

*Φθεγξόμαι οἷς θέμις ἐστὶ, θύρας ἀπίθεσθε βίβλους.*

 Res

Res ita habet, ita habet euangelium æternum, ita uenerandæ antiquitatis E
inuiolata fides, & ſanctiſsimę Theoſophiæ certa ſecuritas. Natura Dei, quã
Græci congruè, & ſapiẽter, uelut poſitum extra omne genus τὸ θεῖον neu-
tro genere dicunt, una eſt, neque eſſe poteſt, ſed ne cogitari quidem niſi
unus ſolus Deus. Quoniam autem mente, & ingenio capi nequit, ut res
eadẽ ſeipſam gignat, nam, ut quicquid aliunde oritur, exit ab aliquo non-
nulla ex patre ſibi ſimili, ſic quicqnid generat neceſſe eſt, ut aliquo modo
ſe ſe fundat, ſi non in aliud, certè in alterum, cum audimus ex ſacris lite-
ris Deum generare, Deum generari: nam Dei oraculum illud eſt. Ego
ne quis alios parere facio, ipſe non pariam? qui cæteris generationem tri-
buo ipſe ſterilis ero? diſtinguenda eſt natura à perſona, & uice uerſa perſo
na à natura, ut una perſona ſit quæ generat, altera quæ generatur, ipſa ve- F
rò natura diuinitatis, neque generare ſolũ, neque ſolum generari, ſed ne-
que utrumque ſimul poſsit; ne uel ipſe genitor ſolus, uel ſolus genitus, ſit
Deus, uel idem Deus ſimul ſit pater, & filius. Neſcio an intelligis, quæ
legis ò homo, ſed ſi intelligis quid dicis? Quid obijcis? Quid contradicis?
En tibi quàm breuiſsimè totam rei ſummam colligo in faſciculum. Ra-
tio generationis abſolutè, & ſimpliciter non patitur ut ſit perſona eadem
genitor, & genitus, at uerò ratio diuinæ generationis exigit ut ſit eadem
natura genitoris, & geniti. Caue quicquàm putes eſſe uerius. Ita porrò
ne in Deo quidem non generat ipſe ſeipſum, quia non genitor genito-
rem, neque genitus genitum, nam genitor non eſt genitus, cuius notio G
eſt ἀγέννητος & genitus non eſt genitor, nam illius uelut character eſt
Γεννηθεὶς, & tamen uerè Deus gignit Deum, & Deus uerè generatur abs
Deo; quia, & pater æternum eſt Deus, à quo generatur filius, & filius
æternum Deus erat, qui generatur à patre. Neque uerò ex matheſi ſibi in
mentem ueniat punctum ipſum, quod unum, & idem re, diſtinctum ra-
tione ſola, & in circulo, & in linea principium ſimul eſt, & finis. Abſit
ut genitor, & genitus, pater inquàm, & filius rationes tantum ſint in ip-
ſo Deo ſicut principium, & finis in ipſo puncto. Sunt duæ res, ut genera-
re, & generari, ut paternitas, & filietas, ſic enim uertimus Græcas illas uo
ces Πατρότης υἱότης, atque ideò in una natura eſſe poſſunt, in una perſo-
na non poſſunt. Eſſe poſſunt in una natura, non, ut illa una generet, uel H
generetur, ſed ut ſit illius una perſona qui generat, & altera qui genera-
tur; ſitque illa una in generante principium forma, & quaſi uis generan-
di, & in ipſo nato terminus (ut aiunt) formalis generationis, parce quæ-
ſo mihi Deus dum de tua ſumma ſimplicitate ita loqui cogimur, ne ho-
ſtibus tuis, quaſi uicti, ne mutire quidem poſſe uideamnr. An uerò non
pariter in homine, & in filio hominis eſt una humanitas. Ανθρωπότης ta-
metſi inter homines eſt eadem ſpecie, at in diuinis eſt eadem numero,
nam quod dat genitor, accipit genitus, quid autem uel ille dat, uel hic ac-
cipit niſi diuinitatem? at non eſt niſi una numero diuinitas, illa ipſa ergo
datur,



A datur, & accipitur, datur à patre, accipitur à filio, non autem generatur
à patre, & ne in filio quidem, quanquàm interdũ dixerunt patres, qui pro
ſua ipſorum authoritate priſcis illis tẽporibus liberius loqui poterant. Ni-
hil eſt in filio niſi natũ, & pater quomodo erit, ſi non, quod in ſe ſubſtan-
tiæ atque naturæ eſt, genuerit in filio? Ecque natura dicite uos quæſo ò
ſanctiſsimæ Trinitatis oſores, uos enim conuenio, & eam quam tantopere
hoc loco potiſsimum iactare ſoletis philoſophiam, quàm inquàm natura
eſt ſcire in terra, ſiue in cœlo, quę uel generetur, uel generet? Certè ut uos
ipſi docuiſtis, homo, (naturæ enim & res, & nomen eſſe uidetur) non ge-
neratur, neque generat, ſed Cephas, Cleophas, Tantalus, Pyndarus, hic
inquàm, & ille homo eſt, qui generat, qui generatur, qui mouet qui mo-
B uetur, qui agit, qui patitur. Quid quod nonnulli ex uobis dixerũt ne ho-
minis quidem animam, utraque enim forma eſt eſſe illam quæ intelligit;
ſed hominem per animã intelligere, & ſi tribui poteſt ut intelligat, haud
diſsimili ratione illi quoque tribui poſſe texere telas, ouare ſegetes, ſcalpe
re marmora ferro, & ducere fila fuſo. Sanè natura comparatur ad perſo-
nam, ut quæ eſt aliquid perſonæ, ac perſona ad naturam ut id, cuius eſt ali-
quid natura, atque ideò perſonæ merito tribuitur omnis actio, nulla natu
ræ, quia perſona comparatur ad naturam, eſt quaſi totum, & in actu, natú
ra ferè pars, & ut aiunt in potentia. An uerò nõ pertinet, & perſona ad pri
mam ſubſtantiã, natura autem potius ad ſecundã? Non habent hæc locum
C in Deo, ubi nihil primum, nihil ſecundum, nihil niſi totum, & perfectũ,
nihil niſi actus, & actio: ſed omnino ea eſt ratio perſonæ, & naturæ, ut ne
Dei quidem natura, res ſit ſubſiſtens, niſi in perſonis, alioquin pro triade,
quam, authore Chriſto religiosè ſancteque credimus, & prædicamus qua-
ternionem, nõ iam ex Chriſto, ſed ex Pythagora ſuperſtitiosè, & impurè
ſanctam habere, & adorare uideremur. Propterea cum dicitur, Deum uel
generare, uel generari, quod ipſi quoque, ne abſurdi, uel inſulſi, aut parũ
acuti, & ſimus, & uideamur frequentiſsimè uſurpamus non referimus ad
diuinam naturam, ſed ad perſonam patris, & filij nõ ſecus, quàm cum phi-
loſophi dicunt hominem ſenare cum ſanat Hippocrates, hominem ſanari
cum ſanatur Democritus: quia non ſubſiſtit homo extra ſingulares homi-
D nes. Eſt quidem Deus nomen naturæ, non perſonæ, ſed perſonam neceſſe
eſt ſubindicet, quãquàm indeterminatè hoc eſt uel plures, uel omnes, aut
certè unam, uel hanc, uel illã, quoties illi adiungitur uerbum actionis, aut
intrinſecus, aut extrinſecus. Sanè omnes creant, duæ ſpirant, una generat,
altera generatur. quod ſi ad naturã, ut ipſi quoque philoſophi docent per-
tinet τὸ quid & ad perſonam τὸ quis non'ne oportet, ut, quæ ad commu-
nionem ſuaptè ratione pertinent, naturæ tribuantur? quæ ad diſtinctionẽ
perſonis? nam participatione naturæ omnes homines ſunt unũ quid, ſed
non unus aliquis. Enim uerò, quæ tã ad diſtinctionẽ pertinere putãda ſunt
quàm generare, & generari? Videtis enim quàm in immenſum excreuerit
proce-

proceritas, latitudoque arboris humanæ ſpeciei dũ hic homo generat, & E
ille generatur. Ita tandem, quod fidei ueſtræ baſis eſt, & primum firma-
mentum æterna illa generatio, qua Deus nunquàm genitus, quaſi lux ſe
ſe exerens, & quaſi fons manans, id quod ipſe eſt, ab omni ęternitate nato
communicat, ea eſt quæ diſtinguit unum ab alio, nõ Deum à Deo, ſed pa-
rentem à ſobole, genitorem à genito. Eſt enim pater id quod filius, & eſt
filius id, quod pater, ſed tamen non qui pater eſt, is eſt filius, neque qui fi-
lius eſt, is eſt pater. Quàm doctè, & lepidè ò viri dixit acutiſsimus ille diſpu
tator Theologus. Pater genuit alterum ſe, & tanquàm ſe dicens, pater uer
bum genuit, eſt enim Dei filius, idipſum quod pater eſt propter eandem
eſſentiam, & tamen altera, imò, & alia perſona eſt, quæ non eſt ipſe pater. F
Audite pater eſt ex ſe ipſo; filius eſt ex illo, hic eſt in quo habitat omnis
plenitudo diuinitatis, ille eſt qui omnia dedit ei in manus, hic à ſe non po-
teſt facere quicquam ab illo, per hunc omnia facta ſunt, & ſine ipſo factũ
eſt nihil, quod factum eſt, ille eſt tanquàm alta radix, hic tanquàm pullu-
lans germen, & flos aſcendens è radice; ille tanquàm centrum ex quo cir-
culus; Hic tanquàm circulus, qui ex centro. Hoc eſt enim qui antiqua
Theologia appoſitè uocabat illum, Bonũ; hunc pulchrũ iuxta illud Vnus
bonus Deus, tu pulcher es dilecte mi, in quo mihi benè complacui. Nam
in centro Bonitas, quaſi latet in Circulo, pulchritudo uidetur, & quid eſt
centrum niſi tota uirtus Circuli? & quid eſt Circulus, niſi tota explicatio G
centri? Vis ut myſterium explicem ὦ φιλόθεε. non eſt aliud Deus à quo
Deus, niſi Deus Verbi, & non eſt aliud Deus de Deo, niſi Verbum Dei.
Ecquis manifeſtauit Deũ ex quo Deus niſi hic ipſe noſter Deus de Deo?
Ergo cum ille dicit Verbum tum de ſeipſo generat Deum, at uerò hic eſt,
illud ipſum Verbum quod tum dicitur eum Deus generatur; Ita demum
ut in natura humana eſt homo, & filius hominis, ſic in natura diuina eſt
Deus, & filius Deus; Non'ne uerò eſt & filius hominis homo? ſic eſt, &
filius Dei Deus, ſed de utroque iam non coniunctè ſed diſtinctè tractan-
dum nobis eſt; primum autem de patre dicendum; & ſi enim ratio, & no
men filij refertur ad patrem, perinde ac patris ad filiũ, & quod nemo ne-
ſcit Deum patrem oculis corporalibus nunquàm uiſum, unigenitus, qui H
eſt in ſinu patris ipſe enarrauit, quem ipſi uidimus, audiuimus contrecta-
uimus, tamen quia is, qui eſt pater, origo eſt ipſius filij, non è contra, is
qui eſt filius origo eſt patris, de ſanctiſsima Trinitate ſermone ſuſcepto,
qui de tribus perſonis ſeorſum meditari, loqui, ac ſcribere uelit, illi me-
ritò ducenda ſunt exordia non à filio; ſed ab ipſo Deo Patre.

Fons,



A *Fons, & principium totius diuinitatis Deus Pater.*

*CAP. III.*

EIA igitur ò Viri qui ad res tantas, & ad tanta faſtigia
piè ut uideo erexiſtis animos ueſtros ἐκ πατρὸς ἀρ-
χώμεθα. & hoc ipſum naturale principiũ, à quo mi
hi tela ordienti neceſſariò inchoandũ eſt de æterno
æternæ prolis parente, unde omnia rerũ principia,
omnes rerum fontes, & ſcaturigines, ne quæſo lon-
gius, quàm pars eſt ambitioſè repetamus; ne conſu
mamus uerba uerbis, vt uideamur in uaſto hoc gurgite multũ diuque na-
B taſſe, maria nauigaſſe, profunda penetraſſe, nihil nõ uidiſſe, Neque enim
animus eſt ſermone denſo, & cæcato rebus Chaos inducere, ſed dũ largo,
& aperto rem explicamus, & pandimus, illud agimus, vel certè tentamus,
& cupimus, ut tenebræ quę natant ante oculos reſoluantur, vt aperta ſecer
nantur à dubijs, & multa quæ in diuturna obſcuritate forſan latuerũt ipſi,
quoad fieri poteſt, uelut cernere oculis ueſtris uideamini. Prima itaque il-
la ut hinc incipiam, in ſumma, & indiuidua Trinitate, perſona, id reuelan
te Chriſto in euangelio æterno; pater, & eſt, & dicitur ſacroſanctũ planè
nomen, plenum amoris authoritatis, & reuerentiæ, quod uix auditũ, uno
ipſius naturæ inſtinctu, omnes, & ſanctè diligendo ueneramur, & religio-
ſè uenerando diligimus: quemadmodum igitur; quia Deus eſt mundi in-
C quàm opifex ſummus ille pater.

*Terrarum cœliq; ſator, qui tempus ab æuo*
*Ire iubet.*

æternior eſt tẽpore, & æuo, ut potè propriè æternus, æternitas; & ſi quid di
ci, aut intelligi põt, ipſa æternitate ſublimius ὁ ὢν ex Moſe, ex Platone τὸ ὂν
in æternũ, & ultra, neque effectorẽ habẽs, neq; creatorẽ; quæ omnia ſupe-
rius diuina hiſtoria referebat, dũ ipſi incipiẽtes à linea, pede, & curru face-
remus iter, ex hoc mũdo, ad Deũ; & magnarũ alarũ remigio, in orbẽ ad di
uina quoq; uolaremus. Ita hoc ipſo, quod eſt pater nõ ſolũ ex aliquo factus
nõ eſt, neq; creatus ex nihilo, ſed ut ab ipſo filio diſtinguatur, cuius ille ori
D go eſt, & naſcẽdi principiũ, ſimpliciter, & omnino à ſeipſa, & per ſe ipſam
exiſtẽs tã non habet principiũ originis, quàm nõ habet initiũ aeris uel tẽ-
poris. Vterque quidẽ unius diuinitatis ratione eſt & ἀποίητος, & ἀκτίςος
quin, quod ſublimius quiddã eſſe uidetur ἀγέννητος nã duas illas negatio-
nes, philoſophorũ nõ nulli ipſi quoq; mũdo tribuere ſolent, quẽ alioquin
dicũt, γεγονότα, & γεννητὸν, neque.n. cõtinuo apud Gręcos ſunt κτιςὰ, καὶ
ποιητὰ quæ γεννητὰ uel γεγονότα. Verũ enimuero ſicut Deus filius, hoc ip
ſo quo filius eſt γεννηθείς. quia, & ſi Deus eſſe nunq̃ incipit, accipit tamẽ ab
omni æternitate per genitalẽ originẽ, & accipiẽdo habet ut ſit Deus, ſic è
diuerſo Deus pater, eo ipſo, quo pater abſolutè eſt ἀγέννητος. Maiores no-
ſtri

ſtri dũ Græcis cõpoſitione,& breuiloquẽtia pares eſſe uolunt,interpretan E
tur (neſcio an ut ſenſum;ſic,& uocẽ, Latina lingua pati poſsit) ingenitus,
hoc eſt nõ natus,nõ generatus; ſanè patris eſt dare id ipſũ,quod eſt nõ acci
pere; ideoq; generat ſolũ,non generatur; vt qui neq; incipit; quia Deus,
neq;accipit quia pater,nã nulla eſt,neq; fingi poteſt origo principij,quòd
uerè, & ſimpliciter principiũ eſt; ſiquidẽ ex principio oriũtur omnia, ip-
ſum autẽ nulla ex re alia naſci poteſt, alioquin ſi aliquid eſt unde originẽ
trahat,quomodo,niſi nomine tantũ principiũ erit? An uerò nõ id totum
dicerẽt omniũ gẽtiũ ſapiẽtes Theologi,& Philoſophi? Quæ.n.alia cogitã-
da eſt principij ratio? altius.n.eſt, vt nos quoq; ad colles Euganeos in nr̃æ
Italię Athenis ex Latinis philoſophis didicimus,ipſa cauſa,& ratione cauſ-
ſæ principiũ principio autem,quid prius? Quid ſublimius, quid maius,aut F
melius? Nã ex principio omnes cauſſæ,omnia elementa,omnia initia,oẽs
ſemẽtes,plantationes inchoationes,educationes, machinationes,ortus ori
gines,originationes,procreationes. Ecquis eſt noſtrũ,qui intelligat patrẽ,
& nõ ſimul intelligat uim,& rationẽ principij in patre? principij inquàm,
quo nõ implicitè,& abſcõditè cõtinetur, ſed expeditè, & patenter,le ſe ex
erit fœcunditas,& origo genitalis? Etenim apud authores linguæ Latinę,
ob id factũ eſt propriũ genitoris hoc nomẽ Pater,quãquàm & Græca uox
eadẽ ferè eſt, *πατὴρ*, indeque,& ſoli natalis hoc ipsũ patria,quod genitor
generationi,ſemẽ,& vterũ,ſolũ ad cõſeruationẽ geniti lucẽ,uitã cęlũ,aurã
pateſacere uideatur; Notæ ſũt illę uoces patris,& filij ex vtero genui te,exi G
ui à patre,ex Deo proceſsi, & ueni, quibus planè apparet nihil tã propriè
dici de æterno patre,quã quod ſit fili principiũ, nihil tã de filio, quã quod
ſit in principio,& à principio, & de principio,nẽpe in patre,à patre,de pa-
tre. Eſt quidẽ,& filius ipſe cũ,patre principiũ,abs quo procedit(vt dicitur)
Spiritus ſanctus,& uirtute portãtur, & regũtur tã omnia,quàm ſingula, at
uerò principiũ dicitur,nõ ſecundũ quidẽ,nã neq; ipſe pater (ut obſtruãtur
ora iniqua loquentiũ) primũ principiũ,nõ de principio,imò principiũ ex
quo principiũ,ſic.n.iudicio, & ratione cẽſeo ita loquendũ eſſe docuit acu
tus ille, & enucleatus Theologus occidentalis noſtræ eccleſiæ ferè lucifer,
quo inter claros ſcriptores uix eſt unus,uel alter ſubtilior,argutior,limita-
tior. Non eſt autẽ,uel ſolius naturæ creatæ,uel ſolius filij principiũ pater,ò H
Viri,ſed eſt ſimpliciter,& abſolutè principiũ quia eſt principiũ totius diui
nitatis,hoc eſt ſũmę & sãctiſsimę Trinitatis,ſiquidẽ nõ eſt extra diuinarũ il
larũ perſonarũ indiuiduã Trinitatẽ,Deus vel natura Dei. Illa ipſa diuinitas
modis omnibus eſt & *ἄναρχος*,& *ἀναρχία* nã & ipſius nullũ,& ipſa nullius
principium eſt,nõ.n.generat,& nõ generatur ut ſupra dicebã. Porrò ipſa
Trinitas eſt,ipſa tota diuinitas,quia unaquæq; perſona id totũ quod eſt ha
bet à patre,pater autẽ quod ſubſiſtit,aliũde nõ habet,ſed ſuũ,eſt,nimiũ ue
rè dicit quod totius diuinitatis ſit principale principiũ. quid.n.ſi ſui ipſius
principiũ nõ eſt? docẽt ſanè,& gẽtes,Deũ eſſe patrẽ omniũ eorũ quæ ſunt.
Εἰς



A *Εἰς πατὴρ πάντων, ὁ ἐπὶ πάντων*
*Vnus enim rerum pater eſt.*
*Vnus qui cuncta miniſtrat.*

neque propterea intelligunt illum ipſum Deum eſſe ſui ipſius originem
authorem,& cauſſam,quando ut prædictum,neque natura permittit, ne-
que mens capit,ut qui naſcitur de aliquo ſit ille ipſe de quo naſcitur, & pa
rens de quo naſcitur,ſit proles quæ naſcitur. Cõſimili ratione igitur Deus
ille pater cuius primam hanc Paternitatem, impiè gentes ignorauerunt,
pij populi crediderunt, quàm appoſitiſsimè fons, & origo dicitur diuini-
tatis, quia ipſe per ſe ſe hoc eſt non ab alio eſt & Deus, & pater, ac filius,&
B Spiritus ſanctus, & quòd Deus eſt,& quòd filius,& Spiritus ſanctus eſt ha-
bet ipſo patre. Quod totum profectò,& continet,& ſignificat res,& nomẽ
principij, tametſi forſan apertius, & explicatius fontis,quo ſymbolo pro-
pterea,altiſsimè appellauit Deum patrem,Dionyſius, eſt inquit, *πηγοῦα*
*θεότης*,fontana diuinitas,ut filius ſit fons,ſed ex fonte,fons inquàm proma
nans fons ex fonte intus ſecreto, & puteale; nam, & in ſacris literis dicitur
aquæductus exiens de paradiſo quid ni? Diuinitas quidem ipſa nõ generat,
neque generatur,datur tamen,& accipitur,non datur autẽ ſine patre,non
accipitur ſine patre; imò uerò dat,& non accipit eã pater; an igitur nõ eſt
hæc fontalis plenitudo,& uitalis exuberantia diuinitatis in patre? Hinc il-
C lud, ſicut pater habet uitã in ſemetipſo, ſic dedit filio habere uitã in ſeme-
tipſo,quanquàm & ex ſemetipſo uiuit pater,& eſt uita; filius autẽ non ex
ſemetipſo; ſed ex patre uiuit,& uita eſt. Ab illo uitali fonte datur uita cui-
cunque datur,& ab illo fonte non accipitur quomodocunque accipiatur.
Commune eſt filio,& Spiritui ſancto,procedere,quanquàm non eadẽ ra-
tione ex patre;at propriũ eſt patris,ut ex illo quiſque ſuo modo procedat,
omnino tamẽ uterque,ut Deus de Deo,ut fons de fonte, ut lumẽ de lumi-
ne,ut æternus, de æterno, ut creator de creatore, ſic tandem neque filius,
neque Spiritus ſanctus,eſt collatus ad patrem numine minor, inferior po-
teſtate,iunior tempore, ſecundus honore, & tamen ſummus ille pater, eſt
utroque, & ratione, & nomine prior, & origine quaſi maior, à quo ille,
D qui à ſe non ab illis, & Verbum illud filij. Pater maior me eſt, niſi uetat
magnus ille,immortalis nominis heros,non ad filium hominis ſolum, ſed
& ad filiũ Dei referri poteſt. Audite uiri cogitate enim nihil pater rem lo-
quimur. Quemadmodum in ampliſsimo hoc Theatro uniuerſæ naturæ,
quod,& oculis aſpectamus; & in gentia illa noſtra mentis ſagacitatem mi-
ramur; quia tam ſingula; quàm omnia cœleſtia,terreſtria,uiſibilia,inuiſi-
bilia,per tot gradus rerum ſcanſiles, quot ipſi uidetis diſtincta, in hoc unũ
conueniunt quod uera æternitate carent, aliquando enim non fuerunt;
ideoque ut exiſtant per ſe, ſe habere non poſſunt, unde, & ſenſus ferè ui-
det, experientia certè probat, ſecurè colligit ratio, & demum ſapienter
conuincit fides Deum ipſum non tam in ſcalarum cacumine; quàm ipſum
cacumen

cacumen, immo verò ſupra omnia cacumina collocatum in faſtigio maie- E
ſtatis ſuę abſque vllo principio originis extare in rerum natura, quippe quia
cæteris rebus exiſtendi initium dare non poſſet niſi per ſeipſum æternus exi
ſteret. Ita in illa ipſa ἀναρχία. Diuinitatis in qua vt iam iam audiſtis, & ſa-
cra eloquia teſtantur eſt Deus qui naſcitur, & Deus qui procedit oportet
eſſe aliquem vnum, neque naſcentem, neque procedentem hoc eſt ex toto
ἀνάοχον qui ſit (quo pacto enim abſque metaphoris, ac ænigmatibus diui-
nam explicare poſſum homo homini) tanquam radix, cui, & ſinguli, & om
nes altè nitantur, & hæreant tanquam fons, & ſcaturigo, vnde exeant decur-
rant, humorem accipiant; deniq; tanquam ipſum vnum abſquo per vtrum-
que, quaſi medium petenda ſit rerum omnium velut numerorum longa
ſeries atq; deductio. quod æternum non eſt à ſeipſo eſſe non poteſt; ideoq; F
citra Deum quicquid exiſtit aliunde habet, vt exiſtat, at in natura Dei nihil
prohibet, non dico vt aliquid, ſed vt aliquis ſit æternus, qui tamen ſit ab alio
genitus. Enimuero vt temporale probat æternum; ita qui æternum eſt ge
nitus, is velut digito oſtendit eum qui eſt æternus, & non genitus. Quomo
do enim extare poteſt is qui eſt ab alio, niſi extet vnus aliquis, qui ſit à ſemet
ipſo? An vero ſunt infiniti, & innumerabiles Dij in rerum natura, & non
potius eſt vnus ſolus Deus? cur ergo erunt infinitæ perſonæ Diuinæ & non
potius erit tandem vna perſona prima fons, & principium aliarum perſona
rum? Status eſt omnium rerum in vna natura Dei, cur non ſit ſtatus omniũ
Diuinorum in vna prima Diuina perſona? Ecquid agit natura ſi non eſt, G
& perſona. Illi ipſi igitur perſonæ primę, vt illa ipſa dignitas conuenit prin-
cipij, & fontis; ſic hoc ipſum paternum nomẽ, quod abſolutè ipſius Dei, &
vniuſcuiuſque perſonæ æque, ac totius Trinitatis, commune eſt ephiteton
(omnia enim ab illo vno æternoque principio creata fuerunt, omnia per ip
ſum ſunt; & omnia in illo conſtant) non ex tempore quidem, & extrinſe-
cus; Sed in ipſa æternitate, aut ſi dicere licet, ò ſubtiles, ante æternitatem eſt
intrinſecus proprium, æquatum, & cohærens. Sanè illi duo naturæ æterni-
tatisque conſortes, ſunt ſuæ ipſius fęcunditatis non natæ, neque inditę, non
ambo quidem filij, ſed omnino velut quędam germina per illos ipſos, quos
græce dicunt, ἀγαθοπρεπεῖς, τῆς θεαρχίως προόδους, vtique ſine tem-
pore, ſed non ſine origine pullulantia, & ipſius patris velut flores ac ὑπερου- H
σίᾳ lumina: quoad naturã quidem tota in totis inſerta & inſeparabilia,
quoad perſonam diſcreta; hoc eſt nulla ex partẽ commiſta, vel confuſa: fin-
ge quolibet vt patrem fugias ò homo: lude, ſi Deo placet in auis abauis;
proauis: ſero forſan, ſed aliquando tamen in Patre tibi quieſcendum erit.
Ea eſt prima germanitas, quæ eſt inter patrem, & filium. Reſpicite inquit
ſanctiſsimus Vates poſt tam multa ſæcula ad Abraham patrem veſtrum, &
ad Saram, quæ vos peperit. Sed, & Adam; quem nulli aui, aut abaui proceſ-
ſerunt, non ne dicitur nouiſsimorum quoq; nepotum, ſecundum carnem
pater, & genitor, ſupra tot eorum auos atauos & tritauos? Ergo ſuge, & re-
fuge



A fuge huc, & illuc quantum velis, primum illum vnumque patrem effugere
non poteris; tolle patrem ſuſtuliſti protinus auos, & abauos, at eſt primus pa
ter, & is caret auis; ſed profectò delirium eſt cogitare Patrem Dei Patris.
Nam pater Deus patrem non habet; quia is, qui ſatus eſt patre filius eſt, &
pater eſſe non poteſt: non eſt niſi vnus filius, non eſt niſi vnus pater. Vnus
mundus, vnus creator, vnus filius, vnus genitor, nullo patre ſatus, nullo ge-
nitore natus; nullo principio ortus, αὐτοφυής. Adiuro vos per veſtras vi-
res, quæcunque eſtis omnia, iuuate: fauete; dum ipſe pro omnibus tanti pa-
tris præconia loquor, ſed tu imprimis per Spiritum ſanctum tuum fer opẽ.

*Nate patris virtus.*

B Verè enim dixiſti ò præco veritatis, ò verax, ò veritas. Nemo nouit patrem
niſi filius, & cui voluerit ille reuelare. Aeternus igitur ille pater non prius
potuit generare, quàm generaret, neque prius fuit, quàm poſſet, neque ali-
quando Deus erat antequam pater eſſet, ſed ſimul æternum erat, & genera-
bat, & ſimul Deus, & pater erat. Nihil illi acceſsit quia mutari non poteſt,
nihil vnquam illi defuit: quia ex ſeipſo perfectus eſt, & ſigillum, atque no-
tio ſuæ ipſius dignitatis eſt hæc ipſa æterna paternitas, hæc ipſa æterna fœ-
cunditas, & vis, quæ ſoli illi ineſt generandi, non quia æternum dumtaxat
poſſet, aut vellet, nam, & creare ab æterno tempore poterat, & volebat, ſed
qua filium ſuum ex ſua ipſius ſubſtantia in æternitate reipſa generaret, ſi-
mul pater, & generans, & ne momento quidem generans ante relationem
C paternitatis. Eſt fons ſapientiæ magnus ille pater, emittens ſapientiam, eſt
fons vitæ manans vita, eſt fons lucis micans luce. Neque vero areſcunt fon-
tes, aut ſitiunt, niſi fontium naturam, vim, & nomen amittant. quare nun-
quam eſt ſine ſapientia ſua, ſine luce ſua, ſine vita ſua, hoc eſt ſine filio ſuo.
Cuius eſt illa vox ego ſapientia, ego lux, ego vita: Ecquid iam dicam. Pater
nunquam generare incipit, nunquam deſint generationem illam, nihil prę
cedit; nihil ſequitur, quomodo eſt pater eo modo generat, quia ſimul eſt, &
generat, nunquam non eſt, nunquam non generat, in æternitate pater, in ę-
ternitate generans ante omnia, cum omnibus, poſt omnia: Vt infinitam il-
lam ſuam fęcunditatem nemo putet, vel ante initium generandi eſſe imper
fectam, vel in generatione exhauſtam, vel poſt generationem ſuperuaca-
D neam. Nam qui tollit generationem, tollit paternitatem, & patrem: Hæc
eſt proprietas æterna patris, non adueniens extrinſecus, ſed ita ſibi, perſonæ
ſuæ, maieſtati ſuæ, ſubſtantiæ ſuæ; coæquæua, & naturalis, intrinſecusq; con-
ueniens, vt vel ideo ſit pater, quia generat, vel ob id generet quia pater eſt,
certè verò nõ ſit pater, ni generet. Quid autẽ aliud eſt, ſi pater non eſt. Equi-
dem video τὸ ἀγέννητον, hoc eſt non eſſe ab alio venerandæ illius perſo-
næ primæ eſſe, quoddam quaſi cognomen; tamen hæc ipſa negationis vox,
non quod ſit, ſed quomodo non ſit; quod videlicet aliũ non cognoſcat, au-
thorem ſignificare videtur. Hoc ſolum igitur eſt magnum illud proprium,
& antiquum nomen Pater, quod quaſi certam quandam verendæ illius
maie-

maieſtatis definitionem, ac notam, filius ſuus in euangelio; ignoranti ſę- E
culo reuelauit. Hinc ille qui abdita Dei forſan ſcrutari paulò altius deſi-
derabat. Oſtende inquit patrē, & ipſe Dei filius aſcendens in iubilo prius
patrem nuncupat quàm Deum. Quin in ſacramento illuminationis, no-
men Dei ſupprimitur, patris exprimitur, adeò plus habet myſterij ac reli
gionis uox patris quàm ſola Dei, aut domini. Sanè Dei, & domini uoces
ex ijs, quæ uelut in publica Dei aula uidentur noſtras aures repleuerūt. At
ſacratiſsima illa generatio in thalamo tanti regis, quæ uix à mortalibus
concipi poteſt, uocem patris induxit. Deus eſt laus prouidentiæ. Domi-
nus titulus poteſtatis, pater eſt nomen proprium perſonæ generantis. Ob
id Deum ac Dominum ratio, & philoſophia probat. Patrem ſola fides
agnoſcit. Verè beata fides cui datum eſt, ut dum ſuper omnem mundi ſa- F
pientiam tantum arcanum intelligit, ſimul quoque agnoſcat, quem colat
ut Deum, quem uereatur ut Dominum, & quod demū ſumma eſt ſapien-
tiæ, & pietatis, quem amplectatur ut patrem. Eum inquàm, qui nos, & no
ſtra uidet, & contemplatur tanquàm Deus regit, & gubernat tanquàm
dominus, & denique in quo uno beati ſumus, qui nos diligit, ac fouet tan
quàm pater, ſic ſanctificetur nomen tuum. Pater amantiſsimæ in cordi-
bus Iudæorum, & gentium, ut adorantes tuam diuinā ſapientiam; timen-
tes tuam dominicam poteſtatem ament, uel redament tuam paternā cha-
ritatem, quo tandem per tuæ adoptionis gratiam, diuinæ naturæ confor-
tes effecti conformes inueniantur imagini filij tui Ieſu Chriſti domini no- G
ſtri. Et nunc quidem in te credimus, ter ſanctæ pater, te confitemur, te co
limus, tibi gratias agimus, ſed quando erit ut ſublimem illam, amabilem,
& admirabilem uenerandæ tuæ paternitatis dignitatem, non iam creda-
mus, ſed uideamus? Nunc filij tui ſumus. Abba pater; at uerò nunc appa-
rebit quid erimus per vnigenitum illum tuum, qui eſt natura primogeni-
tus in multis adoptione fratribus.

## *Generatio filij Dei.* CAP. IIII.

HVc modo læti ueniant non muſarum, ſed uatum H
chori omnes, & cum illis non philoſophorum, ſed
Theologorum Choro didaſcalus mulceant pijs cō-
centibus aera ſacri citharedi, & pſaltriæ.

*Matres atque viri, pueri innuptæq́ puellæ.*

reſonet plauſu templa, & ædes, audiantur ubique
cantus, & numeri, nam eſſe fœlici adeſt noſter com
munis amor Dei filius, & dilectus, ex dilecto, & qui
diligit eos à quibus diligitur uerè, φίλος, φιλόφιλος, φιλῶν, φιλούμενος, ος
καὶ ἀφίλα ἔρδει. Ecce inquam.

*Vultu*



A *Vultu quo cœlum tempeſtatesq́ ſerenat*
*Attollit caput, chari genitoris imago.*
*Progenies illa priſca quam credidit ætas.*
*Non tanquam generis noſtri, & in corpore virtus*
*Mixta Deo, Deus qui nulla primordia nouit*
*Et patris æterni ſplendor, & gloria formæ.*
*Et ſpeculum.*

Vos ò viri pij, & fideles, quos in illius gloriam, & honorem velut ſuo de
nomine dictos multum ſaluere iubemus. נַשְׁקוּ בַר oſculamini hunc
ipſum filium, amplectimini diligite, colite, aduolutis genibus de more
καταφιλήσατε, τὰς χεῖρας, & coronis in terram proiectis tanquam om
B nia veſtra munera illi accepta referentes, adorate eum tanquam regem &
dominum. Nam hic ipſe eſt, in quo vno nobis, & vniuerſo generi placata
eſt ira, & cōquieuit indignatio, & furor Dei patris. Iam quid dicam vobis
ἀντίθεοι, cyclopes contemptores filij, & deſertores patris, quem alioquin
ore ſuperbo dicitis quia Deus veſter eſt, Hypocritæ quibus merito bonū
vertitur in malum, dies in noctem, & lux in tenebras, quibus vita efficitur
mors, menſa laqueus, petra ſcandalum.

*Vos animæ viles, infleta inhumataq́ turba.*

Qui dicitis vos Iudęos eſſe, & non eſtis. ſed eſtis ſynagoga ſathanę

*Quid tantum inſano iuuat indulgere labori.*
*Quid morituri facitis?*
G *Quo, quo ſceleſti ruitis?*

An ignoratis, quàm ſæpe iratus Deus, fregerit, deleuerit impias illas veſtras
coniurationes aduerſus Chriſtum ſuum filius eius vnicum Dominum no-
ſtrum, atq; vobis etiam repugnantibus veſtrum? Et tamen adhunc vſque
diem, rebus veſtris planè perditis, & deſperatis nolens aliquem veſtrum pe
rire propter nomen ſuum, propter Abraham Iſaac & Iacob, nam radix ſan
cta, & ſi rami inutiles, conſulit, hortatur monet. נַשְׁקוּ בַר. oſculamini fi-
lium. Nō aliunde ſalus quàm in filio, & vt veſtra elocutione, vtar dilectio-
nis: hic eſt quem chariſsimum habet, quē ſinu fouet ſuo, cui fortunat om
nia, quæ ille geſsit, quem conſtituit hæredem vniuerſorum, de quo dixit.

*Illum ipſum, illum audite*

D

*Hunc ego ductorem populis rerumq́ magiſtrum eſſe dedi*
*Sed hæc iam non canant obſtreperi graculi*
*Cantantes ſublime ferant ad ſydera Cygni.*

Nos interea, dum διάψαλμος choro pauſam, & quaſi ſilentium fa-
cit, amicè, & ſecreto, Primum de generatione tantæ ſobolis, deinde de il-
la ipſa ſobole colloquamur: Seorſum enim hæc duo tractanda ſunt ad
intelligentiæ lucem, tam et ſi generatio in Deum non eſt ſicut in ipſa
natura, medium quiddam inter patrem, & filium. Nam generare Deum

*Diuina Hiſtoria* Aa non

non eſt res aliqua, quam Deus generans; neque Deum generari alia res E
eſt, quàm Deus genitus, cum alioquin in Creaturis, actio vt aiunt, & paſ-
ſio non apud logicum ſolum, cuius eſt conſiderare voces, & intentiones,
ſed apud primum philoſophum, qui de rebus ipſis, & de earum veritate
contemplatur, conſtituant duas cathegorias. Non eſt hic locus nouæ illi
genituræ ſecundum carnem, ò viri, Vnde ſanctum Chriſti Ieſu Euange-
lium ad ſolatium, & ſalutem humani generis, initium ſumpſit quam
θεόπασοι Dyoniſius fęliciſsimè vocat. Sed neque illi ſecundum ſpiri-
tum, qua, quiſque noſtrum grauidante Deo: Idque non ventre, ſed
mente, non natura ſed gratia, non generat quidem tanquam pater, tamen
velut mater concipit ſimul, & fouet filium Dei in corde, vbi formatur, &
adoleſcit; & niſi vitio noſtro aborſum patiatur; tandem creſcit in virum F
perfectum. An verò non habet, & hic filius ſuos quoque per myſticam
renaſcentiam filios, & vt appoſitè loquar ſuum ipſius genus, ſuam ipſius
γενεάν. deſcriptum eſt enim in prophetis ſemen eius longæuum, vt ab ini
tio mundi ad conſummationem vſque ſit iuſtus, & iuſtificans, ſanctus, &
ſanctificans: & de his quidem omnibus, ò amici ſuo loco dicetur; ſed nũc
velut incipientes ab æuo ſcribere tentamus illam, æternam generationẽ,
& germinationem quæ multo antiquior omnibus generationibus, prima
origo eſt, primæ originis rerum omnium, & velut imperioſa quædam di-
ctatura conſtitutionis totius mundi. Meditamur inquam illam notam.
γεννεάν, atque γένεσιν quæ geneſim cœli, & terræ, & ratione, & digni-
tate, natura, temporeque præcedit, ſicut cauſa effectum, ſicut rem nouam G
id quod eſt æternum, & denique vt primum exemplar, id quod eſt exem-
plum, & monimentum rerum geſtarum: Scribimus generationem ſim-
plicem, immaterialem, inuiſibilem, vix intelligibilem, antiquiſsimam,
ſempiternam Deo dignam. Ecquis dicat, quam ab vniuerſa gene-
ratione, & natiuitate, quam ipſi, aut oculis videmus, aut conſpicimus ani-
mo, ſit diuerſa hæc tanta genitura filij Dei verè vt Dyoniſiacis verbis v-
tar, λόγω πουντί αῤῥητός, καὶ νῶ παντί ἄγνωσος? Nemo porrò hic
fingat, ανθρωποπαθος; & exiſtimet diuinam hiſtoriam, vbi æternæ
generationis meminit, & geniti, & genitoris humano more loqui, hoc
eſt vt greci dicunt, ἀνθρωπειῶς φράζειν. tralatio eſt quidem, illud quod
legitur in ſacris literis, ex cuius vtero egreſſa eſt glacies? Gelu de cœlo H
quis genuit? quis genuit ſtillas roris? Quis eſt pluuiæ pater? quam enim
tenuis, & exigua ac propè modum nulla ſimilitudo creaturæ, ad creatorẽ,
vt dici poſsit niſi καταχρηςικῶς, & vt aiunt abuſu loquendi, ſemen, & ge-
nitura creatoris? Qui eſt vt ex ſuperiore libro apparet, & Poeta quidam
non obſcurè cecinit

*Principium ſine principio, & ſine finibus vllis,*

*Finis, vbique idem, atque eadem vndique ſemper origo*





A *Ordo ſui, menſura ſui, ſua ſemper imago*

*Materiæ vacuus expers ſine corpore conſtans.*

Illudque dubio procul ad tralationem ſpectat quod propter magnam
illam diuini vultus imaginem, quam nemo non nuculenter impreſſam ſi-
gnatamque gerit in anima, dicuntur ab ipſis etiam poetis gentium, homi-
nes Deo geniti, Dei genus. Nunquid non pater vnus eſt omnium noſtrũ
inquit ſanctiſsimus Vates, & apud profanos Pater eſt Epitheton omnium
Deorum, Iouis verò præſertim vnde illud

*Ter pater extructos diſiecit fulmine montes.*

B Et illud

*O Pater o hominum, rerumque æterna poteſtas*

quin, & hæc duo in ſacris literis ad tralationem pertinẽt; quanquam non
æqua ratione, quod ſancti viri, per eam, quæ in illis elucet diuinam gra-
tiam, miram quandam Diuinæ naturę participationem, beati quoque per
ipſum lumen gloriæ, quo iuxta promiſſum Euangelium, Eritis ſicut An-
geli Dei in cœlo propius accedere videntur ad Angelos, quam ad homi-
nes, non tam humana ratione freti, quam Diuina inſtitutione formati,
audeant Deum vocare patrem. Enimuerò vbi de Deo, & de Deo ſer-
mo eſt, vſque adeò vera eſt, & propria illa generatio, illa paternitas, il-
la filietas, vt etiam inde, & re, & nomine deſcendat omnis alia genera-
C tio, omnis alia paternitas, omnis alia filietas. Ecquæ nam generatio fin-
gi poteſt, in qua illud quod gignitur ſit tam ſimile generanti, quam eſt ſi-
milis DEVS filius Deo Patri? Hinc, & meritò quidem, ſublimis
illa, θεογονεία. iuxta Aræopagitam Pauli Apoſtoli ſenſa, altiſsimè,
vt ſolet, explicantem: & in patre non tam eſt πατρότης, quam πα-
τριαρχία. & in filio non tam ὑιότης, quam ὑιαρχία, principium in-
quam, & principiatus, tam paternitatis, quàm filietatis. & proh ſancte
Ieſu generationem illam, paternitatem illam, filietatem illam, o ami-
ci quis enarrabit? quis inquam mortalium, hanc ipſam Dei geneſim
tam ſingulariter admirabilem, quàm admirabiliter ſingularem, cogita-
re in primis ſuopte ingenio poſsit; cogitatam verò eloqui: vel homi-
D num lingua nititatur, & audeat, vel angelorum ſufficiat? Vbi nul-
la participatio, nulla indulgentia, remiſsio, gratia, nullum naturæ ſe-
minarium, nullus violentiæ impetus, nulla Idea artis, nulla poteſtas
materiæ, nullæ latitantes formæ, nullæ rerum inchoationes, fluxio-
nes, acceſsiones, deceſsiones: Vbi filius ſine principio, & ſine fine
naſcitur: neque verò naſcitur, quaſi aliquando non eſſet; ſed naſci-
tur, qui nunquam non erat: neque naſcitur de nihilo, neque de ali-
quo tanquam de ſubiecto, ſed de ſubſtantia genitoris, tanquam to-
tum de toto, æternum de æterno, principium de principio, Deus de Deo.

Vbi demum, & natura ſimul, & reipſa idem eſt gignere, & genuiſſe; E
generari, & generatum eſſe; naſci, & natum eſſe ante luciferum,
& hodie. Vtrumque ſanè dixit pater. Ante luciferum o fili, &
Hodie genui te. Quid iam dicis fili hominis? Quæris quando naſci-
tur filius Dei, & quando natus eſt. Non ita naſcitur hodie, vt non
ſit natus ante luciferum, vt non naſcatur hodie. Non naſcitur ali-
quando, ne inter creaturas numerandus eſſe videatur. Non naſcitur
ſemper, ne Natiuitas imperfecta putetur. Quæ eſt ergo hæc naſcendi ra-
tio? De patre ſemper generante ſemper eſt natus: ſemper, quia æter-
nus: natus, quia perfectus, vt generatio eius, atque Natiuitas, non in
quadam ſucceſsione conſiſtat tanquam ſemper præſens, neque tamen
præterierit, tanquam ab omni æternitate perfecta, ſed ex ipſa ſola ratio- F
ne æternitatis ſit ſemper præſens, quia æterno nihil præterit, & ſem-
per perfecta, quia æterno nihil deficit. quam vigilanter loquitur in
principo pſalmorum PATER tanti filij? Ego Hodie genui te,
non olim genui, non hodie gigno, Ego genui hodie. Ipſe qui an-
te ſæcula. Hodie æternus Deus, genui te hodie coeternum, & non
recens natum Deum. Latitudo vocatur hic puteus, ò viri fundo, fi-
neque carens, & ego profectò, in quo vobis hauriam non habeo,
ſed qui hæc quatuor intelligere poteſt τὸ, generatum eſſe, ab-
ſque eo quod generatio præterierit: τὸ generari, abſque eo quod ſuc-
ceſsionem habeat: τὸ, ſemel generari ſine principio, & ſine fine ge-
nerandi. τὸ, ſemper generari ſine imperfectione, vel generatoris vel
geniti; ille (mihi credite) orthodoxam intelligentiam, huius genera- G
tionis aſſecutus eſt viri fratres. Profectò verò ex tantarum rerum
floribus qui in ampliſsimo vniuerſæ naturæ campo, cum ingenti de-
lectatione, & admiratione viſuntur, tenue quoddam huius æternæ
generationis quaſi ſimulacrum, mente concipere adumbrareque licet.
Ob id ſanè diuina eloquia tantarum rerum nominibus quaſi mutua-
tis per myſticas translationes appellant Dei filium nunc Vaporem, nunc
Candorem, interdum Caractherem, alicubi ſpeculum, quia tantam tan-
ti filij generationem, in cuius fide potiſsimum ſita eſt ſpes vniuerſæ no-
ſtræ ſalutis, Deus per omnia ſplendere voluit, & vndique velut par-
uas quaſdam ſcintillas emittere, tum ne prorſus incognita eſſet cre- H
dentibus, tum ne excuſari poſſent, qui non credunt, quod ne veſtigium
quidem vllum ad eam ſubodorandum reliquiſſet; Nam, & paſsim vide-
mus in vniuerſa natura ea omnia quę in inferioribus rebus diſperſa
ſunt, ſi ad perfectionem dignitatemque ſpectent, mira quadam po-
teſtate in rebus ſuperioribus congregari, vt illuſtrius ſplendeant, ſint-
queegregia quędam maioris nobilitatis argumenta atque indicia cer-
tiſsima. Naſcitur ergo ex Deo patre Deus filius: Vapor virtutis
Dei, eiuſdem inquam naturę, & Diuinitatis: Candor lucis ęternę,

cqueuus



A equęuus luci generanti, character ὑποςάσεως, ab eo cuius eſt, perſona
diſtinctus, non eſſentia: Speculum ſine macula cui nihil deeſt, quominus
perfectè patrem exprimere, referreque poſsit: DEVS, & ſplendor glorię;
quia non ſeparatur a gloria patris, ſed manet in patre, æqualis patri: ema-
natio ſincera, quia ſine tempore naſcitur, & ſine motu. Porro propriè di-
citur filius DEI, quia verè eſt Deus, non generans, ſed genitus, non inna-
tus patri, ſed natus ex patre, à patre de ſubſtantia patris, in ipſa æternita-
te propagatus: Primo genitus ante quem nullus: vnigenitus poſt quem
nullus: genitus ab initio, & ante ſęcula, ideoque non numerandus cum
creaturis; & verè non tam creatus, quàm editus, cuius egreſſus eſt ab ipſis
diebus æternitatis. Sed quid hic improbe quæris cum patre matrem? Er-
B go ne in immortali illa natura Diuinitatis cogitare audes, connubia, per-
mixtiones, ſexusque, & procreationes? DEVS eſt αὐτόπατωρ, αὐτό-
μητωρ. An non audiuimus Dei filium ſub nomine Diuinæ ſapientiæ di-
centem, ante omnes colles ego parturiebar? Nondum erant abyſsi, & ego
iam concepta eram? & quid eſt hoc, niſi quòd Deus æternum generat,
tanquàm pater; concipit verò, & parturit, tanquàm mater? Certè ò viri, il-
lud ad maternam teneritatem omnino referendum eſt, quod dicitur Dei
filium quaſi fouere, & requieſcere in ſinu patris. Fortaſſe verò callidiſsi-
mus ille venator ad pernitiem humani generis confixit turpes illas θεο-
γονείας genealogiasque Deorum quas cęcinerunt Poetæ mendaciorum
architecti, vt hæc ipſa cara Dei ſoboles, & ὕσεως, ſuaque illa υἱότης, &
C ὑναρχία verius, (cui, quæ rogo gentium θεογονεία, compararai poteſt?)
non inueniret fidem in cordibus noſtris, quia qui non credit in filium
Dei, ira Dei manet ſuper illum: & qui ignorat filium, ignorat & patrem.
Porrò ſi terrenam, & carnalem hominis generationem, vel natiuitatem
nemo noſtrum adhuc exactè intellexit, vt parentes inſerant vitam, vt
inſpirent ſenſus, vt compingant membra, vt filij in vteris matris clauſi
ſpiritum hauriant, vt alimenta ſuſcipiant, vt animos ſortiantur, & mo-
res; non eſt, vt profectò, vel Iudæi, vel gentes, aut explicari, & enar-
rari petant Diuinæ illius, tam generationis, quàm Natiuitatis modum,
& rationem; aut quia illam explicare, & enarrare non poſſumus,
putent nos aliena loqui, cum dicimus, quòd Dei filius verè generatur,
D & ſit Deus; quòd nunquàm eſſe inceperit, & ſit filius; quòd non ſit pa-
ter, & ſit idem Deus. quid enim aliud ſcire, aut volumus, aut debemus
præſtet id, quod nobis declarauit, & ille qui generat, & ille qui naſcitur,
qui ſolus eſt teſtis idoneus tantæ rei? Itaque ſic habet, vt audiſtis vene-
randæ antiquitatis fides, & ſanctiſsimæ pietatis certa ſecuritas; hic fi-
gite pedem, hic ſiſtite ingenia. In Diuina illa, & æterna generatione,
Conceptione, Natiuitate, eſt pater, & filius; non mater, & filia: eſt Deus,
& Deus; non Deus, & Dea. Deum cognoſcimus, Deam non cogno-
ſcimus. & ne Mariam quidem illam almam, æternam viri incognitam; in

 altera

altera filij Dei generatione θεότοκον, Angelorum Reginam, Cœli, terræ E
què Potentem, qua nihil purius, aut ſanctius intelligi poteſt ſecũdũ Deũ,
nemo noſtrum audet vocare Deam, Diuam dicimus, Deam nõ dicimus,
tametſi etiam corpore in cœlis regnantem, ò viri pij. Sanè creatura eſt, nõ
creator Maria, dequa nimium verè dicitur, erat quando non erat. At de
filio Dei, caue dicas, aut etiam credas, erat quando non erat. erat cer-
tè quando non erat filietas illa, qua refertur ad Mariam; ſed tamen ante
Mariam erat idem ipſe, Heri, Hodie, & in ſæcula filius Mariæ. Obmuteſce
Hebion equæ ac pecus bebes, & tu ſecum Marcion putide. Tu verò quid
loqueris Cerite homo planè cera dignus? Gaude & exulta Vrbs hære-
ſum victrix Nicea, quæ, ἀνίκητος, prælians prælia Domini, quinque illis
verbis, quaſi quinque lapidibus, è Dauidica pera ſublatis, gigantem illum F
Arrium, nouum Goliam, quem aduerſus Dei filium philoſophia inanis,
& fallax armauerat, tanta cum laude ſuperaſti. En tibi aſſurgit Oriens, tibi
gratulatur Occidens, plauditque manibus cum ingenti lætitia vniuerſus
Orbis. Vos ò fideles audite: Hæc ſunt illa quinque verba magnifica, altè
volantia, quæ cœlos, terras, & maria peragrarunt, quæ omnes gentes,
degeneratione filij Dei ſinceram fidem docuerunt ΟΥΧ ΗΝ ΟΤΕ
ΟΥΧ ΗΝ. Non erat quando non erat, verè enim ſemper erat, & ne
punctum quidem vllum, ſiue momentum, dicam græcè ῥοπή, ἀκμή; nul-
lus inquam temporis articulus anteceſsit mundi ipſius, vel edendi in lu-
cem, vel condendi, aut etiam primitus faciendi, quo dici poſsit. Tum
filius Dei non erat. Iamque φιλολογία, aut πολυλογία tam in al- G
tum ſeſe extollet aduerſus ſcientiam Dei, vt vi, & potentia horum
verborum, neque tam verborum, quàm tubarum, tubarum inquam ſa-
cerdotalium, velut altera Hierico non mox concidat, non ruant Caſtra,
non ſternantur ad terras, tanquam percuſſæ de Cœlo Turres? Vhe vobis
quicunque eſtis ò hoſtes filij Dei ὠχριςόμαχοι; ſi eo vſque belligeran-
do proceſſeritis, vt Dei patris iram, atq; indignationem aliquando merea-
mini. Non vos defendent in acceſſa montium iuga, non vaſtæ paludes;
non ſinus marium: Angeli Dei quibus præceptum eſt, vt adorent filium
eius, Aquilis velociores, Leonibus fortiores vos perſequentur, & comprẽ
dent, & non conuertentur donec funditus pereatis. quis unquam pugna-
uit aduerſus filium, & non habuit iratum patrem? Indicat nouus ille Iu- H
das, & Diabolus Arrius, qui, quo die minis, verbis ſubdolis, & amphibo-
lijs ſeditionem inſtaurabat, veſperaſcente in faciem ſolis; non dum enim
occubuerat, extemplò, tanquam Deo Patre læſum filij numen iuſto iudi-
cio vendicante, & eum excommunicante coram omni eccleſia primiti-
uorum; quia a communione huius eccleſiæ ſe ſe tam ſuperbè ſegregaue-
rat, crepuit medius, & inter tetros illos odores, malè olens totus intus, &
foris, & viſcera ſimul effudit, & animam.

*O longum memoranda dies,*

qua



A qua, & iuſtitia de cœlo proſpexit ad vindictam hoſtium filij Dei, & veri-
tas orta eſt ad cõfirmationem credentiũ in filium Dei. Abijt ille infęlix cũ
Diabolo in locum ſuum, quem neque Cœlum recepiſſet inter Angelos,
neque terra ſuſtinuiſſet inter homines, & nos ſuo ipſius periculo cauti di
dicimus non abire retrorſum, ſed manere firmiter velut in loco noſtro in
fide, & dilectione filij Dei Saluatoris hominum, & inſtauratoris Ange-
lorum: quia qui negat filium, is neque Deum patrem habet: & qui manet
in filio, habet vitam æternam.

## *Filius Dei, Dei Verbum.* *Cap. V.*

B

QVANTA animo voluimus, cogitamus, dicimus,
ſcribimus de hoc ipſo tali tantoque filio; qui idẽ
ipſe, humanitate aſſumpta, Diuinitate non ab-
ſumpta in patre manens, & ad nos veniens eſt fi-
lius Dei, & filius hominis, ſpes terrarum, decus ſę
culorum, commune gaudium Angelorum, & ho
minum; In quo eſt nobis tota religio, tota fides,
ſpes tota, tota ſalus, cuius titulus eſt Chriſtus in
ea forma, qua minor eſt patre, cuius nomen eſt Verbum Dei, in ea qua
æqualis eſt patri, & planè faciendi libros, περί τοῦ λόγου nullus eſſet fi-
C nis, ò viri; nam conſummario ſermonum ipſe eſt, ſermo ſermonum; Ver-
bum verborum, ratio rationum, idea idearum, exemplar exemplarium;
qui ſolus ſeipſum dignè laudat, & canit, quo canente ducunt choreas aſtra
cœli, & iubilant omnes filij Dei. Sed nos infantium more balbutientium,
qui nihil tã nituntur, & geſtiũt, quam vt ad loquendũ nati fari poſsint, di
uino verbo ex terra nati, & ex aqua renati, ne ipſum verbum, ſilẽtio, & ta-
citurnitate pertrãſeũtes ingrati ſimus; de ipſius Diuini Verbi Laudibus ta
cere omnino nõ poſſumus, nec debemus. Ob id ex tãta immenſitate, vndè
ſibi plena conuiuia inſtruunt Angeli, & Archangeli, non mandantes non
bibentes, non haurientes, ſed humida tantum litora more Egiptij Canis
lambentes, vt neque minaces fluuios tentare, neque ſacros fontes pollue-
D re videamur; hoc ipſum Diuinum genus, vt poſſumus caſtè, & verecundè
celebramus. O ſi vni ex Seraphin filij, φίλε gloriæ Rex virtutum Domi-
nus, vniuerſorum hæres, qui ſupra omnes Angelos glorioſè triumphans,
ſedes ad dexteram Paternæ Maieſtatis in excelſis; hodierna die iubendo
iuberes, vt ex beatis illis, cœleſtium agminibus ad me miſerũ, & compun-
ctũ corde deſcenderet, & cadente carbone adureret linguæ meę ſordes, &
labia purgaret mea. O ſi tu ipſe omnipotens Sermo Dei ignis conſumẽs,
lux illuminans, qui ex regalibus ſedibus altum inſonans, rupiſti magna il-
la mundi ſilentia, dum per cęcam noctem, & Iudęorum, & gentium, cole-

 rentur

rentur vbique idola, & eſſent penitus clauſa ora canentium Domino per E
teipſum, quæ tua eſt miſeratio, & gratia, mundares cor meum ab occul-
tis meis igne illo tuo, quem veniſti mittere in terram. Quæ ego verba,
quas ego flammas, quos flammarum globos voluerem, euomerem, eru
ctarem de plenitudine tua, de Natura tua, de Maieſtate tua, de Diuini-
tate tua, quam lex, quam prophetæ, quam Euangelium, quam Eccle-
ſia, quam Orbis, quam Angeli, quam homines, quam cœli, terræ, Ma-
ria, docent, prædicant, teſtantur, colunt. Hic mihi certè eſſet fortu-
natiſsimus laborum omnium, o viri, ſi non infœliciter dicerem filijs
Adam, quis eſt filius Dei, & quod nomen eius, vt credant in eum Deum
de Deo, vnum ex vno, verum ex vero, viuum ex viuo, perfectum ex
perfectò; & credentes vitam habeant in nomine eius tranſeuntes de mor F
te ad vitam, quia liber generationis, Adam eſt liber Mortis; & liber ge-
nerationis Ieſu Chriſti eſt liber vitæ. Sed quid loquatur ſeruus de Do-
mino? Terra de Cœlo? Homo de Deo? Mutus de verbo? loquere tu pro
omnibus, dilecte Domine; qui velut ſolutus vinculis carnis, in carne vi-
uens, præter carnem, totus in ſpiritu, & penè ſpiritus, non ſolum vi-
diſti verbum carnem factum, quod vidit omnis caro, ſed ipſum illud ver
bum ſine carne, ante carnem, ſuper carnem, quod dat vitam omni carni,
quod imperat omnibus ſpiritibus, in cuius manu eſt omnis anima, & om
nis ſpiritus, quod eſt Pater ſpirituum, quod ne comprehendere quidem
poſſunt ipſi puriſsimi ſpiritus: tanquam in æternum ſolem, in orbem di-
uinum, in globum, & compendium, quo comprehenditur omnis pleni- G
tudo Diuinitatis, ſupra cęteros collegas tuos, purificatæ intelligentiæ ocu
los infixiſti, & pro nobis factus admirabilis Aquila, contemplationis pen-
nis in ſublime volans vnicam, & hominum, & Angelorum eſcam diuino
ore tuo de altiſsimis cœlis ad terras, & patribus, & filijs, & adoleſcenti-
bus, & ſenibus, & iuuenibus, & infantibus, & ipſis quoque ſanctis mu-
lieribus attuliſti. Si benè quid de vobis mœruit Chriſtus Ieſus, viri audi-
te hunc ipſum Apoſtolum, & Euangeliſtã, qui omnium Theologorũ,
ne Petrum quidem excipio. θεολογότατος, verbum Dei in Deo apud
Deum, Deum vidit, audiuit, contrectauit, narrauit, conſcripſit, qui ſuper
pectus Domini, in quo ſunt omnes theſauri Diuinæ ſapientiæ in ſacroſan
cto vitalis cęnæ conuiuio, vnus recubuit, qui virgo, virginis cuſtos, virgi- H
nis filium Agnum; Charus Achaes, ſollicitè ſequitur quocunq; ierit. Hic
eſt verè filius tonitrui, cuius vox, vox tonitrui eſt in myſtica ſancti Euan-
gelij rota. quid hic Periclem mihi commemoras, homo, in oratione, vt grę
ci glorioſè fabulantur tonantem, & fulgurantem? Hæc ſunt tonitrua, hæ
corruſcationes, hæc fulmina Olympia, quæ ore æquiparans Deum, hic no-
ſter λογοθέτης, emittit. Num adhuc non reſonant vbique terrarum in-
gentes illæ voces? quid dico voces.

*Humanas motura tonitrua mentes.*

In prin-



A In principio erat Verbum, & Verbũ erat apud Deum. & Deus erat Ver-
bum. hoc erat in principio apud Deũ. omnia per ipſum facta ſunt. & ſine
ipſo factum eſt nihil, quod factum eſt. Parce Moſes. Parce νομοθέτης. tua
tonitrua tua fulgura, tuæ clangentes, & perſtrepentes Buccinæ, vix verba
ſunt, ſi cũ terribili huius vocis ſonitu cõferãtur. Noli mirari fili hominis,
hic eſt, ὁ λόγος, illic νόμος. neq; vero per legẽ, ſed per verbum, & conditus,
& ſeruatus eſt mundus. Itaq; cum ab initio poſt quotidianam illam & o-
dioſam Iudæorum, tãquam ranarum paluſtrium, loquacitatem, quã publi
camus, Sanctiſsimus ex Diuinis oraculis, verè vox aquarum multarum de
cœlo cadentium, cum ingenti Chriſtianorum gloria obmuteſcere fecerat
ex Ethnicis philoſophorum ſcholis, quarum temerariam inanitatẽ exage
B rare velle exhorbitare fecerit; pleriq; qui ẽt, vt cum Diuo Hieronymo lu
dam allegorijs, in Boue arabant, & Aſino, aduerſus Chriſti religionẽ im-
pia, & inſana bella ſuſcepiſſet, iamq; noſtri compellerentur ſecum diſſere
re, & tractare, non de Chriſtiana republica, & politia, non de agrorũ ter-
minis, aut finibus, non de legibus, & iure, non de armis, & regno; ſed de ip
ſo Rege, de Maieſtate regia, de natalibus Regis; Vnde primus ſplendor, &
gloria Regum: hucq; ventum eſſet vt Ioannes, tam Moſe clarior, quã Euã
gelium eſt ipſa lege præſtantius, in eccleſia magna in populo graui vocare
tur, rogaretur, pene cogeretur, vt dum alij teſtes vel defeſsi; vel à contradi
ctione linguarũ violenter oppreſsi eſſent, ipſe poſt omnes, qui tot Annos,
& Chriſto, & θεοτόκῳ familiariſsimi, vnà conuixerãt, audiẽte cęlo, & terra
C teſtimonium perhiberet veritati, & illud ad futurã rei memoriam, quam
nulla ætas aboleret, conſignaret æternis ſcriptionibus: repente plenus Deo
proſilijt, & expiatis omnibus ſacrificio, ieiunio, prece, illo ipſo ſpiritu, quo
Dominica die res tantas viderat, non in caligine aeris, ſed in lumine ſolis,
calamo ſimul ac lingua altiſsima exorſus erũpẽtibus ignitis eloquijs, ex ſa-
cro ſancto illo pectore, vnde velut ex camino Diuini incendij eructabãt
flammę, ardores, vapores ſanctiſsimæ charitatis, non rauco, ſed ſonoro euã
gelicę veritatis tonitruo, & verbo corruſcante potentius ictu fulmineo,
omnes hæreſes, ſectas, ſciſmata; omnes antichriſtos vniuerſum Concilium
vanitatis, cunctamque Eccleſiam malignantium, inuicta huius ſancti
Euangelij potentia perterruit, ſtrauit diſsipauit. Ecquæ profecto, vel
D nunc, vel olim hæretica prauitas, temeritas, impietasque, inſania,
perfidia, calumnia inuecta eſt, aut etiam ſi Deo placet inuehi poteſt
in Orbem de filio Dei, quam non atterat, non conterat, hæc ipſa Euan-
gelicæ Hiſtoriæ præfatio, tam ſancta, tam vehemens, & tam diuinis
plena ſagittis? Sagittæ tuæ ò ſancte Senex infixæ ſunt in corda inimico-
rum Regis noſtri. ob id populi in dies magis, ac magis ſub te cadunt
in luce ſagittarum tuarum, euntes & in ſplendore fulgurantis haſtæ
tuæ. Vos apello, philoſophi, Iudæi, Hæretici, an non videtis lucen-
tes, nitidaſque ſagittas, quas iam è pharetra deprompſit aduerſus uos,

magnus

magnus hic euangelij, verbique potens? non vt vos perdat, ſed vt ſaluet, E
& nouo bellandi genere amicos faciat ex inimicis? Videte vos ſaltem
Chriſti fideles, quos neque ſcientia inflat, neque ſuperſtitio tenet, neque
ſuperbia in errorem, & inſcientiam trahit. Videte inquam, vt fortu-
natus iſte piſcator, ingentes has belluas, hæc immania Cete iam iam fortiſ
ſimè percuſſerit, confoderit prudentiſsimè, vno rethe concluſerit, vt ſi in
Corporis Chriſti noſtri myſticam eſcam conuerti nō poſſunt, hoc ipſum
ſaltem corpus deuorare, aut dilaniare omnino non poſsint. Cum enim
nominat verbum, an non indicat filium? Cum indefinitè ſcribit, Erat,
an non aſſerit ſempiternum? Cum deſignatè dicit IN PRINCIPIO,
an non intelligit, & probat æualem, neque tempore, neque natura geni- F
tori ſecundum? Profectò verò quod ſequitur, & Verbum Erat Apud
DEVM, diſtinguit, & à patre filium, & patrem à filio vt ſit alius apud aliū,
non idem apud ſeipſum. Porrò illud, & Deus erat verbum, quòd docet a-
liud, quàm diuinum illud ὁμοούσιον, quod trecenti, decemque & octo
Hierarchæ, tanquam ſtrenuiſsimi bellatores ſummi ſacerdotis Abrahæ
iudicio de vniuerſis legionibus militiæ cœleſtis electi, velut tropheum
Chriſtianę Religionis ſubacta toto orbe perfidia glorioſi victores extu-
lerunt? Quo & credimus, & confitemur patrem, & filium eſſe tam natu-
ra, eſſentia, ſubſtantia, vnum, quàm perſonę ratione diſtinctos. Illa autem
altè, & opportunè ſubiuncta collectio; Hoc Erat In Principio Apud G
DEVM. huc tendit verbum iſtud, quòd vt ipſi, qui Chriſtum ſequimur,
prędicamus, non eſt recens ortum. Verbum verbi, erat hoc ipſum vnicum
Dei Verbum, Verbum ſempiternum, equeuum patri, diſtinctum perſo-
na; & natura, vnum cum patre. Iam cum dicit omnia per ipſum facta
ſunt, quid molitur, niſi pudeat dicere verbum illud eſſe factum, cuius o-
pera facta ſunt omnia. Aliud eſt opifex, aliud eſt opificium, aliud Deus,
aliud Creatura. Mundus eſt opificium Dei. Verbum eſt opificis bra-
chium, dextera, Ars, ſapientia, Virtus. quid eſt autem quod adiecit & ſine
ipſo factum eſt nihil, quod factum eſt, niſi? Ne putate omnia tantum in
illa communi ſilua generatim, & vniuersè, non etiam ſeorſum, & ſingu- H
latim condita eſſe verbo Dei: Tota illa coſmopœia, & quæ creata ſunt ſi-
mul, & quæ ex diebus diſtincta fuerunt, hoc ipſum diuinum verbum, hāc
ipſam diuini verbi gloriam, in tanta fabrica magnificè prædicant, & teſtā
tur. Nihil tam magnum, & ſublimè, quod non cęptum, factumque, &
perfectum fuerit Dei verbo, nihil tam abiectum, & vile, ſiue in cœlo, ſiue
in terra, ſiue in mari, ſiue viſibile, ſiue inuiſibile, quod ſua ipſius opera, &
manu indignum putauerit Dei verbum. quàm mirabilis eſt Deus in ope-
ribus ſuis, magnus in magnis, ſed non paruus in paruis, tam admirabile, &
glorioſum eſt verbum Dei; qui ſicut ſcripſit & ipſe Moſes (neque enim
noua ſed vetera loquimur quæ etiam in ipſo, velut ex perenni fonte hau-
ſerunt omnium ſæculorum nationes, & populi) Verbo cœlos, verbo ter-
ras,



A ras, verbo Angelos, & Homines; Belluas; Aues, Piſces, Conchilia, Vermes;
Verbo Solem, Lunam, Stellas, Lucem, Tenebras, Dies, Noctes, Arbores
Plantas, Lapides; quin, & lapidum vires, herbarum flores, arborum fron-
des, Auium pennas, exiguasque maris arenas, ſuo ipſius verbo Deus, & vo
cauit vt eſſent, & fecit vt fierent, & nunc regit vt perſiſtant. quid nam ò vi
ri dici potuit, aut magnificentius, aut euidentius de opificio verbi Dei; vt
prætercam ſacroſancta illa, & veneranda ſalutis noſtræ myſteria, quibus
non tam facti, quàm refecti ſumus, quæ ex diuinis eloquijs nemo dubitat
referenda eſſe in ipſum verbum, pro nobis non iam creandis ex nihilo, ſed
redimendis magno pretio; & carnem factum, & inſitum animis, & prædi
catum mundo? Eant nunc Verberi, eant, & cum verbo, vt ſolent, ſuper-
B bè contendant: confundant verbum cum perſona patris: ſeparent à patre
ſubſtantiam Verbi: Dicant Pater erat quando non erat Verbum: calum-
nientur, ad nouum teſtamentum pertinet verbum, non ad uetus, nouus
Deus, non antiquus: & factis non extantibus. Ecce πρώτ' εὐαγγέλιον,
vniuerſæ euangelicæ hiſtoriæ baſis, & fundamentum; ecce euangelij Sol,
quem iam in inſulam relegare, aut amandare nemo poteſt, quàm vbique
ſplendet, quàm apertè docet, & æternitatem verbi, & perſonam diſtin-
ctam à perſona patris, & naturam vnam, & eandem cum patre, & parem
ſecum authoritatem, & maieſtatem in vnaquaque natura, & in tota vni-
uerſitate rerum creatarum. Quid hic tergiuerſaris ò impudentiſsima
mulier, ò impietas, ò perfidia (ego enim viri non tam hæreticos perſe-
C quor, quibus plura ſunt nomina, quàm ipſam hæreſim, quæ multorū capi
tū vna eſt, & immanis Hydra) quid inquā ęſtuas hæreſis, quid fremis, quid
te torques? Quater in ipſo limine Ioannis legimus Verbum erat, & tu au-
des adhuc dicere Verbum aliquando non erat? Indefinitè profertur, In
principio erat, & tu definite ſignas, quando erat, & quando non erat, quā
do eſſe cępit, & quando non fuit; Tuba canit, erat Verbum apud Deum
patrem, & contra tu reclamas; Eadem perſona eſt verbum, & pater Ver-
bi. Ioannes prædicat de Deo verbum, de Verbo Deum, & tu non mere
trix ſolum, ſed & procax, dicis, non eſt Deus Verbum? Non eſt Verbum
Deus? Ille dicit verbo conſtare omnia, & tu numeras verbum inter om-
nia? Itaque vt peroremus: non nuper prodijt Dei Verbum, non olim ſo-
D lum fuit, principio erat, non principio temporis ſolum, de quo poętarum
præcipuus Maro cecinit.

*Principio cœlum, ac terras, camposque liquentes*
*Lucentemque globum Lunæ titaniaque aſtra.*

Secutus Moſen cuius eſt illud in Capite libri, In principio creauit Deus
cœlum, & terram. quod quidem principium, ſi ad libellam, & perpendi-
culum verba exigerentur, ex vi verbi, quod ſequitur, initium verius di-
cendum eſſet. ad tempus ſanè ſpectant, & tempus indicant æternæ illæ vo-
ces בָּרָא ἐποίησεν; creauit, quibus locutus eſt ſpiritus ſanctus conſtitu-
tionem

tionem mundi : ſed erat in principio, ſimpliciter in principio, quod prin E
cipium non habet, quod eſt primum, & principale principium, vnde om
nia principia principij rationem, & vim principalem accipiunt. Erat, ex
antiquis, hoc ipſum verbum, Dei filius, antequàm terram tereremus, imò
antequàm fieret terra, & cœlum, cum nondum aquarum fontes erumpe-
rent, cum montes nondum conſiſterent: Colles nondum aſſurgerent;
Fluuij nondum tumeſcerent, Maria nondum ferueſcerent: Erat hoc ip-
ſum verbum ante Luciferum, & ſecundos illos ſplendores, quos Deus
emittit foras: erat ante omnem creaturam corporalem, & ſpiritalẽ, quia
emicante gloria Diuinitatis intus ex ore altiſsimi æterni parentis æterna
progenies, paternæ virtutis virtus, paternæ ſapientiæ ſapientia, gloria glo-
riæ, figura ſubſtantiæ patris, imago Dei, ipſi Deo nulla ex parte diſsimi- F
lis. Hæc ipſa, quæ ne cogitationes quidem noſtras terminatas relinquit;
ſed præcurrit, & ante volat potius, diuina æternitas eſt illud principium
ſine principio, quod propterea abſolutè, & abſque additione vlla princi-
pium vocatur, in quo erat Dei verbum. quòd ſi æternitas ipſa eſt Diuini-
tas, & Diuinitas ſimiliter Deus ipſe eſt; quid eſt igitur in principio erat
verbum hoc eſt, ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος. Sic enim ſcripſit theologus, niſi in
Deo erat Deus? in patre erat filius. Ne verò orbem quendam fingeres ani
mo, quaſi idem in ſe ipſo ſit pęnitus, & non diſtinctio Dei, qui dicit, &
verbi quod dicitur, protinus & adiectũ eſt, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεὸν, &
illud verbum erat apud illum Deum, non apud Deum ſimpliciter, quod
eſt naturæ nomen. quomodo enim eſt apud Deum, ſi non eſt aliud quàm G
Deus? ſed eſt apud diuinam illam, quæ genuit, primam in Trinitate per-
ſonam, quæ Deus pater dicitur, ad quam refertur, abſqua gignitur, abſqua
diſtinguitur, abſqua non ſeparatur. O viri, quem, lingua ſancta dum no-
bis morigerari ſtudet, בֵּן filium vocat, & ex vtero genitum: philoſophi,
vt de Deo puriora, & ſanctiora loqui, atque ſentire videantur, miſteriũ
patris, & filij nunquàm planè intelligentes, nimirum non credentes; non
tam pia, quàm ſuperba mente, verbum nominant: quod ipſum tamen, vt
alia quàm plurima, ex ſacris literis malignè forſan ſuffurati ſunt. Sanè fi-
lius, & generatio ſimpliciter ad naturam pertinent, ſuntque naturæ no-
mina, vnde, & in brutis dicuntur, & in rebus inanimatis, etiam apud au-
thores linguæ latinæ: at verbum, & dicere altius quiddã ſignificant, quod H
ad naturam tantum ſpiritalem, & intellectualem pertinere putandum eſt;
nam qui ponit verbum, ponit & mentem; mens dicit, verbum dicitur:
eo ſanè verbum eſt, quo dicitur, ut cum mens ſit Dei, Angeli, hominis,
ſit etiam verbum Diuinum, Angelicum, humanum, νοῦς eſt parens, λόγος
foetus, & proles. Ioannes itaque eliminaturus importunas haſce, & in-
gratas de filio Dei, cui bis vitam debemus, nempè datam, & redemptam,
hæreticas impietates, quæ inter philoſophorũ exercitationes, & ſubti-
litates, velut muſcæ in terra Aegypti exortæ ſunt, vt in primis, & ante om





A nia illud conſtet, de quo adornatur diſputatio in ipſis foribus, ſuppreſſa
filij voce loquitur, Verbum; ſcribit, Verbum; nihil in ore, habet niſi, Ver-
bũ. Ne timete chariſsimi cum nobiſcũ ſteterit grandeuus hic chriſtiano-
rum Neſtor, ſacrum hoc caput, ex cuius lingua melle dulcior fluit oratio:
tum primo beabit orbem amabiliſsimo illo nomine filij vnigeniti, qui eſt
in ſinu patris, qui & habitauit in nobis Caro factus, de cuius gratiarum
plenitudine nos omnes accepimus. Quid tu hic ancipitis fidei homo, vſq;
adeò moroſè vrges, vt dicamus pro verbo ſermonem? Inuides ne Dei fi-
lio hanc vocem honoris, Verbum, verum, bonum; non enim tam à ver-
berando, quod ſonantis vocis ptoprium eſſe poteſt; quam ſi Varroni cre
dimus, ab ipſa veritate deducitur Verbum: quæ maximè ſeſe oſtendit in
B Verbo, tanquàm in animi ſigno, & indice. Nam tametſi ſecundaria ver-
ba, vel expreſſa vocibus, vel inſculpta ceris, aut tabulis, ſæpè ſæpius men-
tiuntur; illud tamen principale Verbum, vnde eſt omnis ratio verbi, il-
lud inquàm quod formatur primum in animo, quo animus de re ſecum
loquitur, non cogitando, non deliberando: hæc enim omnia, quæ græci
fœliciter dicunt, μερμερίζειν, tanquàm labor conceptionis, & enixus, par
tum ipſum antecedunt; ſed firmando, definiendo, affirmando, conclu-
dendo, priuſquàm ab ore cordis exeat ad os corporis, & anguſtas faucĩũ
arietante lingua erumpat in ſonum, vocem, ſermonemq; articulatum,
nunquàm non nuntiat animo, quod verum eſt, alioquin tam abeſt a ra-
tione verbi, quàm abeſt a ratione veri. Ecquid ſimpliciter cognoſcitur
C niſi ipſum verum? Cogitare falſa poſſumus, verum enim vero, cognoſce
re niſi vera non poſſumus: quæ eſt enim ipſius falſi cognitio niſi cum pla-
nè cognoſcimus quod ſit ſicut verè eſt falſum: & ne tunc quidem falſum
cognoſcimus, ſed verum quippè, falſum eſſe: falſum non falſum, ſed ve-
rum eſſe, perinde ac verum eſſe verum, Ita manifeſtum eſt, quia ante om
nia de rebus ipſis cogitamus: quæ cogitata ſunt iudicio deinde, & ratione
diſponimus: diſpoſita ſapientia, ſcientiave firmamus; ſapientia ſi ad con-
templationem pertineat; ſcientia ſi ad actionem: tum a nobis firmata, lu
mine ſuperiore illuſtramus: illuſtrata ſoli intra nos loquimur, iuxta illud,
dixerunt intra ſe; idque facimus Verbo, quod è corde egreditur, tan-
quàm interpres mentis; vnde & pſalmus cęcinit, eructauit cor meum ver
D bum: manifeſtum eſt inquàm, vel nequaquàm a nobis formari verbum,
vel omnino eſſe verum quod formatur; Vt propterea nullum Verbum,
tam ſit verè Verbum, quàm Dei filius, qui eſt ipſa veritas, ex qua omnes
veritates. Et ſermo quidem o bone vir quomodo intelligi poteſt abſque
ſerie, & conſertione orationis? nam à ſerendo dictus eſſe videtur, vt for-
taſſe non tam voce Verbi, quàm ſermonis exprimenda ſit perſona filij
Dei, ab ea die, qua primum in illam (vt ſic loquar) conſerta eſt humana
natura, & vt appoſitè dicam; dũ Verbum illud indiuiduum æternæ men-
tis, carnis quaſi vocẽ corporalem induit, vt quod ne angelorum quidem

lingua fari poterat, familiare fieret linguis paſtorum, & piſcatorum: ſed E
enim ad eam ipſam perſonam declarandam pro eo diuinitatis ſtatu, & ra-
tione, cum ab omni æternitate, in principio, ante omnia principia nulla
eſſet in Dei filio conſertio rerum, nam vna res ſola, & ſimplex eſt Deus,
& filius, diuinitas, & filietas, multo ſignificantius, verius, aptius, atque
ideò, & frequentius vtuntur ſacræ literæ nomine Verbi, quàm ſermonis.
Quis enim non ſtatim intelligat; te ipſum apello, te ipſum conuenio, vt
te aduerſus temetipſum ferente literas in morem Vriæ, ex ore tuo non
ego, ſed tu ipſe te iudices: quis inquàm non intelligat, quod ratio Verbi
ſit ipſa ſermonis ratione multo abſolutior, atque ſimplicior? Profectò nõ
ſunt ipſi Verbo neceſſarij ſermones; at ſermoni multa ſunt neceſſaria ver
ba. Et per me quidem viceris, ò mi frater, vt ſit par, & vna ratio ſermo- F
nis, & Verbi. at verò quis hinc, vel maximè non promoueatur vt dicat
in faciem, Plautinum illud, dignus es cum hac tua religione multo odio:
durum nodum in ſcirpo quæris, nempè vbi de re tanta agatur, abſque vl-
la neceſsitate mutans verbum in ſermonem; planè dicam, tecum ludens,
quanquàm ne hic quidem forſan ludere nobis licet, grabatum in cubile.
Itaque ego nihil te veritus, qui iam diu in omnes ſcriptores iudicium, &
rationem cenſoriam tibi arrogas, aliis derogas in hac noſtra communi fi-
de, & de re ipſa, & de voce ſecurus tibi, & omnibus mihi exprobantibus,
reſpondebo. Verbum erat *in principio* Verbum. Apud Deum erat Ver-
bum; Deus erat Verbum; & ſermones quidem appellabo τὰ λόγια ἐκ
τοῦ λόγου. τὸν λόγον vocabo ſemper verbum, ſanè λόγια quidem multa, G
ὁ λόγος vnus non abſolutè λόγος, ſed cum articuli pondere, ὁ λόγος, &
λόγια fiunt, ὁ λόγος non fit. Ideoq; θεῖα λόγια, at ὁ λόγος non tam θεῖος
quam θεὸς, non alius, a patre Deus, ſed ille idem Deus, quia non ſunt
θεοὶ, ſed vnus ſolus θεὸς. quàm magnus hic noſter λόγος ò viri, non vt no
ſtra ἔπεα πτερόεντα, perinane volans ἀνυπόστατος, χεόμενος, διάλυτος,
παυσόμενος. Ideò neque nomen, neque Verbum, vt ipſi ex grammatica
loqui ſolemus de nomine, & Verbo, ſed vis, & rerum in primis, & nomi
num, & Verborum, Verbum ineffabile, incredibile, incomprehenſibi-
le; Verbum cuius dictio, & generatio, a circulo mundi huius eſt penitus
eximenda, aut veſtiganda. Ecquod nam Verbum eſt iſtud? Ratio perpe
tua, ſapientia ſempiterna, lux inacceſsibilis, veritas incommutabilis, ve- H
rè Verbum, non tam conſilio, & deliberatione, quàm ipſa diuina rerũ
omnium plenitudine eructante prolatum, verè Ars pleniſsima rationum
viuentium, imago bonitatis viua, & legma proles illius, qui ſolus eſt bo-
nus, imò ipſum bonum λόγος, tacita quædam definitio, demonſtratioq;
parentis. Plus enim multo ſignificat græcis ὁ λόγος quàm latinis, vel
ſermo, vel verbum, vel vtrumque. Atque ideo longè melius, & fœlicius
illi Dei filium λόγον dicunt, quàm nos, vel Verbum dicimus, vel ſermo-
nem. intelligite quæsò pij omnes ſi λόγος eſt ratio, ſcientia, ſententia; er-
go, qui



A go, qui non credunt in filium Dei, in λόγον ſunt παρὰ λόγον, ſunt ἄλο-
γοι, ſunt τὰ ἄλογα ζῶα, non homines inquàm ſed animalia bruta; nem-
pè iudicio, ſapientia, & prorſus omni ratione carent. Equidem θεῖος ὁ.
ἔνδον λόγον, ὁ ἔξοθεν, factus eſt diuinus inquàm ille paternæ mentis conce-
ptus, prolatus eſt in ſermonem, dum habitu inuentus, vt homo ad nos
venit, vt nobiſcum habitans familiari ſermone, et exemplo conuinceret
nos ſimiles eſſe beſtijs; quo tandem qui παρὰ λόγον, & verè præter ratio-
nem viuebant, tanquam Equus, & Mulus, quibus non eſt intellectus, ip-
ſo λόγον docente, arguenteq;, & illuminante, mundum de peccato, quod
perpetrabat; de iuſtitia, quam negligebat; de iudicio, quod non intellige-
bat, paulatim efficerentur iuxta apoſtolicas voces λογικὰ ζῶα, concupiſce
rent lac λογικὸν, & exhiberent Deo λατρείαν λογικὴν. quid hic amplius
quæritis? ſiſtite ecce habetis τὸν λόγον & myſteria τοῦ λόγου, myſteria τῶν
πάντων λόγων μείζωνα, τῶν πάντων λόγων κρείττονα.

## *Vnius ſubſtantiæ Deus, pater & filius. Cap. VI.*

EQVIDEM vereor, ne verba mihi ſupereſſe putaue
ritis; quæ initio pudori obſequens dixeram defu-
tura. Sed cui deeſſe poſsint verba loquenti de Ver-
bo? quod vſque adeo dat verbum Euangelizanti-
C bus virtute multa, vt etiam aperiat ora mutorum,
& linguas infantium faciat diſertas. Verum enim-
uero ad conficiendum prorſus λογομαχίαν, vt ip-
ſis hæreticis, quibus tantopere aduerſus dominum
& aduerſus Chriſtum eius pietas ſubuertitur; & armatur impietas, illud
quoque deſit, quod victis omnibus ſupereſſe ſolet, vt ſe defendere tueriq;
valeant. Hæc vna vna mihi pars reliqua eſt, hoc unum reſtat, in hoc vno
elaborandum eſt, vt hunc ipſum Dei filium, ſiue verbum dicere mauis
ſiue ſermonem, ſiue λόγον, qui homines iam diu alienatos, & verſos in
belluas ſibi, & in antiquum honoris, & gratiæ ſtatum, vnde miſerè cæci-
derant, glorioſè reſtituit qui in principio, & in capite, ipſe quoque prin
D cipium, & caput, nondum exinanitus in hominem, nondum abbreuia-
tus in capitulum, in patre, & apud patrem nunquàm non erat, qui patria
virtus, & poteſtas, quæ vt nunquàm otiari, ſic nunquàm labefactari po-
teſt, antequàm ſe in hominem induceret, & ſingula, & omnia diuini opi
ficij machinamenta perfecit, oſtendamus vnius, & non alterius ſubſtantiæ
eſſe cum ipſo Deo, atq; illam ſanctorum patrum, qui in Vrbe Nicea, Con
ſtantinopoli, & Chalcedone conuenerunt. quid? ipſius ſpũs ſancti, qui eſt
Conciliorũ anima plenam, & glorioſam vocẽ, illã inq̃ inuictam uocem,
quam in ipſis etiam deſertis græciæ, adhuc cœli, & terræ reboant.

*Et Criptæ*

*Et criptæ ſcopuliq́ʒ omnes luſtraq́ʒ ferarum.* E
Vocem, quæ vna amicis ſpem, & gaudiũ inimicis verò gemitum affert, &
terrorem, ὁμοούσιον illud, graue, nunc proprio integroq; ſermone ſtu-
dioſè, accurateque declaremus. In hoc uertitur ſanctiſsimæ Trinitatis Car
do ò viri. Hæc eſt ſublimitas, & profundum chriſtianæ theologiæ refu-
gium, & arx ſpei noſtræ, chriſtianæ demum militiæ, & profeſsionis com-
munis teſſera; perinde ac figura crucis, eſt ipſius victoriæ titulus, & tro-
pheum inſigne: ſignum autem eſt, nam beata illa & florentiſsima Con-
ſtantini ciuitas, ex vetere Bizantio noua Roma, antiquæ emula & illius
gloriæ penè par, decreto tanti Regis, qui præclaram illam Vrbem genue-
rat, non tam quiritibus, quàm cęlitibus, ipſe non noſtra lingua quirinus,
ſed Græcè κοίρανος, oſtentabat in foro velut noſtræ religionis monumen F
tum, & ſymbolum, tres maximas ſtuas; ipſum quoque Crucis ſacrum ve-
xillum, & denique tanti corporis quaſi animam, inſcriptionẽ illam Græ-
cam εἷς ἅγιος. cuius profectò imaginoſi ſimulachri, & quaſi ſpeculi, ſi om-
nes ſimul, & mutas, & loquentes figuras interprætari libeat; quid aliud
reddent quàm τριὰς ὁμοούσιος, καὶ εἷς ὁ σταυρωθείς, vnius ſubſtantiæ Deus
Trinitas, & vnus, humana ſub imagine crucifixus, quo ſanctificati ſumus?
Itaque vt hinc auſpicemur diuinam ſubſtantiam, Gręca lingua non οὐσίαν
quidem ſolum dicit, ſed & ὕπαρξιν, & ὑπόστασιν, tanta eſt illius linguæ
copia, tanta fœlicitas, quam meritò ipſe quoque Romano eloquio ſuper-
bus Cicero nunquàm nõ admiratur, niſi cùm interdum ſeruiens auræ po-
pulari, fretus ingenio magis, quàm cònſcientia, diſsimulata inopia noſtri G
ſermonis, Græcis orationibus exagitat, nullum fortaſſe ſibi pręſentius nu
men eſſe ſentiens quàm gratia populi Romani. Porrò vix ſemel, aut ite-
rum reperies apud Theologos Græcos Dei filium eſſe patris ὁμοϋπόστα-
τον, quòd & priſcis illis ſæculis dictum paulò liberius, nunc caſtè legendũ,
ritè intelligendum, ſed non temerè vſurpandum à quopiam. Nihil verò
contra eſt, tam vſque quaque frequens quàm Deum natum genitori Deo
eſſe ὁμούσιον, & quod illuſtrius dicitur ὁμοούσιον. Imò verò omnes ſcholæ,
& libri conſona fide, & lingua Deum Patrem, Filium, & Spiritum ſan-
ctum canunt tam ὁμοούσιον, quàm τρισυπόστατον. de æterna hypoſtaſi,
non eſt hic locus; nunc vnius ſubſtantiæ, hoc eſt Homouſij (iam enim ſcri
ptione, prolatione, inflexioneque, demum patribus noſtris Latinum fa- H
ctum eſt) & rem tractamus, & nomen. quid importunè hoc ſtatim initio
te ingeris Muſca, Culex, Pulex? quid frontem feris? quid ſalis, inſilis, ſaltas,
inſultas? quid dicis ὁμοούσιον verti non poſſe conſubſtantiale, aut vnius
ſubſtantiæ, quòd & οὐσία, eſſentiam ſignificet, non ſubſtantiam, & Deus
ipſe eſſentia ſit non ſubſtantia? Adeſſet hic ſaltem nouus quidam Abra-
ham, qui à ſacroſancto holocauſto, quod paramus, abigeret has infandas
volucres; ſi tamẽ volucres hos dialecticos, hos philoſophos; imò verò om
nem hanc inanem dialecticam, & philoſophiam, ex cuius fuco aduerſus
fidem



A fidem catholicam tam multæ hæreſes traxerunt ſpeciem, & colorem: vt
dum veriſimiles ſibi ſuperbè viderẽtur, neſcię pudoris, & reuerentiæ per-
ſtiterint erecto collo, & noluerint cędere, neque patrũ ſententijs, neque
Cæſarum legibus, neque ſacroſanctis decretis Conciliorum; quæ pij, &
catholici perinde, ac ipſum euangelium pari inquàm, & ſtudio fidei, &
pietatis affectu, religioſè ſuſcipiunt, & venerantur: ſed audi audi Candi-
de Ari qui dum Dei ſubſtantiam violentus arripis meritò à dæmone, ad
deum inuitus arriperis: Candide.

*Qui facere ſoles patriæ non degener artis*
*Candida de nigris.*

Audite inquàm ambo, & nolite videri ſimiles pueris vt pro leuibus noxis
tam graues geratis iras. Cur enim οὐσία vſq; adeo moroſi eſtis, atque dif-
B ficiles, quando, & in logicis ſubſtantiæ primæ, & ſecũdæ dicuntur οὐσίαι
πρῶται, καὶ δεύτεραι. & in phyſicis materia quæ inter ſubſtantias nume-
ratur, appellatur οὐσία, οὐσία inquàm ἀκατακτος. ſed & rhetores, in gra-
tia fortaſſe potentium, quibus homines inopes, tenuiſque, & afflictæ for-
tunæ, ne in mundo quidem aliquid eſſe videntur, diuitias ipſas, quæ ma-
ximè diſtant à ratione τοῦ ὄντος, & τῆς οὐσίας; nam non ineptè rude vul-
gus, opes bona mobilia appellare conſueuit, οὐσίαν vocant. Vnde, & ipſa
diffuſio, vel iactura opum dicitur, οὐσίας φθορὰ, & adagium factum in
philoſophia, quæ ad mores pertinet, οὐσίαν σώζειν, κατὰ τὴν οὐσίαν διδό-
ναι. quin, & in euangelio ipſo (vt videatis contra vos conſpirare ſacra, &
C profana de male prodigo filio legimus, διεσκόρπισε τὴν οὐσίαν αὐτοῦ.
An verò non videtur vobis nefas aſſerere ob id Deum non eſſe eſſentiam;
quia eſt ipſa eſſentia maior, & melior? ſimiliter igitur quia Deus eſt ſupe-
rior ipſa ſubſtantia nobis nefas eſt dicere Deum non eſſe ſubſtantiam. Ita
quod vobis arridet, nos deridemus, & quod vos nũc probatis, ipſi magno-
pere contemnimus. Non poteſt ò amici ratio, & veritas, ex parte conſiſte
re, & ex parte mutare religionẽ: vel vndiq; tollamus neceſſe eſt, vel vſque
quaq; tueamur. ſi propterea Deũ ſubſtantiã eſſe dicere nõ audetis, quia eſt
ſupra ſubſtantiã, cur non apertè negatis eſſe Deũ, quãdo cõſtat quod ſit ſu
pra oĩa quæ ſunt. Iã ſi Deũ eſſe, quod primũ eſt vniuerſæ religionis funda
mentũ, nemo veſtrũ, vt puto negare audet; fatendũ eſt tandẽ igitur, & al-
D ta mẽte intelligendũ, ob id potius Deũ eſſe, q̃ non eſſe ſubſtantiã; quia eſt
ſupra omnem ſubſtantiã. Hoc ſanè eſt ipſi Deo ſubſtantia, & ratio ſubſtan
tiæ; etiam ſupra ſubſtantiam; ſicut hoc eſt Deo eſſentia; quod eſſentiam
antecellit; & hoc eſt illi vita, quod exuperat omnem vitam. quid? An
non, & hoc eſt Deo eſſe Deum, quod eſt ſupra Græcè diximus, ὑπέρθεος.
infra quoque diuinitate ſuperior. Accipite parabolam ò viri pij, pauper
colonus, qui operam, ſepem prætendit, & intexit vineæ.

*Neu ſit pecori, neu ſit peruia furi*

ipſa quoque vitium ſarmenta, & omniũ arbuſtorũ ramos colligit; egerit

 nehos

nehos ipſos,& omnia ad ſæpem applicat? ſic nos dum Dei fidem a bellui- E
nis gentium incurſionibus, & inſidioſis hæreticorum latrocinijs tutã re-
ctè intelligentiæ ſeptis munire,& circundare nitimur, extrema inopia la-
borantes,& notionum,& verborum,quibus propria, & concipiamus, &
loquamur, omnium quorum notiones, & vocabula tenemus, nihil non
congerimus, & applicamus ad Deum ipſum, nimium verè dicentes cum
Apoſtolo quod Deus ſit omnia in omnibus, quamquàm ne fiat prorſus
incõgruè,ex his,quæ meliora putamus,ſecernimus optima. quis enim ne-
ſciat inter decem rerum genera, quorum diuites apud nos ſunt garæ,prin
cipem locum obtinere ſubſtantiam?quòd ſi ſupra cathegorias, eſſentia eſt
multo maior, & melior; quæ propterea apud philoſophos, & theologos
appoſitè admodũ prædicatur; de ipſo Deo tamen, dum nobiſcũ agimus,ò F
Candidi parum Candidi quos non pudet in verbis parare nobis laqueos,
& foueas in quas parũ cauti labamur,qui pleni eſtis ſtrophis,& artibus ad
ludendos, & illudendos nos animales homines (ſic enim à vobis appella-
mur quot quot queſtri ſpiritus ſunt nõ recipimus,ſed relicto Oriente Ro
manam fidem ſequimur apoſtolico ore laudatam) præter vocem eſſentiæ
diuinæ naturæ, ſi quæ alia eſt,conuenientiſsimam,cogimur,& ſubſtantiæ
patientes accommodare aures.Neque enim ignoramus ò Arriani Ariſto-
telicas illas ſubtilitates,ex quorum fontibus, quos & noſtri libauerunt,ve
ſtros riuos deducitis,non continuo extare,vel exiſtere actu,quod eſſe dici
tur,quia ſunt quædam κατ᾽ ἔμφασιν: quædã autem καθ᾽ ὑπόστασιν,neque
ipſi eſſentiæ conuenire generari,& naſci.Itaque,& ipſe Ariſtoteles cõſtan G
ter aſſeueraret,non poſſe non extare,quod ſubſiſtit,ſubſtantiam eſſe quæ
generat; & quæ naſcitur vox ſubſtantiæ, cuius radix eſt ſubſiſtere, minus
inſidijs veſtris patere poteſt quàm vox eſsẽtiæ,quæ ab eſſe deducitur.Ne-
que verò profecto niſi per ſummam fraudem,& malitiam,id quod à viris
doctis in concertationibus alieniſsimum eſſe debet, confinxiſtis Dei filiũ
non eſſe quidem ex eo quod non eſt,ne putaremini aſſerere illum eſſe ex
toto ſimilem cæteris creaturis; ſed tamen verè eſſe ex eo, quod nõ extat,
vt omnino aſſereretis eum eſſe creaturã.tenemus verba veſtra ex nõnullis
extantibus;quæ velut impia prorſus,& auribus chriſtianis indigna,ipſum
quoque Ariminenſe veſtrum Concilium, dum grauiſsimè periclitaretur
Apoſtolica Nauicula, dum ingemuerit totus orbis quia Leonem viciſſe H
Draco videbatur, vt nihil iam ſupereſſet ſpei; tandem præſente Thauro
prætorij præfecto, qui ex iuſſu Regis Synodo aderat, fraude detecta à pa-
tribus, ſanè diu latere technæ non poſſunt, curioſos oculos omnium una
voce damnauit, conclamantibus, & cõſonantibus cunctis epiſcopis, ana-
thema: & tota ſimul eccleſia magno quodam plauſu, & tripudio excepit,
probauitque voces illas iucundiſsimas,filium Dei eſſe verè genitũ de ſub-
ſtantia Dei patris,non factum de Deo nullis extantibus: & non ſolum an
te omnia ſæcula, ſed ante omne omnino tempus,natum ex vtero eius, vt

ſit



A ſit æternus cum patre,& nihil omnino illi anteferatur,& ne pater quidẽ.
quin etiam,ne ſcrupulus aliquis remaneret,vnde ſimpliciores offenderen
tur, palam declarauit falſum eſſe, quod Arianus orbis inſano furore bac-
chabatur. Erat tempus quando non erat filius. Excitato ſanè domino qui
dormire videbatur, ò viri, venti, qui conſurgebant, ſubſederunt; ſedata
eſt tempeſtas,tranquillitas redijt,& (quod orbis longo deſiderio fatigatus
expectabat) inuictos illos Athletas,tantis victorijs,& triumphis glorioſos;
Athanaſium,Hilarium,Euſebium omnium Epiſcoporũ coripheos (qui
propter homouſij fidem,quam è mundo tollere,ante cæteros omnibus vi
B ribus nitebãtur tres illi Arius presbyter, Eunonius Diaconus, & Achillas
lector,primi authores tantæ impietatis,de proprijs ſedibus non ſemel ex-
terminati fuerant,) velut de prælio reuertẽtes Aegyptus,Gallia,Italia oua
tionibus plena, tandem amanter excipere complectique potuit: & notas
illas non iam ad aurem, ſed ſuper tecta, neque in tenebris, ſed in lumine
audiri,& reddere voces.Vna ſubſtantia Dei patris,& filij; conſubſtantia-
lis Deus filius Deo patri. Ecquis ab initio referat inſidias illas omnes, ra-
biemque ſimul,& impetum Arianæ perſecutionis, quæ per omnes Orien
tales eccleſias impune graſſabatur, inſtigante Sathana, ſæuientibus malis
hominibus, diuina patientia ſuſtinente vaſa in interitum, & haud dubiè
ordinatè, diuina prouidentia: & quemadmodum fluctibus, & vndis ma-
C ria agitantur, ſicut tempora currunt variantis cœli vicibus, & mũdus præ-
mitur bellis, ſic Eccleſia continenter exerceatur hæreſibus: Græcos illos
ò homo, fraude dixiſſes Vulpeculas,ui Leones (quieſcebat enim ferè to-
tus Occidens, & Nycenas diffinitiones, tanquàm certiſsima Spiritus ſan-
cti oracula, omnes defendebant, nolebant labefactari, ſententias, & ver-
ba tenebant.) Neque verò alio pertinebant tumultuoſæ illæ, & inſanæ pu
gnæ, ac ſeditiones, Orientis conuenticula hominum cætus iniquorum
eccleſiæ malignantium,vnde demum è modica ſcintilla tantus ignis exar
ſit,mortuo præſertim Semideo illo Conſtantino primo cui Titulus eſt,
ὁ μέγας, magnus ſanè ſplendor orbis terrarum, cui quod non debet, &
antiqua,& noua Roma,atque adeo vniuerſum genus hominum,cuius vi
C ta, vita, mors,mors quoque, mors penè fuit religionis, & fidei. Non alio
inquàm pertinebant, quàm vt in typum omnium hæreticorum aduerſus
antiquam hanc Apoſtolorum,& Apoſtolicorum virorum fidem,& qua-
ſi hæreditarium patrimonium,Arij illi ſeductores, impoſtores, magiſtri
errorum,dicam breuiter ſingulares illæ, & nimium feræ,atque immanes
belluæ, quæ tunicam inconſutilem in fruſta diſcerpunt; quæ extermināt
vineam domini; quæ in letas ſegetes inſpargunt triſte, & infœlix lolium;
quæ perennes iugis aquæ puteos obturantes cauāt paludes, & cloachas ple
nas putoris; quæ deniq; ageribus aggeres, & hortis iungunt hortos, vt vix
agnoſci queat, vbi ſit ille fons ſignatus, Hortus ille concluſus vbi requie-
ſcit Dominus, & meridiatur cum ſponſa ſua, obtinere poſſent vrna, &

 calculis

calculis vnius ſubſtantiæ eſſe Deum patrem, alterius filium; ideoque ſan- E
ctiſsimam Chriſtianorum trinitatem eſſe τριούσιον, non ὁμοούσιον. Quod,
quid aliud erat quàm dicere (claudite queſo aures, qui audituri eſtis, ne
tantæ impietatis vocibus polluamini, nam & ipſe ora polluta ſentio) Tri
nitas non eſt Deus, quia certè vna eſt, eaque indiuidua ſubſtantia æterni
Dei, vt propterea Dei filius (in illum enim vnice, ſerpentes illi vibranti-
bus linguis ſibilabant) vel ſit conſubſtantialis Deo Patri, vel omnino non
ſit verus Deus: quia non poſſunt eſſe duæ ſubſtantiæ ſuperſubſtantiales
Deus pater Deus filius. Ita populus Chriſtianus, qui tũc domito iugo Cru
cis orbe fœliciter germinare incipiebat tanquam herbæ pululantes ſuper
terram, hæreticorum incredibili importunitate; & audacia ſciſſus in par-
tes iam non ad veterem harmoniam canebat Chriſto Deo, & quod dice- F
re lingua refugit, publicè in ipſis etiam gentium theatris ridebatur, & irri-
debatur. Hæc ipſa (inquam, diligente, & vocante, nos Deo magna fęlicita-
tis forte iurauimus) Religio Chriſti Ieſu, ſola verè hoc ipſo Religionis no
mine eſt digniſsim, aquæ omnium ſectarum inanitates implet, erroresq;,
& peccata reprehendit ac deteſtatur, quam propterea Angeli tuentur, ac
defendunt magna ex parte, medius hic mundus amplectitur; & tu noue
Iuda cum exercitibus Demonum ad ſolam illius vocem non potes non cõ
tremiſcere? Aducti erant in eam inſaniam ſummi principes, viri, & fœ-
minæ: (nam Arius docente diabolo, vt orbem deciperet, Sororem Cæſa-
ris ante decepit) illi quoque qui apud eos potentiores erant ab alta, & con
teſtata maiorum virtute degenerantes, authoritate inflati, faſcinati adula- G
tionibus, & pro odio veritatis quo tenebantur mendacio ipſo, ſub veri ſpe
cie coloreque decepti, vſque adeo diuino Iudicio ſui ipſorum obliti vide-
bantur, vt vix abluti maculas profanæ religionis, & vitæ de ſummis fidei
noſtræ arcanis, quæ aut nondum, aut vix attigerant, iudicium ſibi & arbi-
trium vſurpare non vererentur; quaſi verò ex humana voluntate, aut intel
ligentia fingi poſsit, & non potius ex re ipſa pendeat, & ex diuina reuela-
tione tradita non ſit per verbum Dei (quod eſt Chriſtus Ieſus) inuiolabilis
doctrina, & fides, quam mundus, ſi ſalutem cupit, ſequi debeat. Sed ad ex-
tremum demonium meridianum tantam lucem Dominicæ veritatis ex-
pauit, & præualuit ὁμοούσιον: ὁμοούσιον, inquam, non ὁμοιούσιον. Illud eſt
fides, & veritas. hoc hæreſis, & fucus; Is eſt Arianorum candor ſcilicet vt H
ſimplicitas animi. Siccine pulli Columbini, Siccine Arriani. quibus ſunt
pectora niuibus, lacteque candidiora: qui ſimplicitatem vſque adeo iacta-
tis veſtram. Siccine inquam ò Veteratores, & panurgi hæretici, tanta curio
ſitate quæritis iota illud, vt nobiſcum ſimilia, ferè diceretis deſimilia, ſen
tiretis: defenderetis veſtra, & noſtra credere videremini? hic, hic te victũ
teneo quiſquis es Antichriſte. hic totius negotij ſumma verſatur. Debẽt sẽ
ſus cũ verbis, & verba congruere cũ ſenſibus. In eccleſia ſancta Dei, vbi fi-
des regnat, vbi ſimplicitas, vbi pura cõfeſsio, vbi auditur quotidie credidi
propter



A propter quod locutus ſum. non decet loqui in corde, & corde, vt aliud ti-
bi in mente retineas, aliud proferas populo labijs. Nõ. n. æque audiunt do
cti, & indocti: non eſt eadem auris amico, & inimico; indoctos faſcinare
quis non poteſt, præſertim ſi lingua valeat? Docti cuniculos aduertunt,
quibus religio vera ſubuertitur: inimicus etiam in ſcirpo nodum quærit,
amicus etiã praua rectè interprætari ſtudet quoad fieri poteſt. Ergo quo-
ties ventilantur dogmata fidei, vitandæ ſunt ambiguitates verborum, lo-
quendum eſt ſimpliciter; & ut ſimpliciter eſt, cuique credendum, ne ſit;
in ſpiritu eius dolus malus, ſed bona fides. Dicis te ſimpliciter credere,
cur, & non ſimpliciter loqueris? credis quod credimus? loquere quod lo-
quimur. conceptis verbis vtendum, vt ſit cum eodem ſenſu, idem ſer-
B mo. An verò non ſuſpicionem merito mihi facit tua hæc nimia diligẽtia,
qua agis, vt neque tuos offendere, neq; noſtris diſplicere videaris? Sed fru-
ſtra iacitur rethe ante oculos pennatorum. quantum enim intereſt inter
ὁμοούσιον, & ὁμοιουσίον. illud oſtẽdit vnum Deũ, hoc de Deo facit Deos,
Deos quidem aſsimiles, ſed tamen diuerſos, præſertim cum tu etiam illam
ſimilitudinem Græcè ὁμοιοτίτω referas in corde tuo ad vim adoptionis,
& gratiæ tantum, non ad vnius ſubſtantiæ communionem. Ecquàm iu-
ſtè illis ſuccenſeret magnus Thesbites; at verè θεοσεβείς, ò viri à terrifica
voce in eorum aures inclamaret. Vſque quo claudicatis in duas partes ma
leuoli, inuidi, difficiles, moroſi, lucifugi, maledici, monſtroſi? ſi Deus
C non eſt niſi vna οὐσία cur dicere oportuit ὁμοιούσιον? ſi eſt duæ οὐσίας,
cur non apertè negatur ὁμοούσιον. non eſt expoſitio fidei catholicæ, eſt diſ-
ſimulatio perfidiæ Arianæ, Iota littera, quàm malitioſè interpoſuiſtis. ſed
iã vno fine omnia quę hactenus de filio Dei diximus concludamus. Quic-
quid exiſtit, aut creator eſt, aut creatura. Inter has duas οὐσίας nihil omni-
no eſt, ſed ne cogitari quidẽ aliqnid poteſt, quod mediũ teneat. Nã quod
neque eſt Deus, neque creatũ à Deo, non extat pęnitus; imò ne eſt quidẽ
vt potè ex toto ἀνούσιον, non ἐνούσιον. Porrò diuina οὐσία, quod ſuperiori
bus libris longè, lateqne oſtendiſſe meminimus, vnica eſt, & ſimpliciſsi-
ma, vt quicquid verè diuinum eſt, & ad illam Dei ſubſtãtiam intrinſecus
pertinet, neceſſariò ſit ὁμοούσιον, ἑτερούσιον eſſe non poſsit. contra, multæ
D ſunt οὐσίαι rerum creatarum; atque ideò nulla ſpecies eſt alteri ὁμοούσιος,
ſed ſunt omnes. hic enim diuerſæ naturæ, & eſſentiæ ſubſtantiæque
duo inuicem opponuntur, vt idem, & aliud ὁμοούσιον, & ἑτερούσιον. ſi
igitur Dei filius eſt uerè ἐνούσιος, & non ἀνούσιος, quando etiam hæreti-
cis conſtat, quod non ſit ἀνυπόστατος, quippe quo omnia conſtant, poſt-
quàm omnes creaturæ ſunt alterius naturæ, & eſſentiæ ab illo, nam per eũ
non hæc, vel illa tantum; ſed omnino omnia creata ſunt, neceſſariò opor
tet vt ſit æternæ illi ſubſtantiæ Dei patris, ex quo naſcitur ὁμοούσιος, hoc eſt
vt vertit ſancta Romana eccleſia, neque enim vna Latina voce reddi po-
tuit verius, expreſsius, ſignificantius, conſubſtantialis. O' ſi ſtetiſſes Arri


in ſub-

in ſubſtantia Dei, ſi ſtetiſſes inquàm in Chriſto, qui eſt illa ipſa tota ſub- E
ſtantia, non diſcerpta, non diſtracta, non diuiſa, non effuſa, vna integra
tota, inſectilis, & tamen infinita, in patre ſimul, & filio, communicata
filio ab ipſo patre; ſed ſubſtantia filij Dei fuit quaſi nihil ante te. An verò
ipſe Deus, ò viri Docti non meminit ſuæ ipſius ſubſtantiæ in ſacris litte-
ris? Et quid eſt ὑπόστημα, & ὑπόστασις Dei in ſeptuaginta interpretibus
apud Hieremiam prophetam; & apud Paulum Apoſtolum, ſi nō eſt ſub-
ſtantia: aut certè, quod vt delicatuli magis faſtidire videbuntur; ſic viri
graues aliquanto magis probabunt, ſubſiſtentia? quanquàm utraque vox
odioſa eſt fortaſſe latinis auribus; perinde ac eſſentia, & exiſtentia. Certè
verò non οὐσία ſed ὑπόστασις, aſſumpſit naturam hominis in Chriſto, vt
omnino in ſanctiſsima illa Trinitate ſit alia, & alia ὑπόστασις pater, & fi- F
lius, ſed vna tantum οὐσία: ideoque, quod initio propoſueram, Dei filius
ſit Deo Patri non ὁμοϋπόστατος, ſed ὁμοούσιος, in quo vt diuus Paulus dixit
habitat corporaliter σωματικῶς (tu ne erubeſces dicere ſubſtantialiter
οὐσιωδῶς, hoc enim præterire non licet) omnis plenitudo diuinitatis.
ænigmata loquimur fratres dilectiſsimi, cum diuina loquimur, vt qui ni-
hilproprium habentes, quicquid dicamus ſemper aliena dicimus, ideoq;
de ſanctiſsima illa Trinitate nō nitamur noſtro ingenio, ſed inhæreamus,
& credamus ſacris litteris. Non ſumus edocti à philoſophis, ſed à piſcato-
ribus. Complacuit Deo ſaluum facere populum in ſimplicitate fidei, non
in contentione ſermonis: ſi dicerent Deo, & hominibus amabiles, Panu-
tius, & Spiridion, ſi hodie inter nos agerent, Viri, duæ inquàm illæ oliuæ, G
& duo Candelabra; quæ tanta cum gloria diuini nominis in Concilio Ni-
cæno ſuper omnes doctiſsimos viros ſanctitate miraculis exiſtimationeq;
floruerunt; & cur nos aliquando non deſinamus quærere exemplum hu-
ius Homouſij in creaturis? Non veremur ſaltem vocem illam Dei percu-
tientis temerarias haſce noſtras cogitationes? Cui me inquit ò mortales
ſimilem feciſtis? Habeat, habeat diuina maieſtas generationis huius ęter-
næ incredibilem hanc gloriam, vt filius Dei non ſit ὁμοφυής, ſimul natus
cum patre; quia pater non eſt natus: non ſit ſolum ὁμογενής patri, vt ani-
mal animali: non ὁμοειδής ſolum, vt homo homini: non modo ὁμούγειος,
aut ὁμόφυλος, vt vicinus vicino, & inter indigenas alter alteri; ſed ſit verè
ὁμοούσιος, qualis non eſt, neque eſſe poteſt caro carni, aut ſanguis ſangui- H
ni, natus ex patre; ſed æquæuus patri; & non minor patre æqueuus, ne ſit
Deus recens; non minor, ne ſit alius, vel alienus Deus. eſt plane recens, ſi
non eſt æternus; eſt & alius, vel alienus, ſi non eſt idem Deus. Quid hic te
torques Arri? Deus filius creator eſt, ſicut pater, quanquàm ex patre, imò
ille idem creator, qui, & pater, quia non ſunt duo creatores, ſed vnus crea-
tor pater, & filius; quin, & eadem creatio eſt patris, & filij. An igitur tem-
pore includitur, an initio præuenitur Deus filius, & non ſimul etiam ipſe
pater? Oraculū, ante me non eſt formatus Deus, & poſt me non erit alius.
Oro



A Oro te quis hæc loquitur in prophetis, pater ne, an filius? ſi pater, crede di-
cēti, poſt me non erit Deus; ſi filius, crede dicenti, ante me non eſt Deus.
quocumque te uertas, Verpe, Verbum Dei effugere non poteris, quo etiā
confringuntur capita Draconum in aquis. Pater poſteriorem non habet
filium: Filius anteriorem non habet patrem. Ecce piſcator inuenit, quod
philoſophus ignorauit. Nam quis dicat, ſi aliquando filius eſſe incępit,
quod non ſimiliter incęperit pater eſſe pater tanti filij? Iungat, iungat
igitur reuerentia numinis patri filium: quos ipſa diuina natura cōiunxit;
humana opinio non ſeparet: non ſeparet inquàm in mentibus veſtris im-
pietas, quos ipſa generationis diuinæ ratio in fide catholica copulauit. Ni-
hil in patre prius filio, neque aliquid ſine filio: eſt in filio Pater, eſt in Pa-
B tre filius, & in toto totus; alius quidem quia eſt filius, ſed certè non aliud,
quia eſt Deus. Verè filius, quia à ſe facere nō poteſt quicquā; Verè Deus,
qui quæcunque pater facit, hæc & ille ſimiliter facit. Verè idē Deus, quia
qui videt filium, videt, & patrem. Quid? Quid fugis? Quid refugis vena-
tores tuos qui te venantur ad vitam non ad mortem, miſer? Quid inquàm
fugitas; & in morem Parthorum vt euadas ὁμοούσιον, inuadis nos per ὁμο-
ιούσιον, per imaginem, per ſimilitudinem, quia ſimile cognoſcitur per ſi-
mile, atque ideò pater, per filium? Eſt quidem ea uis imaginis, vt in ea, &
per eam videatur, is cui eſt imago; & nemo ſibi imago eſſe poteſt: & Dei
filius eſt imago Patris, non corporalis, non fucis compoſita, non ceris in-
C ſculpta; ſimplex ſubſtantia, egrediens de patre, expreſſa de fonte; quin
quod, & lex, & prophetæ, & euangelia ipſa teſtantur, nō ſolum eſt imago,
ſanè monſtrat quod ſit ſimilis, character quod ſit expreſſus, ſplēdor quod
ſit æternus; ſpeculum quod non ſit eo, ne neutus quidem vnus. Verum
enim vero, vt ſtent hæc omnia, non impletur verbum Chriſti niſi ὁμοιου-
σίῳ addas ὁμοούσιον. An non audis in Euangelio. Philippe quomodo tu
dicis oſtende nobis patrem? Non credis quia Pater in me eſt, & ego in Pa-
tre? Ecce res, & imago. Imago eſt Patris quatenus diſtinguitur à patre:
at res eſt, & veritas, quatenus cum eodem patre eſt vna natura: eſt imago,
per ὑπόστασιν: eſt Veritas, per οὐσίαν. Vna veritas, vna οὐσία, ob id Paulus
eum vocat figuram τῆς ὑποστάσεως, nō τῆς οὐσίας. Planè imago eſt Deo
D digna, ad viuum expreſſa quia non facta ſed nata, non inanis quia virtus,
æquata quia iuſtitia, perfecta quia ſapientia, non ludificans quia veritas,
non muta quia verbum, viua, & vitalis quia vita, & reſurrectio mortuo-
rum. An non igitur, & res ſimul ò viri? Imago eſt quia filius, Res eſt quia
Deus, & idem Deus αὐτοτελής, αὐτοσοφός, αὐτοδυνάμος, nempè virtus
& ſapientia Dei Patris exiens à patre tanquàm alia perſona; ſed manens in
patre tāquàm eadem ſubſtantia, vel Natura. Numquàm hic filius incępit
eſſe Deus, neque vmquàm profecit in Deum, neque aliud fuit vmquàm
antequàm Deus eſſet, neque vmquàm aliquando nihil fuit. filius eſt, ideò
habet patrē; Deus eſt, ideo habet æternitatē. ex patre habet vt ſit, ex æterni

 tate

tate, vt ſemper ſit. ergo nunquàm nõ erat filius quando erat Pater Deus: E
ſicut enim nõ prius erat Deus, antequàm eſſet pater; ſed ſimul erat pater,
& Deus, ita ſimul etiã erat pater & filius. Annue dictis ò fili, & qui digna-
tus es effici caro, & frater noſter, in quo pater ſibi æternũ complacuit; per
quem placata eſt nobis anima eius; Hæc quæ tuo ipſius numini, quaſi pia
thura litamus; vultu ſereno benignus accipe; & mihi præcor paruulo atq;
balbutienti; qui immenſas tuas laudes cãtare geſtio tanq̃ pia mater arride.

## *Spiritus Sanctus cum Patre, & filio Deus. CAP. VII.*

QVA`M vellem Chariſsimi, quàm optarem, vt ad
hauriendas ſub Deo ſpirabiles auras, quibus refri- F
gerata caro mea, & extenuata in ſpiritum non in-
digna loqueretur de ſpiritu: liceret mihi cum ſemi-
ne Abrahæ egredi de profundis penetralibus do-
mus, & meditari paulò liberius, atque etiam iocun-
dius foris in agro. In agro cui de rore cęli, & de pin
guedine terræ benedixit dominus: in agro, vbi altè
iacet defoſſus, & abſcõditus ingens theſaurus. Adiuro vos Agreſtes Nym
phæ per Capreas Ceruoſque camporũ interclusam hãc animam, anhelan-
tem hunc ſpiritum meum, vobiſcum ducite, vt videam quàm prętioſa eſt
huius agri poſſeſsio; à fructu frumenti, quo electi fruuntur, & vini germi
nantis virgines, & olei quo omnes inungimur vt à Chriſto chriſtiani ſi G
mus. Hactenus ingreſsi alta cœlorum Palatia, longas moras traximus in
contemplatione filij Dei; ò ſi poſſem nunc egredi ad humiles caſas, & re-
frigerari in filio hominis. Ille eſt ros cęli, hic eſt pinguedo terræ; ille eſt the
ſaurus, hic eſt ager, & dicerem quidem quod dicit omnis emptor, Malum
eſt, malum eſt, eſt ager figuli, eſt ager ſanguinis, eſt ager ſepulturæ peregri
norum, ſed cum recederem gloriarer quod nullæ diuitiarũ gazæ huic tan
to ſecreto agro valeant cõparari. Ecquę gratiæ odorum; quæ odoramen-
ta virtutum deeſſe poſſunt ei, qui dicit cognoui omnia volatilia cœli, &
pulchritudo agri mecum eſt, & cui dicitur, emiſsiones tuę paradiſus, Nar-
dus, & Crochus, Myrrha, & Aloe, Fiſtula, & Cinamomum cum vniuer-
ſis lignis Libani? ſic letus, & exultans diſtraherem omnia quæ in mundo H
ſunt, & me ipſum dono donarem, vt emerem agrum illum; vbi purum,
& liquidum lambẽs aerem ad fluuiũ procedentem de ſede Dei, & Agni;
quo irrigatur ſuperius, & inferius, delectatus dulci illo murmure; Ecce
odor filij mei, ſicut odor agri pleni, traherem ab alto vitalem ſpiritũ. Vah
infidelis fides, Vah impia pietas, quæ vel confundis Deum cum homine;
vel diuidis à Deo hominem; quæ in domino noſtro Ieſu Chriſto, aut ho-
minem tantum, non ſimul credis, & Deum, aut Deum ſolum, non ſimul
confiteris, & hominem. quæ inquàm furaris theſaurum, & ne ſignum
quidem



A quidem aut amoris, aut honoris exhibes agro. Pijs, & domeſticis fidei,
qui veſtiti duplicibus, vt rectè offerant, rectè diuidunt, aliud eſt ager,
aliud theſaurus; alia eſt natura Dei, alia natura hominis. Porrò quia the-
ſaurus eſt in agro, Deus in homine; nam idem Ieſus eſt homo, & Deus,
non theſaurum ſolum, ſed propter theſaurum, agrum quoque cum the-
ſauro venerantur, & colunt, offerentes Deo ſacrificium laudis, & cõfeſsio-
nis, & fidei ipſius diuinitatis in humanitate, & humanitatis in diuinitate;
Nequecum Euthycete permiſcentes naturas, neque cum Neſtorio per-
ſonam in fruſta diſcerpentes. ſed enim cathenati labores, quos ſuſcepi-
mus de vno trinoq; Deo, ò Viri vix patiuntur vt ſermonem noſtrũ inter-
rumpat, aut diuina humanitas, aut humana diuinitas Chriſti Ieſu, quando
B continuatio, ac ſeries, quę exordium habet à patre, progreſſa ex patre in fi-
lium, per vtrunque tendit in Spiritum ſanctũ, terminũ beati illius, & (ſic
mihi dicere liceat) superſubſtantialis diuini ordinis; atque ideò ſiſtendũ
nunc nobis in Chriſto, quà Deus, abs quo ſpiratur Spiritus ſanctus, & nõ
dũ vertendus ſtylus ad Chriſtum, quà homo, in quem ſpirat emiſſus. Sit
nobis ſana fides, ſit integra, inuiolataq; cõfeſsio Dei, & hominis, poſſeſsio
inquàm ſit tota, & plena theſauri cũ agro, ne illegitimè videamur frui the-
ſauro abſque iure, & titulo agri: ſed ſuſtinete interea mecum, vt ante la-
tum ſermonem de Chriſto homine, compleatur ſermo de Spiritu ſancto;
quem ille cũ patre ante ſæcula emittit, quà Deus eſt. imperfectũ eſt totum
vbi aliquid deeſt à toto; & propterea vbi deeſt Spiritus ſanctus, vel omni-
C no abeſt, vel fruſtra adeſt Pater, & Filius. Hoc ad fidem directo ſpectat, &
pertinet; quo ipſo ſtatim initio, à Græcorum erroribus, à ſuperſtitione
Iudæorum, & ab hæreticorum prauitate liberemur; ideoque non tam ar-
guta, & fluxuoſa, quàm aperta, & ſimplici eſt oratione dicendum, vt om-
nes qui legunt intelligant; & confundantur, & erubeſcant, qui blaſphe-
mias euomunt in Spiritum ſanctum: & lætentur, & gaudeant, qui digni
facti ſunt Spiritu ſancto. Neque enim, vt dicere aggrediar, putare debetis
Spiritum ſanctum eſſe, aut tertium, aut tertio Deum; ſiquidem, & pater,
neque primus, neque primo, filius neque ſecundus, neque ſecundo Deus
eſt; ſed in ipſa illa æterna diuinitate Spiritus ſanctus tertia perſona, cum
Patre prima, & Filio ſecunda, vnus eſt verus, & viuus Deus, qui à patre
D procedit, qui de filio accipit, neque deſerit patrem, neque exhaurit filiũ,
ab vtroque emiſſus, à neutro alienus, vtrique ὁμοούσιος, non ſimul eſſen-
tialis tãtum; ſed, quod multo plus eſt, conſubſtantialis, quia non eſt alte-
rius cuiuſdam æqueuæ, ſed illius ipſius vnius ſubſtantiæ, ſine initio, ſine
tempore, in ipſa æternitate: de quo ſicut de ipſo filio nimium verè dici-
tur. Non erat quando non erat; Hæc eſt fides ſine ambiguitate, citra con-
tentionẽ, abſque curioſitate. Ex hac fide iuſtitia, ex hac confeſsione ſalus,
immortalitas, adoptio filiorum Dei. Hæc fides eſt ex auditu; auditus eſt
per Verbum Dei; Verbum Deus Pater miſit, Spiritus ſanctus reuelauit.
Quàm

Quam debes Patri,& filio ò homo,tam debes huic,quem loquimur,ſpiri- E
tui ſancto.Nam quid mittere, aut mitti profuerat, niſi manifeſtari pro-
fuiſſet? Audite & intelligite. Olim quidem apud Epheſum Ioniæ Vr-
bem inſignem fama, tunc templo Dianæ:poſt modum verò præſentia, &
in omne æuum memoria Iohannis Euangeliſtæ,licuit paucis illis Chriſti
colentibus,vt interrogati, an credendo recepiſſent ſpiritum ſanctum, re-
ſponderent, & fortaſsis abſque omni culpa. Ne illud quidem ſi eſt ſpi-
ritus audiuimus vnquam. At vero nos,qui non iam veſtibulo ſumus,ſed
penetrauimus ad interiora velaminis,baptizati in nomine Patris,& filij,&
Spiritus ſancti ignorare ne poſſumus, ſit an non ſit Spiritus ſanctus? Præ-
ſertim cum Euangelium vbique doceat Chriſtum Ieſum hominem fa-
ctum fuiſſe ex virgine ſuperueniente virtute, & obumbratione Spiritus F
ſancti: In Iordane habuiſſe teſtimonium plenum gloriæ, & honoris à Spi
ritu ſancto; Expuliſſe dæmonia,& exultaſſe in Spiritu ſancto, obtuliſſe ſe
hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis per ſpiritum ſanctum: prædicatum
fuiſſe in gentibus,linguis igneis ſpiritus ſancti,creditum in mundo,per fi-
dem quam partitur vt vult Spiritus ſanctus. Agnitum, & declaratum filiũ
Dei ex reſurrectione à mortuis, ſecundum Spiritum ſanctum: aſſumptũ
in gloria ſuper omnes creaturas, vt more triumphãtis effunderet ſpiritum
ſanctum. Denique ſuum ipſius Corpus quod eſt Eccleſia non alia anima
viuificaſſe, formaſſe,perfeciſſe quàm Spiritu ſancto. Ignoret profectò ne-
ceſſe eſt,Vtrum aliquid ſit ipſe Ieſus Chriſtus, an vſpiam ſit hæc ipſa eccle- G
ſia,num ipſe numero ſaltem pertineat ad eccleſiam,Quicunque ignorat ſi
in rerum natura extat Spiritus ſanctus immo verò, & ineptiæ tandem ar-
guet ſimbolum Apoſtolicum,quo ante eccleſiæ fidem,docetur fides Spiri
tus ſancti, quiſquis crediderit eſſe poſſe Eccleſiam Chriſti ſponſam ſine
Spiritu ſancto. An non vbique reſonat doctrina hæc noſtræ fidei, Cre-
do in Spiritum ſanctum,ſanctam eccleſiam? Extabat ab initio eccleſia,ſi-
cut,& ſponſus Chriſtus eccleſiæ, vt qui nunquam eſt ἄγαμος, nunquam
πολύγαμος, ſed nouiſsimis diebus reuelata fide, & celebratis nuptijs in
thalamo Virginis, nunquam generatio illa quærentium faciem Dei Iacob,
hoc ipſi inſigni titulo,clara,& illuſtris fuit,vt Eccleſia vocaretur, niſi com
pletis quinquies decem diebus à Chriſti reſurgentis victoria,& triumpho, H
cum facto de cœlo repente ſonitu ferè vt olim, cum Deus ferret legem in
Syna,Spiritus ſanctus inuſitati miraculi ſtupore replens orbem terrarum,
quas in Babelis ædificio linguas diſperſerat, pro ædificanda eccleſia cõgre-
gauit. Tum primum enim,calore illo excitati in vitam, & in ænergiam
vitæ Apoſtoli,ex omni natione, quæ ſub cœlo eſt, non tam vt ſignifican-
ter loquar congregauerunt,quam noua lingua, & noua verba loquentes
conuocauerunt multitudinem virorum,& mulierum, vt non iam in Tur
ba hoc ſanè nomine appellabantur Chriſtiani, etiam die illa, qua plenus
ouationibus Chriſtus cœlos conſcendens, ſedere cœpit ad dexteram Dei
Patris,



A Patris,ſed in eccleſia,in eccleſia magna, in populo multo, & graui (voces
ſunt prophetarum ad honeſtandos cœtus noſtros) laudarent Deum Pa-
trem Filium,& Spiritum ſanctum. Lege vigilanter, & perlege vtriuſque
teſtamenti ſcripturas,coniũge vetera nouis,& noua veteribus. Pollicitus
erat Chriſtus Ieſus ſe ædificaturum,non Ariſtocratiam,non Democratiã,
ſed Eccleſiam.Eccleſiam ſuam;aduerſus quam nullę hominum vires,nul
li terrarum motus,nulla cœlorum fata,nullæ demum Inferorum Portæ vl
lo vmquam tempore præualere poſſent. Hanc non ſemel parabolis,Ale-
gorijs,nudis etiam ſermonibus appellabat regnum. Regnũ ſuum, Regnũ
Dei,Regnum Patris,Regnum cœlorum. Iohannes Baptiſta, qui miſſus à
Deo ex antris deſerti prodierat in conſpectum hominum, vt exoriens tã-
quam Lucifer noui Solis Aduentum nunciaret, teſtificabatur eſſe iam in
B Ianuis,hoc ipſum Regnum, hanc ipſam Ieſu Chriſti Eccleſiam. Oracula
prophetarum,quæ vaticinabantur de Regno Dauid, & de Domo Iacob,
cuius non eſſet finis,nec rerum,nec temporum de regno illo omnium ſæ-
culorum; quo Monarchiæ omnes abolendæ, & ipſum quoque Roma-
num Imperium,cuius viribus cætera comminuta fuerant conterendum eſ
ſet,& ſingula,& omnia interpretantibus ipſis Apoſtolis alludebãt, ad hoc
ipſum quod non eſt de hoc Mundo Chriſti Regnum,ad hanc ipſam noui
nominis,nouæq; Maieſtatis Rempublicam ſanctam Chriſti eccleſiam, in-
quam etiam, ſi verba penitus introſpicias,velut faciem, & digitum inten-
dere videbantur. Turbæ,& pueri,qui Domino Noſtro Ieſu Chriſto,dũ
C Hieroſolymam ingrederetur,acclamabant Benedictum,Quod venit Re-
gnum Patris Noſtri Dauid, Deo illis præferente lumen, haud dubiè hoc
ipſum Eccleſiæ naſcentis Regnum non videndo videbant,non intelligen
do intelligebant.Iam laudibus,& quibus titulis, collatione facta euange-
lij, & legis;obſeruataque penitus ſinagoga Iudæorum, hanc ipſam Chri-
ſtianorum Eccleſiam per illuſtres allegorias ornauit Magiſter Orbis Apo
ſtolus?Acceſſiſtis,inquit o fratres,fratres,non iam carne ſolum,ſed,& ſpi-
ritu.Acceſſiſtis inquit ò fratres ad montem Sion, ad Ciuitatem Dei viuẽ-
tis,ad Hieruſalem cœleſtem,ad multorum milium Angelorum frequen-
tiam,ad eccleſiam primitiuorum,qui conſcripti ſunt in cœlis. Hic modo,
rogo te ego,quicunque es.Ecquando ſeſe exerere cœpit, & oſtentare vi-
D res ſuas,hoc ipſum Regnum Chriſti,hæc ipſa eccleſia ſancta Dei? Chriſto
ne naſcente? nato? viuente, conuerſante, moriente,mortuo, rediuiuo?
Certè poſthæc omnia. Chriſtus Ieſus aſcendens in cœlum, puſillum admo
dum,numero,& viribus gregem reliquit; erant enim qui Chriſtum cole
rent,& illius doctrinam ſequerentur, Vix centum,& viginti; qui etiam
vſq; adeò perculſi erant metu,& terrore,vt in montibus,& ſub tecto,per-
fugio doloris latebras fouerent,neque ex tenebris auderent erumpere. At
verò illo ipſo,quinquageſimo die anniuerſario, quinquageſimi illius ab
exitu Iſraelis de Aegipto;cũ miſticus ille ignis ſpiritus ſanctus à facie Dei,
Chriſto

Chriſto, foris luculenter exarſit, & ſemiextincti carbones, Apoſtoli rur- E
ſum ſuccenſi ſunt ab eo , vt per illos vbique terrarum ad Chriſti gloriam
ſumarent aræ,& caſti foci lucerent,quàm mutata eſt rerum facies? quàm
ſublime factum eſt regnum, quàm aucta eſt,& dilatata eccleſia? Nam ho
ra tertia diei erumpunt portis,cõcurritur vndique, ſubito clamore replen
tur, & illuſtrantur omnia. Apoſtoli non iam quaſi homines,ſed quaſi Dij
ſimiles hominibus incipiunt eſſe terrori ſinagogæ, & principibus Iudæo-
rum. Petrus prædicat promiſsiones Chriſti factas circumciſis,& præputia-
tis: interprætatur pſalmos, & prophetas, & oſtendit palàm Chriſtum da-
tum in ſalutem non vni populo, ſed vniuerſo orbi terrarum . Tres homi-
num Chiliades tinguntur in aquis ſalutaribus,& in faciem principũ Chri
ſti gloriam confitentur,& prædicant.tum in dies magis,ac magis,creſcen- F
tibus animis Chriſtianorum,Pilatus,& Herodes per fora,per vicos in cõ-
ſpectu vniuerſæ plebis traducuntur, & velut in exemplum proponuntur
deridendi,quod aduerſus dominum, & aduerſus Chriſtum eius, omnes
illi ſui ipſorum conatus inanes, & irriti fuerint : quod nihil tandem factũ
ſit præter illud , quod manus , & conſilium Dei in Chriſti, & chriſtianæ
gentis gloriam fieri decreuiſſent. Anania,& Saphyra coniux,quoniam in
re, & ratione numaria Spiritui ſancto mentiti erant, portentoſo interitu
cernẽtibus cunctis dum obiurgat eos Petrus repente exanimati, velut do-
mino ſuper eos tonante,& fulgurante concidunt in terram. Ecquid tam
Regium? tam tremendum? ac formidabile? quid? quod,& Paulus plenus
Spiritu ſancto , oculorum acies vibrans in hominem Magicis artibus, & G
carminibus potentem. (Res numquam audita prius)ſubita illum cæcitate
percuſsit,vt appareret, quod hæc ipſa conſtitutæ eccleſiæ initia , & funda-
menta Regni cœleſtis, perinde , ac veteris ſynagogæ olim, ad æternã ho-
minum memoriam, & exemplum firmata etiam eſſent, & ſtabilita terro-
ribus. Acceſsit, & publica illa,& exemplaris vltio Herodianæ temeritatis.
Cum enim impius rex affliggeret eccleſiam, neque contentus Iacobi ne-
ce,illum ipſum Petrum quem eccleſiæ caput cõſtituerat Chriſtus,in vin-
cula cõieciſſet, dum veſtitus veſte regia ſederet pro tribunali ſtipatus ma-
gno agmine adulantium qui illi acclamabant Deus,Deus, voces Dei non
hominis, voces Regis noſtri ; mox ab Angelo percuſſus,abſumptus à ver-
mibus expirauit . Non eſt prætereundum admirabile illud ſignum maie- H
ſtatis, & authoritatis,quo non terror quidem odij,& indignationis parẽs,
ſed timor ſanctus,inſeparabilis amoris Comes,natus eſt, qui, & in cordi-
bus omnium peperit reuerentiam Imperij, & Magiſtratus Eccleſiæ Chri
ſti Ieſu ; Nam miniſtrantibus quibuſdam diſcipulis , & ſacra facientibus
domino , dixit Spiritus ſanctus ſegregate mihi Saulum , & Barnabam in
opus ad quod aſſumpſi eos . Tandem verò,ne in immenſum creſcat Ora-
tio,ſublime illud Chriſti tribunal erigitur, e quo in vniuerſum terrarum
orbem vox illa audita eſt . Viſum eſt Spiritui ſancto , & Nobis . Quid ad
hæc



A hæc dicemus fratres? An non iam ſatis conſtat ſi conferamus ea ; quæ de
Chriſto Ieſu leguntur,ante cęleſtem hanc Spiritus Sancti Paracleſyn cum
ſignis,& virtutibus ſpiritus ſancti , quæ vbique in veteribus noſtræ Reli-
gionis hiſtorijs continentur,illa huc ferè ſpectare omnia , vt qui naturalis,
& Aequæuus filius Dei erat , ſe quoque eſſe verum hominem naſcendo,
viuendo, moriendo , & reſurgendo comprobaret : hæc contra in eũ ſco-
pum directa eſſe dubitare non poteſt? Immortales tibi agamus gratias Do-
mine Ieſu Chriſte qui vt Deus Homo, pro nobis effudiſti ſanguinẽ tuũ,
Sic homo Deus nobis infudiſti Spiritum ſanctum tuum . Inde ſemel rede-
miſti Deo homines,hinc ſemper homines reformas in Deos. Inde proba-
ſti,quod aliquando eras,& non eras homo,hinc ipſi vidimus, & cognoui
B mus,quia ſemper eſt Deus. Illic vidimus deſpectam ſpeciem tuam, nec re-
putauimus;hic videmus gloriam tuam,quaſi vnigeniti,& adoramus;quia
tunc fides erat,tanquam exiguum granum ſinapis,nũc facta eſt arbor ma-
gna,& procera,ſub cuius vmbra inuiſibiles quoque cœli volucres requie-
ſcunt. Ita eſt viri, Ita eſt, Vix nato Chriſto intellexerunt pij,& hodie intel-
ligunt,iacta tunc fuiſſe in terram ſemina huius Regni cœleſtis , hinc Regũ
orientalium voces Vbi eſt qui natus eſt? Adoleuit ſemen per omnem
vitam,vt incrementa ſibi compararet ex morte;Sanè, & granum frumen-
ti in terram cadens,niſi mortuum fuerit,non exurgit in ſegetes:ob id vici-
nus morti dicebat Chriſtus. Venit hora,vt glorificetur filius Hominis. E-
go ſi exaltatus fuero à terra,omnia traham ad me ipſum : Rediuus autem,
C Data eſt mihi inquit omnis poteſtas in cœlo,& in terra. Ite, Prædicate, Do
cete , Ecquis dubitat,quin Regnum naſcentis Eccleſiæ,cum vires magnas
acceperit,& cum diſcipulis aperuit mentem,vt ſcripturas intelligerent , &
interprętarentur; & cum ora ad ora ferens ſuauem olentem Spiritum ſuũ
in eos ſublimiter inhalauit. Porrò vires illæ eximiæ , ſecretæ erant ; neque
oſtentandæ in publicum,donec induerentur virtute ex alto : ſic enim ille
præceperat. Expectate, Durate, Maturate: Vnde, & propoſuerat ſimilitu-
dinem,vel parabolam mulieris parturientis,quæ dolores parturientis ha-
bet,& cruciatur,vt pariat : Significabat enim,quod ipſe nondum peperiſ-
ſet,quod illi nondum regnare poſſent , quod ſuum ipſius Regnum , non
dum robur;& omnes neruos ad ſtabilitatem,& firmitatem accepiſſet; Ec-
D quid eſt hoc,niſi quod quæcunq; ille egerat,aliũ paracletum deſiderabãt;
ipſum inquam Spiritũ ſanctũ,Spiritum Chriſti,Spiritũ Dei,ſpiritũ Deũ,
Deum Verum,Deum Viuum ; per quem , vt audiſtis tanto miraculo om-
nia facta, & perfecta ſunt . Quem propterea non ſecundum quadam ho-
noris ſignificatione,ſed illa ipſa primaria,& maxima qua Deum colimus,
ob illum ipſum vnum dignitatis gradum, & apicem, quem ab omni æter-
nitate,diuinitas ipſa obtinet ſuper omnem naturam adoramus, & glorifi-
camus cum patre,& filio religioſè ac piè iuxta Pauli Apoſtoli Doctrinam,
τῷ πνεύματι λατρεύοντες. quàm tibi omnes,qui Chriſti dedimus nomen,
per-

perpetuè debemus O Paule, quod Cathechizans Epheſios, non iã Chriſti E
ſolius, ſed, & ipſius quoque Spiritus ſancti fidem ab illis conſtanter exegi-
ſti. Frater tuus Chariſsimus Petrus, reuelante Patre inuulgauit fidẽ Chri-
ſti filij Dei viui. Tu Ieſu Chriſti Apoſtolus, ſegregatus in euangelium nõ
ab hominibus, neque per hominem, ſed per Spiritum ſanctum docuiſti
nos fidem Spiritus ſancti. Ecquis credere poſsit, quod Chriſtus ſit Deus, ni
ſi, & ſimul credat Deum eſſe Spiritum ſanctum? Cuius vnius magiſterio
quiſque Chriſtianus eruditur fide, imbuitur ſacramentis; & ſancta atque
Deo accepta mandatorum obſeruatione dotatur. Eſt ne verò, ò viri Chri-
ſtus Deus Caput Diuini huius & admirabilis Corporis, quod eſt Eccleſia,
& non eſt Deus Spiritus ſanctus, qui huius ipſius Corporis eſt velut Cor, F
& velut anima? Sanctificat Chriſtus, Sanctificat, & Spiritus ſanctus: loqui
tur in Sanctis Chriſtus, loquitur, & Spiritus ſanctus. Mittit legatos Chri-
ſtus, mittit, & Spiritus ſanctus. Certè Chriſtus dicit Spiritus Domini ſu-
per me, eo quod vnxerit me, ad prædicandum manſuetis miſit me. Paulus
Apoſtolus vocat ſe vinctum, & Ieſu Chriſti, & Spiritus Sancti, & dicit Iu-
ſtificati in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, & in ſpiritu Dei noſtri. Le
gimus, nemo poteſt Spiritum Sanctum accipere niſi à Domino; & nemo
poteſt dicere Dominum Ieſum niſi in Spiritu ſancto. An verò obliti eſtis
quid dixerit Princeps Apoſtolorum Ananiæ. Anania cur dediſti locum
Sathanæ vt per auaras, & ſordidas cogitationes in cor tuum malitiæ ſuæ G
virus, nequiſsimus ille veterator inſenſaret? Putasne quod mentitus ſis
creaturæ? mentitus es creatori, mentitus es Deo, mentitus es Spiritui ſan-
cto. Apertè nimium ſignificauit quod non poteſt eſſe πνευματομαχία
ſine θεομαχία. Quid quod tanto ſerio admonuit Chriſtus Ieſus, remit-
tendum abs Deo ſcælus homini, Qui blaſphemauerit in patrem, vel in fi-
lium; porrò nunquam remittendum, ſi quis blaſphemmauerit in ſpiritum
ſanctum. Ite, Ite, Syrenes, Panes, Centauri, Semiariani inquam, & ſemior-
thodoxi, Religionis, & hæreſis monſtra; Qui pacem habere putantes cum
filio propter fidem, & confeſsionem vnius ſubſtantiæ, cum Patre impia
bella geritis aduerſus Spiritum ſanctum non numerantes illum in conſor H
tio Maieſtatis Diuinarum Perſonarum; propter vos haud dubiè increata
illa, & incarnata ſapientia Chriſtus Ieſus, maius quidpiam dixit de Spiritu
Sancto, vt vobis pugnantibus, & repugnantibus catholicis, ſaltem par, &
nulla ratione minor, aut inferior eſſe credatur vel Patre, vel filio. hic
ipſe Spiritus ſanctus eſt: Deus ſicut, & Pater, & filius, quanquam non
eſt & homo, ſicut filius, ſed cum Patre ſolum Deus: per quem filius homo
factus æternum remanſit cum homine Deus. Quis ſcit ò Viri, ſi ad æne-
canda hæc monſtra, illud quoq; tanto ingenio factum ſit, vt in lingua ſan-
cta hoc ipſum nomen fœminea voce efferatur. רוּחַ הַקֹּדֶשׁ Maſculina
apud nos lingua; porrò græca, quæ chriſtianæ theologiæ fons eſt præ-
cipuus, voce neutralis generis τὸ πνεῦμα, τὸ ἅγιον: teſtificari enim vide-
tur



tur hæc ipſa tanta linguarum varietas, quod diuinitas Spiritus ſancti, vt
nullius ſexus; ſic ſit nullius generis, ſuper omnia genera omnia replens,
omnia continens, ipſa nullis contenta finibus. omnia inquàm, & nihil
omnium, quod ſanè, & ſuperiore libro monſtrabamus, eſt maximè pro-
prium illius ipſius naturæ Dei. Audeamus, audeamus dicere ſicut nemo
nouit filium niſi Pater, neque Patrem quis nouit, niſi filius; ſic Spiritum
ſanctum nouit ſolus Pater, & filius, & Patrem, & filium ſolus nouit Spiri
tus ſanctus. Patrem filius nouit, quia ab eo naſcitur. Filium nouit Pater
quia eum generat. Vterque nouit Spiritum ſanctum; & vtrumque nouit
Spiritus ſanctus, quia ab vtroque procedit. An verò, & Patrem, & Filiũ,
& Spiritum ſanctum, non illi quoque Dei dono orthodoxa fide, intelli-
B gentiaque nouerũt, quibus aut ipſe filius Verbum, & Sapientia Patris, aut
Spiritus ſancti, teſtis filij, Verbi vis, & interpres, ſapientiæque Magiſter re
uelare voluerit? Imò verò illi omnes nouerunt; alij, omnes ignorauerũt.
Quamobrem ne cum ipſis Aegyptiorum ſapientibus, & magis in tertio
ſigno turpiter deficientibus ipſi quoque noſtris viribus, & ingenijs inani
ter freti, in tertia perſona deficere à recto itinere, & per errorũ deuia lon-
ge, lateque ſemita declinare, & errare cogamur, ſupplici animo, & vo-
ce humili exoremus, vt illud ipſum diuinũ numen Spiritus ſancti, quod
quibusque nunquàm non occurrit in precibus non optatis, in uotis, illis
etiam, qui mortiferum ſpiritum peccatorum, quo polluitur æther, exha-
lant, nobis adeſſe non dedignetur; qui iam diu operuimus os noſtrum,
C vt pulſo tetro ſpiritu cuius ingratum odorem, ne ipſi quidem ferre poſſu
mus, attrahamus ſpiritum ſuum, & illius odore recreati in vita, vires quo-
que vocis reſumamus, & ore grãdiloquo ſonemus magnalia Spiritus ſan-
cti. Veni ſancte Spiritus illabere animis noſtris, releua oculos noſtros, cor
da, & ora foue, vt ſanctũ tuum anhelitum recipientes, & retinentes rectè
credamus, & caſtè ſancteque loquamur, tum de maieſtate tua in eo quod
es, in eo quod procedis, in eo quod mitteris, in eo quod adoraris, tum de
muneribus tuis, vt prædeſtinas, quos ſecundum propoſitum tuum diligis
ante ſæcula, vt ſpiras vocando in tempore, quos dilexiſti, & prædeſtinaſti
ſupra omne tempus, vt inhabitas iuſtificando vocatos vocationi tuæ au-
dientes, vt iuſtificatos hoſpites tuos imples meritis, quos dilexiſti, & iuſti-
D ficaſti gratis, denique vt glorificas præmijs ſanctos tuos in cœlo, qui vt ſan
cti eſſe mærentur laborauerunt in terra. Accipite omen Viri fratres; ecce
dum ſcribimus. Intonuit læuum. vtinam verò loquamur de Spiritu ſan-
cto, & de donis ſuis, non vt ægri de ſanitate quam amiſiſſe dolent, ſed vt
milites è bello reuerſi quando exultant diuidentes nummos, & ſpo-
lia ſodalibus.

*Victores præda ſpolijsq; potiti.*

Ex

## *Ex Patre, & Filio Spiritus ſanctus. CAP. VIII.* E

HÆc tria vt videtis iam conſtant de Spiritu ſancto;
quæ nos ex ſacris literis ni fallimur ad ipſius glo-
riam, & honorẽ vndequaque perſpicua feciſſe pu-
tamus. Eſſe Spiritũ ſanctũ, eſſe Deum; eundemq́;
Deum, qui eſt Pater, & filius, ὁμούσιον inquàm Pa-
tri, & filio, & iuxta inuictam Conſtantinopolita-
næ Synodi fidẽ cum Patre, & filio pariter adoran-
dum, atque glorificandum. Nunc ipſius Spiritus
ſancti non cauſam, aut effectorem, non finem, nõ initium, ab illis vocibus F
abeſt caſtimonia, ab ijs Religio, & Pietas, ſed Principium, originem ſtirpẽ
radicem; Flos enim elegantiſsime à ſummis Theologis appellatur: Ideoq́;
in eum congrue, atque appoſitè hæc omnia conueniunt illo ipſo iuuante
in veſtram gratiam enarrare tentamus. Etenim in ſanctiſsima Trinitate
ſola illa perſona, à nullo ducit originẽ: ipſa, vt ſuo loco dicebamus, totius
diuinitatis fons eſt, & origo, nõ facta in tempore ex materia, nõ creata ini
tio temporis ex nihilo, neque demum ex eadem eſſentia ſimplici in ipſa
æternitate progenita, quæ in lege, in prophetis, in pſalmis, & in euangelio
ſignata eſt titulo paterni nominis, & honoris. Atque ideò ſi Spiritus ſan-
ctus eſt verus Deus, neque tamen eſt pater, & filius, ipſe autem filius à pa-
tre ſolo generatur, & naſcitur, non item ex Spiritu ſancto, omnino conſe
quens eſt, quòd hi quidem non intelligũt, illi negant, quidam magna ex G
parte corrumpunt. Catholici porrò omnes fide ſincera, voceq́; libera cre
dunt, & confitentur vt iuxta magni Athanaſij ſymbolum, & veterẽ ſan-
ctæ eccleſiæ doctrinam, piorum omnium conſenſione receptam, atque
firmatam, procedat ſimul à patre, & filio. Motum ſanè illum immutabilẽ,
progreſsionem illam ſemper ſtantem conatum inquàm illum æternæ fœ-
cunditatis Dei, ò viri, quo in ſecretiſsima, & profundiſsima diuinitatis
abyſſo, ratione ſupra omnem rationem modo quem affari ipſi non poſ-
ſumus; docti quique vix appræhendunt, non compræhendunt, ne Ange-
li quidẽ ipſi. perſona ab omni æternitate exit in perſonam, Deus in Deũ,
vnus in vnum, pater in filium. Nam ille generat, hic naſcitur, ille eſt pa- H
rens, hic eſt proles, & partus. Manifeſtum eſt ijs, qui ſublimia quæque, alta
mente, ſecum reputant in hoc ipſo duali numero. Cum ipſæ etiam ſacræ
literæ neſcio, quomodo diuinæ benedictionis gratiam derogare vidẽtur,
nequaquàm poſſe conſiſtere, ſed quod gẽtium quoque antiquiſsimi theo
logi, ſub odorari viſi ſunt, grãdia quædam ſub obſcurè loquentes de motu
Monados, in Dayda, & Triada, ipſum patrem, & filiũ progredi vlterius,
non dum quidem in creaturas, ſanè earum ratio egreditur Sphæram, &
Circulum Creatoris; idque in tempore, ſed in hoc ipſum almum, & diui-
num



A num ſpiraculum, quod ante ſæcula in commune emittunt; non tan-
quàm duo, ſed tanquàm vnus, hoc eſt. non tanquàm Pater, & Filius,
ſed tanquàm Deus. Nam pater, qua pater non emittit ſpiritum, ſed ge-
nuit filium, & filius, qua filius non ad ſpiritum refertur, ſed ad patrem.
At verò Deus, qua Deus, quomodo intelligitur ſine ſpiritu, qui ſi ali-
quid dici poteſt eorum, quæ quomodolibet à nobis cognoſci, nomi-
narique poſſunt, vix quicquàm aliud dici poteſt quàm ſpiritus? Et qui-
dem pater eſt ſpiritus, filius eſt ſpiritus, pater eſt ſanctus, & filius eſt ſan-
ctus; quia vterque eſt Deus, & idem Deus; Deus autem totus ſanctus,
ſanctitas, ſanctificatio, vis ſanctificandi, & purificandi, totus eſt ſpiri-
tus, in quo nihil corporeum, nihil materiale, nihil ſordidum, vel impu-
rum. Itaque dum Spiritus ſanctus à patre, & à filio emittitur, accipit
B ab vtroque id totum quòd eſt vtriuſque; & eſt cum vtroque vnum;
quia ambo illi ſpirant tanquàm vnum ſpirandi, vel emittendi princi-
pium. Indicat profectò almum iſtud, & venerabile nomen plenum ma-
ieſtatis Spiritus ſanctus, quod vt in duas voces diſſectum Deo in primis,
& patri ſimul, & filio commune eſt; ſic coniunctè elatum, velut ad ho-
noris, & gloriæ æquationem pertinens, Chriſtus Ieſus illi proprium, &
naturale fecit, quo docemur, præter hoc vnum, quod pater quidem ge-
nerat, filius autẽ naſcitur, vterque emittit, ille verò emittitur tantum; non
generans cum patre, non naſcens cum filio, non emittens cum vtroque,
quicquid ad abſolutam diuinitatis rationem, maieſtatem, authoritatem,
C & ad relationem ſimiliter imperij, in creaturas pertinet, quod propterea
commune patri, & filio, ipſe ſpiritus, & ſanctitatis nomine contineri, &
ſignificari videtur; id totum omnino, vt extra omne tempus, ſic extra
omnem menſuram, & modum à patre, & à filio accipere hanc ipſam ter-
tiam perſonam, quæ dicitur, & eſt Spiritus ſanctus tertium, ſi, ætate no-
ſtra dicere fas eſt quod olim, ſanctè, pieque Græci θεολογοτατοι, dixe-
runt, diuinum lumen. Nam ſummus ille pater, eſt velut fons luminis; fi-
lius eſt quaſi lumen de lumine; ſpiritus ſanctus autem vtriuſque luminis
eſt plena, & perfecta illuminatio. Non generat filium ſpiritus ſanctus, ne
ſit pater: non generatur à patre, ne ſit filius: non generatur à filio ne ſit
nepos, emittitur ab vtroque vt ſit ſpiritus ſanctus, non emittit ſpiritum
D ſanctum cum vtroque, ne ſit Deus pluſquàm ternus. An verò eſt, vt aiunt,
ingenitus, ſicut pater, vt ſint duo Dij? ſed tamen non eſt genitus ſicut fi-
lius, ne in vnum competat vt ratio ſpiritus, ſic, & verbi. Generatio ver-
bi ad naturam pertinet, qua pater dicit, & filius dicitur, per intelligen-
tiam: emiſsio ſpiritus ſancti ad uoluntatem, ſpectat, qua Deus ſpirat,
& Deus ſpiratur per amorem, illa ſubſiſtit in verbo, hæc in ſpiritu ſan-
cto. Non eſt in Deo verbum verbi, non eſt etiam paracletus paracle-
ti, eſt ſolum vnus filius, eſt ſolum vnus ſpiritus ſanctus. Hic eſt termi-
nus adæquatus omnigenæ illius fœcunditatis, & vbertatis: quo tan-
*Diuina Hiſt.* Cc dem

dem velut ſigillo, plenitudo tota ipſius Diuinitatis clauditur, & contine- E
tur. Filius eſt ſigillum, Imago, & Character ſubſtantiæ Patris; Spiritus ſanctus, eſt patris & filij; ille in nobis imprimit formam, quia ſimiles ſumus patri, iſte nos conformat patri, & filio, dum reformat in filios, vt ſit ille prigenitus in multis fratribus. Neque enim vngit, aut ſignat nos Chriſtus Ieſus, niſi Spiritu ſancto ſuo, quem mittit in corda noſtra, per quem clamamus Abba Pater, per quem ſcimus quid oremus, per quem gemimus gemitibus inennarrabilibus: & ſanè qui non habet Spiritum Chriſti, hic non eſt eius. Ecquam appoſitè, ò Viri, ſicut æternus pater, velut diuinarum originum Caput, ipſius vniuerſæ Diuinitatis, dicitur quaſi robur, & immenſa poteſtas, ſicut Filius, vt in Trinitate medius, & Paternæ mentis Verbum, appellatur Sapientia, Ratio, Sermo, λόγος: ſic Spiritus ſan- F
ctus, tanquam meta diuinarum progreſsionum, & Spiritus Amoris, proprietate quadam innata amori, vt ociari neſciat, vocatur impetus, flatus, ἄνεμος, ipſa tota agendi vis, ipſa actio, atque actionis omnis energia. Vt propterea quemadmodum in filio Pater, ſic in vtroque Spiritus ſanctus, & vterque ſimiliter in Spiritu ſancto, hoc eſt iuxta Moſen, In principio Deus, vna æterna voluntate, & bonitate creauit cœlum, terram, mare, & omnia quæ in eis ſunt. Hæc gentes olim, dum audirent, & non intelligerent, tria mundi principia ſomniabant, τἀγαθὸν, τὸν νοῦν, καὶ τὴν ψυχήν, Bonum, Mentem, Animam: vt Bonum eſſet Pater: Mens, Verbum: vel filius, Anima, Spiritus ſanctus. Vnde demum qui exierunt ex nobis, oſtentationis cauſa verſi in ſophiſtas, in hanc G
ſimplicem, & humani artificij ignaram Theologiam (ſumus enim nos qui Chriſtum colimus, veri, & rebus, non artificijs, & rectè philoſophi) innumerabiles paulatim hæreſes induxerunt, ſcindentes fidem catholicam, ſeparantes filium à Patre, & Spiritum ſanctum à filio; ſic ſcindat eos Deus medios, & auferat ab eis partem, quam habebant in libro vitæ. Nã cui vehi, cuius Patri vehi, cui inferi, & tenebræ, cui afflictio, & ſine redemptione damnatio? non ne ijs. qui fidem abnegarunt, qui profeſsi ſunt, credere in Patrem, in Filium, & in Spiritum ſanctum, & deinde fidem irritam facientes, violantes pacta, & fœdera æterna, inuocant Patrem ſine filio, adorant filium ſine ſpiritu ſancto, negantes communionem, conſortiumque naturæ ſpiritus ſancti cum filio, filij cum Patre? Teſtificor ho- H
die omni homini, quod ne ille quidem; qui in Deum patrem credit, ad ipſum accedet, ſi contemnat Chriſtum filium eius; ſed neque Chriſtum profitenti, Chriſti fides auxilio eſſe poterit, ſi reijciat ſpiritum ſanctum, neque tandem in ſpiritum ſanctum credere, & in patrem, & filium vtile erit, ſi fide, & opinione diſtrahat eos, qui vſque adeo ſunt germanitate, cognatione, & natura ipſa cohærentes. Appoſitè quidem Deus Pater, ò ſublimes animæ velut principali quodam, non tam virtute, quàm auctoritate, cuncta feciſſe prædicatur à patribus. Deus Filius iudicio, atque ratione quæ





A facta ſunt, diſtinxiſſe. Deus ſpiritus ſanctus, vi amoris, facta, & diſtincta exornaſſe; omnino tamen tota ipſa diuina ſanctiſsimaque Trinitas, quæ ſicut intrinſecus vniuſcuiuſque perſonæ proprietate diſtinguitur, ita vna, indiuiduaque operatione operatur, extrinſecus omnia condidit, ſingula ſeparauit, demum & omnia, & ſingula elegantiſsimè decorauit hoc eſt, ſapientia dirigente, exequente potentia, & velut impellente ſpiritu, & amore, inde enim omnis ad nos diuina largitas, beneficentiaque manauit. Neque enim ineptè, & docta illa græcorum, & philoſophorum συμπόσια, tam magnis laudibus cœlebrant diuinum Amorem, nimirum, velut mundi fabrum, in eumque, tandem referunt vniuerſam mundani opificij machinationem. Et Moſes ipſe propheta Dei teſtatur,
B quod diuinus hic ἄνεμος, hic afflatus, vel ſpiritus Dei, dum tractaret illam materiam mundi naſcentis, vt indigeſtam digereret, inconditam conderet, & formaret informem: ferebatur ſuper aquas, tanquam omnium rerum artifex; omnia proſpiciens, omnibus conſulens, dominator omnium, omnem habens virtutem, ſpirans vbi vult, & quando vult, nulla vi, aut neceſsitate, ſed ſpiritali quadam, regiaque, & omnino diuina munificentia liberè, & liberaliter commouebat, mortuam illam, limoſamque paludem, ſua ipſius virtute ſuſtinebat pondus illud iners, fouebat illam rudem inchoationem vaſti huius animalis, velut exiguum ſemen, & quaſi ouum. Cui vt tralatione laudamus, penè incubans, ſpiranſque ſuauiter in eam ipſam materiam aquarum, velut generoſa
C quædam, & amantiſsima auis, ſuo ipſius tenui, viuo, occultoque calore, neſcio quid diuinum, & vitale fœliciter inhalabat. Aqua erat velut mundi ſemen, ſpiritus, ſi ita dicere licet, quaſi vis formatiua, quæ torpentis, & gelidæ aquæ lacum motabat, perflabat, viuificabat, vt mundus, qui inde conceptus erat, iam aliquando æderetur in lucem, cui Deus ipſe poſt modum cum ingenti gratiarum omnium affluentia die ſeptima benediceret. Quo me rapis Moſes? quo me rapis? Spiritus ſanctus eſt ſpiritus ſapientiæ, & intellectus, ideoque verè ἄμικτος, multam illam, et miſcellaneam ὁμοιομερείαν, diſpertiebat in genera, et membra generum, vt formarum gradus; et ordines. Qui ex humida illa natura diſtinguendi erant, non temere,
D aut caſu, ſed æquiſsimis legibus in ſpecies varias diſtribueret, aptando corpora formis, formaſque corporibus. Eſt, et ſpiritus ſcientiæ, et con ſilij, Ideoque diffluentem illam aquarum copiam, oleo tranquillior innatabat, deſuper incumbens, mitiganſque naturam illam ſæuam, et aſperam, quæ in immenſa illa aquarum voragine, cui nomen abiſſus, vehementiſsimo impetu concita exeſtuabat. Neque enim Moſaicum illud תְּהוֹם aliud ſonare videtur, quàm præcipitem illum, oriſonumque fragorem tumultuantis abiſsi, quantus nunquam fuit poſtea neque erit vſque ad conſummationem ſæculi. Adde quod tanquam

Spiritus fortitudinis calefaciebat aquas intrinſecus, vt vim habere poſ- E
ſent genitalem; quia frigiditas vix ingreditur opus naturæ generantis,
& fundum illum abyſsi, tanquam ſpiritus pietatis, penetrabat, mo-
uebatque inquieto motu, ne ſtantes aquæ putreſcerent, & ex palude
putrida, fieret quoque putræ terræ ſolum. Denique tanquam ſpiritus
timoris, præcipitem illum curſum ſiſtebat, & retorquebat, quaſi frenos
inijciens, & compeſcens aquas, ne in exitium orbis, nimium ſuper-
bè prono lapſu decurrerent, & terra demerſa aquis funditus interi-
ret. Proh Deum, quid non debet vniuerſus orbis huic ſancto ſpiri-
tui ? Quanta erat, naturæ hactenus conditæ inopia ? quanta vacui-
tas ? quanta indiguitas ? Nam cœlum carebat ſyderibus, terra erat
funditus inanis; agmina aquarum obruebant omnia, Aer ſpirare non F
poterat, ignis ne videbatur quidem, natabant ſuper mundi faciem tur-
piſsimæ tenebræ; denique mundus ipſe totus, iam tam denſa caligine
deliteſcere cogebatur. Rogo, vbi erat natura, & aluus fœcundæ na-
turæ? Vbi mundi ornamentum, & decus à quo nomen accepit?
Quæ generandi vis, aut concipiendi in terra, vel in aqua, abſque temperie
humoris, & caloris, vnde omnia oriuntur ? Erat ne mundus, res adeo
turpis, incondita, & planè ἀκοσμος ? Erat ne cœlum, corpus illud ex-
celſum, nulla cęlatura ſignatum? Erat ne terra illa limus, qui animan-
tium pedibus, teri, calcarique non poterat? Nolo enim perſequi omnia,
ne nimia diligentia, indiligentem videri me faciat. Sed enim, cum pri-
mum afflare cępit mũdum hæc ipſa anima Dei, (ſic mihi liceat loqui,) cum
primum benignus hic Spiritus aſpexit, & miſeratus eſt creaturam ſuam, G
vt quia non poterat fieri quod ipſe eſt, formas ſaltem acciperet, & vires,
quibus Deo pro conditione ſua aliquando ſimilaretur. O quantum eſt
mutatus ab illo, hic ipſe vultus vniuerſæ naturæ ? formari illico, & de-
corari cęperunt omnia: tenebræ fugatæ ſunt, lucidiſsimæ lucis aſpectu:
illuſtratus eſt æther, & aer; diuiſæ ſunt moles aquarum, cœlum niteſce-
re, ſol radiare, luna lucere cępit, digeſta eſt materia, ſublatum eſt chaos,
ordinatus eſt mundus. O ſanctæ Spiritus, Alme pater, nate Deo emite
hunc Spiritum ſanctum tuum, & nouus in homine mundus, vetere
tuo dono cadente, creabitur, & renouabis inflorem hanc, heu ni-
mium vetuſtam, & ſquallentem faciem terræ tuæ, animæ meæ. Ad H
vos nunc tandem mea dirigitur oratio, qui ex ſancta radice, neſcio
an rami inutiles pululatis, qui adhuc noſtro ſæculo quando aurora
eccleſiæ creſcit in meridianam lucem, de Spiritu ſancti origine, teme-
rè, nugaciter, & iniurioſè contenditis. & illum quidem Spiritum
filij eſſe dicitis, à filio eſſe non dicitis; per filium à patre proce-
dere affirmatis, ex filio obſtinatè negatis, in filio quieſcere fate-
mini, à filio exire diffitemini. Vnde hæc tam longè petita o-
tioſa veſtra Theologia ? vnde hæc tanta curioſitas ſyllabarum ?
obſer-



A obſeruatio dictionum? ſubtilitas in verbis? inanitas in rebus? Verum eſt
quidem, iota vnum, aut apicem vnum in ſacris literis non eſſe negligen-
dum, aut etiam oſcitanter legendũ, excutienda potius minutiſsima quæ-
quę, quod ſæpiſsime, quæ ſcriptione, & prolatione exigua, & contempti-
bilia eſſe videntur, vſque adeò põdere, & ſignificatione eximia ſint, vt ex-
plicata ſeſe attollant in immenſam arborem, tanquàm granũ ſinapis. Ec-
quis neſciat doctrinæ initia eſſe orationes, orationes conflari ex dictioni-
bus, dictiones ex ſyllabis, ſyllabas cõſtare ex literis, vel elementis? ſed enim
aliud eſt, vt veritatem inuenias, & ignorantię morbo, quo nullus periculo
ſior, mederi poſsis, luſtrare omnia, & quantum per humanam fragilitatem
licet nihil præterire: aliud eſt aduerſus veritatem, militum more meditari
B ſtratagemata, tendere pietati laqueos, nihil non obijcere patribus, vt cũ
deinde filij ad eos defendendos inſurgunt, tum bellum iuſtum eſſe, & qui
ſuſcipiũt iuſtam cauſam: fouere videantur, cum illa improbari, aut etiam
melius probari, nulla forſan alia ratione poſsit, aut debeat. Quis porrò ve
ſtrum non plane videat ò Græci τὸ ἐξ οὗ, τὸ δι' οὗ, τὸ ἐν ᾧ, nequaquam
conſtituere velut in prælio hoſtiles acies, & agere ſtationes ſeparatas? fre-
quenter enim in vtroque teſtamento.

*Succeduntq́; ſeruant vices ſtatione relicta.*

& mutua charitate, dant, & accipiunt ſuas ipſorũ ſignificationes, id quod
ipſi apud Diuum Paulum ex magno Baſilio veſtro obſeruare potuiſtis.
C Atque ideo calumnia eſt manifeſtiſsima, & bonis viris indigna, voculas
iſtas à commercio, & cõmunione ſeparare; & pereas deinde, in ipſa ratio-
ne originis, diſparare Spiritum ſanctũ à filio, & Filiũ à Spiritu ſancto. Cũ
enim, & ante omnia, de ipſis rebus loquamur, ſpiritus ſanctus dicatur eſſe
filij, & ſpiritus filij, quod magis eſt, non ita verò filius dicatur ſpiritus ſan-
cti; tantum abeſt, vt dicatur eſſe ſpiritus ſancti filius; profectò neceſſe eſſe
videtur, vt præter naturæ vnitatem, & amoris conſenſionem, ſit aliqua au-
thoritas filij ad Spiritum ſanctũ; quæ nõ eſt Spiritus ſancti ad filiũ. Ecque
nã eſſe poteſt niſi vel imperij, vel originis? Illa Macedonianos; hæc efficit
chriſtianos; hoc eſt illa hęreticos, hæc catholicos. Accipite rem totã quam
breuiſsimè: Spiritus ſanctus refertur ad filium, neque refertur tanquàm
D alienus, ſed tanquàm ſuus: nam, & Ioannes de ſpiritu ſuo inquit dedit
nobis; ſi non procedit ab illo uel ex illo, quomodo ſuus; vel eſſe, vel dici
iure poteſt? Sanè pater ob id ſuum appellat filium, tanquàm ab illo geni-
tum. Filius meus es tu inquit; ego hodie genui te. Fingitis ne Gręci, quod
dicatur ſuus, quia in eum deſcendit, & in eo requieuit? datus illi non ad
menſuram, velut communi homini, & capiti omnium hominum, in
quo omnes ſanctificandi eſſent ſicut in eo qui erat forma; futuri omnes
peccauerunt: ſed audire illum oportet dicentem. Ille me clarificabit,
quia ille de meo accipiet; Certè enim Spiritus ſanctus non eſt hominis,
quaſi accipiens ab homine; ſed tanquàm dans homini; poſtquàm igi-

 tur

tur à Chriſto accipit, id in Chriſtum hominem referendum eſt; ſed in E
Chriſtum Deum, vt ſit Spiritus Chriſti Dei; quia procedit, & emitti-
tur à Chriſto Deo. Ecquid eſt, τὸ accipiet dictum de Spiritu ſancto, ſi
verè creator eſt, non creatura niſi accepit, accipit, accipiet? æternum in-
quàm accipit, hodie quoque emiſſus, ſicut, & filius hodie genitus. Iam
quid accipit niſi ut ſit, vt ſit Deus, vt ſit Spiritus ſanctus? Profecto verò
quærendũ eſt à vobis, poſtquàm filius, & Spiritus ſanctus nõ diſtinguun-
tur inuicem, neque forma, neque materia, neque quantitate, neque qua-
litate, neque virtute, neque loco, neque tempore, ad euitandam perſona-
rum confuſionem, quod quidem non minus neceſſarium eſt, quàm ut
nitamur ne diuidamus, vel ſeparemus eſſentiam; quæ non eſt ratio ordi-
nis, & diſtinctionis inter eos, ſi non ducit originem Spiritus ſanctus à fi- F
lio, neque filius à Spiritu ſancto. Hac enim precontatione, forſan vide-
bitis ſublata origine vnius ab altero, ſublatam eſſe relationem, inde oppo
ſitionem, inde diſtinctionem; atque ideò ſi diſtinctio filij, & Spiritus ſan-
cti, ſicut & patris, & filij ad fidem catholicam ſpectat, non nobis, ſed veri-
tati dabitis manus dicentes cum maioribus noſtris, imò, & veſtris, ad fi-
dem quoque ſpectare diuinarum perſonarum oppoſitionem, relationẽ;
originationem, vt pater ſit prima perſona, quia eſt ille, abs quo alij, & qui
à nullo: filius ſit ſecunda perſona, nimirũm qui ab alio, & abs quo alius:
Spiritus ſanctus ſit tertia; quia ipſe eſt ab alijs, & ab eo non eſt alius.
Et ſic quidem dixit magnus ille pater Athanaſius, cui vtinam ipſi auſcul-
taretis ò Græci. Spiritus ſanctus inquit à patre, & filio, non nouè factus vt G
materialia quæque; non olim creatus vt ſpiritales ſubſtantiæ, quas vocant
Angelos: non æternum genitus, vt Dei filius; ſed in illa ipſa æternitate
ab ipſo patre Deo, & filio eius, non ſeorſum ſed ſimul ducẽs originem, vt
quod in ipſa quoque rerum creatione de tota Trinitate intelligendũ eſt,
emittat quidem Pater, ſed emittat, & filius, quanquàm à patre, alter ab al-
tero, ſed cum altero, neuter ſine altero, neque ante, vel poſt alterum.
Iam quid nouas inſtruitis pugnas opponẽtes ſymbolum ſymbolo? Atha-
naſium Concilio? A' patre, & filio? Ex patre, & filio? Nos propter maio-
res veſtros qui nobi fontes fuerunt Chriſtianæ Theologiæ.

*Quiſque ſui memores noſtros fecere mærendo.*

vobis omnibus æqui placatique ſumus, optio ergo vobis datur, eligite H
quod vultis, dummodo non excludatis filium ab origine Spiritus ſancti
cantabimus vobiſcum.

*Pax ades, & toto mitis in orbe mane.*

Etenim τὸ, à patre, & filio, vim agentem ſignificat patris, & filij, porrò τὸ
ex patre, & filio indicat ſubſtantiam Spiritus ſancti; itaque illud dictum
eſt pro diſtinguendis perſonis, hoc dicitur ne diuidatur eſſentia. Nam hic
eſt ſcopus fidei catholicæ, ne confundamus in vnum tres perſonas, ne unã
in tribus eſſentiam diuidamus, vt ſint tres perſonæ, re, non nomine ſolũ;





A vt re ſit vnus ſolus Deus, & non tres Dij. Sed profectò ò amici, uis præpo-
ſitionis ex, vel de, qua ſancta eccleſia vno eodemque tenore vtitur in ge-
neratione filij, & emiſſione Spiritus ſancti, mira breui loquentia & ὁμοȣ́-
σιον, ſimul & τελσυπόςατον ſignificare videtur. Neque enim eſſe poteſt
aliud à patre filius, qui eſt ex ſubſtantia patris, neque Spiritus ſanctus ab
vtroque, qui eſt ex vtriuſque ſubſtantia; & neceſſe eſt, vt filius ſit alius à
patre, qui non eſt pater, ſed ex patre, & ſpiritus ſimiliter alius à patre, &
filio qui non eſt pater, & filius, ſed ex patre, & filio. Quod demum perti-
net ad dictionem, δι' οὗ, hoc eſt per quem illam enim penè reliquiſſe, &
præterijſſe videmur ſic accipite. Sacra ſcriptura, & regia quadam liberta-
te, quæ decet omnium ſcientiarum reginam, dum loquitur de Deo ex
B omnibus rebus nihil non transfert ad Deum, idque ſine omni pudore;
ſic in explicandis rebus diuinis inter cæteras dictiones, illis etiam vtitur,
neque erubeſcit, quæ ſeruiles ſunt, & miniſterijs, inſtrumentisque in ſæ-
cularibus diſciplinis accommodari ſolent. Sanè omnia translata ad Deũ,
exuunt prorſus quamcumque fœditatem, & indignitatem, & velut co-
lorata diuino lumine induunt virtutem ac maieſtatem Deo dignam. Ne
ergo putate noſtris patribus afferre pudorem, & verecundiam, ſi in Græ-
corum gratiam dixerint Spiritum ſanctum emitti à patre per filium; nam
neque pudet ſacram ſcripturam dicere in ipſa rerum creatione. Omnia
per ipſum facta ſunt, ſed pudet, ſemperque pudebit imparem facere, glo-
C riæ plenum vnigenitum ipſi patri; qui omnia illi dedit in manus, quem
genuit ſibi per omnia ſimilem; qui iuſsit, vt omnes honorificent filium;
ſicut honorificant patrem, ideoque piget, & tædet non dicere, ſed audire
ex ore virorum, qui ſe catholicos uocant, quod ſpiritus ſanctus à patre
procedat per filium tanquàm ab agente principali per ſecundarium. Ap-
poſitè quidem τὸ δι' οὗ, transfertur ad ipſum filium, tanquàm ad eum,
qui inter patrem, & ſpiritum, ob ipſam originem, medium locum tenet,
ſicut ad ſpiritum ſanctum ferè propriè transfertur τὸ ἐν ᾧ. quia in eum
confluit, & in eo ſiſtit tota progreſsio ipſius diuinitatis, & ad patrem τὸ
ἐξ οὗ. quia eſt totius Trinitatis, vt ſupra dicebamus fons, & origo. Porrò
uerò, neque pater qua pater, neq; filius, qua filius, ſed uterque, qua Deus
D eſt ſpirat ſpiritum ſanctum; ſicut, & Spiritus ſanctus cum patre, & filio,
non qua Spiritus ſanctus, ſed qua Deus creat cœlos, & terras iuxta illud.
Verbo domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum;
propter hoc enim eſt vnus creator tantum, non tres creatores, quia eſt ſo-
lum vnus Deus, & non tres Dij. Meritò igitur in gratiam veritatis, quam
ſanctũ eſt honorare præ omnibus Græcis, & Barbaris, ſapiẽtibusq;, & inſi
pientibus, ij verè qui catholici ſunt, arbitrantur ſibi vſque ad ſanguinem
eſſe pugnandum, & reſiſtendum, certandum, decertandum, denique aut
vincendum, aut moriendum, ne eorum culpa credatur filius Dei, vel non
eſſe Deus, ſicut Pater, vel eſſe minor Deus quàm pater. Certè verò non

de patre ſeorſum, non de filio, non de Spititu ſancto; ſed de Deo ſimpli- E
citer dictũ eſt illud, Omnia ex Deo. Vnus Deus ex quo omnia; & illud, Ex
ipſo, per ipſum, & in ipſo ſunt omnia. Ex hac fide igitur ſacroſancta, ò græ
corum ſeri nepotes, ad gloriam filij Dei, quem ſignauit pater, in quo ſe to-
tum expræſsit; qui tandem venturus eſt in gloria patris, non ſcabellũ pe-
dum, ſed ſedens in throno ad dexteram eius, pendet hic ipſe noſtræ fidei
articulus, nunquàm à vobis per veſtram πολυλογίαν iuſtus, nunquàmque
vincendus. Non ex patre ſolum, ſed æqualiter ex filio eſt Spiritus ſanctus.
Obſecro iam cædite, aut certè ceſſate pugnare, deſinite moniti, ad excuſa-
tionem ne confugite ſequimini meliora, reconciliamini cum fratribus ve
ſtris; idem ſecum dicite, idem ſapite, ne à doctis, & pijs viris cenſeamini
inter illos, qui volentes eſſe legis doctores, non intelligunt quæ loquun- F
tur, neque de quibus affirmant. Et demum in magno illo communi, &
formidabili totius creaturæ iudicio; tam Angeli, quàm homines vos vi-
deant cum tanto dedecore inter maledictos ad ſiniſtram filij, qui non
eſtis ueriti, infinitam illam maieſtatẽ, nimirũ iniquè ab æqualitate ſtatus
deturbare, & quantum in vobis fuit, repellere à dextera patris.

## *Spiritus ſancti Origo Proceſsio.* CAP. VIIII.

SED præſtat ò mihi ſemper chara, & veneranda ca-
pita; vt relictis Græcis in ſuo ipſorũ ſenſu nimiũ,
heu nimium abundantibus, quando in captiuitate G
noui Pharaonis miſeram vitam degentes, diuina
uix ſibi canunt, non orbi, neque vrbi ab incæptis
pugnis, & contentionibus, quàm citiſsimè refera-
mus pedem vetante Pythagorico ſymbolo, ne flã-
mas ſeccemus gladijs, & ipſo quoque vulgi prouer-
bio admonente ne piſtillo tundamus aquam, ne ſmigmate lauemus late-
rem. Et quidem ratio exigit, & tempus poſtulat; poſtquàm iam ſatis, in-
ueteratus ille diſceptandi vſus, vel abuſus, in nobis quoque, non nihil ui-
ciſſe videtur; qui certè pænitus expugnari vix poteſt; vt quæ nam ſit illa
ipſa Spiritus ſancti origo, qua non mittitur quidem foras, ſed in ſe ipſo;
vt ſit, accipit intus; rem planè vt ſacratiſsimam; ſic, & ſecretiſsimam, quan H
tum ipſe donare dignabitur, fodientes diuinarum ſcripturarum altam ter
ram, pro virili noſtra aperire tentemus. Qui naturali philoſophiæ incum-
bunt, & rerum vires, cauſasque ſcrutantur, nihil ferè, aut difficilius; aut
iocundius veſtigare ſe putãt, quàm cum fluxu, & refluxu maris, cum Sym
pathia, & Antipathia rerum oſtia, fontes, origines, & incrementa Nili. In
quo naturæ archano, tam multi olim Aegyptij, & Græci, ex noſtris quo-
que, nõ pauci, ſtrenuis ſtudiorum laboribus inſigniter philoſophati ſunt.
Hic eſt noſter myſticè ſignificationis Nilus, ò Viri ſeptemfluus, ſeptifor-
mis,



A mis, fœcundus, diues, pinguis, cuius alluuione beatur Aegyptus.

*Aegyptus, ſine nube ferax, imbresq́ ſerenos*
*Sola tenet, ſecura poli, non indiga venti,*
*Gaudet aquis, quas ipſa vehit, Nyloq́ redundat.*

cuius inquam ſacris fluentis, quæ nemo neſcit vnde veniat, aut quo va-
dat, ditatur, & fœcundatur vniuerſum hominum genus; cuius magna
pars, vt in Euangelio à vanitate, & inſtabilitate, mundus, ſic in prophetis,
à ſceris immanibus, & à portentis ſcelerum, Aegyptus appellatur. Quo-
niam ergo hactenus; quod Spiritus ſanctus à ſe ipſo non extet, & abſque
origine ſicut pater diuina hiſtoria patefecit, ſimiliter, & illud, quod huic
ſimile eſt, quod à patre ducat originem: & tertium, quod ſit ſpiritus filij,
B ſicut, & patris; ideoque à filio ſimul emittatur, hoc eſt iuxta viſiones Ioan
nis, de ſede Dei procedat, & agni, idque non tanquam ex duobus fonti-
bus, ſed tanquàm ex vno fonte atque principio. Nunc tandem explicare
iuuat, uim, rationem, & modum huiuſcæ originationis, quæ in patre qui-
dem, & filio ex ipſis ſacris codicibus quantum in illis expreſsè legimus,
ἀνώνυμος in Spiritu ſancto, ex verbo procedendi nomen accepit, vt ab ip-
ſis quoque patribus proceſſus, vel proceſsio mollita, & trita iam uoce paſ-
ſim dicatur Græcè πρόοδος, ἐκπόρευτος. Sanè & græcum Ioannis euan-
gelium ſic habet τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται.
An verò, non ſtatim meminiſtis verbi illius, Spiritus veritatis qui à patre
procedit? ſed & idem Ioannes in Apocalypſim, quod parum antea com-
C memorabam, vidit fluuium illum magnum, procedentem de ſede Dei, &
Agni. Hunc inquàm fluuium, Spiritum ſanctum. Nam cum Ieſus magna
uoce Iudæos increpitans, ſitiens ad ſuas ipſius aquas, benignus inuitaret,
clamaretque de templo. Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent
aquæ viuæ; hic ipſe dilectus domini diſcipulus, qui à ſecretis eius erat, ve
lut parabolam interpræans, adiecit ſcripturæ. Hoc autem dicebat de ſpiri-
tu, quem accepturi erant credentes in eum. Quid, quod almus ille pater
Athanaſius, quem deinde tanquàm anteſignanum, & vexilliferum ſecuti
ſunt omnes Catholici, hoc vno caractere ſignauit filium, Genitus, & hoc
vno ſpiritum ſanctum Procedens. Nota porrò eſt vox illa, vna, ſacra, & ſa-
lutaris vniuerſæ eccleſiæ, quæ ex ſymbolo, feſtiuis cantibus, & numeris,
D tota iam orbe reſonat. Qui ex patre filioque procedit; dixit quidem de ſe
ipſo Dei filius. Ego ex Deo proceſsi, & veni ἐγὼ γὰρ ἐκ τοῦ θεοῦ ἐξῆλθον,
καὶ ἥκω: de quo, & ſemel dixerat ſanctiſsimus vates. Tanquàm ſponſus,
procedens de thalamo ſuo Ὡς νύμφιος ἐκπορευόμενος ἐκ παστοῦ αὐτοῦ.
Sed quantum diſtant Proceſsi præteriti temporis, & Procedit, præſentis?
Ita non filius, ſed ſpiritus ſanctus ſolus inſigniter dicitur, & eſt origine,
notione, tituloque procedens. Iã quid eſt procedere? An non motũ in pri
mis ſignificat, & motum ſecundũ locũ? ſicut incedere, accedere, & recede
re? ſic Græcè, ὁδοποιεῖν, ὁδοιπορεῖν, πορεύεσθαι, & ἐλευθῆναι, ire eſt venire,
progredi,

progredi,proficiſci,prodire,iter conficere.Nam, ὁδὸς, via, & ὁδοιπόρος, E
viator,& πορεία ambulatio,inceſſus, progreſſus. Fingi ne verò poteſt, vt
quiſpiam procedat,vel progrediatur,qui non extet? an potius progreſsio,
& proceſſus,ſua ipſius vi, & ſignificatione arguit illum extare qui proce-
dit? Itaque vt hinc incipiam,& res,& nomen procedendi, & ipſius Spi-
ritus Sancti demoſtrat originem,& ipſam quoque ſimul indicat æternita-
tem. Iam enim non procederet,ſi non eſſet,quam ſi à ſe eſſet,non proce-
deret,exiſtens procedit,procedendo exiſtit:hoc eſt illi eſſe;& extare;à Pa-
tre,& filio procedere,hoc eſt illi procedere à Patre,& filio eſſe, & extare.
Non ſecus quàm filio idem eſt eſſe,& ex Patre natum eſſe:& Patri non a-
liud eſſe, eſt quàm filium genuiſſe. Sanè ob id nuſquam in ſacris literis
legimus, vel quod Pater filium generet, quaſi aliquando non fuerit, F
vel quod ipſe Filius generetur;quaſi tum primum eſſe incipiat, ſed vbiq;
reperimus;& quod Pater genuerit,& quod filius genitus ſit, quaſi iã diu,
& Pater,Pater fuerit,& Filius,quod eſſe acceperit; vt æternum ſit patri eſ-
ſe Patrem,æternum Filio eſſe Filium.Contra igitur de Spiritu ſancto, &
legimus,& credimus,non quod proceſſerit, ſicut quod miſſus fuerit, ſed
quod actu,ſemperque procedat in tempore miſſus, ſed in æternitate pro-
cedens, vt ſit illi æternum, & eſſe Spiritum ſanctum, & procedere, vt ſit
Spiritus ſanctus. Aliud eſt mitti,aliud procedere,dum mittitur,dat,non
accipit;dum procedit nihil dat,totum accipit,accipit inquam, ſed non inci
pit. Ecquod verbum;res tantas de Spiritu ſancto verè appoſiteq; ſignifi G
care potuiſſet,poſtquam Natiuitate,vel generatione vti non licuit prętcr
hoc ipſum Verbum procedendi,manandi,exeundi, Adeſtote huc philo-
ſophi,& intelligite;quia digitus Dei eſt hic:quem loquimur; ideoq; crea-
tor non creatura,Creatura à Creatore non procedit non fluit,non manat,
fit,efficitur,creatur.Quod fit,quod efficitur, quod creatur re ipſa non eſt,
& quod iam eſt,non fit,non efficitur,non creatur. Formæ artificiales vos
ipſi ſcitis viri docti,inducuntur in materiam, formæ naturales educuntur
ex materia compoſita,generantur, efficiuntur: formæ immateriales quæ
per ſe ſe extant,& ſubſiſtunt producũtur,ipſa ſylua, vel materia verè crea-
tur.Nihil horum de ſpiritu ſancto dici potuit,Quid dici potuit? Proce-
dit; Habeat Deus ſpiritus ſuos,quos faciat ſicut ſcriptum eſt. Qui facit An H
gelos ſuos ſpiritus: At vero hunc ipſum ſpiritum ſanctum omnino non
facit. Immo verò Deo nihil circa hunc ſpiritum faciente,quid? nihil ſim-
pliciter,et penitus faciente; Quia in ipſa æternitate tam nihil Deus facit,
quàm nihil omnino effici poteſt. Hic ipſe almus Dei ſpiritus ex Deo Pa-
tre,& Filio procedit,manat,exit,exilit.Quæſo viri pro tantæ rei intelligen
tia ad memoriam reuocate,quàm ſit ſuauis,et amabilis neceſsitudo, quàm
ſit chara, et iocunda ſocietas inter Deum Patrem, et Deum Filium, ex ea
qua,et Filius eſt à Patre, et Filius eſt ad Patrem ſumma germanitate con-
flata. Nam tam etſi propter paternitatem, et filietatem, ita diſtinguitur,
vt



A vt alius ſit Pater,quàm Filius,& filius alius quàm Pater;tamen propter v-
nam eſſentiam de qua illud eſt. Ego, & Pater vnum ſumus, ne vno pun-
cto quidem diſparatur,vel diſſociatur,aut Pater à Filio, aut filius à Patre,
quia Pater honorificat filium,filius honorificat Patrem;Pater operatur in
Filio,Filius eſt in ſinu Patris,Pater diligit Filium, & omnia dedit illi in
manus,Filius diligit Patrem,& non facit ex ſe quicquam, ſed quæ videt
Patrem facientem.Igitur dum chariſsimus ille parens,& genitor, & ille ip
ſe dilectus filius inquo nunquam non ſibi complacuit;velut duo aperta o-
culorum lumina è regione collocata, de excelſo ſancto ſuo ſe inuicem
amantiſsimè, intentiſsimèque aſpiciunt, & reſpiciunt, & ſuauiſſima
contemplatione æternum fluentes, alter in alterum ardentes, vibrant di-
B uini Amoris radios: ille ſummam; & Deo dignam dilectionem impen-
dens,hic rependẽs,ille dicens,Filius meus es tu,ego hodie genui te,ille re-
ſpondens:Ego ex ore tuo ò Altiſsime prodij. Omnia mea tua ſunt. Quæ
placita ſunt tibi faciam ſemper, duorum quaſi affectibus tertij amoris in-
cendio,& quaſi verberatu, in vnum conflatis,de illa ipſa,vna vtriuſque eſ
ſentia:vel ſubſtantia,exilit,erumpit,procedit,non ſicut violenta corruſca
tio ex nubibus; ſed forſan ſicut ex vena, & fonte perennis fluuius, magna
hæc, & uiuida charitatis flamma ingens hoc,& admirabile flamen, vehe-
mens inquam iſte,& ardens Spiritus ſanctus. Ecquam aptè maioris no-
ſtri actionem Patris,& Filij, ne ſine nomine eſſet vocauerũt ſpirationem?
Quid ſpirarent Pater,& filius niſi Amorem? Ecce Spiritus ſanctus. Amor
C ſpirans eſt Deus,abſolutè ſpiritus,& Spiritus totus ſpirãs,totus ſpiratio,nec
eſt ab initio mundi ad vſq; finem creatura aliqua, quæ ſeſe abſcondat à ca
lore illius ſpiritus.

*Principio,cœlum,ac terras,camposq́; liquentes.*
*Lucentemq́; globum Lunæ,titaniaq́; aſtra.*
*Spiritus intus alit totamq́; infuſa perartus.*
*Mens agitat molem,& magno ſe corpore miſcet.*

cecinit poœtarum gloria,& decus Maro: Vere enim Deus non ſolum eſt
circumfuſus omnibus rebus:iuxta Eſaiam dicentem,Qui tenet cęlum pal-
mo, & terram pugillo ſed,& infuſus per omnia iuxta Dauidem. Cœlum
inquit mihi ſedes eſt, & terra ſcabellum pedum meorum, quod, & idem
D poeta, quam eleganter interpretatus eſt ò viri, hemiſtichio, & integro
carmine.

*Deum namq́; ire per omnes.*
*Terrasq́;,tractatusq́; maris,cœlumq́; profundum.*

At verò Deus Spiritus ſanctus eſt:ſpiritus ſpiratus:nam,& ſi ſpirat foris eo
ipſo quod eſt primum ſpiratur intus. Sanè; & Deus abſolutè eſt mens,
νοῦς. Sapientia at Deus Filius eſt mens νοῦς. Sapientia genita: quæ & Ver-
bum. An non habet verbum Deus vt ſit mutus? an non habet ſpiritum,
vt ſit mortuus? loquitur Deus,& eructat Verbum, viuit Deus, & ſpirat
ſpiritum

Spiritum ſanctum. Verè inquam ſpirat, non emittit ſolum, ſed, & attra- E
hit, & retinet. Si homo emitteret ſpiritum, & non attraheret, non viueret.
Porrò alium aerem attrahit, alium emittit, ſic ſpirat, & reſpirat; at vero
Deus eundem Spiritum ſanctum ſuum à ſe emittit, & in ſe retinet, ideoq;
tantum ſpirat, non reſpirat. Non emittit Spiritum ſanctum Deus, vt radix
ramos, vt cerebrum dentes, vt caro vngues, & cornua, emittit vt ignis calo
rem, vt lux lumen, vt mens ſapientiam vt amor amorem. Ratio abſoluta
emittendi, & procedendi illa in Patre, & filio, hæc in Spiritu ſancto, infert
quidem diſtinctionem inter Patrem, & Filium, & Spiritumſanctũ, quia
neceſſe eſt, vt qui emittit; ſit alius ab eo, qui procedit; ſed eadem emiſsio, &
progreſsio, quia eſt per modum Amoris, oſtendit, quod à Patre, & à Filio F
ſeparari non poſsit Spiritus ſanctus. An enim ſeparatur Amor ab aman-
te, tam et ſi tendit in amantem? & non potius funis eſt aureus, nexus in-
quam, & catena iucundiſsima, quo, inuicem vincuntur amantes, vt iam
non ſint duo, ſed vnum: quando hæc eſt amoris propria laus, & titulus,
ἑνοποιός? Ita Spiritus ſanctus increata charitas, cur non etiam χάρις? Amor
inquam Dei ad Deum, Patris ad Filium, velut primum donum gratuitæ
donationis? nam ex Amore omnia dona, immo vero in amore omnia do-
na, & ſine Amore nullum donum: quid enim donat qui non amat? ab ip-
ſo Patre liberaliſsimè tendit, & quaſi fluminis impetu profluit in filium:
ſimiliterq; amantiſsimè refluit in Patrem, non tanquam in ſubiectum, qui G
in ſe ipſo ſubſiſtit; ſed tãquam in obiectũ, abſquo diuelli non poteſt, diſtin
ctus ab vtroq;, quatenus ad vtrumq; originis relatione refertur, tanquam
ad principium; ſed in vtroq; manens, quatenus eſt vtriuſq; amoris, velut
quoddam vinculum: quædam dulcedo, gaudium, pax, fœdus, oſculum.
Vim, & maieſtatem naturæ Dei, oſtendit verbum, exuberantiam bonita-
tis illius, oſtendit Spiritus ſanctus: vt meritò creatio mundi reducatur tan
dem ex varijs rerum formis, & idæis, velut in primum exemplar ad æter-
nam illam genituram; At vero liberalitas creatoris; qui tam vehementer,
& amanter ex nihilo omnia fecit, & perfecit, reducenda eſt tanquam in
fontem inexhauſtæ liberalitatis, in ipſum Spiritum ſanctum, & emiſsionẽ H
Spiritus ſancti. Omnes amores ex illo Amore; Omnes donationes ex illa
donatione. Heus tu, qui vt non nihil ſcire videaris, dicis Spiritum ſan-
ctum non in eo quod eſt, ſed in eo ſolum: quod mittitur, procedere. Ro-
go, quid eſt idipſum, quod eſt? An non eſt Amor? An non eſt Spiritus?
An non eſt Spiritus ſanctus? Et hoc ipſum igitur eſt, quod totum proce
dit. & neceſſe eſt vt procedat; propter quod etiam cum mittitur ſuaptè vi,
nunquam non procedit, quaſi ſpirans; quidam flatus afflans, ſemper, & cõ
tinens, quaſi perenne quoddam flumen; pleno alueo inundans, & decur-
rens, quouis fonte latius manans, nunquam ſtans, ſed proficiens: hoc eſt e-
nim reipſa procedere, vlterius ire, progredi, moueri, agere, nunquam ceſſa
re, nunquam deficere. Quod ſi vitali verbo exprimendum eſt dum de Spi
ritu



A ritu loquimur, qui eſt vita, quo nam alio verbo vtemur quàm ſpirandi?
ferè enim ſpirare nobis viuere eſt; qui quam diu ſpiramus, tam diu viui-
mus, & tum deſinimus viuere, cum deſinimus ſpirare. Habent phyſici
in animalibus, ſuos ſpiritus, anhelitum in primis, quo, & cibo, & potione
tanquàm funiculo triplici docent animalium teneri vitam. Ob id enim
tantopere tractant, de facilitate, difficultateque ſpirandi. Tum corpuſcula
illa in corde, in epate, in cerebro, ſpiritum inquàm, quem vocant vitalem,
naturalem, animalem. Sunt, & ipſis grammaticis ſpiritus quidã, quos Græ
ci προσωδίας, noſtri accentus dicunt. Ob id quod ſyllabis accinant, vel
concinnant, velut earum tenores, & toni. Sanè ut literæ vocales dictionẽ,
ſic literarum vocalium ipſi accentus videntur eſſe animæ quædam, quod
B eorum ſono acuto, graui, & qui ex vtroque procedit circumflexo, voces ip
ſæ formantur. quid? viuant, vigeant, quaſi ſpirent, & loquantur. Inde por
rò, & ad Muſicen deriuatio fit ſpirituum. Intentiones enim, inflexiones,
inclinationes, elationesque in ſonis, & cantibus, ſpiritus ſunt, quibus ani-
mata, muſica ipſa tantam uim habet; vt poſsit in iuuenibus excitare amo-
res, ſerere gaudia in ſenibus in pellere timores à pueris,

*Aere ciere viros Martemq́ accendere cantu.*

In ipſa natura rerum Salomon almum hunc ſolem ſpiritum appellauit,
& quaſi mundi animam, quod incredibili quadam celeritate, non tam
corporum, quàm ſpirituum propria, per vniuerſa procedens, & ſingula
quæque luſtrans, ſuo ipſius lumine viuificet omnia, quæ natura gignun-
C tur. Quid? Magno huic orbi terræ, quem habitamus, ineſt uelut ſpiritus
quidam, & anima, humor aquarum, quo permanente, intus & foris pe-
netrante per omnes fibras, humus efficitur quaſi compoſitum quoddam
ex tellure, & aqua, cui, & generandi uis adeſt; & concipiendi. Habet, &
aqua ſuam quamdam animam, nempè ſpirabilem naturam aeris, qui ad
ignem quidem comparatus, grauis, & corpulentus eſſe videtur. ſed leuiſ-
ſimus certè eſt, & penè ſpiritus, ſi conferatur cum cæteris elementis; hic ſi
agitare aquas deſierit, flareque, & reflare, ipſum quoque mare aliquando
fœtebit, perinde, ac lacunæ putentes. An non habet ipſe quoque aer ſuos
ſpiritus? non dicam modo τὰ πνεύματα πλανὰ, ſpiritus illos uagos, er-
rantes; deceptos, quos aerias poteſtates uocant, ἀπὸ τῆς ἀληθείας πλανω-
D μένας, ſed ventos uoco ſpiritus, quos etiam ipſæ ſacræ literæ ſpiritus uo-
cant, & non raro etiam ſpiritus domini, quod illis utatur Deus pro arbi-
trio, et ut Græci appoſitè dicunt δεσποτικῶς. Educit enim modo hunc;
modò illum, modò hunc, et illum; perſæpe etiam plurimos, atque uno eo-
demque tempore, inuicem cæca poteſtate pugnantes; oſtendens quod ha-
beat eos in numerato, tanquàm pecuniam in theſauris repoſitam, quam
ut libet excudere poſsit. Res profectò mira, nam cum ventis nihil uidea-
tur inſanius, tamẽ tanquàm ueri ſpiritus, mẽtes, intelligentiæ, uſque adeò
obediunt ad certam, perſcriptamque legis, et imperij normam, vt videan-
tur

tur non agi impetu,ſed ratione duci,ideoque putari verè poſsint, nō tam E
motus aeris,quàm diuinæ maieſtatis nuncij,vel Angeli; quibus Deus tan
quàm ſapientiſsimis miniſtris,vtatur,ad quæcūque voluerit; faciunt enim
fideliter,quod ille iubet,& tam ſecreto, vt eos ſonantes audias, & aera cō-
mouentes, & tamen neſcias vnde veniant, aut quo vadant. Quid, quod
ignita, & cœlo volantia fulgura, vi valida ipſorum ventorum demittun-
tur ad terras,nubes grauiſsimæ, & prægnantes,craſsis terrarum vaporibus
tolluntur in cœlos, porrò fulgura ſimul, & nubes tanto fœdere copulan-
tur, vt neque cadentes à nubibus aquæ, fulgur extinguant, neque rurſum
pluuialis aqua conſumatur à fulgure? Sunt demum veri ſpiritus illi mili-
tes diuinarum legionum. Angeli,Archangeli,qui ſacras globorum cœle- F
ſtium ſphæras,cum ſint magnitudinis penè immenſæ,tanta celeritate cir-
cumferunt,vt tralatione admodum eleganti, & decora, non moueri, ſed
volare dicantur in Prophetis. Vnde,& rotas,& currus,& pennas,& alas le
gimus ipſorum Cherubim. Iam videte ipſi, & cogitate viri docti, quàm
omnibus hiſcæ ſpiritibus,eſt ſine fine potentior ad procedendum,ad agē-
dum, & mouendum almus hic ipſe Spiritus, fons omnium ſpirituum,ui-
uificator omnium animarum,formator omniū rerum, nullis arctatus an-
guſtijs, nulli permixtus materiæ, nulli ſubiectus imperio, nulli obnoxius
fato,ſuperior omnibus creaturis,nō tam ſpiritus domini,quàm dominus,
verè ſpiritus Dei. Sed, & Deus ipſe. Hoc enim fortaſſe ſignificat in ore
tanti theologi,quantus eſt Moſes,verbum illud cuius ſupra non nihil me-
minimus, Ferebatur ſuper aquas. Supergreditur enim omnes creaturas G
ſpiritus ſanctus,& non motu, neque loco; ſed ui, & maieſtate, amoreque
ſuo,& bonitate, ſuperante omnia ab initio ipſum orbem terræ,hoc eſt ha
bitationem humani generis, placidumque vniuerſæ naturæ ſinum, qui
hiare iam, ac poſcere aliquid videbatur, replebat ſuo ipſius tepore,&
halitu,ne diſiuncta,& male cohærens,illo ſubſidente, & non procedente
vlterius, ſe inane prorſus,& in nihilum tātula illa gleba diſſolueretur. Au
dite viri, audite; ſiſtitur quidem intrinſecus progreſsio Dei, ne vlterius
procedat per origines in ipſo ſpiritu ſancto, ſed inexhauſta illa vis amoris,
infinito quodam circulo,it,redit,procedit,per ſpiritum ſanctum. Sanè pa
ter eſt,qui diligit, filius eſt dilectus,ſpiritus ſanctus condilectus, & ipſa di- H
lectio pater eſt, qui donat: filius eſt cui donatur, ſpiritus ſanctus eſt ipſum
donum. Ecquis hic ſe ingerere audeat, vt non vereatur patris,& filij,& ſpi
ritus ſancti interrumpere amorem,charitatem diuidere, affectum tollere,
diſſociare ſubſtantiam,ſecare tertium inter duos, aut diuellere à duobus?
Inde igitur eſt,quod in progreſsionibus rectilineis, quæ ſunt extrinſecus,
ſpiritus ſanctus ſemper ad ulteriora procedit, tanquàm diuini caloris, ſu-
blimis quidam vapor,& halitus: qui uiuax ſemper, ſemper præpes, & ue-
lox,nihil habet,vel remiſsionis,vel lentitudinis operoſus, quin potius, &
efficax,nunquàm vel labore,vel tedio victus, nunquàm quoque vincen-
dus



B dus vniuerſam naturā fouet,& alit; mundum conſeruat, vegetat animas,
permulcet animos,elementa permiſcet, cœlos regit,& permeat, fœcundat
annos,& tempora, dat pondus ventis, imperat dæmonibus. Quod ſi ver-
bum procedendi apud politiores literaturæ ſtudioſos,pompā quamdam,
& apparatū præſeferre videt,dicunt enim reges ad bella procedere, ſpon-
ſum procedere de thalamo, triumphantē procedere in ſella aurea ad Capi
tolium. Pontificem tiara ornatum caput,procedere ad aram. Ecce vobis
pompa,pompa nuptiarum bellorum, victoriarum, pompa ſacrorum, vir-
tutum,munerum, cum qua longo rerum ordine, eoque ſolenniſsimo,ad
nos è cœlo procedit ſpiritus ſanctus,eſſentia quidem vnus,ſed virtute,ope
rationeque multiplex. Spiritus intelligentiæ,qui legit intus in corde no-
B ſtro. Rectus,quia praua vertit in directū, & aſpera in vias planas. Bonus,
quo mala omnia pelluntur, vel cooperantur in bonum. Principalis; qui
principes nos facit, perturbationum omnium dominos, vitiorum quo-
que,ac ipſorum etiam dęmonum triumphatores; Dulcis,per quem omnia
amara dulceſcunt, dum charitas diffunditur in cordibus noſtris. Sanctus,
quo peccata remittuntur, & peccatores ſanctificantur; ob id enim dicitur
ſpiritus ſanctificationis. Mundus,quo nihil mundius,qui facit mūdos,cui
non placēt niſi mundi. Simplex,qui effugit fictos,& odit omnem dolum,
& hypocriſim. Subtilis,ad illabendum in animas noſtras, & ad ſcrutan-
dum, & examinandum iudicia profunda Dei. Modeſtus,ſancti pudoris,
verecundiæ,modeſtiæque magiſter. Diſertus, qui aperit ora mutorum,
C & linguas infantium facit diſertas,ſecurus futuri,vt præſentis. Certus,qui
nec fallit,nec fallitur. Mobilis,abrumpēs omnes iniuſtas moras turpis otij,
negligentiæ,& tarditatis impatiens. Humanus,omnium hominū amans,
humanæ fragilitati compatiens Benignus etiam,& ingratis. Omnē habēs
virtutem, πάνσοφος; ἢ παντοδύναμος, ſapienter incipiens, & perſeue-
ranter maturans fructum bonorum operū, quem à nobis non acerbè exi-
git,ſed patienter expectat in totas vitę noſtrę horas,agens etiam nobiſcū,
vt ad finem ſæculi,ipſi quoque multis titulis illuſtres,dilecti,electi,vocati,
ſancti,benedicti,filij,fratres,Angeli,hæredes,cohæredes,ſignati, vncti,re-
ges,ſacerdotes,magna cum cælitum pompa ingrediamur, & procedamus
in reſurrectionem vitæ: O' ſanctiſsimæ ſpiritus,quàm bonus es erga nos,
D quàm ſuauis,quàm mitis,quàm longanimis. Sed quis noſtrum tibi,ſine te
gratiarum actiones digne referre queat? Ergo præcamur adeſto nobis.
Aſpirando præueniſti,fauendo proceſsiſti,conſuma opus quod cæpiſti; ſi-
gnaſti nos ſigillo tuo, confirma nos virtute tua, diſtinxiſti nos ab ouibus
occiſionis, colloca nos inter oues, quæ paſcentur, in montibus Iſrael, in
herbis virentibus. Vnum illud vltimo hoc loco præteriri non debet,ò ami
ci. Nam procedendi verbum ſuaptè vi quidem ad omnes exitus etiam na-
turales ſignificandos cōmune eſt, propter quod, & generatio verbi inter-
dum etiam à noſtris proceſsio dicitur; ſicut generatio plantæ è terra; &
floris

ſtoris è radice. Eſt enim generatio ſub proceſsione ,non ſicut ſpecies qui- E
dem ſub genere,ſed omnino ſicut proprium,ſub communi vſu tamen bo
norum authorum linguæ noſtræ, cum de homine dicitur , qui mouetur
loco, planè ſignificare videtur,quod ſponte ſua ſe ſe excitet, moueat,pro
cedat,non ad alterius cuiuſpiam arbitrium,vel imperium.Hinc datur lau
di philoſophis illis,qui acceſi æternitatis ſtudio,& deſiderio,morti aduen
tanti,non tam eunt, quàm procedunt obuiam, ita ſe ſeparantes in vita, vt
à morte vinci neſciant.Nam,& Ieſus Chriſtus dominus noſter, ne putare
tur , quod imparatus imparatos incidiſſet, cum viri ſanguinum venaren-
tur animam illius ad mortem,vltro proceſsit. Ecquàm verè igitur, quàm
propriè , quàm aptè præter notionem originis , qua à generatione diſtin-
guitur,dicitur de ſpiritu ſancto,quod procedat? Nã,& in origine æterna, F
& in miſsione temporali nihil omnino cogitari poteſt tam liberum , tam
ſpontaneum . Pater ſanè, & filius in eum non contingenter quidem , ſed
tamen libere, & amanter procedunt:& ipſe,velut amor, libere, & libera-
liter procedit ex eis. Miſsio autem,quæ,& ipſa modo quodam proceſſus,
vel proceſsio dici poteſt, (facta eſt enim hæc vox communis è propria ; vt
olim ſumpta de medio,propria facta fuit è communi,)ſiue qui mittunt re-
ſpicias , ſiue qui mittitur , eſt tota plena libertatis, & liberalitatis . Quippe
quia nulla vi adductus,& ne meritis quidem noſtris prouocatus,quæ om-
nino,anteq̃ ille ad nos veniat aſpiceret, (nã mala eſſe vix poſſunt;ſed ſpon
te ſua,cũ patre,& filio ad nos venit, nobiſcũ habitat, manſionemq; in cor
de noſtro conſtituit. Vt qui illum totum anguſtis animis noſtris,ex toto G
capere non poſſumus, de ſuis ipſius muneribus , & gratijs, vt ille voluerit
accipiamus de eo ipſo, pro cuiuſq; capacitate,parciente menſurã,qui etiã
interdum ſinus noſtros, noſtra tentoria, noſtros fines,ingenti illa liberali-
tate,quàm magnificentiſsimè ampliat,& dilatat. Et Chriſtus quidẽ ſemel
ad nos proceſsit,noſter Paracletus,cum in nobis,& ex nobis ædificauit ec-
cleſiam ſuam : at verò Spiritus ſanctus,alius paracletus, quem ille reliquit
hoſpes, & ſoſpes,præſes,& obſes, nunquàm non procedit, non inambu-
lat, non inhabitat in eccleſia ſancta Dei, incipientes renouans, proficien-
tes inſtruens,profectos demum beans,& liberans. Haud dubie enim,niſi
perpetuo ſpiraret,& ſpirationis ſuæ ſacros illos motus, & impetus peren-
naret in animabus noſtris,ipſi ne ſemel quidem aſpirare, aut ſuſpirare au- H
deremus ad futuram illam patriam , quo tendimus . Sed dum ſalutaris illa
aura nos percellit, & agitat,diſſipãs vno ſpiritu omnes inimicas poteſtates
per inde ac ventus vehemens diſcutit glumam à facie terræ , facit ut tran-
ſeunti per huius uitæ maria,perueniamus tandem ad portum æternæ fœ-
licitatis.O quàm belle,quàm appoſitè in ſpiritus ſancti auram,illud com
petit,quod ethnici de cæca fortuna vſque adeo inſipienter,temereque di-
xerunt.Illius proſpero flatu,cum rectè vtimur,ad optatos exitus fœliciſsi-
mè peruehimur ; at vero cum noſtra culpa reflauerit , aut etiã ſubſederit,
niſi



A niſi iterum occurrere , ſpirareque incipiat,miſerabiliter affligimur.Quod
vtinam perditi illi intelligerent, qui Spiritum ſanctum , vel per infide-
litatem blaſphemant , vel contriſtant per ſuperbiam , vel demum quan-
tum in illis , eſt per inanem fidem , & bonis operibus carentem , prorſus
extinguũt . Sed videre videor aures veſtras expectare , vt de Patre , & Fi-
lio , & Spiritu ſancto , quæ hactenus ſunt diuiſæ, & diſpenſæ ſententiæ à
nobis, iam vno, integroque ſermone colligentur .

## *Pater, Filius, & Spiritus ſanctus, tres Perſonæ.*
## *CAP. X.*

B

ERGO erigite mentium veſtrarum oculos, ò ſynce-
ri veritatis amantes, ad tres illos viros, quos in am-
plexu nemorum aſpexit, & ſuſpexit magnus ſacer-
dos,& pater fidei Abraam. Ad tres propagines vi-
tis, quas ex pincerna regis Aegypti audiuit diui-
nus ille ſomniorum cõiector, & interpres Ioſeph.
Ad tres digitos,quibus ſumma illa rerum poteſtas
apud Eſaiam appendit, & librat vniuerſam hanc
terræ molem. Ad tres radios igneos, quos in libro Sapientiæ exſufflat Sol
C aureus , & altiſsimos montes excoquit , & exurit . Denique ad tres panes
Euangelicos , quos opportunè importunus petijt, & accepit amicus ab
amico:& ad tres illos è cęlo teſtes, qui oculati indubitatam fidem faciunt
orbi terræ, de veritate Chriſtianæ religionis,quod ſit ſola religio, ſola pie
tas,ſola ſapientia, ſic conferentes exemplaria exemplis, res imaginibus,in-
telligetis primum,& ante omnia, Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum,
beatam illam,amandam,colendam, ſanctam, & ſuaue olentem Chriſtia-
norum Trinitatem,non eſſe id quod olim Sabelliana hæreſis, ſibi temere
finxit,tria ſolum nomina,vel tres ſolas voces,vt bis,duo,quatuor,vnũ,&
tria ; ſed eſſe verè tres res,res exiſtentes,ſtantes,ſiſtentes,ſubſiſtentes, tres
inquã in lingua Græca ὑποστάσεις. Et tres apud Latinos perſonas. Ad hæc
D illud proximè accedit,vt ſciatis præter ſanctiſsimam hanc,& ineffabilem
Trinitatem, Patrem, Filium , & Spiritum ſanctum , eſſe non poſſe aliam
quandam in ipſa diuinitatis natura perſonam. Neque tamen illarũ trium
eſſe communem,& velut quartam ſubſtãtiam, diuinam eſſentiam. Et de-
mum neque vnam,neque duas Trinitatis perſonas, neque etiam totam ip
ſam trinitatem,in illa ipſa eſſentia eſſe aliud quam vnum,& vnum indiui
duum,ſingularemque Deum.Quia tametſi eſt alius Pater, alius Filius, &
alius Spiritus ſanctus,vena,fons,fluuius,ſol,ſplendor, calor,mens, verbũ,
amor,viuens ex ſe vita,vita à uiuente, viuentium viuificator, tamẽ quiſ-

 que

que eſt plenus, ac perfectus Deus; atque ideo ſimul, vnus à nullo, vnus ab E
vno, vnus ab ambobus: non ſunt tres Dij, ſed vnus Deus, ille ipſe Deus,
lux, lumen, illuminatio, charitas, gratia, communicatio, fons, flumen, irri-
gatio, genitor, genitus, regeneratio, denique vt concludam, ille à quo om-
nia, per quem omnia, in quo omnia: non quia ab vno omnia, per alterum
omnia, in tertio omnia, ſed quia verè ab vno omnia, per vnum omnia, in
vno omnia. O anima mea, ecque es? ecqualis es? ecquanta es? ad huc non
intelligis, inter tot & tanta, quæ dixſti, quæ ſcripſiſti, nihil te penitus dixiſ-
ſe, vel ſcripſiſſe, quod ſanctiſsima illa trinitate dignum cenſeri poſsit? Er-
go ſi non vereris, cur ſaltem non erubeſcis vlteriora loqui? quam nimium
verè dixit Salomon. Melius eſt inquit finis orationis, quam principium,
ſanè principio ſilentia rumpimus, fine facimus, & præſtat de diuinarum F
perſonarum trinitate ſilentia facere, quam rūpere; quia nihil difficilius,
quam de Trinitate abſque mendacio loqui, vt nihil facilius, quam loquē-
do de Trinitate mentiri. Sed tu lux mundi, beata Trinitas, quæ tanta fa-
cilitate omnes ſimul homines illuminas, quanta ſeorſum ſingulos, & tan-
ta ſingulum, quanta vnum ſolum, illumina tenebras, quæ natant ante ocu
los meos, erue me de profundo ignorationis meæ, vt inter ſeductores, &
ſeductos, inter fallentes & falſos, ſeruus tuus, & filius ancillæ tuæ, neque
ſeductor, neque ſeductus, neque deceptor, neque deceptus, de te ò ſanctiſ-
ſima Trinitas, dicat quæ tibi placent, & ipſe ſibi in dicendo conſtet. Ego
enim caſto, & ſyncero amore religioſæ fidei meæ, in qua educaſti me ab
infantia mea, per gratiam tuam, ad ſalutem meam, quum viderem, quam G

*Rari nautes in gurgite vaſco.*

Non oſculans manum meam, ſed adorans ſcabellum pedum tuorum, in-
greſſus ſum abyſſum hanc magnam diuitiarum, ſapientiæ, & ſcientiæ
tuæ, vt ſecundum illam fidem, ex qua viuo, iuxta illam ſpem, quam
teneo, & videre, & poſsidere concupiſco, loquerer de arcanis tuis, non ex
me, neque per me; ſed ex te, & per te; Quis enim ſum ego, vt loquar ad te,
ò ſanctiſsima Trinitas? Expecto igitur, vt mittas manum tuam de alto, vt
cum Aegyptijs non demergar in profundum, & claudat ſuper me puteus
os ſuum; ſed cum filijs Iſrael, confitear tibi, & laudem dicam gloriæ tuæ.
Nunc oro vos ò dilecti Dei, per veſtram fidem, & ſalutem, iuuate labores
meos, & non tam dicenti mihi, quam illi ipſi de qua ſcribimus Trinitati H
ſanctiſsimæ, fauete linguis, neque enim, vel ſublimiora, vel ſecretiora
habemus, quæ aliquando loquamur. Et ne σάρκωσιν quidem, neque
εὐχαριστίαν, neque πρόγνωσιν, neque προορισμόν. Sanè omnia Trini-
tati cædunt, quia ex Trinitate omnia pendent. Itaque attendite æquis ani
mis, ſic illa nobis æternum faueat, vt loquatur ad cor veſtrum, & de excel-
ſo ſancto ſuo mittat ignem in oſſa veſtra, vt purgatos, in primis veſtros
omnium animos illuſtret, deinde & tandem perficiat muneribus, & gra-
tijs ſuis. Hęc eſt igitur, vt à diſtinctione Trinitatis fœliciter incipientes, in

eiuſdem



A eiuſdem Trinitatis vnitatem fęliciſsimè deſinamus, hæc eſt inquam fides
noſtra, fides recta, fides ſecura, quam non peperit inanis rumor, aut incer-
ta fama, non diſſeminauit temeraria præſumptio, aut hæretica pertinacia;
ſed ab initio fundauit Chriſti verbum, ſuſcepit ex Apoſtolica eccleſia vni
uerſus orbis, dilucidarunt vtriuſque teſtamenti ſcripturæ, confirmarunt
miracula, & probauit ſanguis Martyrum, vt poſtquam ex ijs, quæ dicta
ſunt, manifeſtum eſt, quod Pater æternus reuera genuit Filium, & Filius
reuera natus eſt ex vtero Patris, quod Pater, & Filius reuera ſpirando pro
cedunt in Spiritum ſanctum: & Spiritus ſanctus reuera procedendo ſpi-
ratur à Patre, & Filio. Credamus firmiſsimè, & nullatenus dubitemus,
non niſi hæretico ingenio fingi poſſe, quod perſona Patris ſit illa ipſa,
B quæ eſt Filius; & perſona Filij ſit illa ipſa, quæ Pater: & demum Spiri-
tus ſanctus, ſit illa ipſa perſona, quæ eſt Patris aut Filij. Sanè cum re ipſa,
& non voce tantum, aut ſono, ſit aliud genuiſſe, & natum eſſe, aliud ſit
procedere in alterum, & procedere ex altero, vna ſola perſona, nomine
ſolum à ſe ipſa differens, vel diſtincta non poteſt generare ſe, naſci de ſe,
& ex ſe ipſa quoque procedere. Origo eſt, ò viri, vnde naſcitur relatio ex
relatione, proprietas ex proprietate, diſtinctio, quanquam non cū diſtin-
ctione, aut ſeparatio. Quid enim, ſi natura vna eſt in origine, & in eo cu-
ius eſt origo? Natura quidem communicatur; ſed perſona diſtinguitur.
Ideoque non natura, ſed proprietas eſt, quæ diſtinguit, diſtinguit inquā
perſonam, à perſona, non perſonam à natura, quia tres perſonæ non tres
C naturæ. An verò perſona, & natura non ſunt idem? Immò re ſunt idem;
ſed non ad idem. Natura ad ſe dicitur, ob id indiuidua communicatur,
perſona, ad aliud dicitur, ob id incommunicabilis multiplicabitur. Tolle
relationem, tollis trinitatem, tolle communicationem, tollis vnitatem.
Pater refertur ad Filium, & Filius refertur ad Patrem, hic, & ille Deus re-
fertur ad paracletum, & ad vtrunque refertur paracletus; quomodo igi-
tur non eſt alius Pater, alius Filius, alius Spiritus ſanctus? Ita verò ipſa
quoque diuina eſſentia, alio modo eſt in Patre, aliunde non accepta, alio
modo in Filio communicata per generationem, & tertio modo in Spiri-
tu ſancto accepta per ſpirationem. An verò non eſt hoc ſatis ad perſona-
rum diſtinctionem, ò Sabelli Sabidi oris. Nos non inſectamur poeti-
D ca licentia fœtentem animam tuam; ſed impiam doctrinam tuam, Chri-
ſtiana libertate repręhēdimus, & damnamus. Quum enim Arrius ille hæ-
reſiarches, ex antiqua fide trium perſonarum, quarum diſcretionem ex
euangelio ſuſcipiebat fumo, ſuperbiæ, quod hiſtoriæ referunt excæcatus,
ſumma contentione clamaret, & exclamaret, trium illarum perſonarum,
tres quoque eſſe ſubſtantias, vel naturas, in quibus etiam gradus, & or-
dines, pro ingenij temeritate ſtatuere, atque definire non verebatur.
Tu ἀνταγωνιστής, vt quaſi nouus quidam Atlas, Cœlum mons ſuſtinere
videri poſſes, prodijſti in medium ſermone armatus, & dixiſti. Tantum

Dd ij abeſt,

abeſt, vt non ſit vna natura Dei, vt ſit etiam vna ſola perſona, Patris, Filij, E
& Spiritus ſancti. Nihil tibi debemus, niſi odium, & vindictam, ô impiè,
quia dum nimium emungis, elicis ſanguinem. Nam vt contra Arium v-
nitatem conſtituas, contra Euangelium euiſceras Trinitatem. Ille eſt ho
ſtis vnitatis. Tu oſor trinitatis. Sanè vera, & orthodoxa ſynceritas reli-
gionis vna, eaque potentiſsima Euangelij machera, deſtruit inimicum il-
lum ſimul & te ultorem, docens eſſe quidem vnam naturam ſolam, quod
ille negat, ſed non vnam ſolam perſonam, quod tu affirmas. Varius error
ſuus, & tuus ô Sabelli, ſed vterque tamen, ex vno illo omnis hæreticæ pra-
uitatis fonte manauit, quia non ad rectam lineam antiquæ traditionis e-
uangelica verba diriguntur. Sed ad obliquos calles humanarum com-
mentationum: & ad ſiniſtram, & ad dexteram pro ingeniorum petulan- F
tia detorquentur. Ecquid vnquam dici potuiſſet, vos ambos nomina-
rem Iudices, ô Ari, ô Sabelli, ſi apud Inferos recognoſcere poſſetis cauſam
noſtram: Quid inquam ad iugulandas veſtras impietates dici potuiſſet
fortius, apertius, cœleſti illo oraculo Chriſti Ieſu, qui defenſor diuini
honoris, vltor iniuriarum, cognitor iuris, & actor cauſæ ipſius religio-
nis hunc in modum locutus eſt? Ego, & pater vnum ſumus. Audite
vos ſaltem Ariani, & Sabelliani, quicunque, & vbicunque eſtis. Ec-
ce enim Iudex æquiſsimus, qui etiam iudicaturus eſt viuos, & mortuos,
inter noxias, & lætales contentiones veſtras ſententiam profert, audien-
te terra, et cœlo tollantur iam hoc tanto iudice vniuerſæ lites, & qui- G
dem Viri, quum Chriſtus dicit, ego & Pater, à ſe Patrem. Et ſe à Patre
diſcernit contra Sabellium. Quum dicit vnum ſumus, ὁμοούσιον docet
contra Arium. Quid? Duæ hæ ſolæ voces, Vnum Sumus, Arium ſimul
confodiunt & Sabellium. Sanè Vnum ad naturam refertur, Sumus ad per
ſonas. Vna ergo natura ſola, quam nequiter diuidit, & ſeparat Arius, In
illa natura tres perſonæ, quas malè permiſcet & confundit Sabellius.
Quam breue verbum, quam potens, ô viri. Ego, & Pater vnum ſu-
mus? An vero non ſimile eſt illud principale mandatum, & cur non di-
co imperatorium edictum, quod ad aperiendam cœli ianuam iuſſit Apo-
ſtolis, vt baptizarent in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti? Nam H
in vno trium nomine, et velut digito oſtendit, trinitatem et vnitatem
ſimul, et inſinuauit. Trinitatem dico Patris, Filij, et Spiritus ſancti
Vnitatem porrò maieſtatis, authoritatis, gloriæque, et naturæ æter-
ni Dei. Corrige Arri errorem tuum, ex errore Sabelli, et tu Sa-
belli, ex errore ſuo corrige tuum; Dic tu inquam Arri contra Sabel-
lium tres eſſe perſonas. Dic tu Sabelli cõtra Arrium, vnam eſſe naturam.
Sic Sabelliana vnitas, et Arriana Trinitas, ipſa erit ſapientia, ipſa pietas.
Grande profectò miraculum, vt hæreticorum ſententiæ, quæ ſeorſum po
ſitæ, velut aduerſæ, et repugnantes triumphare videntur, et expugnare ve-
ram pietatem, concinnatæ in vnum fidei nodulum, tropheum erigant re-
ligioni,



A ligioni, & pietati. Ipſi quoque hæreſiarchæ, qui inuicem diſsident, dum
alter alteri contradicit, & vterque mentitur, concordiæ vinculo fœdera-
ti, veritati teſtimonium perhibeant, & neſcientes inueniantur pugnaſſe
pro nobis, qui ſcientes, & prudentes arma ſumpſerant, vt pugnarent con-
tra nos. Non poteſt ô dilecti, ſerenitas Catholicæ fidei, quam lux mundi
fecit Chriſtus Ieſus (oriens nomen eius) obumbrari atris perfidiæ tenebris,
quantumlibet ſit potens princeps tenebrarum harum, atque ideo ſtrenuè
nobis laborandum eſt, vt diſcuſſa penitus caligine hæreſum, lux euange-
licæ veritatis in orbe clareſcens, non in oculis ſolum accenſa videatur; ſed
in penetralibus animi, & pectoris rutilans, foris quoque viuidas religio-
nis & pietatis flammas emittat. Ob id patres noſtri, proſtrati ante diuinæ
B ſublimitatis ſedem, de plenitudine theſauri fontis legis, & prophetarum,
& de quatuor exuberantiſsimis paradiſi fluminibus, aquam vitæ biberũt,
vt noſtra quoque ſitientia pectora irrigarent. Iam ne poſt tantos labores,
poſt tantas vigilias patrum noſtrorum, ſingulorum omnium Doctorum,
Martyrum, Confeſſorum, Virginum, poſt tantas ſynodos, poſt tanta
concilia, adhuc extat, qui aduerſus diuinarum perſonarum Trinitatem,
ſtruat machinas, (ô inanes machinas) eaſq; in arena, ligni, ferri, ſtipulæ, qui
bus iam in proximo adeſt ruina, & ignis incendium. Habent philoſophi,
& poetæ ſuam ipſorum in Deo Trinitatem, ô viri, quam numero quo-
que ternario venerantur, & colunt adoratione mentis, Thure, & ſacri-
C ficio, hymniſque, & laudibus: Inde enim natum illud,

*Numero Deus impare gaudet.*

Sanè Orpheus, Trimegiſtus, Pythagoras, Plato, & qui eos ſequuti ſunt,
Deum vocant primum, abſquo ſingula, & omnia fluant, velut à fonte
perhenni. Medium, quatenus ſua ipſius virtute cuncta mouentur, vt vix
condita illuc refluant, vnde fluxerunt. Vltimum, dum ſingula, ſuam ip-
ſorum originem repetunt, in quo etiam conquieſcunt ſempiternis tem-
poribus, quẽ vocant effectorem; quod fabricatus fuerit mundum tanquã
opifex, formam, quod ſignificauerit omnia velut exemplar τὸ τοῦ ἕνε-
κα, quod tandem perficiat vniuerſa, tanquam id cuius gratia condita ſunt.
Vocant Bonum; quia creando ſe ſe communicat, & diffundit. Pulchrum,
D quia nihil non allicit, ad ſuum ipſius amorem. Iuſtum, quia omnia de-
bitis numeris, menſuris, ponderibuſque diſponit. An non videtis tres
diuinas Trinitates? Deus, primum, medium, vltimum, Deus, efficiens,
forma, finis, Deus, bonus, pulcher, iuſtus. Sed enim ſola Trinitas Chri-
ſtianæ religionis, quam piſcatores agnouerunt, philoſophi ignoraue-
runt, eſt Trinitas perſonarum. Nam quis neſciat trinitates iſtas philo-
ſophicas, (ſi tamen philoſophicas, ſanè & illæ è noſtris fontibus acceptæ
ſunt,) non eſſe perſonarum, vt quæ neque conſtituunt perſonas, neque
ſurgunt ex perſonis? Immo verò non eſſe rerum, quando non
re ipſa diſtinguuntur, quod nemo non aſſerit. Sed eſſe Trinitates

rationum (vt aiunt) formalium, quæ ſi meminiſtis, eorum quæ ſuperius E
à nobis ſunt dicta, in vnamquanque perſonam, æque ac in alteram con-
ueniunt, perinde ac cætera quæ attributa vocant, & abſoluta, & relatio-
nes, quæ ad ipſam diuinam naturam potius, quam ad vnam aliquam ex
tribus perſonis, propriè ſpectare videntur. Num enim non à Patre, à Fi-
lio, & à Spiritu ſancto pariter creamur, vocamur, liberamur, ſanctifica-
mur, docemur, illuminamur, reſuſcitamur, ſaluamur? quin ſignari quo-
que & vngi? quæ munera appoſitè in nobis eſſe creduntur, ex ipſo Dei fi-
lio, qui eſt Chriſtus Ieſus, vnctus prę participibus ſuis, characterq;, & ima
go inuiſibilis Dei: omnino tamen referuntur etiam in Patrem, & in Spi-
ritum ſanctũ. Qui vnxit nos Deus, & ſignauit nos, inquit Paulus de Deo
patre: de Spiritu ſancto autem, Nolite inquit contriſtare Spiritum ſan- F
ctũ, in quo ſignati eſtis, Eſaias porrò. Spiritus Domini ſuper me, eo quod
vnxerit me. Vnde & euangelium ipſum, & fides, & gratia, & vita æterna,
& regnum, & pax dicuntur eſſe à Deo Patre, à Filio, & à Spiritu ſancto.
Profecto verò, & eligere, & congregare, & ædificare nos, & habitare in
nobis, & renouare, mundareque, & ſcrutari corda noſtra, & probare
nos, & teſtificari ſpiritui noſtro, ducere, educereque, & perducere nos,
reuelare arcana ſua, apparere & manifeſtare ſe nobis, conſtituere nos tem
pla Dei, protegere nos, implere nos, loqui nobis, partiri dona ſua ad men-
ſuram, retribuereque, vt hic concludam, ſecundum opera noſtra, in nul
lam determinatam perſonam referuntur, ſed expreſsè in omnes & ſingu-
las, in Patrem inquam, in Filium, & in Spiritum ſanctum. Quid enim G
neceſſe eſt citare ſcripturarum teſtimonia, quæ paſsim vndique ſcatent,
& ſe ſe offerunt legentibus? An verò non dicitur veritas Pater, & Filius
& Spiritus ſanctus? Certè Dauid ad Patrem dicit, Redemiſti me domine
Deus veritatis: Filius autem de ſe ipſo. Ego inquit ſum veritas. De Spiri-
tu ſancto Ioannes, Spiritus eſt veritas, & Chriſtus eũ appellat ſpiritum ve
ritatis. Quid? Quod de charitate Apoſtolus dicit, introducens Deum Pa-
trem. Propter nimiam charitatem qua dilexit nos Deus, tradidit filium
ſuum. Deinde verò, Charitas Chriſti vrget nos, & per charitatem ſpiritus,
ſeruire inuicem. An non iam conſtat charitatem eſſe Patris, eſſe Filij, eſſe
Spiritus ſancti? Vnde & in ſymbolica Theologia, tam fons, quam fluuius
dicitur Pater, Filius, S& piritus ſanctus. Ad extremum verò, & bonus eſt H
Pater, & bonus eſt Filius, & bonus eſt Spiritus ſanctus; & iuſtus eſt Pater,
& iuſtus eſt Filius, & iuſtus eſt Spiritus ſanctus; & perfectus eſt Pater, &
perfectus eſt filius, & perfectus eſt Spiritus ſanctus: & ſanctus eſt Pater, &
ſanctus eſt Filius, & ſanctus eſt Spiritus ſanctus, & benedictus eſt Pater,
& benedictus eſt Filius, & benedictus eſt Spiritus ſanctus. Et vnaquæquæ
perſona, ac omnes ſimul ſunt Deus, dominus, primus, & vltimus, alpha &
omega, principium & finis. Vt propterea Ethnici, qui de diuina Trinita-
te locuti ſunt, ſubodorati quidem fuerint forſan, ſed nõ attigerint noſtrã
hanc



A hanc Trinitatem, quæ eſt πατρότης, υἱότης, ἐκπόρευσις. Hæc enim tria,
rem, & nomen trium perſonarum in diuina natura conſtituunt. Ideoque
vt diximus, hæc ſola eſt vera Trinitas perſonarum, Pater, Filius, & Spiritus
ſanctus, non maieſtate quidem, non loco, tempore, gradu, ordine ſepara-
ta; ſed proprietate, notione, charactere, aut ſigillo, ita re ipſa diſtincta, vt
ne eo quidem ſymbolo, quo in ſacris literis, vna huius ſanctiſsimę tria-
dis perſona exprimitur, & notatur, altera exprimi, notari ve poſsit. Sanè
Patris ſolius ſymbolum eſt vox, & tonitrus; Filij ſolius caro, in forma ho-
minis; Spiritus ſancti ſolius Columba, ignis, flatus. Neque verò vſpiam le-
gimus, vel patrem humana carne figuratum fuiſſe, de cœlo loquentem, &
dicentem. Hic eſt filius meus dilectus? Quod cum ita ſit, quid egemus te-
B ſtibus? Res ipſa per ſe ſe loquitur, Pater, Filius, & Spiritus ſanctus ſunt tres
perſonæ, quæ nec re, nec nomine colludunt, ſed neque inuicem confli-
gunt, aut colliduntur, iuxta naturæ quidem cõmunia ſimul, at iuxta perſo
narum propria conſequenter ſe habentes, quaſi vnius catenæ annuli, di-
ſtinctè coniuncti, & coniunctè diſtincti. Audite & intelligite omnes.
Quemadmodum, qui in gracili catena alterum annulum trahit, ſiue pri-
mum, ſiue medium, ſiue extremum, ſimul totam quaſſat catenam, ſic in
ſancta Trinitate; qua nihil ſubtilius, quia eſt purus ſpiritus, propter admi-
rabilem ordinem, connexionemq; Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, quos
diſcretos quidem, & inconfuſos; ſed tamen alterum in altero, velut inſer-
C tos, & implexos, diuina hiſtoria docet; ſi quis vnum blaſphemat, ſi quis in
vnum nõ credit, ſi quis vnum afficit iniuria, is totam Trinitatem blaſphe
mat, is neglector eſt, & contemptor totius Trinitatis, is iniquè eſt iniurio
ſus toti ſanctiſsimæ Trinitati. Quem propterea etiam ſi cum Helia ſubli-
mem curru, per aera volantem videremus, aut cum Moſe, & Petro ſiccis
pedibus ambulantem per maria, denique cũ Paulo ad tertium vſque cœ-
lum aſcendẽtem, & ſuper aſtra collocantem nidum ſuum, ad huc nihilo-
minus illi ipſi tanquã lęſi numinis reo & perduellis anathema, maranatha
diceremus, & ne ſalutati quidem vlla eum reſalutatione dignum arbitra-
remur, agnoſcẽtes in eo filium mortis, virum Belial, Antichriſtum, & pri
mogenitũ Satanæ. Iam ſi de nomine & ratione perſonæ aliquid dicendũ,
D rogo te importune vexator, & direptor ſacrorum, quid nam aliud, quod
tuis auribus morigerari poſſet loco perſonæ dici maluiſſes? ſingulare ne?
At diuina eſſentia, non eſt vniuerſale. Prima ſubſtantia? at illa non eſt ſe-
cunda ſubſtantia, & in Deo non ſunt duę ſubſtantię. Indiuiduum? At cõ-
feſtim interrogatio ſequitur, cuius ſpeciei? & illa ſpecies cuius eſt generis?
Dici maluiſſes ſuppoſitum? ſed quid illud eſt, cui ſubijcitur, aut ſupponi-
tur? Pater, Filius, & Spiritus ſanctus. Dicẽdum eſt. Aliquid? An verò, vox
vſque adeo finita, & contracta conueniebat immenſitati Dei? Ens? Sed
certè Pater, Filius, & Spiritus ſanctus ſunt vnum ens, non tria entia. Res?
At penes nomen rei, nõ diſtinguitur eſſentia diuina, à Patre, Filio, & Spi-
Dd iiij ritu

ritu ſancto, nam & illa eſt res, & tamen non ſunt quatuor res. Quid igitur E
tandem dici potuit, niſi perſona? nam ratio eſſentiæ, non eſt perſona, ſed
natura, Neque verò profectò credendum eſt, viri patres & fratres, ſi om-
nia ſacramenta ſalutis noſtræ, redemptionis noſtræ, glorificationis noſtræ,
accepimus non ab hominibus, neque per hominem, ſed per Spiritum ſan
ctum, ille enim eſt, qui Prophetas conſtituit, qui Apoſtolos erudiuit, qui
Euangeliſtas fecit, qui dona diſtribuit, qui omnia opera mirabilia geſſit,
qui denique ſcripturas dictauit, easque per Doctorum linguas & ora in-
terprætatur, vſque ad conſumationem ſanctorũ, quando repleta erit ter-
ra ſcientia Domini, velut aqua maris operientis. Non eſt inquam creden
dum, quod hoc ipſum, quaſi commune nomẽ, Patris, Filij, & Spiritus ſan
cti perſona, quod voluit ab omnibus credi, firmiter; ab omnibus dici, fide F
liter, iudicio & voluntati hominum reliquerit; ſed ipſe tradiderit, docue-
rit, declarauerit, ipſe profunda fluuiorum ſcrutatus eſt, & naturæ, & per-
ſonæ Dei; vt cætera myſteria abſcondita produxit in lucem. Quo autho-
re, nemo vnquam repudiauit Deum, aut genituram Dei: nemo vnquam
dixit anathema Ieſu, nemo vnquam blaſphemauit Spiritum ſanctum, ne-
mo negauit Trinitatem, nemo ignorauit vnitatem. Quid? Nemo attẽdit
ſpiritui erroris, nemo credidit doctrinis demoniorum, nemo in hypocri-
ſi locutus eſt mendacia, nemo cauteriatã habuit conſcientiam, nemo euan
gelium peruertit, nemo ſcripturas temerauit, nemo fidem irritam fecit.
nemo polluit ſacramenta, nemo ſpreuit iura patrum, nemo hæreſes ſemi
nauit, aut Chriſtianæ religioni contraria decreta conſcripſit. Quod ſi illo G
docente, in diuinis, & naturam & perſonam dicimus, quis eſt, qui has vo-
ces repræhendere audeat, aut conuenientiores excogitare poſſe confi-
dat? An verò non videtis Apoſtolorum Principes, Petrum, & Paulum,
tanquam primos depoſitarios traditionis Spiritus ſancti, duas haſce vo-
ces æternis ſcripturarum monumentis conſecraſſe? Diuus Petrus Natu-
ram dixit, vtpotè eccleſiæ Princeps, Diuus Paulus Perſonam, tanquam
defenſor fidei, & Religionis, vt efficiamini inquit ille, diuinæ naturæ
conſortes. Hic autem, Si quid donaui, in perſona Chriſti donaui. Et qui-
dem viri docti, vox illa vſitatiſſima *ὑπόϛασις*, quam tantopere à Roma-
nis hominibus adhuc poſt Nicænam fidem, importune exigebat mole- H
ſtiſſimus oriens, ſi vt quibuſdam placet, nihil differt ab *οὐσία*, adeo ut,
quemadmodum dicitur vna *οὐσία*, ſic & dicatur vna *ὑπόστασις*, & vi-
ciſſim, ſicut dicimus tres *ὑποϛάτις*, ſic admittamus etiam tres *οὐσιας*,
non'ne tanquam ambigua vitanda fuit eccleſiaſticis viris in re tanti mo-
menti? Quod ſi ſubſtantiam ſignificat, non eſſentiam; nam certè Græ-
ci ſubſtantias, in quibus ſubſiſtunt *οὐσίαι*, hoc eſt indiuidua *ὑποϛάσεις*
vocant, omnino erat penitus reijcienda, ne cum Arrio tres in Deo ſub-
ſtantias, aut etiam ſubſiſtentias, hoc eſt ſi non *οὐσίας*, *οὐσιώσεις*, finiti-
mæ enim ſunt vt videtis, confiteri aliquando tandẽ cogeremur. Tranſla-
ta eſt



A ta eſt igitur ab hominibus ad Deum, hæc vox perſona, qua religio à tan-
to diſcrimine, in quod propter *οὐσίαν*, & *ὑπόϛασιν* venerat, liberaretur.
Iam enim quoties tam ab Ethnicis, quam ab hæreticis actu, doloque in-
terrogamur. Quænam eſt hæc veſtra Trinitas? citra omnem impietatis
culpam, citra omnem notam ignorationis, citra omnem vocis ambigui-
tatem, reſpondere poſſumus Catholici omnes. Eſt Trinitas perſonarum,
& verè, vt etiam à Græca voce non declinemus *θείων προσώπων*. Ne-
que enim, vt quidam dixit, verborum in hac re inops eſt Græcia; quæ hæc
omnia, eſſentiam, ſubſtantiam, ſubſiſtentiam, & perſonam, totidem no-
minibus reddit: Eſſentiam ſanè *οὐσίαν*, Subſtantiam, *ὑπόϛασιν*, Subſiſten
tiam, *οὐσίωσιν*, perſonam, *πρόσωπον* vocat. In quo ſenſu Diuus Paulus
B dixit *ἐν προσώπῳ τοῦ χριϛοῦ*, vt obtumeſcant graculi, quibus nihil
aliud eſt in ore, quam vitandas profanas nouitates verborum. Sunt au-
tem profectò Pater, Filius, & Spiritus ſanctus, tres quaſi vultus, & facies,
non niſi aſpectu, & reſpectu, relatione inquam differentes, quibus in aper
to eccleſia, cœlo ſpecie à beatis, fide à viatoribus agnoſcitur verus Deus:
Quanquam autem non ſeparentur in natura vna ex originibus, tamen
propria diſtinctione, & diſtincta proprietate, liquidiſſime puriſſimèque,
ita diſcernuntur, vt nulla ſit inter eos ſocietas, nulla communicatio, ſiue
rerum, ſiue nominum. Ecquis igitur inter homines, tam verè perſona eſt,
quam tres illi, Pater, Filius, & Spiritus ſanctus? Nam quis eorum eſt ſeor-
ſum, per ſe ſe, vnus ab alio, ab alio, inquam non ab altero, quilibet enim
C eſt alius, & nõ per accidẽtia aliquo modo alter. Neque omnes quidẽ ſunt
aliud, ſed ſinguli ſunt alij. Alium paracletum, inquit Chriſtus, & Non
ſum ego ſolus, ſed mecum eſt qui miſit me pater. Planè itaque alius. Quo-
modo autem alius? Perſona, ecquid tandem igitur ſignificat diuina per-
ſona? id quod eſt diſtinctum in diuina natura. Quod commune eſt &
indefinitum, pertinet ad naturam. Quod proprium eſt, & vni ſoli affi-
xum, non niſi ad perſonam. Natura igitur eſt Deus. Perſonæ ſunt Pa-
ter, Filius, & Spiritus ſanctus. Accipe exemplum. Homo, eſt natura:
hic & ille homo, ſunt perſonæ. Caro, anima, ſanguis, oſſa, pertinent
ad naturam, ad perſonam ſpectant hæc caro, hæc anima, hic ſanguis,
hæc oſſa. Verum enimuero, vix auditas haſce rerum corporalium ſimi-
D litudines, abige, abnue, nega, reſpue, fuge, abijce, quia in Deo nihil
eſt niſi actus purus. Quanta ſunt, quam multa ſunt, quæ coeunt in vnum,
ad conſtituendam in nobis perſonæ rationem? Eſſe in primis, quod il-
lud eſt, cui opponitur id quod ſimpliciter eſt nihil, cuius ne quidem, ne
exemplar quidem vllum eſt in ipſo Deo. Eſſe hoc, quod eſt eſſe ratum,
vnde dicitur res, & decem prædicamenta complectitur. Eſſe aliquid,
quod ſub genere, ſpeciem atomam refert. Eſſe hoc aliquid, quod de
indiuiduo dicitur, quod ſe ab ſe indiſtinctum, ab alijs diſtinctũ eſſe. Eſſe
in actu, quod eſt exiſtere, extare, eſſe inquam extra, hoc eſt extra cauſam.
Nam

nam quod in cauſa ſua eſt, & vt græci dicunt ἐνδυνάμει, propriè non E
exiſtit. Eſſe per ſeſe, quod eſt, & ſuis viribus niti ſubſiſtere, quod in lingua
græca pertinet ad οὐσίωσιν, & accidentibus ſubſtare; quod propriè ſpectat
ad ὑπόστασιν, non eſt enim perſona; niſi in ſubſtantijs. Demum viue-
re, ſentire, moueri, intelligere; quia neque lapidis; neque arboris vllus vn-
quam ſapiens perſonam dixit, neque equi, vel cameli, & breuiter infra ho-
minem perſona dicitur. Immo vero, ne plebeios quidem homines; ſed
viros præcellentes, quorum propterea eſt velut certa celebriſq; cognitio.
perinde ac eorum, qui in ſcenis certos homines repræſentabant, communi
ter ſolemus appellare perſonas. Porro vero Pater, Filius, & Spiritus ſan-
ctus, diuinæ perſonæ, non minus ſimplices, quam illa ipſa natura Dei, in
qua idē eſt quod habet, quod habetur, & ipſa habitatio, vt ſuo loco diceba F
mus, conſtituuntur, vt ſint perſonæ exiſtentes, ſubſiſtentes, diſtinctæ, ſolis
relationibus, relationibus inquam originum, quę non ſunt vt in creaturis
accidentia, ſed res ſunt illa ipſa eſſentia Dei, tametſi in prædicādo, vt aiūt,
retinent modum relationum, quia dicuntur ad aliud. An verò non etiam
viuunt, non mouent, non intelligunt, vt nihil illis deſit quod ſpectet ad
perſonam, ſi pater dicit verbum, & ſpirat Spiritum ſanctum, ſi verbum &
Spiritus ſanctus mittuntur ad nos, ſi faciunt, quæ pater facit, ſi firmant or-
bem terræ, ſi continent omnia? Hæc enim quatuor, quæ ex ſacris literis pa
tent, quam clariſſimè oſtendunt verbum Dei nō eſſe inane & euanidum,
velut verbum hominum, quod prolatum voce, in aerem effluit & diſſolui
tur, ſed eſſe viuum & efficax οὐσιωδῶς προαιρετικόντε, καὶ ἔνεργον, καὶ G
παντοδύναμον. Vnde & ſequitur, quod Spiritus ſanctus ſimiliter, vt cum
græcis patribus græce dicam, ſit, οὐ πνοὴ ἀνυπόστατος, οὔτε ἆθμα λυόμε-
νον, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, λεπτόν, εὐκίνητον, φιλάγαθον, βεβαιὸν, νοε-
ρὸν. Quæ profectò omnia dici non poſſunt, niſi de veris perſonis. Itaque
(vt aliquādo finiam), ſicut Deus eſt natura, vel ſignificat naturam, ſic pater
nitas diuina eſt Deus, pater, prima perſona. Filietas diuina, eſt Deus Filius
ſecunda perſona, Progreſſio diuina, eſt Deus Spiritusſanctus tertia perſo-
na. Ad ſe in nobis perſona dicitur, ò viri, at uero in Deo ad alterū, quan-
quam relationem ſignificat per modum ſubſtantiæ, vt videtis. Inde ergo
ordo perſonarum, vnde, & relatio, ordo inquam ille, quo per ora ſacer- H
dotum vox Domini ſonat in aquis ſalutaribus. Primo enim nominatur
Pater, ſecundo Filius, tertio Spiritus ſanctus. Non quia ſit ordo vnius per-
ſonæ, vel ante & poſt alteram, vel ſupra, & infra alteram, ne ſi nullus ſit
ordo, nulla quoque ſit diſtinctio, & abſque diſtinctione in natura diuina,
exultātibus hæreticis, ſit æterna confuſio. An vero non audis ò homo, ex
ore Spiritus ſancti pronomina, primæ, ſecundæ, & tertiæ perſonæ appoſi-
tè diſtributa inter perſonas illas diuinas? Sane Pſaltes ſublimi quadam
proſopeia, transfigurans in ſe Chriſtum Ieſum, Dominus dixit ad me,
(inquit) filius meus es tu, ego hodie genui te. In Euangelio autem, Chri-
ſtus



A ſtus Ieſus loquens de numine Spiritus ſancti, quem miſſurus erat apoſtolis
ſuis, Cum venerit inquit Spiritus ſanctus, ille vos docebit omnia, ille me
clarificabit ille de meo accipiet, quid amplius vultis? Ecce tria prono-
mina perſonarum, Ego, tu, ille, ego vox eſt Patris, Tu dicitur ad filium, Il-
le velut indice extento, monſtrat Spiritum ſanctum. & hæc quidem, vt vi
detis non mugiunt nemora noſtra, non reboant noſtra timpana, aut cim-
bala, ſonant, & canunt aureæ, & argenteæ ſacrorum eloquiorum tubæ do-
ctrinæ fidei, velut auri pretio, luce & claritate ſermonis, tanquam argenti
nitore dignæ Deo. Profectò vero, quæ hactenus dicta ſunt, de illa ipſa di-
uinarum perſonarum diſtinctione, origine, numero, ordine, quo magis
diffuſa, defenſa, probataque ſunt, eo magis, niſi diuinarum ſcripturarum
B teſtimonio fulta, munitaque eſſent, & quaſi examinata ad ignem, ad ignē
ſanctum, qui de cœlo venit, non ad ignem alienum, quem hæretici è terra
offerunt domino verendum eſſet, ne per affectatæ orationis vitium, quod
græci κακοζηλίαν dicunt, nimium elaborata, & dicendi artificio ingenio-
ſe compoſita viderētur, hoc eſt non tam vera quam ſubtilia, diſerta magis
quam fortia, apparentia potius quam ſolida, ſed iam vt videtis, occaſionē
habent illi ipſi qui ſapientes ſunt, vnde ex ſacris literis maiora quoque &
ſublimiora miſteria fodere, aperireque poſſint, & euadere ſapientiores.
Scriptum eſt enim, Da occaſionem ſapienti, & ſapientior efficietur. In-
terea vero nos lenti, vt poſſumus, & infirmi, ipſo Deo terno & vno iuuan-
te, ex diuina Trinitate, ad diuinitatis vnitatem aſcendamus. Etenim doctri
C na fidei ſic habet. Quemadmodum per ſe ſe, & ſingulatim quiſque eo-
rum eſt verè increatus, verè immenſus, verè omnipotens, verè æternus,
verè Deus, ac Dominus, ita vniuersè nequaquam tres Dij, nequaquam
ſunt tres Domini; ſed vnus Deus, vnus Dominus, vnus increatus, immen-
ſus, omnipotēs, æternus, in cuius vno nomine baptizati, ſaluatique ſumus,
ſicut ſcriptum eſt, Vnus Dominus, vna fides, vnum baptiſma. Sed hic opti
me illud quadrat. Veritas latet merſa in profundum puteum.

## *Tres perſonæ, Vnus ſolus Deus.* CAP. XI.

ASCENDAT Puteus, Aſcendat Puteus, puteus quē
D in terra foderunt principes, quem in petra excude-
runt Reges. Aſcendat inquam concinentibus car-
mine, & choro filijs Iſrael, non carne, ſed ſpiritu; &
erumpens per omnes terræ fibras; nō iam lateat, ſed
pateat aqua putealis, vt ſit nobis fons, non puteus;
ſit fluuius, lacus, ſtagnum, ſit mare, factum dulce, de
quo bibant Iudei, & gentes, græci, & barbari, ſapiē-
teſque, & inſipientes, ita vt de ventre eorum flumina fluant aquæ viuæ,
cuius impetus lætificet Sanctam Ciuitatem Dei Hieruſalem, & ſubmergat
ad

ad Tartara Ciuitatem Diaboli Babilonem, neque illum obſtruere poſsint E
Allopholi; qui ab initio aridi, ſemper, & ſine humore: Ideoque ſiccitatis amici, vt æſtiuus canis fodientibus puteos Abraam, Iſaac, & Iacob, iurgabantur, & contradicebant, vt qui nunquam in puteis aquam videre voluerunt, ſed rudera quiſquilias, lutum, ſaxa, aridam terram. Viri fratres, vobis gaudete, nobis congaudete, & Deo in primis gratias agite. Quod enim multi Reges, & Prophetæ videre olim deſiderauerunt, & ne audire quidem potuerunt ipſi iam

*O terque quaterque beati.*

auribus veſtris auditis, & oculis veſtris videtis. Ecce aſcendit puteus. Puteus, non in deſertis torrentibus Arnon, deſcriptus in libro bellorum Domini; ſed in media Samaria, deliniatus in Euangelio pacis Chriſti. Puteus inquam ille, incredibili magnitudine, & pleniſsimus aquarum viuentium, vbi mulier Samaritana, in tipum gentium, gratiam, non tam quæſitam inuenit; quam neſciens, & ne cogitans quidem, oblatam reperit. Puteus, non iuxta quem, olim Moſes lator legis adaquauit ſeptem filias ſacerdotis Madian; ſed ſupra quem, Ieſus author gratię, fons ſapientiæ, verbum Dei, nouiſsimis diebus docuit omnes populos: Docuit inquam, vt poſt hac colant, & adorent Deum in ſpiritu & veritate, nimirum Deum Patrem in Spiritu ſancto, & agnitione Filij eius qui dicit, Ego ſum veritas. Nō enim tempore gratiæ in Iudea tantum, notus Deus Pater, Filius, & Spiritus ſanctus, ne in Iſrael tantum magnum nomen eius; ſed iuxta illud, quod Chriſtus præcepit Apoſtolis, in omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum, vt quieſcente orbe à prælijs, homines exhonerati ſcelere, culpa, metu, reficerentur ſpe futuræ vitæ, & in ipſo Deo tanquam in centro inuenirent requiem animabus ſuis; nimirum lineis, quæ eò tandem redeunt, vnde ducuntur. Vere enim non ſub Moſe, ſed ſub Ieſu, ſi non extinctis, ſopitis ſaltem carnalibus deſiderijs, & compoſitis inimicitijs, inter Carnem, & Spiritum, quiſque Chriſti fidelium in velamento Patris, Filij, & Spiritus ſancti, ſedet in pace ſub ficu ſua, ſub vite ſua, ſub oliua ſua. Illi fuerunt principes, qui in terra prophetarum, & legis, altiſſimè defoderunt hunc puteum; illi fuerunt reges, qui altè defoſſum puteum, in viuo lapide Chriſto Ieſu excuderunt, principes populorum, reges regum, triumphatores prouinciarum, & regnorum, qui inclinatis ſcopulis Philoſophiæ, Magiæ, Sinagogæ, Ceſarum, populorum, hæreticorum, humano generi apparuerunt, & oſtenderunt, hoc ipſum latifundium aquarum, hanc ipſam abyſſum Sanctæ Trinitatis, & vnitatis Dei; vt ne iam ab ipſis quidem inferorum poteſtatibus obſtrui poſsit, perennis puteus iugis aquæ; neque item aliquis impediri, quominus hauriat, ſi velit aquam viuam de puteo Patre, Filio, & Spiritu ſancto. Ecquam optimè conuenit, quod ſeptuaginta interprętes verterunt ἐξάρχετε αὐτῷ φρέας, Initiate illi puteum? Non enim alia ratione, & methodo; Chriſtus Ieſus in

(margin letters on the left page: F beside "teus, non in deſertis…", G beside "tempore gratiæ…", H beside "oliua ſua…")

ſeruore



A feruore ſolis, ipſe verus Sol, noſtræ ſalutis amore, & deſiderio feruens, dū ſedēs ad aquas, de natura, & virtutibus atq; differentijs aquarum, quæ ſunt ſub cœlo, & ſupra cœlum philoſopharetur, & ad eruditionē noſtram, eructaret abſcondita, à conſtitutione mundi, initiandos eſſe docuit, ſiue ſacris, ſiue laicis, quotquot ad montem Domini aſcenderunt, & ad Domum Dei Iacob, vt doceat illos Deus vias ſuas, & ambulent in ſemitis eius; quā hac ipſa fide ſincera, & ſublimi intelligentia ſanctiſsimæ Trinitatis, vt, qui Chriſtiani eſſe cupiunt, & in cathechiſmo, & in Baptiſmo profiteantur, credere, in Deum Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum: & planè intelligant, tametſi eſt alius Pater, alius Filius, alius Spiritus ſanctus; ideoq; trium
B perſonarū diſtinctio, ad plures numero puteos pertinere poſſe videantur: quia vna eſt ſubſtantia, vna in tribus natura diuinitatis; tamē non eſſe, niſi vnum ſolum puteū, ſiquidem, & omnium puteorū fons eſt vnus. Vnde, & magno miſterio Salomon in parabolis, non tam dixit puteos, quam putei fluenta, & puteorum fontem. Profectò vero, cum cæteri vbiq; gentium populi, de ipſo Deo, lāguidè nimium, frigidèq; loquantur; ipſi ſoli, qui à Chriſto nomen portamus, & ſuper quos inuocatū eſt nomen eius, altè ad modū, pieq; de ipſa diuinitate, & ſentimus, & loquimur. Qui, & nihil horremus magis, quam audire Deos. Didicimus enim loqui magnalia Dei, & iādiu Deos eſſe demonia ſcimus. Neq; enim tanta illa dignitas, & celſitudo, cōſortes habere poteſt imperij; ſed tamē deſertę ſolitudinis vaſtitatem,
C fedā, & immanem, quā nulla natura amat, ab immēſa illa ſempiternæ diuinitatis maieſtate, & amabilitate remouemus. Ægiptij, diſciplinarum omnium quaſi fontem Hebrei cuſtodes, & nutritores religionis. Græci quoque, qui, & ex Aegipto, & ex Iudea ſuas ipſorum Athenas ditarunt, tantis omnium ſcientiarum opibus, & Theſauris, in hac immenſa caligine defecerunt; & τὸ πέπλον, quo ſanctè tegitur veneranda illa maieſtas numinis, reuelare non potuerunt mortalibus; & ſi quidem terna illa priſcorum acclamatio cuius, & alibi meminimus. Ω σκότος ἀόρατος, ὦ σκότος ἄγνωςος, ὦ σκότος ἀνόητος. At verò Chriſto moſtrante viam, ducenteque, & comitante nos, magno animo, in reuerendas haſce tenebras ingredimur, & non σκοτεινοί, ſed φωτεινοί, omnibus, qui ſecretum hoc, & Deo
D dignum conclaue ingredi volunt, filium ſequentes hiſtoriæ, ipſi quaſi noui Theſei, omni metu ſepoſito & abſque aliquo errore percurrimus. Sanè cum immundæ gentes, quæ veri Dei naturam ignorant prolapſæ ſint, in multitudinem Deorum, Iudæi contra, zelum habentes religionis, ſed non ſcientiam, turpiter ab vniuerſæ hiſtoriæ antiquitate receſſerunt, qui timentes venerari Deos, non tam Deum vnum fideliter prædicant, quam obſtinate, & perfidè trinum negant inter ſe ſinguli, Vt Aſſur cum ægipto, omnes à veritate, vt ambo ab Iſraele, pluſquam hoſtiliter diſsidentes, emiſſa cælitus Chriſtiana ſapientia, vniuerſæ Theologiæ culmen, atque faſtigium, medio itinere progrediens,

inter

inter ſuperſtitionem Iudæorum; quæ Trinitatem execrat: & vanitatem E
gentium, quæ vnitatem contemnit veritatis, haſta, clypeoque ſecura,
vnitatem cum Trinitate, & Trinitatem, cum vnitate coniungens, credit
quod Pater ſit Deus, ſimiliter, & Filius, & Spiritus ſanctus; & tamen, non
ſint tres Dij; ſed vnus ſolus Deus. Qua fidei regula, luceque freti, ambu-
lamus quidem inter laqueos vtrinque abſconditos; & tamen ſecuri ſu-
mus, à laqueis, aſſerentes, quod tantum vnus ſit Deus, quia non ſunt plu
res Dij, & tamen Deus non ſit tantum vnus, ſed trinus, quia quælibet per-
ſona eſt verus Deus. Neque enim cum multis Dijs Græcizamus; neque
Iudaizamus, cum vnico, & ſolitario Deo; ſed ternam, ſimulque vnam
diuini numinis maieſtatem, non ſtultè, vt deliræ gentes putant, multo ve
rò altius; quam inſania Iudæorum intelligat, credimus, confitemur, ve- F
neramur, incedentes per viam regiam, & ne tantillum quidem ad dexte-
ram, vel ad ſiniſtram declinantes; vt propterea Iudæi à dextris, & à ſini-
ſtris gentes, ſecure ad nos venire, & inter ſe conuenire poſsint. Intellexi-
ſtis hæc omnia? Intelligite iterum, dicam enim quam clariſsimè, Deorum
multitudo locum non habet, vbi eſt tantum vna natura diuinitatis, & nō
poteſt eſſe ſolitudo in diuinitate, vbi tres ſunt ſimul, quorum quilibet eſt
verus Deus. Illud placat Iudæos, hoc lenit gentes, imò, hoc, & illud, tam
Iudæorum, quam gentium errorem fęliciter corrigit, & emendat. Tolle
naturam vnam; quomodo erit Deus vnus? Sit vna tantum perſona, quo-
modo non erit ſolitarius? ex natura una, & tribus perſonis, glomeratur
(vt ita dicam) vnitas cum ſocietate, & ſocietas, cum vnitate. Summi illi G
gentium Philoſophi, Socrates, & Plato, admirabili quadam forſan, & di-
uina ingeniorum ſubtilitate, velut diuinantes, omnino autem, nō abſque
numine loquentes, & ſcribentes de hoc ipſo myſterio ſanctiſsimæ Trinita
tis, per ſomnium ferè, & caliginē, non nihil viderunt, intellexerunt, per-
ceperunt, maiores etiam noſtros, quaſi, per vmbram ſecuti; vix enim fieri
potuit, vt lux tam magna, & tam refulgens, terni huius ſolis, nō toto orbe
rutilaret, & cū ingēti gloria nō emitteret vbique aliquos ſui ipſius radios
ac ſplendores. Verū enimuero, profanis oculis cerni, apertè ſacra vix poſ-
ſunt. Videntur ſancta ſanctis, & profana profanis. Itaque de Deo loquen-
tes tanquàm de Rege, non vnum regem; ſed tres reges, & tria regna ine- H
ptè, & impiè adulterata prorſus, & corrupta de more, diuinæ hiſtoriæ, fal-
sò cōmenti ſunt, & ſomniauerunt, vſque adeo ſua ipſorū errata orationis
ſplendore, & copia, veriſimilia facientes, vt ex eorum fontibus, ſicut qui-
dam ex patribus dixit, ſi tamen fontibus, & non potius corruptis, ſetenti-
buſque lacunis, ſuos hortulos irrigaſſe videantur Arrius; cui dulce nimiū
videbatur, cum alioquin in Chriſti nomen iuraſſet, non in Socratis, aut
Platonis, & ſapere animo, & crūpere ora, Platonica magis, quā eccleſiaſti
ca, & Chriſtiana dogmata ſectatus, idq; in vniuerſę pietatis interitū, atque
perniciem. Nam catholicis, & pijs cultoribus terni Dei, non eſt reſpublica
Deorum,



A Deorum, aut Senatus Regum, illa ipſa Trinitas Patris, Filij, & Spiritus
ſancti, ſed eſt verè monarchia vnius Regis, vnius Dei; circa quem, omnia
ſunt, cuius gratia ſunt omnia, & qui eſt cauſa omniū. Deinde verò, ſicut
in toto diuinitatis ipſius myſterio, in vniuerſum, & ex toto falſi fuerunt,
ſic cum deſcenderent ad perſonas, de Patre quidem, & de Filio, velut per
ænigmata ſcientes forſan, & nolentes, quædā loquebantur, & ſcribebant,
non prorſus à veritate religionis abhorrentia; ſed tamen ipſum Spiritum
ſanctum, qui infunditur puris animis, & ſpiritualibus ſenſibus illabitur, di-
ſpenſator donorum, & ſanctificator animarum, per ingrati animi crimē,
ignari, & impuri, vt non accipere, ſic nec videre, nec intelligere potuerūt,
iure, ac meritò à ſpiritu ſanctificationis, & veritatis alieni, qui ad nimiū
B illum, tanti ſolis calorem, ad exuberantem illum, magnificumque ſplendo
rem diuinitatis, quo nullæ, etiam ardentes oculorum acies, non maximè
repercutiuntur, attolli, non poterant. Nimirum homines, ſecundum ho-
minem ambulantes, animales, rationales, non ſpiritales; quibus moris erat
philoſophari de ſacris, ſed viuere extra ſacra: per inſidias explorare dog-
mata veræ religionis, ſed ſuperbe nimium, & glorioſè niti, vt ſua ipſorū
inuenta viderentur: De ſpiritu quodam, & de anima mundi, neſcio quid
grande, cogitabant, trutinabant, perſonabant, ſibi nimium placebant; At
verò in ipſo numine ſancti Spiritus, toto cœlo (vt dicitur) ab intelligen-
tia veritatis aberrauerūt. Quid quod illa ipſa Aegyptus, philoſophiæ Græ
corum inſaniuit, non tam ferax frugum quam errorum: per terrificum
C illum Moſen, qui aduerſus eam iuſtiſsima Dei prælia præliabatur, nō pri-
mo, nec ſecundo, ſed tamen tertio diuinitatis ſigno, argumentoque con-
uicta; quemadmodum digitum Dei Spiritum adeſſe confeſſa eſt, ſic illū
ſibi deeſſe negari non potuit. Hoc ipſum in totum à Deo aliena, quo Dei
ſpiritu vacua. Nam lumē vultus Dei Filius, inde emicat ignis Spiritus ſan-
ctus, vt in lumine Patris, & filij; videamus lumen Spiritum ſanctū. Ita de-
mum ò viri, Chriſtianæ veſtræ gentis propria eſt hæc una gloria, vt quia
Chriſtianis ſolis promittitur æterna beatitas, ipſi etiam ſoli cognoſcant
Deum Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum. Res enim, quæ nos beatos
efficiunt ſunt, Pater, Filius, & Spiritus ſanctus. Quid hic obijcis Moſen,
& Prophetas veteres? Moſes vix natus, proiectus in aquas, & mox aſſum-
D ptus ex aquis; qui etiam in nube, & in mari baptizatus eſt; qui, & ante
baptiſmū maiores diuitias eſt arbitratus, vt D. Pauli verbo vtar, theſauro
Aegyptiorum improperium Chriſti: Moſes, qui libens, & lubens, obſcu-
rari paſſus eſt ſplendoris ſui gloriam, & cornua in monte ſancto, vt Apo-
ſtoli, ne in eum quidem defigere oculos dignarentur, ſed ſuſpicerent, &
adorarent Chriſtum ſolum, cui vox delapſa cælitus teſtimonium perhi-
bebat: Moſes inquam, qui in capite libri, & per omnia volumina legis, de
Chriſto, tam luculenter, & magnificè ſcripſit, vt hoſtes Chriſti Iudæos,
etiam nunc vita functus, accuſare, & condemnare videatur, an non ad
Chriſtum

Chriſtum pertinet? an inter Chriſtianiſsimos Sacerdotes, & Reges cenſen E
dus eſt? Prophetę porrò, vſqueadeo apertè diuino oraculo numerantur, in
ter Chriſti fideles; vt eorum, quiſquis vocetur Chriſtus. Nolite (inquit) tan-
gere Chriſtos meos, Et quidem Moſes maximus myſtarum, ac propheta-
rum, dum prima vice in coſmopæia Deum nominat, cuius populo iura
daturus erat, & leges, illo ipſo nomine אֱלֹהִים quod plurimum nume-
ro effertur, nonne plures in diuinitate perſonas inſinuat? quod deinde cō-
iungens cum verbo numeri ſingularis בָּרָא apertè monſtrat, cum Tri-
nitate perſonarum Vnitatem naturæ Dei? Placet enim præterire ſi-
lentio, illud. Pluit Dominus à Domino. Et vocem illam Dei, Faciamus,
Illam quoque, Ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, ſed & illam, Ve
nite deſcendamus. Non eſt enim mihi animus, vel cū Moſe centonas texe F
re, vel enumerare ſingula loca, quæ ex Moſe diuinam Trinitatem, & vni-
tatem ſtabilire, & declarare videntur. Adde, quod multi, ex ſanctiſsimis
illis vatibus, qui eum, vel pręceſſerunt, vel ſecuti ſunt, quorum velut ingen
ti terremotu perterritus orbis, à ſimulacris Deorum, ad Deum vnum con
fugere cępit, non omnino tacuerunt, quāuis non explicarunt prorſus altiſ
ſimum hoc, & ineffabile ſacramentum diuinæ Trinitatis. Etenim quia
in eo vniuerſa ferè Theologia, quaſi ex imis radicibus eruenda, contine-
tur. Eratque propterea omni ætate neceſſarium cognitu humano generi,
at merito per altiſsimam illam Dei prouidentiam Spiritus ſancti opera fa-
ctum eſt, vt nouiſsimis ſeculis, noue doceri, declararique poteſt. Nouum
omnino eſſe, & videri mundo non poſſet, cuius nimirum multa lux ra- G
diaſſet, ab initio conditi orbis, vmbroſis alioquin nubibus, & obſcuris æ-
nigmatibus obuoluta. Sed enim, & iuxta Euangelicam parabolam, hiſto
riæ veritatem concludamus, viuidis animis opus erat, & nouis, ac vegetis
regenerati hominis ſenſibus, qui ſacrum iſtud ſecretum fideli intelligentia
capere poſſent, non enim capiunt vinum nouum vtres veteres. Itaq; à gra
dibus, & à claritate in claritatem, vt Dauidica & Paulina voce vtar, hoc eſt
non repente, & è veſtigio, ſed ſenſim, & modice progreſsibus, profecti-
buſque illuſtrioribus, ſubinde creſcens auguſtiſsima Trinitatis lux, nimi-
rum noſtro captui ſe ſemper attemperans, mundo tandem pleniſsimè af-
fulſit, dum dies diei eructat verbum, & ætas ætati ſcientiam. Ex lege ne-
mo eſt tam hebes, & rudis qui non planè intelligat eſſe in rerum natura H
vnum verum Deum. Prophetarum oracula, non ſemel prædicant Deū, &
Deū verū. At vero vox ipſa Euāgelij, vox pura, plena, & clara, non confu
ſa, non contracta, nō ambigua, diſertè nominat Deū Patrem, Deum Filiū,
& Deum Spiritum ſanctum, Trinitatem expreſſe docens, quam antea per
pauci, vel crediderant: vel intellexerant, inſinuans vnitatem, quam ſoli im
pij, vel negabant, vel ignorabant, vtrumque coniungens, ne vel de Trinita
te propter vnitatem, vel de vnitate propter Trinitatem, aliquis de cætero
dubitaret. Quam nimium verè ſcriptum eſt, ò viri, Filius Dei venit in hūc
mun-



A mundum, & dedit nobis ſenſum vt cognoſcamus Deum. Hoc Moſes non
fecit; hoc prophetæ non fecerunt; hoc fecit Chriſtus Ieſus, Atque ideo il
lud eſt, quod ipſi fideliter credimus, quod firmiter tenemus, quod in om-
nium aurés alta voce prædicamus; ſcienteſque à quo didicerimus, nec ali-
ter credere poſſumus, nec volumus. In hoc etiam certi & ſecuri, quod &
beatæ Seraphim dum ipſam Trinitatem, veneratione, & cultu proſequun
tur, ſimul ſanctum ſanctorum terna laudatione glorificant: & nihilomi-
nus, vnum ſolum agnoſcunt numen, dum ipſa δοξολογία qua chorum,
& ſymphoniam claudunt, in vnam deſinunt maieſtatem, authoritatem,
diuinitatem. Non capiat hoc ſynagoga, non ſentiat philoſophia, credit &
intelligit tota eccleſia. Nos in eccleſia ſtamus, cum eccleſia ſentimus; no-
B bis non eſt alius Deus, quam Pater, Filius, & Spiritus ſanctus, vnus & ſo-
lus Deus; & ſi Angelus de Cœlo, aliud euangelizaret nobis, huic in ver-
bo Dei, Anathema conſtantiſsimè diceremus. Tu nos iudica Domine, ſi
crimen eſt, quod nec Iudaicam cæcitatem ſequamur, nec fallaci philoſo-
phiæ inhæreamus. Nam per eccleſiam tuam, per Prophetas, & Apoſtolos
tuos, denique per filium tuum edocti ſumus, vt, & diuinæ naturæ vnita-
tem firmiſsimè credamus, & de perſonarum Trinitate nulla ratione du-
bitemus. Tarde nobis nati ſunt Arrij, Tarde Sabellij; ante omnes hæreſes
veritas, ante Antichriſtos Chriſtus. Nos Prophetas magiſtros habuimus,
nos Apoſtolis credidimus, in euāgelij verba iurauimus, Chriſti verbo re-
nati ſumus. In hac fide nobis perſtādum eſt, & cū oportuerit pro hac fide
C moriendū, quod & nullus ſit alius verus Deus, vel ſancta Trinitas, ſitq; hic
ipſe verus Deus. Sed agite, ſiſtamus gradum, ò viri, dum enim plenis velis
tuto ſecamus ęquora, ecce remorā nobis faciunt quamplurimi Echenees,
omnes inquam pij, & puſilli, qui non facile deglutire videntur, quod no-
bis ex hiſtoria dicentibus, iam toties acceperunt, putantque multa illis cōſi
lijs, & meditationis iteratione eſſe ruminandum, quō hæc ita ſe habeant,
vt ſi ſeorſum de vnaquaque perſona rogemur. Quid Pater? Quid Filius?
Quid Spiritus ſanctus? iuxta certam, Catholicam, & orthodoxam ſanæ
fidei intelligentiā, quam nos omnes docuit in ſinu eccleſiæ matris noſtræ,
gratia Dei Patris noſtri, reſpondendum ſit, abſque vlla cunctatione. Pater
eſt Deus, Filius eſt Deus, Spiritus ſanctus eſt Deus; & tamen de duabus,
D vel de omnibus perſonis, interrogati, Quid Pater, & Filius? Quid Pater, &
Filius, & Spiritus ſanctus? ex eadem fide, vnum Deum dicere debeamus,
duos vel tres Deos aſſerere non debeamus, quum alioquin, vno quopiam
ſciſcitante, quid Paulus? Quid Syluanus? Quid Thimotheus? ſicut de vno-
quoq; ſigillatim reſpōdemus, eſt homo; ſic de illis ſimul, dicere cogamur,
niſi mentiri velimus, ſunt multi homines; non enim niſi abdito illo ſen-
ſu, quem apud paucos, ſpeciei participatio facit, verè dici poteſt, quod
ſint vnus homo. Et quidem res eſt conſideratione digniſsima; nam,
quum ſuo loco, ſupra ipſum etiam vnitatis, & ſimplicitatis apicem, de-

 ſcribe-

ſcriberetur vnitas doctrinæ naturæ, quis dicat, quam omnes ſibi ipſis E
vndequaque ſatis fieri exiſtimabant, nemo contradicere, nemo hæſitare, nemo non maximè probare videbatur, quod concludebam. Neque verò minus probabatur, ab hominibus, quod paulo anteà dicebatur, de ſanctiſsima Trinitate Patris, Filij, & Spiritus ſancti, excipiebant totis vlnis, aſſentiebant, plaudebant, iubilabant. Nunc autem, quando utrunque ſimul vno ſermone concludimus, mirum quam quiſque eſt anxius animo, quam quiſque ſe ipſum ſollicitat, quam nemo non in dubium vertit, & vnitatem ex Trinitate, & Trinitatem, ex vnitate. Sic enim loquuntur in corde, & in ore. Quomodo eſſe poteſt, pluſquam vna perſona, vbi non eſt niſi vna ſubſtantia? Et quomodo non ſunt tres
ſubſtantiæ, ubi ſunt tres perſonæ? Itaque, vt verum fatear, parum profe- F
ciſſe videbimur, niſi animis hiſce puſillis, tanta anxietate, & ſollicitudine laborantibus, timentibuſque, vbi timendum non eſt. Iam iam aliqua ex parte ſuccurramus. Id tum fiet, ſi, cum fide rationem coniunxerimus; vt quum ſint tres quaſi cœli, ad quos gradatim aſcendit contemplatio rerũ diuinarum fide, qua reuelanti credimus; intelligentia, qua ratiocinando aſſurgimus, et experientia, qua ita eſſe videmus, & credimus, et probamus. Tertium quidem cœlum relinquamus beatis, ſed tamen, luſtrato primo, ad ſecundum quoad poſſumus, nitamur aſcendere, vbi tantæ diuitiæ, tantæ delitiæ, tanta dulcedo, tanta delectatio. Neque enim mortalibus ſimpliciter, et abſolutè ſed cõditionate ſolum, ſi non crediderint,
interdicta eſt intelligentia arcanorũ Dei. Vt propterea illi qui firmi ſunt G
in fide, & fidei conſtantia, quibus nihil eſt certius, quam quod fide tenẽt, qui nituntur oraculis, tãquam demonſtrationibus, ſignis, velut argumentis, prodigijs, non minus quam experimentis; qui ſummæ dementiæ genus putant dubitare de ijs, quæ, tam multis, magnis, & miris modis confirmata ſunt, ſi habẽtes ſenſus exercitatos, neque enim omnium eſt nauigare Corynthum, neque omnium eſt tractare poſſe de Deo, & ſi omniũ eſt poſſe in Deum credere, & ad Deum præces, fundere, cum omni ſtudio, & diligentia, rebus diuinis inſiſtant, non obliti quæ retro ſunt, ſed alijs humilitatis in anteriora ſemper extenti, vt ad interiora ſubinde, & ad profundiora ſacrarij admittantur, illi inquam deſperare omnino non
debeant, quin pulſantes ad fores amici, exaudiantur, & veritas inuenta H
quærentibus, ſua ipſius luce ſeſe exerens in medium, humani erroris diſcutiat nebulas. Intelligendum eſt igitur, viri fratres, & alta mente perpetuò repetendum, quod quemadmodum viris doctis, ne cogitare quidem licet, Paulum, Syluanum, Timothæum, eſſe vnum numero hominem, quandoquidem ſunt in illis tres numero animæ, tria numero corpora, & tres numero humanitates, *ἀνθρωπότητας* dico non *φιλανθρωπίας*, eſt enim cuique ſua *ἀνθρωπότης*: formæ verò eſt eſſe, et triplici formæ triplex eſſe, ſic, vice verſa, quoniam in illa ipſa diuina Trinitate,



A tate, Patris, Filij, et Spiritus ſancti, non eſt ſua cuique propria ſ, ed una omnium forma Dei, diuinitas inquàm, quum vnius formæ non ſit niſi unum eſſe, ne intelligi aliud quidem poſsit, poſtquam Pater eſt Deus, & filius ſimiliter, & Spiritus ſanctus, niſi quod neceſſario ſint vnus Deus, & tres Dij omnino eſſe non poſsint. Da tres diuinitates, erunt tres Dij; Da tres maieſtates, erunt tres Domini; Da tres æternitates, erunt tres æterni, ſed quomodo eſſe poſſunt tres Dij, tres Domini, tres æterni, tres immenſi, ſi non eſt niſi una diuinitas, vna maieſtas, æternitas vna, immenſitas vna? adde omnipotentia vna; ſapientia vna; gloria vna? Nõ eſt æquata, vt tandem nodum ſoluam, ò viri, natura perſonæ, neque naturæ perſona; Chriſtus, vna perſona eſt, ex duabus conſtituta naturis, & cuiuſli-
B bet hominis partes corpus, & anima, diſtinctæ ſunt naturæ, quæ vnam hominis perſonam conficiunt. Quod ſi in vna perſona ſunt plures naturæ, cur incredibile videatur, quod in vna natura ſint plures perſonæ? Hoc quidem eſt multo admirabilis, ſed an non uobis placet ò pij, vt quæ profectò noſtra eſt dignitas, & gloria, diuina illa admirabilitas; omnem aliã ſuperet admirabilitatem? Et alia quidem, omnia diuinæ gratiæ munere mirabilia ſunt: at in diuina vnitate, & Trinitate, locum non habet gratia; ipſe Deus per ſe ipſum, ante omnem gratiam, natura ſuaptè eſt, totus admirabilis qui generat, qui naſcitur, qui dat, qui accipit, hoc eſt, qui eſt Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus, & tamen eſt unus ſolus Deus. Nimirũ, qui dat, nihil ſibi retinet naturę, & diuinitatis, quod non communicet al-
C teri: & is, qui accipit, nihil eius, quod ad diuinitatem pertineat extra ſe relinquit, ſed totum, & in totam accipit ab eo qui æternum dedit. Dicite rogo, Dare, & Accipere, quæ finitima ſunt duabus illis cathegorijs Agere, & Pati, non'ne apud philoſophos, ſunt vna res potius, quam duæ, ſi mentis negatione ſe poſita, quæ ad Dialecticum pertinet naturam ſolam conſyderemus? Sanè ad eandem rem ſpectant, quæ datur, & accipitur; tamen accipiendo non damus, nec dantes accipimus. Itaque, & ſi Deum generare, aliud quidem eſt quam Deum generari: & Deum ſpirare, aliud eſt, quam Deum ſpirari; vnde & Pater non eſt Filius, neque Filius eſt Pater; neque Spiritus ſanctus eſt Pater aut Filius, neque Pater aut Filius eſt ille ipſe Spiritus ſanctus; tamen quia quicquid eſt diuinitatis in Patre, per
D ipſam generationem commune eſt Filio genito, & per ſpirationem Spiritui ſancto commune eſt quicquid eſt in utroque; idcirco & pater qui generat, & filius qui generatur, & Spiritus ſanctus, qui ab vtroque procedit, ſunt vnus Deus, & non tres Dij. Ecquid glorioſius, aut magnificentius, de ipſo Deo, aut dici, aut cogitari poteſt, qua quod nihil habeat, nihilque habere velit, quod non ſit illi commune cum verbo ſuo, cum ſpiritu ſuo? Neque verò profectò ipſe Deus, qui vſque adeo liberaliter egit cum omnibus rebus, in ipſa creatione, vt nulla ex parte illis defuiſſe videatur, putandus eſt auarè egiſſe cum filio ſuo, dum illum ante luciferum genuit, &

non illi dederit totum quod pertinet ad diuinæ naturæ infinitatem. Ad- E de, quodilla ipſa natura Dei in partes ſecari non poteſt, vt partim detur fi lio, partim retineatur à Patre; atqueideo, vel nihil dedit Pater, vel nihil ſibi à Filio ſeparatum retinuit, quod ad ipſam diuinitatis naturā ſpectat. Non eſt autem Deus ſi non dedit, hoc eſt, ſi non generauit, vt audiſtis. Totum ergo, & in totum, dedit filio, vt propterea idem Deus ſit filius, qui & Pater, omnino verò, & idem Deus eſt Spiritus ſanctus, vtriuſque nexus & plenitudo. Adhuc ne, nō quieſcitis ò pij? Adhuc ne, idem ſaxum voluitis? Subſtantia Patris, non eſt nata; Subſtantia Filij, eſt nata; ſubſtantia Spiritus ſancti, neque nata, neque vt Patris non nata, quomodo eadē eſt ſubſtantia? Sed videte, rogo me audiatis. Niſi credideritis, non intelligetis. Qui non habetis alas, hærete ſcalis; qui non poteſtis volare, con- F tendite paulatim aſcendere; qui res per ſeipſas non intelligitis, capite imaginibus, & exemplis. An non poteſtis fingere animo eſſe re ipſa vnam, eandemque ſcientiam; quam Socrates excogitando inuenerit, Plato audiendo didicerit, Apoſtolus reuelatione ſuſcepit? Certè verò, hoc ipſum intelligere poteſtis; Niſi in nobis ſcientia & ſapientia accidens eſſet, futurum eſſe; vt in tribus hiſce viris, ſi eſſet vna ſcientia, eſſet etiam vna ſubſtantia. Ergo ne dubitate confidenter aſſerere, non eſſe conſequens, vt Tò non genitum Patris, Tò genitum Filij, & Tò procedens Spiritus ſancti, inferant aliam, & aliam ſubſtantiam, tametſi eſt conſequens, vt inferant aliam, & aliam perſonam, à ſe ipſa exiſtentem, ab alio genitam, pro- G cedentem à duobus, ſicut re ipſa, quæ in Socrate, Platone, & Apoſtolo eſſet vna ſcientia, in Socrate tamen ſecundum rem doctrina diceretur, & eſſet: in Platone diſciplina, in Apoſtolo ſapientia, & fides. Ita eſt viri. Ita eſt, & hic ſiſtendum eſt; quia, quod amplius eſt, à malo eſt. Et cauendum tibi eſt ò homo, ne, vbi in ſcholis diligentior haberi deſideras, coram ipſo Deo, cuius res agitur, moleſtus eſſe videaris; exiſtimans, & quæ dono ſuo intelligis, non eſſe admirabilia, &, quæ ex te intelligere non potes, eſſe falſa & incredibilia. Credere myſterium Trinitatis, & vnitatis, antequam intelligas, vera eſt pietas, non nihil intelligere: vbi credideris, iuuat & fouet pietatem; plene intelligere id totum quod credis, illius eſt quam, H in cœlo expectamus promiſſæ fœlicitatis. Superbè, ſcrutari, & reſecare ad viuum, nihil crediturus, quod non primum exactè intellexeris, improbę eſt temeritatis. Via ad fœlicitatem eſt pietas, nihil tam abducit à pietate, quam hæc una, impietatis ſoror, curioſa temeritas. Sed finem dicendi omnes pariter, audiamus.

Vnus



A

## Vnus Deus in Trinitate, & Trinitas in Vnitate. CAP. XII.

QVAM pulchrum iſtud; quàm nobile ſecretum; quantum maieſtatis, & admirationis habet? Itur in viſcera, aperiuntur venæ, effodiuntur opes, recluduntur quæ latent in theſauris, & omnis gaza regia. Viri, hæc eſt tota periocha, ſumma, compendium, hęc eſt ipſa anatomè, qua euiſceratur, & B emedullatur fides, & intelligentia ſanctiſsimę Trinitatis, & vnitatis Dei; Hic eſt annulus, ſigillū, character, formaque, & imago, qua breuiſsimè cōtinetur, ad viuū exprimitur, redditurque nobis mortalibus, tota integritas; & plenitudo immenſi illius, & incomprehenſi myſterij, principio, fineque carentis, Patris, Filij, & Spiritus ſancti. Rogo, memētote nominis Dei in lingua ſancta יְהוָה quod שֵׁם הַמְּפוֹרָשׁ vocant, hoc eſt nomē expoſitum, quia niſi exponatur, ne nominari quidem ritè poteſt; neque intelligi; ſic enim, & Apollo Delphicus, reſpondit roganti. Quid eſt Deus? οὗ τὸ ὄνομα μὴ δὲ λόγῳ χωρούμενον illius nomen, ne mente quidem, aut ratione poſſe capi. Et Hermes ille ter maximus, θεοῦ τὸ ὄνομα οὐ δύναται ἀνθρωπίνῳ στόματι λαληθῆναι. C Dei nomen, humano ore efferri nequaquam poteſt. Quæ eſt igitur expoſitio illius ſanctiſsimi nominis, niſi, quod ipſi quoque hæbrei tradiderūt, quadraginta illæ duæ literæ; quibus id ipſum vnius Trinitatis, & trinę vnitatis myſterium, quod quatuor literæ implicant, explicatur? Sanè duodecim literis ſcribuntur, Pater, Filius, & Spiritus ſanctus, eſt enim Pater אָב Filius בֵּן & Spiritus ſanctus וְרוּחַ הַקֹּדֶשׁ. Vbi verò ex literis ſyllabæ, & tandem dictiones, orationesque conficiuntur, quæ ſermone circumciſo, nā lingua eſt circumciſionis, ideoque, vt ſanctitate, & maieſtate, ſic, & breuitate veneranda; hoc totum explicent, Patrem eſſe Deum, Filium ſimiliter, & Spiritum ſanctum, omnino autem, & vnū in tribus, & tres in vno, quod noſtrum eſt hodierna die conuiuium, ſurgunt tres τέσσαρα δεκάδες D Hæbraicarum literarum hoc modo אָב אֱלֹהִים Pater Deus בֵּן אֱלֹהִים Filius Deus רוּחַ הַקֹּדֶשׁ אֱלֹהִים Spiritus ſanctus Deus שְׁלֹשָׁה בְּאֶחָד tres in vno אֶחָד בִּשְׁלֹשָׁה Vnus in tribus, Numerus planè ſacratiſsimus, quo etiam admirabilis illa diuina σάρκωσις, humani generis vita, & ſalus, in libro generationis Ieſu Chriſti, per quadraginta duas genealogias, mundo illuſtris apparuit. Oportebat enim; vt, & diuinitas, & humanitas, Saluatoris noſtri Dei, eadem pęnitus ratione, ignoranti ſæculo nota fieret, quando præſertim Deus, induit carnem hominis, vt homo carnalis, verteretur in Spiritum, & factus ſpiritalis, cognoſceret Deum. Nam Deum nemo vnquam

 viderat.

viderat. Vnigenitus,qui eſt in ſinu Patris,ipſe enarrauit, & per ſe ipſum, E
& Spiritum ſanctum ſuum,quem miſit in corda noſtra, quo confidentiſ-
ſimè inclamamus, Abba pater. Propter quod, & inuulgato ſanctiſsimæ
Trinitatis, & vnitatis Dei Patris, Filij, & Spiritus ſancti, glorioſo nomi-
ne, velut ſuo ipſius paternæ legationis munere functus, ad cœlum redijt,
vnde ad terras venerat, dicēs ſublatis in cœlum manibus,Pater,manifeſta-
ui nomen tuum hominibus; Ecce ad te venio. Iam ergo, vt incæptæ rei
manus, iam tandem admoueam, ò viri, quanta arcana putatis continean-
tur in hac lucida obſcuritate, dū inuictus ille Chriſtianæ religionis athle-
ta,quem Hæbraicè גלא רזיא relatorem ſecretorum appellare placet, vni-
tatem in Trinitate,& Trinitatem, in vnitate quibus:verbis,& ſenſibus in-
uolutum Dei nomen,mirè,vt audiſtis,euoluitur,apud Hæbreos; & cre- F
dendam,& colendam,clariſsimis, & verbis & ſcriptis; idque non ſemel,
ſed iterum, cuicunque ſibi ſalutem cupit, conteſtatur, audiente cœlo, &
terra? Colligam ego,aliquot,ex tanta abyſsi profunditate,lapillos. Intel-
ligimus enim, in primis, Patrem,Filium, & Spiritum ſanctum, eſſe qui-
dem res tres; ſed neque ſingulas,neque omnes,eſſe diſtinctas, ab ipſa diui
na natura,neque item diuinam naturam, eſſe rem quartam, ſeparatam, &
per ſe ſe exiſtentem, extra diuinas illas perſonas. Sed neque vnam perſo-
nam,ſeorſum exiſtere,atque etiam aliquid facere ſine altera,quin potius,
& eſſe naturam in perſonis, & in natura perſonas beato quoque circulo,
quem Græci περιέχρησιν dicunt, & eſſe, & facere, quidquid facit, vnam
perſonam in altera,quamlibet in qualibet. Neque tamen permiſceri, aut G
perſonæ perſonam,aut naturæ perſonas,aut naturam perſonis; imò verò,
in ſua ipſius ſumma,ſimpliciſsimaque vnitate, naturam illam diuinā,nul-
lis diuinarum perſonarum caracteribus impreſſam, aut ſignatā, & ſimul
ſanctiſsimæ Trinitatis ſingulas perſonas,proprijs; quibus,conſtituuntur,
& dignoſcuntur ſignaculis, tam inuicem alteram ab altera; quam omnes
è diuina natura eſſe diſtinctas. Hoc demum eſt credere vnum Deum in
Trinitate,& Trinitatem in vnitate;coniunctionem inquam in diſcretio-
ne,& diſcretionem in coniunctione,imò verò, diſcretam coniunctionē,
& coniunctam diſcretionem; vnam inquam Trinitatem, & trinam vni-
tatem. Ecquam nodoſa ænigmata, quam doctas & obſcuras fabellas, quā
altas & difficiles allegorias,putarent nos commentari,profani homines,ſi H
audirent hæc ipſa, quæ loqui nobis datur, ſecreta ſecretorum? Sed enim ò
viri docti,ſi non illis miſeris,qui per infidelitatem, in tanta luce caligant,
his ſaltem beatis viris; qui fide illuminati; per ipſas creaturas erudiri deſi-
derant de maieſtate creatoris, ſubluſtrè quandam umbram, & non ob-
ſcurum exemplum, tantæ rei oſtendit Iris, illa pulcherrima nuntia pa-
cis,pijſque, & impijs magnum cœli decus,cuius etiam, velut ſacro diade-
mate,Chriſtus ille noſter, auguſtiſsimus cœli, & terræ pacificator,in ſacris
literis tempora cingitur. Radius enim ſolis, vbi denſitatem, & obſcurita-
tem



A tem roridæ nubis ingrediens penetrat, fitque ipſius lucis veluti quædam
in ſe flexura, multi colores illas tincturas,quas in Iride videmus, & mira-
mur,ſimul ita iungit inuicem, & ſeparat, vt per ſeſe, ac ſeorſum, ſinguli
colores videri,diſcernique poſsint,& tamen iudicium noſtrum effugiat,
vbi nam incipiat lux colorare nubes,vbi ſit totus arcus coloratus ex nubi-
bus, & ſpatium quo vnus color diſtat ab altero, ſmaragdinus, à glauco,
glaucus à flammeo. Itaque ſubſtantia vna eſt lucis; quæ, per ſolarem ra-
dium refracta,in coloribus Iridis multiformis apparet; neque enim aliud
omnino eſt,roſcida illa lux,quam multi illi colores,neque ſpecies illa uer
ſicolor, quam ſubſtantia lucis. Et ſanè hinc modo quodam manifeſtum
euadit, (quis enim in exemplis ταυτότητα, & non potius ὁμοιότητα quæ-
B rat?) quod decens illa, & iucunda,in vna luce varietas, referat gloriam, &
maieſtatem diuinarum perſonarum, lux verò una in tantis coloribus, ef-
fulgeat oculis noſtris, tanquam una natura Dei in diuinis perſonis; Vt
propterea iungantur fęedera pacis,inter vnitatem,& Trinitatem, & omni
no locum non habeat,illa rerū quaternitas; ſed tres res ſint una res, & una
tres; ita vt,neque proprietates perſonarum,diuidant illam naturæ unita-
tem, neque illa una natura confundat ipſas perſonas; vel ſacra ſignacula
perſonarum. Profectò verò ipſe Chriſtus Ieſus, de quo, oraculū inſonuit
orbi, Ipſum audite,quum Apoſtolis præſcriberet formam, qua gentes in-
uitarent,non dixit in nominibus,quaſi in multis, ſed in nomine,quaſi in
C vno,& illud tamen commune fecit tribus perſonis,quas etiam velut indi
ce denotauit, deſignatis proprijs vnius cuiuſquę characteribus, aut ſigna-
culis,hoc eſt relationibus,Patris, Filij,& Spiritus ſancti. Apertè docens,
eſſe vnum nomen,& tria nomina; vnam rem, & tres res; dicam cū non-
nullis Hæbreis,vnam coronam,& tres coronas. Dubitari ergo neque po-
teſt, neque debet, quin clariſsimè definierit, & in tribus vnum, & tres in
uno,eſſe vnum ſolū Deum,quia ſunt tres מדות, & una הויה & מדות ſunt
in הויות, & הויה in ipſis מדות. Rogo vos, quicunque eſtis, quid in verbis
Chriſti deeſt? quid obſcurum eſt? quid quæritur ad plenitudinem? quid
deſyderatur ad lucem? Quod ſi ad tantæ fidei ἀληθογνωσίαν rationes no-
bis perſpicuè,& argumenta neceſſaria deſunt,quæ fortaſſe,non ſolū bea-
D ti vident; ſed,& diuini noſtri duces,velut ſeipſos excedentes,& verè vnū,
cum ipſo Deo effecti, tanquam firmiſsima, euidentiſsimaque ἀξιώματα
intellexerunt,è quorum fontibus omnem theologiam hauſimus,hęc vna
tamen,nobis omnibus certiſsima eſt, ἀπόδειξις. Αὐτὸς ἔφα. Verbum nan
que eſt ille qui loquitur,ſignificationem ergo,vimque verborū non igno
rat: Sapientia eſt, non igitur in re tanta, ex qua pendet hominum ſalus,
aut temerè,aut confusè loqui debuit. Virtus eſt, vt quæcunque intelligi,
& credi voluit, eadem dicere, & explicare potuerit. Neque uerò reliquit
nos in tenebris,qui eſt lux mundi; ſed neque in inuio,quis eſt uia,non in
errore; qui eſt ueritas, denique non in morte, qui eſt uita. Itaque, tres

 omnino

omnino ſunt, Pater, Filius, & Spiritus ſanctus, ſed tamen hi tres ſunt vnū. E
Et quidem ſi ſanctum, & terribile Dei nomen, communicari non poteſt
creaturis, ſi in creaturis nulla ratione credere, vel debemus, vel poſſumus; ſi
ſalus nulli vnquam contigit, niſi in nomine creatoris, ſi ſacramenta non,
niſi ab impijs, & nefarijs, miniſtrantur in nomine creaturæ; profecto cum
iuſsit gentes omnes per vnam fidem, vnamque confeſsionem, & inuoca-
tionem vnius nominis, horum trium initiando tingi, & tingendo initia-
ri, perſpicuum eſſe voluit, Patrem eſſe Deum, & Filium, ſimiliter & Spiri-
tum ſanctum, & tamen non eſſe tres Deos; ſed vnum ſolum Deum
Ενάδα τρισυπόστατον, τουτ᾽ ἔστι τριπρόσωπον. Hæc eſt igitur noſtra fi-
des, ò beati, in hoc tota nobis religio eſt, ſpes tota, & tota ſalus, vt per tres
illas perſonas, quaſi per tres panes duros huius vitæ labores, & quotidiana F
tedia conſolemur, & per vnum illum Deum, quaſi per vnum lumen illu-
minemus tenebras noſtras. Hic eſt Deus Pater, Deus noſter, Filius, homo
factus, & Deus Spiritus ſanctus. A cuius Trinitate ter benedici, orbis ter-
ræ petit, & cuius vnam maieſtatem, omnes fines terræ metuunt, ac reue-
renter adorant. Vnitas digna Deo, Trinitas, qua dignus eſt Deus, & in
vnitate quidem Trinitas, quia perſonæ ſunt in eſſentia, in Trinitate autē
vnitas, quia eſſentia eſt in perſonis, Sanè eſſentia vt ſic loquar, perſonas
continet, & ferè à perſonis continetur, Nam, & natura quælibet, eſt in
indiuiduis, & indiuidua ſunt in natura, in ijs quoque, quæ dicuntur ad
aliquid, & relationes in re abſoluta fundatæ ſunt & ipſum abſolutum, in
relationibus includitur. Nulla eſt hic compoſitio, ò viri, aut eſſentiæ cum G
perſonis, quia reipſa ſunt vnum, & non duo; aut perſonæ cum perſona,
quia proprijs relationibus, ita diſtinctæ ſunt, vt eſſe vna non poſsint. Ne-
que vero ſeparatur vel eſſentia à perſonis, quia idem non ſeparatur à ſe ip-
ſo, vel perſona à perſona, quia cum inuicem referantur, etiam natura ſunt
ſimul. Interdum quidem, quamquam ex diuinis perſonis, nullam abſque
eſſentia cogitare poſſumus, fieri poteſt, vt cogitemus naturam Dei, abſq;
perſonis, & vnam perſonam abſque altera; cogitemus inquam Patrem,
vel Filium, nihil comminiſcentes de ſpiratione, vel de ipſo Spiritu ſancto.
Sed vereor ò viri ſubtiles, poſtquam in hāc diſqſitionē incidimus; ne id ſit
potius iudicij imbecillitas, & hebetudo humanæ mentis, quam acumen in- H
genij. Reipſa namque diuina eſſentia, non ſolum non ſubſiſtit; ſed neq;
extat, ſine perſonis, & ne exiſtunt quidem, ſine eſſentia perſonæ, Inter per
ſonas autem nexus, adeo eſt implicitus, ſicque reciprocatur, vt à patre vel à
filio reipſa abeſſe non poſsit Spiritus ſanctus, ſed neque à Spiritu ſancto,
filius, aut pater, quemadmodum, neque à Patre, Filius, aut Pater à Filio,
ſunt enim hi tres, globus vnus, integer, ſolidus, indiſſolubilis. Neque quæ
ſo glorieris, acutule, Quia enim Deum ſicuti eſt non videmus, nimirum
vt Poeta dixit.

*Clauſi tenebris; & carcere cæco,*

Ideo argutuli nobis eſſe videmur; dum, & nos ipſos, ſi ita loqui licet, deci-
pimus,



A pimus, & vim facimus diuinitati; ſeparantes quæ ſunt ſimul, immo
diuidentes quæ ſunt vnum, & quæ tam non poſſunt diuelli inuicem
non eſſe ſingula. Felices vos animæ cœlitum, quibus datum eſt, vt
videtis Deum facie ad faciem, ſiue iacentes, ſiue ſuſpicientes lumin
radios, quod Græci dicunt ἐπιβολάς, & παραδόξας, beata qua
neceſsitate fruentes Deo toto, vnico actu, vt aiūt, videatis Patrem, Fil
& Spiritum ſanctum, & quamuis oculi veſtri ſint noſtris longe acuti
cum ipſi Noctuæ ſimus, vos Aquilæ, tamen viſu illo, quo veſtra, ſine i
tate ſatiantur lumina, ne ſemel quidem aſpicere poteſtis alterum in
tate, quin ſimul intueamini totam Trinitatem, & Vnitatem Trinita
Enimuerò ò mortales, ad quos de re tanta, mihi eſt ſermo, delibatio
B ſęlicitatis, eſt, cognitio hæc, quæ habetur ex fide. Hæc enim eſt vita
na, inquit Saluator, vt, re, videndo, & ſpe credendo, cognoſcamus D
Patrem, & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum; proculdubio, non
Spiritu ſancto, qui eſt Spiritus Dei, & Chriſti, ab vtroq; procedēs, vtr
connectēs, in vtroq; requieſcens. Igitur liceat ſcholaſticis, ad retūdēda
loſophorum, & hæreticorū tela, ſublimia cogitare de eo, quod eſſe p
Certè vero, de eo quod re ipſa eſt, non licet credere fidelibus niſi ve
aūt ſunt quæ nos beatos efficiunt, cogita ò homo, vt potes, ſed ſi vis ſ
eſſe, crede vt debes, neq; lineam tranſilias, quam deſignarūt Patres tu
dis Deum Patrem eſſe in filio? Deum Filium in Patre? Deum Spiritu
ctum in vtroq;? Adora ergo ſimiliter in filio patrem, in Patre Filium,
C vtroq; Spiritum ſanctū. Quam breuiter, & grauiter dixit bonus ille, &
gnus Baſilius, quid enim ſumus ipſi, qui cum illo cōferamur homines
ui & praui? Baptizati inquit ſumus, vt accepimus; credamus vt baptiz
mus, & glorificemus Deū, vt credimus, Quomodo autē credimus? T
in vnitate, vnum in Trinitate. Certè verò Ioānes prę cęteris ſcripto
loquitur Verbū, Paulus Spiritum ſanctum, omnes Prophetæ, Apoſto
Euangeliſtæ, loquūtur Patrē. Nemo errat nemo fallit, aut fallitur, o
ſibi per omnia concinunt. Quid tu ergo homuncio, integrā hanc, in
tamq; fidē, quæ de omnibus triumphat hereſibus, & curioſè, & inſi
corrūpere niteris, vt; quæ iam pridem conſanuiſſe videbantur, vulne
crudeſcant? Contemplare potius Chriſtum Ieſum, per admirabilem
D coniunctionem Dei, & hominis; iuxta religionis, & fidei inter ext
hæreſum, temperatiſsimam mediocritatem, vnam, vt ſupra diceba
duabus naturis perſonam. Is enim, in exemplū poſitus eſt, in ſpectacul
quod in Chriſto intelligimus, vno, & gemino aduerſus Eutychete
Neſtorium; id de Deo credamus vno, & trino, contra Arrium, & Sab
Sanè non ita, ex duabus naturis cōſiſtit vnus Chriſtus, vt duæ illæ na
diuina, & humana, in illo confundantur inuicem, vel miſceantur, que
modū in hidromelle, mel, & aqua; ſed ea rōne potius, vt puræ, & int
maneant in Chriſto, & in ſua ipſarum ſinceritate conſiſtant; quemad
du

dum in corona; ex auro, & gẽmis, neq; aurum in gemmas, neq; in aurum E
gẽmæ mutantur. Hinc merito fides catholica docet, non ſolum ex duabus
naturis, ſed, & in duabus naturis, conſiſtere eundem vnum Chriſtũ Ieſum,
Ex vtriſq; quidẽ, quia ex earũ coniũctione, vel adunatione factus eſt Chri
ſtus. In vtriſq; aũt, quia nulla ratione diminutæ, aut violatę in Chriſto, ſed
quod fermentum hæreticorum ignorat, purę ſimplices, integreq́; remanẽt
in propria forma, quam prius habebant. Chriſtus vtranq; retinet, Chriſtus
quod vtriſq; eſt agit, & tamen Chriſtus vnus eſt, non duo; vna inquã per-
ſona, non duæ; quæ ſanè perſona, & Deus ſimul, & homo eſt, Deus perfe-
ctus, homo perfectus. Deus inquã perfectus, non velut quaternitatẽ in ipſa
diuinitate conſtituens; ſed verè in diuina trinitate, inter Patrẽ, & Spiritum F
ſanctũ, medio, (vt ſic dicã) loco conſiſtens. Homo aũt perfectus ſicut ex pa
tre, in diuinitate æternũ genitus, totus Deus: ita ex matre ſemper Virgine,
in plenitudine tẽporis, inter homines procreatus, ex anima, & carne totus
filius hominis. Ecquanta hic vnitas? Ecquanta ſimul diſtinctio? Homo in
Chriſto patitur, nõ Deus, & tamẽ, quia idẽ homo Chriſtus humanitatẽ aſ
ſumẽte, Deus eſt, & Deus, verè, Deus paſſus eſſe dicitur. Miracula in Chri-
ſto, facit Deus, nõ homo, & tamen quia idẽ Deus Chriſtus, humanitate aſ
ſumpta, eſt, & homo: verè homo miracula facere prædicatur, & vix intelli-
gentia diſcernimus, quod ſine vlla diſcretione credimus; & tenemus. Ad
hunc modum igitur intelligendum eſt myſterium illud ſanctiſsimæ Trini G
tatis, & vnitatis, ò viri. Tanta eſt illa vnitas diuinæ naturæ, vt maior eſſe, &
ne cogitari quidem non poſsit, & tamen tanta eſt diſtinctio Trinitatis: vt
nullo modo confundere, aut permiſcere queat illam Trinitatem. Contra
illa Trinitas, quũ, vſque adeo diſtincta ſit, vt omnem diſtinctionẽ, differen
tiã, diuerſitatemq; excedat, illam tamen vnitatem ſimpliciſsimã, (res certè
vndiq; mira,) diuidere, aut ſeparare omnino nõ poteſt. Sed enim, ſi tibi for
taſſe durum videtur, & arduum, articulũ, articulo; fidẽ, fide reſoluere, cur
nõ te ipſum, tu ipſe, accipis, velut ſpeculum, & exemplũ ò homo? trinitatẽ
inquã & vnitatẽ animæ tuæ ad colendam, velut ϖρωτ ὀτοπον ex imagine;
tametſi anima ad imaginem Dei potius eſt, quam imago, vnam illã trinita
tem, & trinam vnitatem maieſtatis diuinę? Intra in cor tuũ, te vide, te inſpi
ce, te luſtra, & perluſtra. An nõ ſunt hæc tria in anima hominis; Memoria,
Intelligentia, Voluntas? & tamen vna eſt ſubſtantia ipſius animæ, vnde eſt H
in homine, meminiſſe, noſſe, velle, & hæc tria, non iam ad tria pertinent,
quatenus tria ſunt, ſed quatenus vnum, vna, inquam anima, ex qua unus
homo. Hic analogiam non quærimus Memoriæ ad Patrem, Intelligen-
tiæ ad filium, Voluntatis ad Spiritum ſanctum; hæc ſublimioribus uiris cõ
ferenda relinquantur, quorum etiam onus erit, ne quis delirus putet, qua-
ſi ex ouo ouum, ex creatura compræhendere creatorem, oſtendere quam
ſine fine diſtat à Deo anima, tam ſine fine deficere ſimilitudinem illius
unitatis & Trinitatis, à diuina illa & exemplari unitate, et Trinitae.

Nobis



A Nobis porrò infirmis, illud ſatis eſt videre, & intelligere, in anima, & ope
rationibus animæ, eſſe in vno tria, & vnum in tribus; vt propterea ſi hoc,
quod ferè tangimus, verum eſt, nemini difficile videri debeat, in æterna
illa diuinitate, quam incognitam adorare poſſumus, compræhendere in-
compræhenſibilem non poſſumus, credendam eſſe in ſumma vnitate di-
ſtinctam Trinitatem, & in ipſa diſtinctione Trinitatis, ſummam vnitatẽ:
Inde verò profecto, eſt tanta illa in animis noſtris, Dei intelligẽdi, fruen-
di, poſsidendique capacitas, & cupiditas illa inexplebilis, atque inſatiabi-
lis, donec ſuo tempore impleatur anima hominis, agnitione, & fruitione
ipſius Dei; quia nimirum humana anima, & ipſa quædam trinitas eſt, ad
abſolutæ illius diuinæ Trinitatis imaginem condita, vt propterea ſuaptè
B natura capacem Dei nihil ſatiare poſsit, quod ſit minus Deo. Nam, neque
triangulum, alia figura ex toto replere poteſt, niſi ſit, & ipſa triangulus.
Ecquis non palam intelligit, huc quoque pertinere, metretas illas ternas,
non iam aquæ, ſed vini,

*Quæ veteri de lege, nouo rubuere liquore.*

Sed, & tria illa munera, quæ obtulerunt Magi Domino, Fidem inquam,
Spem, Charitatem, tria hæc, vnum Dei cultum, vnam Dei gratiam; qua
repletur anima noſtra, quum in nuptijs ſpiritualibus, deſponſatur Deo,
per Ieſum Chriſtum, & quas inuſitato magiæ genere, Ethnicus migrat in
proſelytum, Philoſophus in Sacerdotem, vt dignus ſit, qui offerat, & dicat
C Deo, qui accipit de manu eius, nã munera noſtra, data tua? An verò, vni-
uerſa ſcriptura, ternis illis intelligendi, interprætandique formulis.

*Hiſtoricum, morale ſonans, typicumq́ volumen.*

non palam oſtendit, Trinitatem in vnitate, & vnitatem in Trinitate? Pu-
tas'ne verò fili hominis, quum, angariante te quopiam, vt ad mille paſsũ,
ſis illi dux, & anteambulo, præcipit Chriſtus, Vade ſimul, & duo millia;
non & hoc præter alia inſinuare, docereque velit?

*Si quis te conſulit errans,*
*Ignarusq́ viæ, quod ſit Deus, ædere, magis*
*Prode patrem, ſubiunge libens, quod filius, & quod*
*Spiritus eſt almus, numero tres, & tamen vnus:*

D Profectò verò, in eximijs illis Dei operibus, quibus in medio terræ, in lu-
ce hominum, in facie ſolis, per incarnationẽ, paſsionem, reſurrectionem
Chriſti Ieſu operatus eſt Deus ſalutem noſtram; nunquam non apparet
ſimul, & Trinitas diſtincta, & vnitas cõiuncta Patris, Filij, & Spiritus ſan-
cti. Vis videre Trinitatem diſtinctam? Audi rogo. Venit filius Dei ad
Iordanem, in forma hominis, deſcendit Spiritus ſanctus in ſpecie Colum
bæ, & manſit ſuper eum, & vox de cœlo ſonuit; Hic eſt filius meus dile-
ctus. Ecce diuina Trinitas, ò mi frater. An enim, non ſunt tria hæc inui-
cem diſtincta, imò verò ſeorſum ſeparata? Vox, Columba, Homo; ſepara-
ta, re, loco, munere, opere, Nam vox ſonuit ſuper aquas, Columba deſcen

dit

dit de cœlo. Homo apparet in terra, ad litus Iordanis. Vt igitur vox, nõ eſt E
Columba, vt columba, non eſt homo, denique vt homo, neque Colum-
ba, neque vox eſt, ſic Pater non eſt Filius, & Filius non eſt Pater, ſed ne-
que Spiritus ſanctus, aut Pater eſt, aut Filius. Age verò in hac ipſa, vſque
adeo diſtincta Trinitate, videamus vnitatem. Columbam illam, vel ſpe-
ciem columbæ, apparere fecit Deus; Illam vocem formauit Deus, homo
ille erat ni forma Dei; in quo, & per quem ſanctiſsima Trinitas, vna illa
ſua virtute, apud ſeipſam manente, creabat, recreabat, ſanctificabat huma
num genus, & in cœlo, in terra, in aquis, miro, & ineffabili modo, omnia
innouabat ſacramentis ſpiritualibus. Quid tu hic porrò triumphum canis,
hæreticæ, Patrem, cum filio de virgine natum? in cruce paſſum? è tumu-
lo excitatum? Filius natus eſt de virgine, non pater, Filius ſub Pontio Pi- F
lato paſſus eſt, non pater, ſurrexit à mortuis, non pater; ſed tamen Na-
tiuitatem illam filij, & non patris, myſterium crucis filij, & non patris, re
diuiuam vitam filij, & non patris, operatus eſt cum filio per Spiritum ſan-
ctum, & Pater. Hoc credimus, hoc loquimur; ſic enim Pſaltes, Credidi,
inquit, propter quod locutus ſum. Ita tota trinitas viſitauit nos, redemit
nos, iuſtificauit, & ſaluauit nos; quia, quæ perſona filij, pro noſtra ſalute,
ſecundum hominem, in ſeipſa ſuſcepit, & pertulit, ea omnia, ſanctiſsima
Trinitas fecit, & perfecit; vt in cunctis appareat, & in vnitate Trinitas, &
in Trinitate vnitas. Conteſtaris ne ſuper his litem hæreticæ? Vis vt pro-
bem ſingula? Iudices, ecce audiſtis. Cauſa propoſita eſt. Iubetis, vt proce-
dant teſtes? an potius vt recitetur ſententia D. Pauli, in diuino iure con- G
ſultiſsimi doctoris gentium? Sic enim ille ſcripſit, dum diuinæ pacis iura
dictaret, fungens legatione pacifica, ad omnes gentes. Quum venit pleni-
tudo temporis, miſit Deus filium ſuum factum ex muliere, factum ſub le-
ge, vt eos qui ſub lege erant redimeret. En, quã planè, & apertè loquitur,
Deum patrẽ feciſſe, vt filius de muliere, hoc eſt de Maria Virgine; (nam,
& Eua, quum primũ Virgo formata eſt, dicta eſt mulier,) pro humani ge
neris ſalute naſceretur. Quid de eiuſdẽ filij paſsione, & morte dicat nunc,
audite. Proprio inquit filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tra-
didit illum. Neque verò, eſt aliquis, qui ignoret inumbrante Spiritu ſan-
cto, Ieſum Chriſtum, ex virgine conceptum fuiſſe, eundemque, per Spiri H
tum ſanctũ oblatũ fuiſſe hoſtiam Deo patri; vt Pater pretium pro peccato
hominũ, à filio velut à reo exegerit, filius exoluerit, Spiritus ſanctus vtrun
que probarit. Quid, quod, & gloriam reſurrectionis Chriſti Ieſu, idẽ apo
ſtolus refert, non in filium ſolum, ſed, & in ipſum Patrem? Propter quod,
inquit, & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen ſuper omne nomẽ.
An verò demum hæc omnia miracula amoris tantum in ſe ipſo ſuſcepit,
& nõ etiam operatus eſt Chriſtus Ieſus Dei filius? Quum n. in forma Dei
eſſet, ſemetipſum exinaniuit formã ſerui accipiens. Et tradidit dilecta ani
mam ſuam, in manibus inimicorum ſuorum, & iterum, tertia die, reſum-
pſit



A pſit eam, exurgens à mortuis. Iam tandem igitur, quid amplius dubitari
poteſt, de diſtincta inſeparabilitate, & inſeparabili diſtinctione Patris,
Filij, & Spiritus ſancti? Si aliquid facit Pater ſine filio, aut ſine Patre
Filius, profectò non eſt in Trinitate vnitas, ſed ſi quæcunque pater facit,
hæc, & filius ſimiliter facit, & non poteſt Filius à ſe facere quicquam, niſi
viderit patrem facientem: & de Spiritu ſancto dicit filius, Ille de meo acci-
piet, & de meo loquetur, quomodo non eſt Deus, tam in Trinitate vnus,
quam in vnitate trinus? Huc demum illud quoque ſpectare videtur,
quod paulò ſupra latius diſeruiſſe me recolo, præpoſitiones illas, Ex ipſo,
Per ipſum, In ipſo, græcè, ἐξ᾽ οὗ, δι᾽ οὗ, ἐν ᾧ; in diuinis eloquijs inter-
B dum, in diuinas perſonas diſtinctè referri, interdum vero abſque delectu
accipi, & reciprocari. Sanè, illud inſinuat Trinitatem, hoc monſtrat v-
nitatem, vtrumque ſimul, probat eam, quam colimus Trinitatem in v-
nitate, & vnitatem in Trinitate. O quis mihi det, vt in illam altam, pro-
fundam, impenetrabilemque abyſſum Trinitatis, & vnitatis tuæ ò Deus,
in ancipitem illum labyrinthum, mihi cæcum, & tenebroſum, tibi ple-
num lucis, lucem, lucis fontem, in latibulum illud ſecretiſsimum, quod
maieſtas tua ſibi æternum ſepoſuit, ad quod, ne oculis quidem ipſius Moy
ſe amici tui, penetrare licuit per cancellos; ſed ex vno ſolum, eoque angu-
ſto foramine petræ, (quam puſillum eſt ò ſanctiſsima Trinitas, id totum
quod de te videre poſſunt mortales.). Quis inquam mihi det, vt in
C illos anfractus, ſinus, flexus, circuitus, oculis clauſis ingrediar, & non
ſpeculando, ſed amando, pererrans fœliciter amittam me ipſum, &
fœliciſsime inueniar abſorptus in Deo meo, nimirum non tam homo,
quam ferè Deus, & verè vnus cum Deo, ſpiritus in Patre, *παντο-
δυνάμος*, in filio *πάνσοφος*, in Spirituſancto *πανάγιος*. vnde, & tandem
ipſe quoque in ſanctiſsima Trinitate, & vnitate efficiar trinus, & vnus,
videns, fruens, poſsidens, verè beatus? Quotidie à me quæritur, ò San-
ctiſsima Trinitas, petitur, pulſatur, vrgent me docti, & indocti. Vbi eſt,
& quomodo eſt, Deus tuus, trinus ſimul, & vnus? Ecquid tandem habeo
ego, quod reſpondeam, niſi, Nunquid putatis, ab homine poſſe cognoſci
D Deum, vt ſeipſum nouit Deus? Nobis ſatis eſſe debet, quod huius Tri-
nitatis, & vnitatis fidem faciunt, tot ſcripturarum oracula, quæ cla-
mant: tot cœli, & terræ miracula, quæ teſtantur: tot nationum cor-
da, quæ credunt: tot linguarum ora, quæ prædicant: tot deniq; omniũ ge-
nerum tormenta, & mortes, quas illatas ſancti Dei Martyres cõſtantiſsimè
pertulerunt; Verum enimuero, quia cupio ad te leuare animam meã ò Tri
nitas beatiſsima, & illa grauis eſt mihi, & ego infirmus ſum illi, leua tu illã,
non in extaſim intelligentiæ. Nam & ille ſanctiſsimus Vates, in extaſi ſua,
neſcio, quid vidit, quod diu ferre non potuit; redditus mortalibus mẽbris,
exclamauit, Heu me miſerum, proiectus ſum à facie oculorũ tuorum, ſed
in extaſim diuini amoris, vt ſileat lingua, vt ceſſent verba, vt cor excitetur,
non

non meditetur quod in cor hominis aſcendit, ſed quo cor hominis aſcen E
dat ad te, vt meditetur te, Deus meus, non aliud quippiam pro te. Planè,
ſi quod de Trinitate dixi, compræhendi, aliud pro te, non te compræhen
di; quod ſi ferè compræhendi, cogitatione me decepi. Non es enim verè
Deus, ſi compræhenderis, quomodo es trinus, & vnus: ſed quia verè
Deus es, quomodo es trinus, & vnus, compræhendi non potes. Non com-
præhendimus virgam virtutis tuæ, quam emiſsiſti ex Sion, tam ingenti
miraculo mutatam in colubrum, exaltatum in ligno crucis; non aquam
ſapientiæ tuæ, conuerſam in ſanguinem, quo, propter nimiam charita-
tem tuam abluiſti ſordes peccatorum noſtrorum; non denique manum
tuam dexteram, qua tot, & tanta feciſti, ſanè illam, peruerſo iudicio repu-
tauimus quaſi leproſam, & quomodo compræhendemus te ò ſanctiſsima F
Trinitas? Viri, terrena non compræhenditis, & cœleſtia & quæ ſuper cœ-
los ſunt compræhendetis? Surgat Homerus, Plato, Ariſtoteles, & quot
quot, naturæ, atque eorum omnium, quæ in natura ſunt ſcientiam aſſe-
cutos, ſe eſſe gloriabantur, & vel breuem, & ſine pede apem, vel formi-
cam minimam inter omnes animantes, imò inter omnia ferè, quæ autho
re Deo in lucem prodierunt, mihi ſcrutentur, & interpræténtur, dicant
naturam eius, quo ſpiritu, vel anhelitu, illius vita continetur, quibus con-
ſtet nodis, neruis, oſsibus: quod ſit illi cor, qui ſenſus, venæ, arteriæ,
medullæ, membranæ, exponat paruam illam Proboſcidem, declarent,
quæ ſit illi propagandæ poſteritatis ratio, quomodo nunc repat humi,
nunc alas induat, & per aera ſuperba volitet. Quod quum præſtare non G
poterunt, nemo ægrè ferat exclamationem illam. O' homo, tu quis es,
qui Deum compræhendere gloriaris, quando tanta de contemptibili, &
minutiſsima formica ignoras? Itaque paucis his, quæ de ipſo Deo, ex fo-
ramine petræ; ex ore eccleſiæ Petri, audiſtis, eſtote contenti, & quæ ad-
denda ſunt, humiliter, ardenter, & ſapienter, à Domino poſtulate. Sic
Deus auditui veſtro, gaudium, & lætitiam, vt exultent oſſa humiliata,
humiliata inquam, non elata, Tam ſi poſt omnia quæ dicta ſunt, vlterius
à me, id quod præſtare non poſſum, importunè exigitis, vbi ego in ve-
ſtram gratiam, fines, & pietatis, & viriū, non nihil exceſſero imprudens,
dicam tandem miſertus animæ meæ, & placens Deo. Tentaui parere iuſ-
ſis, Iudicet Deus inter me, & vos. Inſipiens factus ſum. Vos me coegiſtis.





A

## *Plenitudo diuinitatis individua Trinitas*.
## *CAP. XIII.*

PLANE', atque omnino videtis viri, nos, non, vo-
lentes deſinere, ſed inuitos deficere, quando ad lo-
quendum materia non deeſt, ſed quod dicere non
pudet, neque dixiſſe aliquando pęnitebit, ſub tan-
tarum rerum ingenti mole, qua præmimur hume-
ris, ipſi, velut victi, ex toto ſuccumbimus, equi fati
B gati curſu, aſelli tenuati macie, boues feſsi iugo.
Itaque, ne contra legem, ſacrificium mutilum, in-
fractum, amputatum, & ſine cauda Deo obtuliſſe videamur, ne ab ijs qui
parum amant, tanquam vel in præſentia ignaui, vel ab initio temerarij,
repræhendi meritò valeamus, quod non computauerimus ſumptus, ad
perficiendam altitudinem turris; vnde, & ducatur (vt allegoricè loquar)
ſynagoga ad tumulum cum infamia, & dedecore; audiamusque illuden-
tium voces. Ecce homo qui ædificare cępit, & fabricam abſoluere nō po
tuit; nunc tandem ad conſummationem huius tertij libri veniēdum eſt,
vt ſi incipiendi ratio fuit, ſit, & deſinendi modus. Neque enim, aut funda-
menta ieciſſe, aut ſtruxiſſe parietes, ſed tectū, & culmen impoſuiſſe do-
C mo, artis ædificatoriæ, fructus, & finis eſt. Et parum eſt athletam in ago-
ne certaſſe, in ſtadio cucurriſſe, niſi generoſo animo, præteritorum obli-
tus, ad futura ſe ſe extendens, iuxta finem, & ſcopum præfixū, perſequa-
tur brauium, & coronam. Quin apud ipſum Deum, non quicunque be-
ne inceperit, quod multorum eſt, ſed quod eſt paucorum, qui perſeueran
do bene finierit, is ſolus dignus eſt numero nimirum, qui, tanquam perfe
ctus, & cōſumatus probatus inueniatur, & deſcriptus in album ſignatorū
ſuorum. Adeò hominis vita non poteſt eſſe contenta præſentibus, ſed ne-
ceſſe eſt, vt dum ſeipſam in ſuis nemoribus conſolari ſtudet, & ſua ipſius
deſyderia ſpe ſubſtentat, futuris alatur: propter quod, vix opus aggreſsi,
aſpiramus ad progreſſum, & in ipſo progreſſu, egreſſum, finemque conſu-
D mationis, quoad poſſumus, maturamus. Igitur, vt quod tempus, & locus
exigit, quæ hactenus de diuina Trinitate texta ſunt, opportunè detexam.
Omnis de Deo loquendi ratio, his duobus abſoluitur, & continetur, eſſen
tia, & perſonis, & verè, ipſa tota diuinitas, nihil aliud omnino eſt, quam
eſſentia, & perſonæ. Hinc eorum omnium, quæ ex ſacris literis, ſiue in-
trinſecus, ſiue extrinſecus, dicuntur de Deo, nam, præter illas, vix abſque
errore diuina loquimur, aliqua referuntur ad eſſentiam, aliqua ad perſo-
nas. Quin, & hoc ipſum nomē Dei, ſi modo, vel Græcè cum articuli pon-
dere, vel in lingua Latina cum ornamento pronominis efferatur, ὁ Θεός.

Ipſe Deus,aliquando ſignificare ſolet eſſentiam,aliquando perſonas,quē- E
admodū hoc ipſum nomen homo,interdum ſignificat naturam hominis, interdum ſubiectum illud,& indiuiduum,in quo eſt illa ipſa natura. Et ſi enim quoad rem ſignificatam, non, vt in homine, ſic in Deo differunt, Deus,& deitatem habens;tamen,quis dubitat, quin eadem ferè ratione diſtinguantur,quoad modum ſignificandi? Nam quod dicitur,Deum eſſe abſque principio, & abſque fine,æternum,immortalem,an non manifeſtum eſt,quod principaliter exprimit vim eſſentiæ, & naturæ Dei tanquā formæ? contra quod dicitur,Deum generare,monſtrat vnam perſonam, velut agentem: Deum ſpirare,intelligitur de duabus: Deum,creare,beare, prædeſtinare,vocare,iuſtificare,durificare,pertinet ad omnes ſimul perſo-
nas,& nequaquā ad eſſentiam ipſam Dei,quæ in ſe ipſa, & per ſe ipſam, vt F
ſuo loco dicebatur, ſanctè otioſa,nihil agit,neq; intrinſecus,neq; extrinſecus,quanquam eſt centrum omnium,in qua omnia conquieſcunt. Hæc quum ita ſint,poſtquam eſſentia diuina,propter ſummam illam ſui ipſius fęlicitatem,quod omnis vera philoſophia probat, vna eſt, & non plures, omnino vero propter infinitam illam diuinæ naturæ fœcunditatem,ſunt tres perſonæ;quibus tamen eſſentia illa, tametſi communis, non eſt quid additum,velut res quarta;nam neque ipſum commune animal,eſt aliquid actu exiſtens,extra ſuas ipſius ſpecies,ex quibus concipitur, & fere abſtrahitur,vi quadam animi ratiocinantis. Manifeſtum eſt,quod omnis,& tota ipſius diuinitatis plenitudo,nihil aliud ſit,quam illa ipſa ſanctiſsima, & in-
diuidua Trinitas;hoc eſt trium perſonarum in ipſa eſſentia, citra omnem G
mentis negationem,ante omnes,& hominum,& Angelorum mentes, nō facti,aut ficta,ſed naturalis,ſubſtantialis: non tam coniunctio, quam vnitas,vnitas increata,vnitas immenſa,vnitas æterna. Hæc eſt vis, & ratio huius nominis Trinitas, ò viri; aliena ab omni, & græcorum, latinorumque diſciplina. Nam non dicitur trinitas, quaſi terna vnitas, neque Deus eſt trinus quaſi ter vnus, quo ſenſu apud Maronem Alpheſibæus cecinit.

*Terna tibi hæc primum triplici diuerſa colore.*
*Licia circumdo*,

& iterum,

*Necte tribus nodis ternos Amarilli colores.* H

Sanè apud literatiores ſimilis eſt in verbo Binus, & Quinus, Horatius enim dixit.

*Quinas hic capiti mercedes exigit.*

hoc eſt quinque. & Cicero, cum dixit, Binas à te accepi literas. intelligit duas,vnde & apud Lucretium,eodem ſenſu legimus.

*Sed neque centauri fuerant,neque tempore in vllo.*
*Eſſe queunt duplici natura,& corpore bino.*

Sed in Chriſtiana Theologia, & vocum, & rerum domina, cuius maie-

ſtati



A ſtati iure, & meritò omnes ſcientiæ tanquam Reginæ famulantur, & ſeruiunt, non ſecus quam humiles ancillæ, dicitur Trinitas quaſi trium vnitas. Quippe quia eſſentia non eſt ter, ſed ſemel vna,ideoque Deus eſt ſemel, non ter vnus. Vt tandem multitudo,vel numerus,quo apud Philoſophum, magum, & poetam

*Deus impare gaudet*,

ad ipſas perſonas, vnitas autem ad ipſam eſſentiam referatur, & intelligatur vna in tribus eſſentia, & vnius eſſentiæ tres perſonæ, quaſi tria ſubiecta, vnius formæ. Neque credamus, vel pro Deo, Deos: vel perſonam, pro perſonis; vt quia tres ſunt perſonæ, ſint tres diuinitates; aut
B quia vna eſt diuinitas, ſit vna ſola perſona trium nominum. Quam præclara vox diuina Trinitas? Triplicitas,iniurioſa eſt diuinæ ſimplicitati, Ternio collectionem indicat, ſi non compoſitionem. Trigerion,dat locum fabulæ. Trinomius, negare videtur diſtinctionem perſonarum, Tria capita cohærentia, monſtrum inducunt in orbe; Deus triformis ratio eſt in ſe falſa quia non eſt niſi vna forma Dei. Ternus,vox eſt hæretica, ferè ſicut, τριούσιος, & τρίθεος, quia tollit vnitatem eſſentiæ, ſic ter vnus, quia numerat quod eſt vnum, & omnino non numerat quod eſt multa, Ter geminus, an non ineptiſsimè diceretur de Patre, Filio, & Spiritu ſancto? nam Pater non eſt æditus: neque ſunt fratres, Pater, Filius, & Spiritus ſanctus. Ergo quid tandem dici potuit plenius,
C aptius, ſignificantius,quam Trinitas? trium non vnio; ſed vnitas; ſic, & Deus trinus, Deus in tribus perſonis vnus. Sit porrò tibi ò homo, huius diuinæ in Trinitate plenitudinis exemplum. Triangulus prima figurarum inter recti lineas. Nam ſicut, in deſcribendo triangulo, ab uno in primis puncto, ducitur linea recta ad aliud punctum; quaſi punctum, vt Mathematici loquuntur) moueatur in punctum, & punctum gignatur ex puncto,vnde ex motu vnius in totum,iam ſunt duo puncta; à quibus deinde ducuntur lineæ æquales, ad tertium punctum, quod æquis lineis, ac radijs reſpicit, hoc, & illud, primum inquam, & ſecundum, tanquam meta progreſsionis, huius,& illius: neque vnius magis,quam alterius; ſic iuxta ea, quæ dicta ſunt; in ſanctiſsima illa Trinitate, quam di-
D cimus plenitudinem diuinitatis; cui nihil addi, nihil ſubtrahi poteſt,quod ad illam pertineat intrinſecus, obſeruandum eſt, quod, à prima perſona, quæ eſt Pater, generatur perſona ſecunda, quæ eſt filius, à quibus ſimul non tamen quaſi à duobus, ſed velut ab vno Deo, ideoque, & æqualiter, & ſimiliter,abſque vllo vel dignitatis, vel temporis, ordine; procedit tertia, quæ eſt Spiritus ſanctus. Sanè punctum mouetur in punctum, & illud idem primum mouetur in tertium: filius porrò, punctum ſecundum, eſt terminus, in quem mouetur pater, & eſt principium,

 quod

quod vnà cum patre, in vltimum, hoc eſt Spiritum ſanctum progreditur, E
in quo demum tanquam in tertio, ſiſtit omnis motus, qui ipſi Deo in-
trinſecus conuenit. An non vides hic triangulum, tribus æqualibus con-
cluſum lineis? Triquetrum ipſi dicimus, Græci dicunt τρίγωνον ἰσό-
πλευρον. Sed rogo altius aſcendite uos; qui huiuſmodi mathematicis e-
xercitationibus aſſueti eſtis. Deus Pater æternus, exit in filium, ſed in pa-
trem redit filius, ſecum profert Spiritum ſanctum, & in vnum omnes,
ineffabili, æternoque gyro coeunt, coaleſcunt, conglobantur, & ex hac
trium vnitate, conficitur diuinus orbis, abſoluiturque, & impletur, ma-
gnum illud, & immenſum quaſi corpus diuinitatis æternæ, cuius Pater
eſt velut centrum, progreſsio in filium, linea, & longitudo: emiſsio Spi-
ritus ſancti, vna quædam latitudo, vel ſuperficies: profunditas verò, F
& corporatura, complementum nimirum vniuerſæ magnitudinis, eſt il-
la ipſa naturæ vnitas, quà Pater, Filius, & Spiritus ſanctus, non tam mo-
liuntur, quam ſunt verè unum. Illa ipſa vnitas diuinæ naturæ, quæ na-
turali quodam intelligendi ordine, cognitionem antecedit diuinarum
perſonarum, ipſos quoque gentium philoſophos latere omnino non po-
tuit: Sancta porrò, & diuina perſonarum, Trinitas, quæ ſimiliter no-
tior eſſe videtur, quam vnitas Trinitatis, ab ipſis etiam hæreſiarchis, ma-
gnis plauſibus recipitur, & probatur. At verò, mirabilis illa, & verè ſum-
ma trium perſonarum in natura vnitas, quà corporaliter (vt ita dicam,)
hoc eſt perfectè conſtat omnis, & tota diuinitatis plenitudo, non niſi à
fidelibus, iiſque catholicis, & orthodoxis, creditur, ac intelligitur. G
Apud quos, merito, vel eadem pœnitus, vel certè non diſsimili impie-
tate tenentur illi, qui propter vnam eſſentiam, perſonam re in vnam
trium nominum contrahere; & illi, qui propter tres perſonas, ipſam eſ-
ſentiam in tres partes diſcerpere moliuntur; hinc ſanè vnitas; illinc tri-
nitas; vtrinque autem expugnatur ipſa diuinitas. Etenim, quemadmo-
dum non poteſt Deus eſſe niſi unus; quia ſi non eſt unus, nec eſt Deus;
ſic etiam, non poteſt non eſſe trinus; illa ſanè trinitas plena, eſt Dei vni-
tas: quid vnitas? vna entitas; eaque plena diuinitas, illa enim ſola eſt, vt
ὄν, ſic ὀντότης. Vt propterea tandem non ſit Deus, niſi ſit trinus, & vnus,
quia non poteſt eſſe Deus ſemiplenus; ſed neceſſe eſt, ut ſit plenè totus
& perfectus. Atque ideo ſicut natura Dei, qua nihil perfectius cogita- H
ri poteſt, aut plenius, ſurgit in trinitatem, numerum plenè & perfectè
magnitudinis, hoc eſt omnium dimenſionum, ita quia tam redunda-
re non poteſt, quam non poteſt deficere, in ipſa demum trinitate ſubſi-
ſtit. Ecquis hæc omnia non intelligat? omnino enim non poſſunt eſſe
duæ primæ perſonæ, hoc eſt duo patres, quorum nulla pœnitus ſit ori-
go, nullum principium, ne ſublatis originibus, non vna tantum, ſed ge-
mina ſit natura diuinitatis. Non poſſunt eſſe duo Filij, neque duo Spi-
ritus,



A ritus ſancti, quando ita æquatum eſt, quod gignitur, & quod ſpira-
tur, vni illi naturæ, & voluntati, vnde exit generatio, & ſpiratio: Vt omni-
no oporteat, ſi duo ſunt qui generantur & ſpirantur, aliam quoque gene-
rantibus, & ſpirantibus adeſſe naturam & voluntatem, nempè aliud prin-
cipium, aliamque virtutem generandi, & ſpirandi. Omnino verò, fi-
lium vnum, & vnum Spiritum ſanctum, eſſe neceſſe eſt, vt duobus mo-
dis, natura inquam, & voluntate progrediatur, quantum poteſt diuina
fœcunditas. Vnum verò patrem non genitum eſſe oportet, tanquam
caput diuinitatis, ne in infinitum abire videatur natura illa, in qua, ve-
lut in fine, & termino, omnis illa natura, quæ circulo & viciſsitudine
infinita pene agitatur, conquieſcere debet. Ecce habetis, ò viri, integri-
B tatem vniuerſæ diuinitatis, in cuius corpore, (ſic enim nunc loquen-
dum eſt Mathematicis vocibus) nihil eſt nouum, quia totum æternum:
nihil fluens quia totum ſimul nihil vel tempore, vel natura, aut prius,
aut poſterius, quia totum primum: nihil diuiſum, quia totum vnum;
nihil hians quia totum plenum: nihil participans, quia totum infinitum:
nihil denique vel deficiens, vel redundans, quia totum omne, & per-
fectum. Et quidem, quoniam ratio numeri, vtpote quantitatis diſcre-
tæ eſt ipſa quantitate continua multo abſolutior, ſicut & prior atque
ſimplicior, ternarius numerus, quum inter omnes numeros ſit primò
plenus atque perfectus, cuius nimirum partes, neque excedunt totum,
neque deficiunt à toto, ſed ſunt omnino æquatæ toti, vnde & apud an-
C tiquos, erat ſimpliciter primus numerus, non dum enim inuentus e-
rat Græcorum dualis, quando & ipſa δυὰς viris doctis vix digna ha-
betur, quæ cenſeatur inter numeros, per ſe ſe ſolus, abſque vlla rela-
tione ad magnitudinem, ex ſua ipſius perfectione, & plenitudine, vi-
detur eſſe dignus, qui complectatur omnem diuinitatis ſubſiſtentiam:
ita vt quemadmodum omnia ſunt ipſius diuinitatis, ſic ipſa diuini-
tas ſit ſors, portio, & poſſeſsio, dicam Græcè cum magno Dyoniſio,
ὁλόκληρος ſanctiſsimæ Trinitatis. An verò non videtis, quam in om-
nibus, & ſingulis creaturis, quæ omnino vmbræ ſunt & veſtigia Dei,
hæc ipſa trias nihil prorſus non complectitur, quod ad earum natura-
lem perfectionem aliquo modo pertineat? Et vbi non ſunt hæ tres trini-
D tates? Natura, Vis, Vſus. Modus, Species, Ordo. Principium, Me-
dium, Finis. Porrò mundi moles, hac ipſa vna trinitate continetur,
Cœli, Terræ, Marium, cuius etiam immenſa fabrica tribus fuit diſtin-
cta periodis, creatione, diſpoſitione, ornatu. Sunt tres partes tempo-
ris, Præteritum, Præſens, Futurum: & cuiuſlibet diei, Veſpere, Ma-
ne, Meridies, Locus tria paria habet differentiarum poſitionis, Ante,
retro, ſurſum, deorſum, dextrum, ſiniſtrum. In Sole tria ſunt, Lux,
Splendor, Calor. Quid quod Apoſtolus numerat tres cœlos, ſiue litera-

rios ſiue allegoricos, primum, ſecundum, & tertium. Sed, & hominem E diuidit in tres partes, Spiritum, Corpus, Animam, cuius & tres eſſe vires ſupra dicebamus. Memoriam, Intelligentiam, Voluntatem. Hominem autem, qui ſit viuum Chriſti membrum, conſtituit inquit tria hæc, Fides, Spes, Charitas. Ecquid eſt vna illa Chriſti perſona totius diuinitatis vt Paulus dixit, corporale compendium, niſi tres ſubſtantiæ, Verbum, Anima, Caro? Sed & Chriſtiana religio, extra quam non eſt ſalus, quid eſt, niſi funiculus triplex, quo per Chriſtum Ieſum religamur ipſi Deo, Cognitio, Amor, Cultus? Eſt'ne verò aliquis, cui non ſit nota illa Trinitas, quæ etiam apud Ethnicos requiritur ad comparandas ſcientias & virtutes, φύσις, λόγος, ἄσκησις: Ingenium, Eruditio, Exercitatio. Profectò verò contemnendum non eſt, quod quidam ſapiens F dixit; Sanctam amicitiam, quæ illud eſſe videtur humano generi, quod eſt ſol mundo, conſtare non poſſe, ſed neque coaleſcere, niſi inter duos, quorum tertius ſit Deus. Putamus'ne verò ineptè, aut leuiter ſcripſerit Cicero ab orbe condito, ad ſua ipſius tempora, non inuenta eſſe pluſquàm tria amicorum paria? Sed qui deſcendimus à Deo ad creaturas? Rurſum regrediamur, aſcendendo ad Deum ex creaturis, & veſtigemus, quomodo tota plenitudo diuinitatis, in illa ipſa benedicta trinitate conſiſtat. Commodum autem eſt, hunc in modum, ratiocinari, ex Scripturis ſacris. Quicquid bonorum, qualiacunque illa ſint, ad nos, non ex nobis, ſed ex diuina virtute peruenit, id totum extra nomen debiti eſt, & ab ipſo Deo, nobis largè & effusè donatur. Sa- G nè donorum omnium virtus, eſt gratia: nam ſi non eſt gratia, non eſt donum, gratias autem omnes operatur vnus atque idem Spiritus ſanctus, diuidens ſingulis prout vult. Iam, quæcunque in nobis operatur Spiritus ſanctus, conſtat ad vnigenitum Dei filium eſſe meritò referenda, quia ab eo donatur, & mittitur, tanquam ſuus, vt mentes hominum, ad ipſum cognoſcendum, & amandum illuſtret pariter, & accendat. Porrò, cum filio ſimul & pater agnoſcitur, ex quo ſubſiſtit, in quo permanet, cuius propterea hoc eſt indicium, quò propriè, ac ſeparatim diſcernitur paterna authoritas; qua ex ſe eſt, & authorem non habet. O Viri, obteſtor vos in conſpectu Dei, & Chriſti Ieſu, & Angelorum eius, ſi nullum eſt interſtitium inter Patrem, Fi- H lium, & Spiritum ſanctum; ob id enim agnito vno, protinus agnoſcitur tota trinitas, ſi extra trinitatem, neque ante Patrem, neque poſt Spiritum ſanctum, alia perſona locum non habet, quæ non ſit creatura, ideoque expers diuinitatis, an non igitur totam diuinitatem vndique implet, hæc ipſa benedicta, multis voce, re paucis cognita Trinitas? Sunt quidem notiones quinque vt ſcitis, in ſacro illo Trinitatis choro, ἀγεννησία, πνοὴ, πατρότης υἱότης, ἐκπόρευσις.

Sed



A Sed non ideo eſt Deus quinus, ſed trinus tantum, quia neque ἀγεννησία perſonam conſtituit, neque ſpiratio, illa quidem, quia & ſi eſt proprietas, tamen non eſt relatio; hæc autem, quia proprietas non eſt, quum ſit patri, filioque communis, quid hic modo moroſus quæris notiones abſolutas, nominaque abſoluta & libera à relationibus Patris, Filij, & Spiritus ſancti? Ne res tantas quære à nobis, quære ab eo de quo dictum eſt, Ipſum audite. Hæc ſunt illa ipſa nomina, hi ſunt illi ipſi caractheres nominum, quos Chriſtus ſignauit, & oſtendit nobis. Paternitas eſt dignitas patris, filietas eſt dignitas filij, proceſſus eſt dignitas Spiritus ſancti, quanquam vt authoritas quædam eſt eſſe patrem, ſic communis dignitas eſt eſſe perſonam, communis maieſtas eſſe Deum; An verò non meminiſtis, B hoc nomen perſona, quod à perſonando deductum eſt, vnde, & aliud, quid ſonat, ad quod refertur cuius eſſe dicitur ſignificare in diuinis ſubſtantiam, vt ad aliquid dictam, vt relatione diſtinctam? Neque enim aliter verum eſſet, tres eſſe perſonas, ſi abſoluta eſſet penitus perſonæ ſignificatio. Eſſe poſſunt forſan, aliæ quædam abſolutæ proprietates, & notiones trinitatis; quæ nullam includant relationem, quid prohibet? Porrò ne ipſe quidem Theologiæ fons Chriſtus Ieſus ὁ λόγος, ὁ θεὸς, eas nouiſſe videtur, vt nobis mortalibus reuelaret, Patrem dixit, Filium dixit, Spiritum ſanctum dixit, & huic ſanctiſsimæ Trinitati nullas alias affixit notas. Ecquid aliud vultis, vt de diuina Trinitate dicamus? Pater eſt C ἀγέννητος, eſt genitor, eſt ſpirator, ecce & in patre quædam trinitas. Filij ſimiliter, ſunt hæc tria nomina, quæ ad rationē perſonæ ſpectant, Filius, Verbum, Imago: ſed & tertia perſona, trinitate quadam inſignis eſt, appellatur enim Spiritus Sanctus, Amor, Donū. Videtis quantas trinitates? Ipſius autem diuinæ naturæ, non'ne tria quam maximè propria, prædicant ipſi etiam gentium philoſophi in diuino offitio? Potentiam, Sapientiam, Bonitatem, Potentiam, quæ, vt dicunt, facit ſapientiam, per quam & bonitatem, cuius gratia facit, Ita vbique fulget, vbique radiat, & in Deo latè vires oſtentat ſuas ſanctiſsima Trinitas. Verum enimuero, ò pij, hæ Trinitates, non ſunt rerum, ſed rationum tantum. Diuina Trinitas quam ſcribimus, eſt Trinitas rerum, Pater, Filius, & Spiritus ſanctus, ſunt D tres res extantes, ſiſtentes, ſubſiſtentes: tres res, quæ nos beatos efficiunt, tres res diſtinctæ, & vt elegantiſsimè dixit Diuus Maximus in Centurijs, diuiſæ indiuiſibiliter, & diuiſibiliter indiuiſæ. Nam quod toties eſt repetitum, Deus pater, eſt origo Dei, non habens originem à Deo, Deus filius, habet originem à Deo, & eſt ſimul origo Dei, Deus Spiritus ſanctus, originem habet à Deo, & Deo, in eumque confluunt Dei geminatæ lætitiæ, puri, ſanctique amores, ideoque, non eſt ipſe origo Dei, ſed implens diuinæ Trinitatis orbem, & cum vtroque origo omniū creaturarū, quarum plenitudo, & ipſa, orbis eſt, quamquam non pænitus extra illum orbem, quia vt Deus, eſt orbis in orbe, & ipſe mundus in Deo pariter eſt



mundus

mundus in mundo. ò beata Trinitas. Nullus hic alterum præcedit æter- E
nitate, nullus excedit magnitudine, nullus ſuperat poteſtate. Nihil hic
eſt diuiſum, quia ſimplex natura, nihil alienum, quia implexa omnia, ni-
hil diuerſum, quia eſſentia vna. Non eſt Pater ſolum plenè Deus, quan-
quam eſt ſolus abſque origine, neque eſt filius ſemi Deus, quia ex Deo
originem habet, & ſimul eſt origo Dei, denique Spiritus ſanctus non eſt
confictus quidam, aut ſuppoſitiuus Deus, ob id quod à Deo, & Deo ori
ginem trahens, Deum nec generat, nec emittit, ſed verè tota hæc Trini-
tas, Pater, Filius, & Spiritus ſanctus, eſt vnus plenus Deus, quia in illa, eſt
plenè plena, ipſa diuinitatis natura, in patre non accepta, in filio accepta
à patre, in Spiritu ſancto ab vtroque. Hæc enim ad relationes pertinent,
quæ diſtinctionem efficiunt: non ſpectant ad abſolutam rationem diui- F
næ naturæ, in qua cõmunicant. & ita cõmunicant, vt non minus habeat,
qui eſt à duobus, quã qui ab vno: nec qui ab vno, quam quià nullo, imò
verò, nec minus habẽt ſinguli, quã tres omnes, nec plus sũt omnes ſimul,
quam vnus ſolus, quanquam tres ſunt trinitas, & nullus illorum trinitas
eſt. Quid dicis? Eſt ne tertia pars trinitatis, Pater? aut Filius? aut Spiri-
tus ſanctus? ſed putas'ne, ſimplicior ſit vnitas trinitate? An nõ diximus
eſſe rem vnam eſſentiam, & perſonam? Vtrunque ſimpliciſsimũ, Vnum,
Trinum, Ideo quiſque eſt in trinitate aliquis, nullus eſt aliquid, omnes
porrò ſimul ſunt tota trinitas, tota vnitas, tota diuinitas, ò beata Trinitas.
An uerò addimus verbo Dei, ò animæ ſanctæ, quia hæc vox Trinitas, nõ G
eſt in ſacris literis? Et vbi quæſo in ſacris literis legitur diuina vnitas? Sic-
ci'ne arguendum eſt? Tollitur ergo omnis, è lingua in linguam inter-
prætatio, ſi non licet vertere bis duo per quatuor: nec vt Græcè dicam,
*μητρίδα διὰ τῆς πατρίδος*. An verò ò viri, non tantumdem ſignificat,
tres & vnum, quãtum trinitas? Certè Ioannes, qui vltimus ſcripſit *πρωτ'*
*εὐαγγέλιον*, dixit *τρεῖς, καὶ ἕν*, Tres ſunt qui teſtimonium dant in cœlo,
Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus, & hi tres vnum ſunt. Quid eſt hoc, ſi
non eſt *τριὰς*, Græcè; Latinè Trinitas? Ecquam magis, implet ſignifica
tionem totam vox Latina, quam Græca? Habeat cubus triados, vim luna
ris circuli, vt dixit Pythagoras, quòd Luna orbem ſuum luſtret per dies
ter ternos, ſed noſtra Trinitas, vim habet ad exprimendum orbem quem H
implet, in ſe ipſo intrinſecus ſol ſolis, Neque vnitas, neque trias eſt tota
diuinitas, illa perſonas abijcit, hæc eſſentiã non includit. Trinitas vtrun-
que exprimit. An non ita eſt? Profectò qui dicit Deum vnum, nõ con-
feſtim dicit & trinum, at ſi dixiſti trinum, dixiſti & vnum, Quid, quod
voce trinitatis, ſignificatur, & æqualitas ipſarum perſonarũ? quippe quæ,
vt non poteſt eſſe extra homouſion, ſic omnino non eſt eiuſdem ad ſe ip-
ſum, ò beata Trinitas. Sint iam tandem qui velint *ἀπάτορες, ἄλογοι, ἀπ-*
*νεύματοι, πατρόμαχοι, λογόμαχοι, πνευματόμαχοι, τεμθ:οιται, τελου-*
*σιανοὶ*. Nos certo ſcimus, quod hæc ipſa trin.t.s *ὁμόθεος, ὁμόγαθος,*
*ὁμού-*



A *ὁμούσιος*, ſit tota diuinitas. Hanc non iam in tenebris & ad aurem, ſed
in lumine, & ſuper tecta prædicare iuuat, in cuius vno nomine, vnaque
virtute, coli ſe voluit, & glorificari Deus: & hoc vobis ſignũ, Non.n.vno
mõ aut ſemel, ſed magis potius, ac crebrò ſuę lucis ſplẽdorib⁹ illuxit, & per
euãgelij ſolẽ fide ferè conſpicua, innotuit mortalibus, qui verſabant̃ in te
nebris: fugauit protinus ex vniuerſo terrarũ orbe, vniuerſas illas cateruas
demonũ, qui ad decipiendos hoĩes, mẽtito olim diuinitatis habitu, ſpiri-
tus nequã, deſertores, & apoſtate, ſe Deos eſſe iactabãt, cõiuratiq; in Deũ,
& in perniciem humani generis, improba nimis & impia temeritate *ἐν*
*ἐθελοθρησκείᾳ*, diuinos omnes ſibi vſurpabant honores: Exoriente ſole,
vmbræ diffugiunt, Hic eſt ſol mundi, Deus trinus, Pater, & Filius, & Spi-
B ritus ſanctus. O beata Trinitas, omnino & penitus eſt ſine Deo, qui eſt ſi-
ne patre, Filio, & Spiritu ſancto. Neque enim colit Deum, qui non co-
lit verum Deum.

## *Sanctiſsimæ Trinitatis, tota virtus Chriſtus Ieſus.*
## *CAP. XIIII.*

VT videtis meſsis eſt facta, & matura ſegete, neque
ut ſpero herbis eluſa fallacibus, collegimus genero-
ſas vuas, & auro ſimiles botros, relicta ſylueſtri, quę
C inter incultas ſentes pendet, amara labruſca, torcu-
laria calcauimus. Iamque vt cum Poeta dicam;

*Plenis ſpumat vindemia labris*

Quid ſupereſt igitur, niſi vt veniat tandem ſpicile
gium, & racematio, vt quam citiſsimè decutiamus
adipem frumenti, farinam inquam & florem, ac delitias farinæ triticeæ, ſi-
mulque exprimamus vinum nouum, ſed purum & defecatum; Vnde &
comedamus, & bibamus, & lætemur in vita noſtra. Eia bono animo
eſto, quicunque credis in Chriſtum, gaude te veritati crediaiſſe, & quod
in vno Chriſto, qui propter diuinas origines, tam eſt trinitatis medius,
quam propter duas naturas, Dei & hominũ mediator; & propter exem-
D plares virtutes, ſimpliciter medium, quod omnia trahit ad ſe ipſum. Non
ſecus quam in aurea quadã epithome, complexus fueris integram, inuio-
latamque fidem, Patris, Filij, & Spiritus ſancti. Ille eſt verbum abbreuia-
tum. Ille eſt *ἀνακεφαλαίωσις*, in quo non lex ſolum, & prophetæ ſum-
matim continentur, & velut per epilogum, ſed quod omnem ſuperat ad-
mirationem, illa ipſa quoque diuina maieſtas, dum in eo tota corporaliter
inhabitat, ſemetipſam in compendium contraxiſſe & ferè exinaniſſe vi-
detur. Hinc myſtica illa Hieruſalem, quæ eſt mater noſtra, eccleſia in-
quam, Chriſti mater primitiuorum, qui deſcripti ſunt in Cœlis, audit ex

ore Dei per Prophetam, in ipſius Sanctiſsimæ Trinitatis myſterium. Simi- E
lam, Mel, & Oleum comediſti, non quod ex tribus illis ſubſtantijs, alia at-
que alia natura intelligatur, in Patre, in Filio, & in Spiritu ſancto, ſed quod
tria illa coagmenta in vnum, vnam ſanctiſsimæ Trinitatis dulcedinem mõ
ſtrat in pane dulciario Chriſto Ieſu. Qui admirabili confectura factus pa-
nis hominum; nos paterna virtute, velut melle aerio purgat, & confortat,
alit, & reficit, verbo ſuo; tanquam ſimilagine & medulla puriſsimi frumẽ-
ti: demum Spiritus ſancti gratia & charitate, tanquam oleo exultationis
impinguat, hilarat & vertit in decorem. Vſque adeo, vt paſtæ Chriſto ani-
mæ, iuxta idipſum oraculum, duplici pulchritudinis nimietate, formoſæ
reddantur, tam ſpecioſę inquam & nitentes, vt ne deſyderari quidem poſ- F
ſit aliquid pulchrius. Vnde & tandem proficiant in regnum, efficiantur in
quam reginæ dignæ, quas eligat & accipiat ſibi in ſponſas, ille ipſe rex
regum Chriſtus Ieſus, qui de cælo deſcendens, proceſsit tanquam ſponſus
de thalamo ſuo; An vero obliti eſtis viri docti, ſummos illos noſtræ reli
gionis principes, & ad vniuerſos homines Dei legatos, quum habuiſſent
in mandatis, idq; in ſe, & in ſuam ipſorum fidem recepiſſent, vt in vno tri
nitatis nomine, tingerent gentes, aquis genitalibus, in ipſis tamen naſcen-
tis Eccleſiæ primordijs, in Chriſti nomine baptizare ſolitos, putantes ſe im
perata facere, ſeruare promiſſa, ſtare cõuẽtis? Etenim diuinitus edocti, cre
debant, neq; vana fides ἐν τῷ χριστῷ, græcè enim loquendum eſt, poſtquam G
à græcis tam dulce nomen ad nos deriuauit, includi geminam relationẽ,
vnam ad τόν χρίοντα, ad ὁ χρῖσμα alteram, hoc eſt vnam ad patrem, alte-
ram ad Spiritum ſanctum. Ille enim eſt vngens, hic eſt vnctio, Chriſtus
eſt vnctus, Atque ideo docere cupiebant, neque nudis ſolum ſermoni-
bus, ſed exemplis, ritibus, ſacramentis, qui colit Chriſtum, colere ſimul in-
diuiduam Trinitatem, & non poſſe non aberrare à Chriſto, quicunque a-
berrat à Sanctiſsima Trinitate, Et vice verſa, delinquere in Deum trinum.
qui delinquit in vnum Chriſtum. Profectò vero, quis dicere poſsit, quam
obſcura erat humano generi, quam difficilis, quã arcana antequam Chri-
ſtus ſeſe dimitteret ex cęlis ad terras, intelligentia Sanctiſsimæ Trinitatis?
Sanè res creatæ, vix tenuem quandam diuinæ trinitatis vmbram, vt au-
ditis, præferre videbantur quaſi ſymbolica terga poſteriora Dei: Scri-
pturæ porro, tanquam ſacra velamina, integumentaque, & ornamenta, H
diuinam quidem Maieſtatem, & gloriam cum omni decore ſignifica-
bant exterius. Sed quam pauci erant qui ad interiora velaminum pene-
trarent? qui ſuggerent mel de petra, & oleum de ſaxo duriſsimo? qui
poſſent dicere & intelligere ὦ τριὰς ὑπερούσιος, ὑπέρθεος, ὑπεράγαθος,
τῆς [illegible] κορυφῆς ἀκρότατος, ἔφορος θεοσοφίας. Ecquis hic iure admi-
rari debeat? nam ne hominum quidem notitia, ex amictu haberi poteſt,
ſed ex facie, neque ipſi communiter quenquam à tergo aſpicere, ſed à
fronte ſolemus.

Quam



A *Quam ſeſe ore ferens*

Eſtque propterea nobis admodum familiare, vt videre cupiamus viuos re-
gum & principum vultus, ſi non in ſe, ipſis in imaginibus & expreſsis, qua-
le ſunt Filij, & impreſsis qualia ſunt ſtatuæ & numiſmata, Ecquantas gra-
tias tibi debemus, ò Pater omnipotens, poſtquam hunc ipſum tuum v-
nigenitum filium, in tuo ipſius ſinu, in æternum quieſcentem, tibi per om
nia ſimilem, modo, myſterioque inenarrabili, carnis aſſumptione, homi-
nem factum, natura Deum, Perſona verbum, Ieſum nomine, & cogno-
mine Chriſtum, miſiſti ad nos, vt videntes trinam, expræſſamque æterni pa
rentis imaginem, faciemque & ſplendorem faciei paternæ, poſſemus non
B modo per Chriſtum, ſed in Chriſto videre patrem, videre inquam, audi-
reque, & contrectare, quoad licet hominibus, qui in mortali corpore vi-
tam viuunt? Ob id verò vt ſcitis fratres, magnus ille σωθὴρ tot annos in
terris viſus, & cum hominibus familiariſsimè conuerſatus, vt gentium
errores aboleret, ſemidoctoſque iudeos traduceret ad ſublimiorem phi-
loſophiam, hoc eſt, vt ab illis nox atra fugaretur, in iſtis ſurgens aurora
clareſceret aliquando, tandem iuſta indignatione commotus, dixit. Tan-
to tempore vobiſcum ſum, & non cognouiſtis me? qui videt me, videt
& patrem meum. proculdubio autem in Patre, & Filio, Spiritum ſan-
ctum: Sanè ab antiquo dierum accepto libro ſignato, & poteſtate
quam illi tradidit, reſignatis ſignaculis eius, vniuerſis populis abſque
C omni perſonarum exceptione, Iudæis quidem primum, & ſuo ipſius
ore, ad ſtatuendas & firmandas promiſsiones patrum, græcis deinde per
eorum quos ille antea erudierat cœleſtes tubas, in ſalutem omnium
credentium, ea narrauit, quæ de Deo, deque rebus diuinis ex nobis
ſcire non poſſumus, neque vllo modo ignorare debemus. Idque non
per enigmata, aut ſomnia, & viſiones, vt patres, qui eum præcurrebant,
& prophetæ, ſed per apertiſsimam euangelij prædicationem, quod &
ipſum indicat fauſtum fęlixque nomẽ nouæ annunciationis. Quid hic di-
cit Iudæus Aſpis? qui adhuc non exaudis vocem incantantium? Quid
tu ſus lota in volutabro luti qui adhuc euangelicas margaritas concul-
D cas pedibus tuis? Nondum ne erubeſcitis, quod adhuc vſque diem, non
agnoſcitis verum Deum? Sanè qui ignorat Chriſtum, ignorat & Deum.
Et eſt pęnitus ſine Deo, qui eſt ſine Chriſto, quia & nemo nouit patrem
niſi Filius, & cui ipſe reuelare voluerit: & non poteſt Deum homini, aut
Deo hominem coniungere, niſi ille qui cum hominibus eſt homo, & cum
Deo Deus, mediator Dei & hominum vnus Chriſtus Ieſus. Hoc eſt princi
piũ omnis ſapiẽtiæ, & veritatis, ò Dilecti Dei. Hoc eſt fundamentũ religio
nis, vniuerſæque virtutis, & ſalutis humanæ caput. Quod qui non intelli-
git, qui non aſſerit, qui non defendit, cęcus eſt, etiam ſi videat: etiam ſi au-
diat ſurdus. & tametſi multa ſcire & eloqui videatur, indocte, doctus

atque

atque impiè & eloquenter inſanus. Propoſita fuerant homini ab initio E
admiranda illa ſpectacula, quæ ad cæteros animantes non pertinent, orna-
tus tantarum rerum, circuitus Solis, & Lunæ, pulchritudo cœli, & ſtella-
rum innumerabilium ſpecies. Verum enimuerò, occaſione accepta, ſapiē
tes mundi dum in ijs extra ſe proficerēt, in ſe defecerunt, & Deum ſupra
ſe non inuenerunt, quem ſuperbè & glorioſè quærebant. Itaque oſten-
ſum eſt in fine temporum, vnicum illud ſpecimē, inſigneque tabernacu-
lum diuinitatis Chriſtus Ieſus, magnus Dominus, & laudabilis nimis,
paruulus filius, & amabilis nimis, in quò Græci, & barbari, & ſapien-
tes & inſipientes, & omnis caro tandem potuit, volens, videre Deum, ni-
mirum ex fide, quæ reuelanda ſuo tēpore expectabatur ambulantibus in
fide, quæ viſu, & verbo reuelata fuit, hoc eſt videntes, quod & Iudæis, F
prophetæ, & ſybillę gentibus futurum eſſe prædixerant, filium Dei carnē
factum. Ecquod ſpectaculum exhiberi hominibus potuit magnificen-
tius, in quo & egredi licet foras, ad conſpectum carnis mortalis, & ingre-
di intus ad contemplationem æternæ diuinitatis? vt & intus & foras, pa-
ſcua eaque læta & vberrima inuenientes, in carne noſtræ reparationis, in
verbo noſtræ creationis, myſterijs paſcamur & potemur. Caro verbum,
eſt lac paruulorum, Verbum caro, eſt cibus grandium. An non caro &
litera Moſe? Caro quidem, ſed ſine anima, caro mortua, vide ne dicam,
cutis potius quam caro, & cur non dico oſſa? & oſſa arida? Viſcera ſanè
& medulla ipſius Moſe, Ieſus Chriſtus, quò arida quæque pingueſcunt, li
queſiunt dura, inſipida denique & amara omnia dulciora euadunt ſuper G
mel et fauum. Quid enim eſt ſcriptura tota, niſi Chriſtus inuolutus, et cō-
plicatus? Et quid eſt Chriſtus, niſi explicatio vniuerſæ ſcripturæ? Ita ni-
mirum verè prorſus aberrat, qui non tenet caput Chriſtum. Iam enim ſo-
le clarior Chriſti veritas nullis eget inſolitæ, vel ſapientiæ, vel eloquentiæ
luminibus, ſed omnia ſua luce perfundens, per ſeſe vbique ſplendet, et cū
ingenti Chriſtiani nominis gloria, in medijs etiam tenebris, eluceſcit.
Quod ſi muſcæ morientes, adhuc vndique volant, et ſublime hoc cęlum
Chriſtianæ religionis denſatis quaſi nubibus implēt, unde vniuerſo orbi
aer craſſus effunditur, num propterea minus fulget plebea lampas, quia
grauati oculi et fixi ſolo, eam propius intueri non valent? Vnus eſt Deus H
Pater: ex quo omnia, et nos in illum et vnus eſt dominus Ieſus Chriſtus,
per quem omnia, et nos per ipſum. Et quis in nubibus ęquabitur Chriſto
Domino? ſimilis erit Deo in filijs Dei? Non eſt ſimilis tui in Dijs Domi
ne Ieſu Chriſte, et non eſt ſecundum opera tua. Qui magnis rerum mira-
culis conciliaſti tibi authoritatem, authoritate meruiſti fidem, fide traxi-
ſti multitudinem, multitudine obtinuiſti gloriam, gloria confirmaſti ue-
tuſtatem, et vetuſtate iam inſtauras æternam religionem. Sit vobis ſtulti-
tia ò gentes, ſit tibi ſcandalum ò Iudęæ, Certè hæc ſtultitia impleuit terrā
ſcientia Domini; certè hoc ſcandalū ædificauit eccleſiam magnam Do-
mino,



A mino, & ecce alienigenæ, & Tyrus, & populi Aethiopum, hi fuerūt illic,
& ecce ſterilis peperit, paritque in dies charam Deo ſobolem, & quę mul
tos habebat filios confecta defecit. Quæ nam verò ſtultitia maior eſſe po-
teſt, quam nolle adhuc credere quod ne ipſi quidē demones negare poſ-
ſunt, ideoque inuiti credunt, vnde & contremiſcunt? Et quod ſcandalū
grauius, quam quod non vis credere, audire nolle, & obturare aures tuas,
ne exaudias vocem incantantium, & venefici incantantis ſapienter? Si
potuit nos fallere verus Deus, profectò nos qui in Chriſtum credimus, fal
ſi eſſe poſſumus, imò verò, vt liberè loquar, iam falſi ſumus, ſed uerè falſi
eſſe non poſſumus, quia nō fefellit nec fallere nos potuit verus Deus. Hic
eſt verus Deus, & vita æterna Chriſtus Ieſus, quem colimus. Qui manife-
B ſtatus eſt ex carne dum natus eſt, iuſtificatus à ſpiritu dum baptizatus eſt:
viſus ab Angelis dum illi canerent & miniſtrarent, prædicatus in gētibus
varijs linguis, creditus in mūdo vna fide, aſſumptus in gloria, vt impleret
omnia. Domine dominus noſter, quā admirabile eſt nomen tuū in vni-
uerſa terra? Quæ didicimus credimus, & quæ credimus prædicamus, ò vi-
ri. Non eſt homo ſolus, qui eſt ſaluator omnium hominum, Non eſt par
angelis, cui Angeli ſeruiunt. Non cępit ex tempore, per quem facta ſunt
tempora, Non numeratur inter creaturas, à quo omnia creata ſunt. Non
eſt confictus Deus, quem verus Deus teſtatur eſſe Deum. Non eſt Deus
recens, cuius eſt egreſſus à diebus æternitatis, Non eſt minor Deo, qui eſt
virtus Dei, eſt verus Deus, qui eſt Deus filius. Non alienus ſed proprius,
C Non gratia ſed natura. Nihil habēs fucatum, quia eſt veritas, nihil imper-
fectum, quia eſt ſplēdor gloriæ, nihil diſsimile, quia eſt figura ſubſtantię.
Eſt primogenitus, quia nullus ante ipſum: vnigenitus, quia nullus poſt ip
ſum. Heri, hodie, & in ſecula, quia neque initium dierum, neque finem
vitæ habet, exiſtens antequam Abraham fieret, videns Sathanam antequā
caderet, genitus ante luciferum, primogenitus ante omnem creaturā, ima
go inuiſibilis Dei, in quo condita ſunt omnia, per quem omnia conſtant,
prodiens ex ore altiſsimi & nomen eius Verbū Dei. Vacate vos quoque
animo, à curis ſeculi, & videte quoniam ipſe eſt Deus, qui exinaniuit ſe-
metipsū, qui minoratus eſt ab angelis, qui factus eſt vnus ex nobis, exiens
à Patre, dum ab antiquo dierum, antiquus & ipſe naſceretur, veniens in
D mundū, dum de Spiritu ſancto conciperetur ex Virgine Maria, relinquēs
mundum dum per myſterium mortis deuicta morte operaretur ſalutem
noſtram in medio terræ, rediens ad patrem, dum triumphato Sathana, ca-
ptiuam ducens captiuitatem, victor aſcendit ad cœlos, iterum ad nos ven
turus, dum in die plenæ Lunæ, hoc eſt conſumationis temporum, refor-
maturus corpora noſtra, iudicabit viuos, & mortuos & ſeculum per ignē.
Verè caro noſtra, & frater noſter. Verè Deus noſter, & dominus noſter,
non homo ſolum dominus, ſed homo verè dominus. Non homo ſolum
θεόφορος, aut θεοφόρητος; neque ſolum θεοειδής, aut θεοείκελος, ſed ve-
riſsimè

riſsimè ὁ θεὸς. Non nuncupatione,ſed virtute, & maieſtate, non partici- E
patione gratiæ, ſed plenitudine naturæ, non tranſlatus in Deum ex homi
ne,ſed ex Deo factus homo.Sibi ab initio & ante ſecula, natus ex patre;
nobis in fine temporum, natus ex matre. Ideoque perfectus Deus, & ve-
rus homo, ex patre Deus: ex matre homo,& Deus; non vnus ex patre,al
ter ex matre; ſed aliter ex patre,aliter ex matre; inde diuina hinc huma-
na natura,utrinque vnius Chriſti,vna perſona. Agnoſce δυόφυσιν, ò ho-
mo, non μονόφυσιν, vt ſic verè gigas Chriſtus Ieſus, ἐνυπόστατος, non ἐνού-
σιος, ἀνδρόθεος, & θεοάνθρωπος. Quod enim in ſingulis hominibus eſt ho
mo interior & exterior, hæ ferè in Chriſto & caro & verbum, homo &
Deus. Non erat ab æterno tempore homo ſicut Deus,ſed quum eſſet ſem
per Deus,ad extremum quoque noſtram carnem ſibi adiunxit,& vniuer- F
ſas cœli opes, & omnes diuinitatis theſauros, ſecum nobis aduexit Deus
Dominus,& illuxit nobis. Ipſe lumen fidei in mundum intulit,ipſe lucem
ſalutis oſtendit, vt hominem quem condidit, liberaret, vt mortem quam
non fecit, aboleret. Ideo Deus in homine abſconditus, vt quaſi occultus
hamus obuolutus eſca noſtrę mortalitatis,eum quoque,qui habebat mor
tis imperium,diuinitatis potentia detineret; & de profundo extractum,
diruptis clauſtris inferni, traderet in eſcam populis Aethiopum, quorum
prius atros nigrores, & fœdiſsima crimina ſuo ipſius ſanguine ſpiritalis
innocentiæ, & ſanctitatis, niueo candore dealbaſſet. Quid tu ſeparas ha-
mum ab eſca? aut eſcam ab hamo? verbum à carne? carnem à verbo?
Quid Deum homine,quid hominem Deo diſpolias? Quid vnum Chri- G
ſtum ſoluis, ac diuidis? imò verò? quid diſiungis Deum à Deo? quid diſ-
ſocias idem à ſe ipſo. Vox meretricis illa eſt, Nec mihi,nec tibi,ſed diuida
tur: Vera mater eccleſia,quæ Chriſtū glorificat, & portat in corpore ſuo,
fide concipiens,confeſsione pariens,fouens ſpe,& nutriens charitate,illa
eſt in iudicio Salomonis,(& ecce pluſquam Salomon hic) quæ dicit;Non
diuidatur, & ne os quidem vllum comminuetis ex eo, quia ſi dimidiatus
eſt,non eſt integer,& ſi non eſt integer,non eſt viuus, & ſi non eſt viuus,
neque eſt verus,& ſi non eſt verus, neque eſt vnus, & ſi non eſt vnus ne-
que eſt Chriſtus. Quomodo autem eſt integer, ſi eſt vel Deus tantum, &
non homo,vel homo tantum & non Deus? Confiteris hominem,confi-
tere & Deum; quem tantum ex peccatoribus abſque peccato,conuerſan H
tem inter peccatores,ad exemplum peccatorum, morientem pro peccato
ribus,ad delenda peccata, mira operantem ſupra naturæ vires, docentem
ſalutaria ſupra ſenſum hominum,patientem indigna ſupra omnem chari
tatem, iure, ac merito, & ſuperi colunt & metuunt inferi, & medius hic
totus orbis ſupplex adorat, & omnis lingua confitetur, quia Ieſus Chri-
ſtus in gloria eſt Dei Patris. Verè Chriſtus vnctus in Regem, vt nos rege
ret, in prophetam vt nos erudiret, in ſacerdotem vt benediceret nobis,in
athletam vt pugnaret pro nobis. Verè Deus,qui mundum creauit, qui
peccata



A peccata dimittit,qui portat & ſuſtinet omnia,per quem omnia facta ſunt,
& ſine quo factum eſt nihil. Vere homo,qui eſurijt,& ſitijt, qui ſudauit
& alſit,qui mortuus eſt & reſurrexit. Verè homo & Deus, cuius vita ſancti
tatem, cuius doctrina ſapientiam, cuius mors patiētiam,cuius reſurrectio
diuinam indicat poteſtatem, Iaculentur iam qui vellent in ipſum ſolem,
mittant lapides in cęlum,clauſis oculis aduerſus Chriſtum bella ſuſcipiant.
Ille verò pugnante & repugnante mundo,iam ponitur verum in cęlo, &
in terra,iam omnia mundi regna deiecit,iā Caldeos,Perſas,Medos,Græ-
cosque contriuit,Demum ipſos quoq; Romanos,qui duro Imperio,quaſi
dentibus ferreis omnia comminuebāt atque etiam conculcabāt pedibus,
fregit,ac domuit,Omnia traxit ad ſe ipſum, Omnia ſibi ſubiecit, ponitq;
B in dies inimicos ſuos,ſcabellum pedum ſuorum,ipſis etiam principibus te
nebrarum,aduerſus eum in vnum coniuratis,& conſpirantibus. Itaq; quis
iam non clamet,Dominus meus & Deus meus; domitor orbis,gentium vi-
ctor,triumphator inferni? In te eſt Deus, & neſciebamus. Tu es Deus & prę
ter te non eſt Deus. In odorem vnguentorum tuorum currimus,& in vm
bra tua viuemus.

## *Arcanas diuini nominis literas, ſignificare Deum ipſum, trinum & vnum, contra Iudæos.*

C

## CAP. XV.

ACCEDITE huc rebelles & increduli, dura ceruice,
& indomabili corde. Accedite animæ apoſtatrices,
progenies viperarum, canes immundi, filij fornica-
riæ, ſemen nequam. Accedite qui dicitis vos Iudęos
eſſe, & nō eſtis, ſed eſtis ſynagoga Sathanę, in carne
quidem circuncisi, ſed prępūtia habentes in cordi-
bus, & auribus, Super quem luſiſtis? ſuper quem di-
lataſtis ora? ſuper quem eieciſtis linguas? Adhuc ne
ſerpentum more ſybilatis? adhuc ne fauillas veteres nouis flatibus excitatis?
D non dum totum euomuiſtis virus? nondum cōuicti eſtis? teſtibus? ratione?
veritate? facto? conſcientia? Moneo vos fraterna Charitate, nam & ipſi ho-
mines eſtis, neq; dum vobiſcum ipſe loquor, exuere poſſum viſcera huma
nitatis meæ. Moneo inquam, & rogo, per voſmetipſos, per veſtram ſalutē,
poſtquam de more, ſemper Spiritui ſancto reſtitiſtis, & contentioſe egiſtis
contra patrem, cuius negaſtis & filium, quieſcite tandē aliquando, ab hoc
homine, cuius ſpiritus eſt in naribus eius, cuius vires, & robur Rhinocero-
tis, qui in ira ſua deſtruxit patres veſtros, qui in furore ſuo diſperdidit
gentes, & Deos gentium, qui iudicio orbis terræ, et angelorum, adeo-
que ipſius diuini numinis, hoc argumento præcipuè, quod dum in cru-
cem

cem ad prædam aſcendiſſet, ac cubaſſet, & quieuiſſet in ſepulchro, tertio E
die tanquam Leo, & Leęna rugiens, vnde & tremuit, & expauit infernus,
à ſomno euigilauit: merito, definitus eſt, reputatus, agnitusque, & declara
tus non homo ſolum, ſed & filius Dei, Filius inquam, non adoptione, &
benedictione, ſed natura, & virtute, & eadem pęnitus potentia Dei pa-
tris, ſimilis patri, equalis patri, idem cum patre. Viri Iudæi, ad quos olim
ſermo Dei factus eſt, nolite putare, quia Saturnij non ſumus, non eſſe bar-
dos, & ſtupidos; Homines ſumus ſolares, & in ſole ambulamus. In illo in-
quam ſole, qui in iudicium, in hunc mundum venit, vt populus qui ambu
labat in tenebris, & lucem videre cupiebat, illuminaretur & videret: qui
verò nihil non videre arbitrabantur, & interim gentium cęcitatem, quam
miſereri oportuerat, alto ſupercilio deſpiciebant, ipſi vni exoculati, cęciq; F
fierent, Agnoſcimus ſalutis noſtræ originem ex genere veſtro. Ideoque
nobis non eſt recens Deus, præter Deum noſtrum: neque adoramus Deū
alienum à veſtro Deo. Vos nunc degeneres filij, & rami, illa patrum ve-
ſtrorum radice, cuius memoria in benedictione eſt, eritque in omne euū;
adoratis quod neſcitis. Nos Deo gratias, à quo vocati ſumus, in admirabi-
le lumen, quum ambularemus in tenebris, & eſſemus Tyretia ceciores, a-
doramus quod ſcimus. Neque enim nobis eſt alius Deus, præter illum
antiquum dierum, cui prophetæ venerandum authoritatis ſignum appin-
gunt, promiſſam, candidamque cæſariem. Veteres quidem illas veſtræ le-
gis vmbras, ſuperuenientibus nouis Euangelicæ gratiæ luminibus, abieci-
mus, & refutauimus, quod & Moſes veſter, in quo ſperatis, olim futurum G
eſſe prædixerat, ſed quam diſtat vetuſtas ab antiquitate? Antiqua ſunt ve-
tuſtiſſima veterum; quibus iuxta eundem Moſem cum tanta huius nouæ
meſſis fœlicitate, & penè incredibili diuinarum opum affluentia, æterno
tempore perfruimur. Non eſt noſtra vetuſtas in Deo, eſt antiquitas, eſt
æternitas, vetuſtiſſima veterum, quam ipſi ex profetis veſtris intelligimus
in patre & filio, Hoc ipſi non intelligitis, quia ignoratis ſcripturas, & virtu
tem earum Chriſtum. Idem antiquus Deus, eſt Deus legis, & Euangelij,
Deus tantū in lege, Deus & homo in Euangelio, Deus in libro legis, Crea
tor; Deus in libro Euangelij, Redemptor & Saluator: qui per ſeipſum nos
creauit, per hominem nos redemit, vtrunque tamen vnus fecit, Aliud eſt
Deus, aliud eſt homo, ſed non eſt alius Deus, & alius homo. Idem qui eſt H
in carne, erat in ſpiritu, qui eſt in humilitate, erat in maieſtate, qui eſt ho-
mo recens, erat æternus Deus. Ita non eſt ſimpliciter recens, ſed ſimpliciter
æternus, quia antequam homo, ſimpliciter Deus, & inſertione naturæ ho
mo, ſed propria perſona Deus. Indigni ne ſumus viri Iſraelitæ, quibus in
re tanta, & tam vobis ſuſpicioſa, quam nobis perſpicua, confeſtim fidem
adhibeatis? Sed ſi nobis non creditis, credite Angelis, credite cęlis, credite
Demonibus, credite prophetis, credite Philoſophis, credite mortuis, credi
te ſepulchris. Etenim Chriſti noſtri diuinitatem Angeli nunciauerunt, cę-
li oſten-



A li oſtenderunt, expauerunt Demones, ſcripſerunt prophetæ, Adorauerunt
Philoſophi, ſenſerunt mortui, teſtati ſunt tumuli, Quid? Chriſtum Deum,
veſter Iordanis agnouit, veſter Baptiſta prędicauit, veſtra Solyma excepit,
veſtri infantes cecinerunt, veſtræ mulieres ſequutæ ſunt, in veſtro monte
vox tonitrui ſonuit, denique in veſtris laribus ſtella, ad veſtras aquas co-
lumba demonſtrauit. Et quidem niſi vererer uos dicturos, Amariorem te
ſenectus facit, iratus tandem & ſtomachatus ingentem veſtram, exclamarē,
ò ſtulti nimirum, & tardi corde, ſtulti qui vobis vnis, præ tāta nube teſtiū,
ab vniuerſo orbe credendum eſſe putatis: tardi corde, rudes indocileſque,
& obtuſo, ac ſtupido ingenio, quibus poſt tantas annorum centurias, non
dum liquet, quam credibilia facta ſint nimis teſtimonia Chriſti Ieſu, qui-
B bus permotæ, ipſe quoque barbarę gentes, procul à muſis, & à ſtudijs bona
rum literarum remotiſſimæ, philoſophantur in Euangelio ipſius, & vſque
adeo arbitrantur, ignorationem Chriſti, eſſe ignorationem Dei, vt in vos,
perpetuo iactent hemiſtichium illud, quod olim Poęta cecinit.

*Incerti Iudæa Dei.*

Enimuero, quid tandem eſt viri fratres, vt ægro animo feram Iudæorum
dicteria, ſcommata, calumnias, quando patrem familias, cuius ipſi ſerui ſu
mus, vtinam tandē aliquādo boni, & non in vtiles efficiamur, ore fętido,
ipſi toti fętentes, tanquam ſepulchra Beelzebub, vorauerunt? quamuis au-
tem de religione, & de Deo, vix quiſquam niſi fruſtra, & caſſis laboribus,
C agere poſſit cum vanis & perfidioſis Iudæis. Sane eruto illis oculo dex-
tro, & amputata ſimiliter auricula dextra fidei, in rebus diuinis cęca & ſur
da ſunt omnia: vident. n. & non vident, audiunt & non audiunt, imo verò
viuunt & non viuunt, ſunt & non ſunt, homines, non hoīes, Iudæi non Iu
dæi; Iudei litera, non ſpiritu: homines vultu non ſenſu; viuentes in ſerui
tute, quæ eſt morte deterior, vmbram vitæ non vitam, magno animo ta-
men conterendi ſunt à nobis dentes eorum, quos arma ſibi ſagittaſque fe-
cerunt, aduerſus Dominum & aduerſus Chriſtum eius, vt dum Antichri
ſti victi deficiunt, Chriſtiani victores proficiant, & ſi illi qui iacent non re
ſurgunt, ſi qui ſunt ex noſtris qui nutare videantur, confirmentur & non
cadant. Quid eſt ò Iudæi, quid eſt, vt hinc incipiamus, quod ſanctiſſimum
D illud nomen tantæ venerationis, in quo velut in tabernaculo abſcondita
eſt maieſtas diuinæ naturæ, quod propterea etiam dum profertur manet
arcanum, & dum etiam intelligitur eſt ſemper incognitū, nomen inquā
illud ſanctum & terribile יְהוָה de quo ſapientes dixerunt ſcriptum eſſe,
Dominus in tabernaculo ſancto ſuo, timeat ab eo omnis terra; Quid in-
quam eſt, quod præclarum illud, & verè proprium, vnicum & naturale
Dei nomen, tribus literis ſcribitur, & earum vna, ſecunda inquam non pri
ma, neque tertia, vt Deus in tanto nomine ſedes habeat, & voce & ſcriptu
ra geminatur, vnde & efficitur nomen τετραγράμματον, hoc eſt qua-
tuor literarum? niſi quod Deus benedictus, veriſſime eſt Trinitas, Pa-
ter,

ter, Filius, & Spiritus ſanctus. Filius porrò quem ipſi ad hunc vſque diem E
pertinacißimè negatis, tanquam non populus ſuus, ſicut ſcriptum eſt, Et
non erit eius populus, qui eum negaturus eſt, in prædeſtinata plenitudi-
ne temporis, ferè egrediens illum ipſum æternum diuinitatis orbem, al-
teram ſibi naturam, hoc eſt humanam carnem, velut zonam veſtemque
præcinxit, neque tamen Dei formam perdidit, vel reliquit, vt propterea
ſit ille ipſe Deus qui erat, & homo, qui ante non erat: neq; verò duplex
perſona, altera homo, altera Deus, ſed eadem geminæ naturæ perſona,
Homo, & Deus, Chriſtus Ieſus, de Deo inquam Deo, de muliere autem
Dei, & hominis filius, idque totum ne excreſcat in quaternitatem perſo-
narum beata illa Trinitas, & tamen ingrediatur Trinitatem diuina illa,
quam verbum Dei ſuſcepit humanitas. Hæc enim duo, ſunt duo poli, cir- F
ca quos voluitur Chriſtianum cœlum. Rogo audite viri docti, quantam
vim tribuunt ſuis ipſorum literis Iudæi noſtri, vtinam noſtri. Nam præ-
ter alia multa, incredibili ſuperſtitione, illud quoque dicere audent, vias
illas, quas Deus notas fecit Moyſi, & filijs Iſrael, quæ haud dubiæ ſunt fi-
des, ſpes, charitas, dilectio Dei, & proximi, declinare à malo, & facere bo-
num, his enim itineribus peruenitur ad videndũ, poſsidendumque Deũ,
audent inquam dicere, vias illas eſſe decem, סְפִירוֹת quos componunt ex
duabus, & viginti Hæbraici alphabeti literis, quarum tres appellant ma-
tres, duplices ſeptem, ſimplices duodecim, docentes præterea, ex multi-
plici literarum cõbinatione, & reuolutione, elici poſſe admirabiles quos
fingunt ſenſus, & legis, & prophetarum, Eia igitur, vt ad æmulationem G
eos, quo ad fieri poteſt prouocemus, efficiamur Iudęis tanquam Iudæi, in-
firmemur cum infirmis, cum inſanis ipſi quoque inſaniam ſimulemus.
Neque verò, putate vos rem aliquam nouam facturos, quod Cicero ille
noſter, Romanæ eloquentiæ decus, vt oſtenderet quantam in oratione
vim habeat ſeries, & poſitura verborum integris periodis fecit; id ipſum,
faciemus ipſi, in hoc vno nomine, ad eruenda myſteria, & aperiendos fon
tes myſteriorum vniuerſæ noſtræ Religionis: diſſoluemus inquam, pri-
mum deinde coniungemus literas huius diuini nominis יְהֹוָה. Vos ò al-
phabetarij, vos ò grammatiſtæ, à quibus procul dubio hæretici noſtræ æta
tis, filij fortaſſe à parentibus, & auis: auis certè, non ſpiritu ſolum, ſed car-
ne, & ſanguine, didicerunt vbique hærere nudis ſermonibus, & literæ oc- H
cidenti, contemnere autem latentes ſenſus, ſpiritus viuificantes, vos inquã
interrogo, Quid in lingua ſancta ſignificat י Iod, quid ה He, quid ו Vau?
Non'ne vt ipſi dicitis י Iod, ſignificat principium ה He eſſe & viuere ו
Vau copulantur, Ecque vnquam ſignacula fingi potuiſſent tam decora Pa
tris, Filij, & Spiritus ſancti? Nam ſi ratio abſoluta principij eſt, vt & nihil
ſit priuſquam nimium, verè iuxta ea quæ ſuperius diſſerebam Pater dici-
tur principium, principium nõ de aliquo principio, ſed principium prin-
cipiorum, quē doctißimi ex veſtra ſynagoga viri, elegantißima tralatione
appella-



A appellauerunt antiquum antiquorum, hortum radicum, profunditatem
fluuiorum, fontem ſcientiarum & rerum. Si autem eſſe, eſt, vt philoſophi
tradunt, terminus generationis, & viuere viuentibus eſt eſſe profectò de
filio Dei, nihil magis congruè dicitur, quam eſſe, & vita, quem pater æter
num genuit, per quem ſunt quæcunque ſunt, & in quo id totum quod fa
ctum eſt, etiam antequam fieret, viuebat: immò verò vita erat, qui etiam
caro factus eſt: Via, Veritas, & Vita, vita viuorum, & reſurrectio mortuo-
rum. De copula, & coniunctione nihil attinet dicere, nam hic eſt vulgatiſ
ſimus titulus Spiritus ſancti genitoris, & ſobolis, æternus nexus, & vincu-
lum, ita tandem manifeſtum eſt, quemadmodum hæc ipſa elementa lite-
raria non ſeparata, ſed vnita, ſunt hoc ipſum Dei nomen יְהֹוָה & vnum il-
B lud Dei nomen, eſt hæc ipſa elementa in vnum, hoc ipſo prædicto ordine
coeuntia, ſic diuinas illas perſonas, tam & ſi filius caro factus eſt, eſſe vnam
diuinitatis ſubſtantiam, & illam diuinam ſubſtantiam non eſſe rem aliã,
quam tres perſonas. Vt propterea quærenti, quæ nam eſt propria, & ger-
mana interprætatio huius nominis יְהֹוָה palã, & apertè ex literis, ex cõbi-
natione, ex vi, & ordine earũ reſpõdere debeamus Deus Trinus, & Vnus,
Pater, Filius, & Spiritus ſanctus. Exponant more ſuo Iudæi, maleuoli, in-
uidi, odioſi, lucifugi, maledici, mõſtruoſi, qui eſſentiat, qui dat eſſe, qui
eſt cauſa omnium, qui generat omnia. Nos in gratiam veritatis, & ne oc-
caſionem obtrectandi accipiant dicentes, Quęcunque animus, Chriſtiani
negant, & quæcunque negamus, aiunt, nihil eorum non libentißimè cõ-
C fitemur. Porrò omnia hæc extrinſecus ſunt in Deo, & non tam inſunt,
quam adſunt, atque ideo nomen iſtud, quod ſuo ipſorũ teſtimonio, præ
cæteris eſt Dei nomen, ſi ſumptum eſt vt dicunt, nõ ab efficientia, ſed ab
eſſentia ipſius Dei, intrinſecus, altißimè dicendum eſt, iuxta Chriſtianam
Theologiam. Sanè Euãgelium, eſt interprætatio legis, quod ſit admirabi
li illa ratione, quam audiſtis, vnum nomen, & tria nomina. Nomen in-
quam ipſius vnitatis, & trinitatis, vnitatis diuinæ eſſentiæ, & trinitatis di-
uinarum perſonarum, quia diuina eſſentia eſt illæ tres perſonæ, & tres il-
læ perſonæ ſunt vna diuina eſſentia, non ſecus quam יְהֹוָה eſt י, & ה gemi
nata, & ו & litera י & ה repetita, & ו coniunctæ ſimul ſunt יְהֹוָה. Intelli-
gitis hæc ò viri? Profectò verò indicant ſimul, & probant altam illam ra-
D tionem circuli Caldaici, in quo deſcribitur diuinum nomen, atque etiã
περιχώρησιν illam ſecretißimam, qua Filius Dei in Patre eſt, & Pater in Fi
lio, vterque autem in Spiritu ſancto, Vnde & illud tandem manifeſtum
efficitur quod credimus, & intelligimus, neque perſonam aliquam ipſa tri
nitate minorem eſſe, neque trinitatem ipſam eſſe, quam vis perſona, aut
etiam eſſentia, ſola maiorem, aut pleniorem. Quis porrò non videat, quã
ta ſit ſimilitudo inter י Iod literam Patris, & ו Vau literam Spiritus ſan-
cti? Litera autem media, quæ eſt filij ה He, quoniam י Iod, & ו Vau ſe-
rè claudere, & continere videtur, æqualitatem planè docet, inter omnes

ſanctiſsimæ trinitatis perſonas. Ecquāti illud refert, quod hæc ipſa litera E
ה He quintum locum tenet in claſſe alphabetaria? eſt enim ה apud pri-
ſcos, numerus nuptiarum, numerus inquam præ omnibus maximè con-
ueniens filio Dei, cui pater æternus, iuxta euangelicam parabolam, fecit
nuptias magnas, vt ille in fine temporum, de ſummo cœlo procederet,
tanquam ſponſus de thalamo ſuo. Putatis'ne verò myſterio careat, quod
hæc ipſa litera, filij Dei, in almo hoc nomine præter ordinē alphabeticæ
claſsis, ſequitur י Patris literam, & nullatenus antecedit, ſed ו literam Spi-
ritus ſancti, & antecedit, vt in claſſe alphabetaria, & ſequitur? Inde enim
intelligimus, quod ille ipſe Chriſtus Ieſus, Dei, & hominis filius, quate-
nus Deus, Spiritus ſancti principium eſt & origo, ſicut ipſe originē habet
à Patre. At verò ſecūdum carnē, de Spiritu ſancto, ex Maria Virgine con- F
ceptus eſt, vſque adeo, vt Nazarei, in ſuo ipſorum euangelio, quod tamē
Catholica ignorat eccleſia, vbi nos legimus, in illa hora exultauit Ieſus in
Spiritu ſancto, ipſi per præſopopeiam introducāt Chriſtum dicentē. Mo-
do me arripuit mater mea, Spiritus ſanctus, adiuuāte eos lingua Hebræa,
in qua Spiritus ſanctus, nomē eſt generis fœminini. Exinaniuit ſemetipſū
Dei filius, viri fratres, non quia non ſit plenus Deus: maieſtatē enim quā
habebat ſepoſuit, non depoſuit: nam & in ipſo Dei nomine, eandem vim
retinet, ſuum ipſius elementū, ſecundo & quarto loco collocatum, idque
ſonus indicat & figura; Sed quia qua homo eſt, creatura dicitur, vereque
creatus & factus, vt ſacra Theologia docet ſecundum carnē, quum alio-
quin abſolutè, & ſimpliciter ſit ipſe creator, & brachiū, virtusq; creandi, G
quanquam (quod omnino loquenti contra Iudæos tacendū non erat) in
eadē carne noſtræ mortalitatis factus humano generi æternæ ſalutis Dux,
& author, qui & multos filios adduxit in gloriā, ad extremū paſsione &
morte conſūmatus, per quem omnia etiam cōſumata ſunt, iuſto iudicio,
ſuper omnes cœlos eſt ingēti gloria, & honore coronatus. Myſteria ſunt
hæc. Margaritæ, gēmę, quibus, qui ſtudium adhibuerit, vt in illorū fide, &
intelligentia roboretur, erit cum eo Deus, & ipſe cum Deo, imò verò erit
quaſi Deus. Quid miraris, quādo Deus verè factus eſt homo, caro noſtra
& frater noſter, qui etiā traditus eſt pro nobis, & venundatus in peccatis
noſtris? Huc igitur haud dubiè ſpectat, quod Moſes, cum diuinę vnitatis
fidem doceret, Dei ſpiritu plenus, Trinitatē cum vnitate coniunxit, planè H
oſtendens Deum trinum eſſe vnū, & non eſſe alium Deum, quam trinū,
& vnum, & ſacramentum incarnationis aperiens, vt tribus vicibus Deum
nominauit, ſic ſecundo loco, vbi exprimenda erat benignitas, & humani-
tas Saluatoris noſtri filij Dei diuino numine adiunxit notā amabiliſsimę
coniunctionis, Noſter Deus, noſter inquit אֱלֹהֵינוּ locus integer ſic habet
שְׁמַע יִשְׂרָאֵל יְהוָה אֱלֹהֵינוּ יְהוָה אֶחָד quem modo non ſuſcipio explanandum,
ſat fuerit vertiſſe ad Hębraicam veritatem. Audi Iſrael Deus, Deus noſter,
Deus vnus eſt. Neque verò exiguum eſt myſterium, de ctrinā hanc diuinę
Trini-



A Trinitatis, & incarnationis, ſcriptam eſſe ab ipſo Moſe in libro Deutero-
nomij, qui in Penthateucho vltimus eſt. Verè enim ad euangelium, ad ſe-
cundam legem, ad teſtamentum nouum, nō ad vetus, hoc eſt ad Chriſtia
nam ſapientiam, non ad Iudaicam pedagogiam ſpectat, hæc ipſa altiſsima
fides, qua ipſi cathechizamur in viros, quum Iudæi æternū remaneant par
uuli, & nunquā ablactati, cogitātes nimirū ſe eſſe ſapientes, & loquentes,
quæ puerorū ſunt, quū magiſtri eſſe deberent, quibus per tot ſecula appa-
ruit Deus vt erudiret eos Moſen. Porrò ſecutus Dauid Rex, quanquā illę
ſacroſanctum incarnationis myſteriū ſuper omnes ſeniores, propius in-
tellexiſſe creditur, futurus nimirum ſecundū carnem pater Chriſti, cuius
ſecundum diuinitatem ſeruus erat, dum populo Iſrael bene præcari cupe
B ret, eodem tenore loquens de Deo Trino, & Vno, Benedicat inquit no-
bis Deus, Deus noſter, Benedicat nobis Deus. Nam Gręcè ſic legitur,
*ἐυλόγησαι ἡμας, ὁ θεὸς, ὁ θεὸς ἡμῶν ἐυλόγησαι ἡμας, ὁ θεὸς.* Hæbrai-
cè autem יְבָרְכֵנוּ אֱלֹהִים אֱלֹהֵינוּ יְבָרְכֵנוּ אֱלֹהִים Ecquis eſt circunciſorum, (vt
tandem finiam,) qui non quotidie legat inter principia ſacri decalogi,
ternum illud nomen Dei omnipotentis, quo vtrunque myſterium inſi-
nuari videtur filijs Iſrael, Deus Deus tuus? (Viri pij) Deus eſt qui loqui-
tur אָנֹכִי יְהוָה אֱלֹהֶיךָ אֵל, Certè verò, pro ipſius diuinæ Trinitatis fide,
& teſtimonio, magnopere facit locus pſalmi ſepties ſeptimi, quo nimi-
rum continetur, totius ſeculi conſumatio, atque ideo tremendum & for-
midabile vniuerſi orbis iudicium. In eo enim tuba illa vocaliſsima Dei,
C quaſi bellicum canit, vnde & alta voce intonat, Deus, Deus, Deus locu-
tus eſt, & vocauit terram. Sed & illę in libro Ioſue, vbi filij Gad, & Ru-
ben, quaſi iureiurando attollunt voces, & dicunt. Deus, Deus, Deus ip-
ſe ſcit. Voces vtrobiquæ linguæ originalis ſunt אֵל אֱלֹהִים יְהוָה. Profectò
verò, vt omnia nos vndequaque deficerent, illud ſufficere deberet, quod
literas Hæbraicas diuini nominis de quo loquimur יְהוָה? Interprætatio
Caldaica vertit in tria ײי Iod, quæ vnum ˉ קָמֵץ ſignata, & ſubſcripta vno,
vt parum ſupra dicebamus, circulo continentur. Vix enim ſeruata rei ma-
ieſtate, & grauitate linguæ, explicare potuiſſent apertius ſapientiſsimi illi
Caldæi, hunc fidei noſtræ articulum de Trinitate, quo docemur eſſe tres
perſonas diuinas, atque ideo tria principia rerum, & tamen vnam ſolam
D naturā, atque ideo vnum ſolum principiū, quam hoc ipſo. (vt ſic dicere li
ceat hieroglyphico edocēt.) Sanè, quemadmodū litera י Iod, figura mini
mè corpulenta, præſtantiſsima autem numero, & maximæ ſignificatio-
nis, quippe quæ literarum decadem implet, numerum, metam, & prin-
cipium ſignificat, aptiſsimè refert ipſum Deum, qui eſt puriſsimus ſpi-
ritus, ad quem omnes rerum numeri, & vires reducuntur, ex quo om-
ni principia principium habent, ſic tria ײי Iod, notæ ſunt admodum
decoræ, atque manifeſti indices, trium diuinarum perſonarum, quarum
quælibet eſt verus Deus. Porrò vnus ille ſpiritus, ſiue tonus, quo vnum

 Alpha

Alpha æqualiter ſonat omnia, quid eſt aliud, quam vna illa diuinitatis E
virtus & maieſtas, qua tres illę perſonæ omnino vnum ſunt, ne ſint plures
Dij? Orbis denique, nihil aliud eſt, quam ipſius diuinitatis, vt Græcè dica
mus πλήρωσις, & trinitatis περιχώρησις. Sed age tandem tres literas Hæ-
braicas, diuinarum perſonarũ characteres, quas è corpore ſanctiſsimi no-
minis Dei hactenus diſſoluimus, nunc ad tantorũ myſteriorũ lucẽ combi
nemus, alterã alteri, tãquàm vnius corporis membrũ membro, vt quum
deinde acceſſerint oſſa ad oſſa, vnumquodque ad iuncturã ſuã, tunc cun-
ctis cernentibus & mirantibus præ gaudio exurgat in mediũ integra hęc,
& plena corporatura, quã omnes adorent Patris, Filij, & Spiritus ſancti.
Itaq; vt hinc incipiamus י Iod & ה He, huius elemẽtationis primæ literæ,
vbi copulãtur, & coeunt, & ipſo ordine, quo locatæ ſunt in nomine יְהוָה F
conficiunt monoſyllabum illud Dei nomen יָהּ Iah quod ponitur pro do
mino, & eſt vnũ ex decem diuinis nominibus. Deinde verò litera ה He,
& ו Vau cõſtituunt pronomen ה Hu, quod quia in lingua ſancta tantun
dẽ valet, quãtum in noſtra Ipſe, Græcè αὐτὸς ab æternitate, & immorta
litate diuinæ naturæ, conſtat eſſe maximè Dei proprium, iuxta oraculũ il-
lud. Ab initio ego ipſe, מִיּוֹם אֲנִי הוּ & illud תַּאֲמִינוּ לִי וְתָבִינוּ כִּי אֲנִי הוּא creda-
tis mihi, & intelligatis quia ego ipſe ſum. Vnde diuinus ille vates Eſaias,
de incarnatione Dei loquẽs, ne quiſpiam forſam ex illo Dei nomine quo
vtebatur אֱלֹהִים Angelum Dei non verum Deum ſuſpicari poteſt hoc ip-
ſum pronomẽ, tanquã ſignaculũ æternæ diuinitatis, affixit nomini. Deus
ipſe inquit veniet אֱלֹהִים הוּא יָבוֹא quãquam vt videtis ſyllabæ הוּא Hu de G
more, additum eſt vnum א hoc modo הוּא tandem eadem elemẽta, ſi in-
uerſo ordine ſimul iuncta legantur, vt ו Vau, primũ locum teneat ה He,
ſecundum idem pronomen reddunt cum copula, & ipſe obſeruata eadẽ
lege Hebraicæ ſcriptionis וְהוּא Vehu. Ecce igitur in vno nomine tria no
mina, & copulam, Deus ipſe & ipſe, quæ vt ingenuè dicam, quod ſentio,
abſque vlla indaginis ſubtilitate, pijs auribus ſonare videntur hanc noſtrã
gloriam, Pater, Filius, & Spiritus ſanctus. Et poſtquam ad confundendos
Iudæos, in hoc diſcrimen ventum eſt, vt inuſitatas vias indagemus, neque
tamẽ tritas relinquamus. Non'ne in primam perſonam, in patrẽ qui ex ſe
ipſo Deus eſt, abs quo aliæ perſonę, & rem, & nom diuinitatis accipiunt,
magno iure competit nomen iſtud Deus? Eſt enim vt Græci dicunt πη- H
γαιαθεότης, fontana diuinitas. Porrò Dei filius, cuius in ſacris literis ſunt
tot, & tanta ſymbola, nomina, ælogia, præconia, laudes, tituli, quem
multifariæ multiſque modis, figuris, nutibus, vocibus, extentis etiam
digitis prophetæ demonſtrarunt, ne pro eo alterum quempiam ſuſcipe-
ret, & veneraretur orbis, vnde, & deſiderio, ac ſpe ſalutis, quam ab illo
expectabat, fraudaretur, merito hoc ſingulari pronomine, vbique efferri
ſolet, ipſe. Scatent enim vbique diuina oracula de Meſsia, de Chriſto no-
ſtro plena huius pronominis, huius emphaſis, Ipſe eſt expectatio gentiũ,
Ipſe



A ipſe ſaluum faciet populum ſuum: ipſe baptizabit in Spiritu ſancto: ipſum
audite: Ecquanto amoris deſiderio languere videtur chorus prophetarũ,
ò viri pij, dũ rogat, interrogat, orat, exorat? Nuntia nobis ſi tu es ipſe. Inde
enim ad illos recreandos, auditũ eſt iucundiſsimũ illud reſponsũ filij Dei.
Videte quoniã ego ipſe ſum. An non & alma illa ſoli Deo cognita mater,
& nurus Dei, quia paritura erat ipſum, vocata eſt ipſa הִיא cũ puncto חִירִק?
ſic enim de ea ſcriptum eſt. Ipſa eſt mulier, quam præparauit dominus fi-
lio domini mei. Iam quis tandem explicet, quam magno myſterio Spiri-
tus ſanctus dicitur, & ipſe? verè enim eſt alter ipſe, nimirum ſpiritus Chri-
ſti, ex Chriſto procedens, à Chriſto miſſus, ſpirans Chriſtum, docens in-
tus & loquens foris magnalia Chriſti, vnde & ipſe Chriſtus, humani ge-
B neris vnica ſpes, & paracletus, vocauit eum alterum paracletũ. Quam alte
caput & vultus exerit ſuos in hoc ipſo nomine יְהוָה ſanctiſsima Trinitas,
ò viri, imò verò tota ſimul & Trinitas, & vnitas? Equidem vt primũ inſo-
nant in aures noſtras iſtæ voces Deus ipſe, & ipſe ſtatim præ feruida inge-
nia concipere videntur ταυτολογίαν, πολυλογίαν, περισσολογίαν, at verò
piè quærentibus, & interrogãtibus, obuiat intelligentia & fides, quę dicit,
alia Leucon, alia Leucon, Pater, Filius, & Spiritus ſanctus, Deus ipſe & ip
ſe, tres res ſunt, & non ſolũ tria nomina, non tamen ſunt tres Dij, ſed vnus
Deus, ταυτὸς, ταυτότατος, ipſa ταυτότης. Dicant ergo (vt aliquando cõclu
damus) ſuperſtitioſi Iudæi, dicãt inquam יְהוָה eſſe nomen ineffabile, inno
C minabile, Græcè ἀνεκφώνητον illis certè tanquã incredulis, hoc ipſum no-
men plenum maieſtatis & gloriæ, effari aut pronunciare nõ licet, ſed cum
primũ conuertentur corda parentũ in filios, & filiorũ in parentes: quum
primum antiquam fidẽ, Patriarcharũ, & Prophetarũ ſuſcipient, quorũ illi
carne, nos ſpiritu filij ſumus; quũ primũ, vt nomine, ſic re ipſa, veri Iudæi
efficientur, cõfitentes Dei filiũ veniſſe in proprios lares, & à ſuis domeſti
cis receptũ non fuiſſe, quid? niſi dijs appetitũ fuiſſe, traditum, venundatũ,
occiſum, mortuumq; fuiſſe, tũ procul ab omni ſuperſtitione, ſolutis om-
nibus linguæ retinaculis, purgari dẽtes & labia, nimirũ fide purificãte cor
da eorũ, digni erunt, qui nobiſcũ, quid nobiſcũ? Cum Angelis Dei, & cũ
ſanctis animalibus, æternos hymnos Deos canent קָדוֹשׁ קָדוֹשׁ קָדוֹשׁ Sãctus,
D Sanctus, Sanctus, קָדוֹשׁ אָב קָדוֹשׁ בֵּן קָדוֹשׁ רוּחַ הַקֹּדֶשׁ Sanctus Pater, Sãctus
Filius, Sanctus Spiritus ſanctus, hoc ipſum eſt iubilando cantare יְהוָה viri
fratres, Neque enim alia ratione tantæ venerationis fuit olim apud ſuos
ipſorum & noſtros maiores, vt per omnes ætates exiſtimaretur omni
ſanctitate ſanctius, & omni admirabilitate admirabilius, niſi quia ex il-
lius viſceribus, & venis obſtetricante amica manu, non profana, neque
proterua, ſed pura, & fideli ſuauiſsimè educitur, & trinitas perſona-
rum, & vnitas diuinæ eſſentiæ in perſonis, atque adeo trinitatis, & vni-
tatis diuinæ virtus, Chriſtus Ieſus, ἀνδρόθεος, θεοάνθρωπος. In cuius
nomine ſalui facti ſumus. Erigite hic mentes veſtras ſublimes animæ.

Cur putatis pro inſigni illo,& recondito nomine יְהֹוָה de quo, & diſſolu E
tis,& combinatis literis vſque adeò philoſophati ſumus, Hæbrei iuxta pa-
ternas traditiones pronuncient. י אֲדֹנָי Adonai, in quo ' Iod literam vlti-
mum locum tenet,quæ prima eſt in יְהֹוָה niſi quia neſciẽtes, quid dicant,
hoc tamen dicunt Deo loquente per ora eorũ, ſicut & locutus eſt per ora
Aſinæ,& Balaam,& Caiphæ? Deum nemo vnquam vidit, Ieſus Chriſtus
in terris viſus eſt,& cum hominibus conuerſatus eſt, Ille eſt verus אֲדֹנָי in
cuius diſpenſationis ſacramẽto, propter nos, & propter noſtram ſalutem,
primum factum eſt vltimum,ſummum infimum,Verbum caro,Deus ho
mo; & quidem quid eſt אֲדֹנָי quum profertur,& non ſcribitur,niſi domi
nus? Titulus nimirum, quo inſigniter effertur in ſymbolo Apoſtolico
Chriſtus Ieſus? Vnus eſt Deus Pater,& vnus eſt dominus Ieſus Chriſtus, F
ò viri,cui data eſt omnis poteſtas, in cœlo,& in terra, qui conſtitutus eſt
Iudex viuorum,& mortuorum,vt qui viuit,iam non ſibi viuat,ſed Chri-
ſto qui pro omnibus mortuus eſt: vt viuorũ & mortuorum dominetur,
יְהֹוָה ſcribitur ad memoriam אֲדֹנָי profertur ad amorem.Quam eſt admi-
rabilis Deus trinus,& vnus; tam eſt amabilis Chriſtus Ieſus. Illam admira
bilitatem ſuſcipiant angeli,& animę,ad hanc amabilitatem ſuſpirent ho-
mines, & peccatores,& iuſti; Ecce myſteriũ vobis dico, In nomine יְהֹוָה
quod eſt vt diximus, nomen ſanctiſsimæ Trinitatis,litera filij Dei eſt aſpi
ratio, quia eſt ſpiritus oris noſtri Chriſtus Dominus: & aſpiratio lænis,
quia eſt totus ſuauis, totus delectabilis: ecquid mirum ſi eſt Ieſus? ſi eſt
Chriſtus? Ieſus dicitur Saluator, Chriſtus vnctus; Quid porrò tam neceſ- G
ſarium perditis quam ſaluari? quid tam vtile infirmis quam inungi? Non
eſt ſalus in lege peccati, & mortis,ò Iudeæ, non eſt vnctio in loco horro-
ris, & vaſtæ ſolitudinis. At venit Ieſus Chriſtus, & hominem in deſertis,
inter Hieruſalem, & Hierico ſemiuiuum inunxit, & paraliticum iam fe-
rè confectum,planeque in grabato miſerabiliter iacentem,& deſperantẽ,
ſaluti reſtituit. Quid hic fremis perfide? Quid ſtrides dentibus? Quid con
tines aures tuas? Quid vociferaris? Certè verò non ſunt hæc hominis ope-
ra,ſed ipſius Dei,ob id in nomine Ieſu,perinde ac in nomine יְהֹוָה prima
litera eſt י Iod,quæ principium ſignificat,vt quum cogitamus Ieſum,prin
cipium ante omnia cogitemus,principium quod erat in principio, princi
pium per quod facta ſunt omnia, hoc eſt non tam hominem diuinum, H
quam Deum verum, Deum inquam æternum, qui ſolus eſt ante omnia.
Ecquid eſt ſua illa aſpirationis litera ה He, cum י Iod ſequente,niſi יְהֹוָה ra
dix nominis יְהֹוָה eſſe inquam,quod eſt proprium χαρακτηριστικὸν diui-
næ ſempiternitatis,quia nimium verè dicitur de Chriſto Ieſu,qui eſt,qui
erat,& qui venturus eſt. Ieſus Chriſtus,heri,hodie & in ſecula,Iam ש ſci-
ri in ſuo ipſius nomine poſt י Iod diuini nominis caput,& apicẽ,non'ne
manifeſtè oſtendit,quod in Ieſum competat verbum illud, יָשַׁע quod eſt
ſaluare? Nam Ieſus Chriſtus,non venit in mundum, vt iudicet mundum,
ſed



A ſed vt ſaluetur mundus per eum,qui propterea dictus eſt ſaluator mundi.
Hoc ſignificat nomen יֵשׁוּעַ virtus nominis יְהֹוָה Vt nomen eſt virtus no-
minis, ſic Ieſus Chriſtus eſt virtus Dei. O Michol fatua, ò temeraria filia
Saul,ad huc ne irrides Dauidem Regẽ, quod ſaltet coram arca Domini,
in conſpectu filiorum Iſrael? ò ſtulta ſynagoga, ò filia Diaboli, mulier for
nicaria,cuius frons,frons eſt meretricis,ecquando erubeſces? quando con-
funderis? quando ceſſabis improperare ſemini ſancto Dauid Regis, Chri
ſtianis omnibus,quod ſpectãtibus cunctis populis orbis terræ, iubilent,&
exultent,quod ducant choros,quod lætentur, & plaudant in myſterijs Ie
ſu Chriſti,qui ipſius Dauidis eſt filius,& Dominus: Archa Dei,in qua ſunt
omnes theſauri diuinæ ſapientiæ abſconditi,Deus de Deo, vnus de vno,
B ſplendor de luce,de corde verbum,de mente ſenſus,de forti virtus? Infę-
lix Iudeæ. Gentes piloſæ,& immanes,ex ſemine Eſau,inuocant Chriſtũ,
& tu qui iactas tantam bonitatem patris tui Iacob, expectas Antichriſtũ?
Alieni fugiunt à falſis Dijs,ad Deum verum. Tu à vero Deo auerſus,con-
uerteris ad Deum falſum? Illi veniunt ad Deum tuum,tu vadis ad alienũ?
Num non audis vocem Dei in prophetis, Ad me clamat ex Seyr? Ergo ne
ex monte Seyr clamant,& in monte Syon tacent? Præputium inquam ad
Deum clamat, & circumciſio tacet? Ecquid eſt clamare niſi confiteri, &
inuocare? Et quid eſt tacere, niſi negare & contemnere? Contemnitur
ergo,& blaſphematur à Iudæis ſancta Trinitas, quæ adoratur, & inuoca-
tur à gentibus? Iam'ne mirere,ſi exſiccatum eſt vellus,ſi cucurbita deflo-
C ruit, ſi elanguit vinea, ſi ficus aruit, ſi mentitum eſt opus oliuæ. Odiſti
Iudeæ gratis Patrem,Filium, & Spiritum ſanctum, Ecce in te iuſtè deſe-
uit,& ſuper te manet ira Patris, Filij,& Spiritus ſancti. Ex patre eſt,quod
in rebus diuinis confuſus pęnitus,& excæcatus obſtupueris, ſenſu & men
te: ex filio,quod ſis vbique exul,extorris & vagus ſuper terram: ex Spiritu
ſancto,quod ceſſauerit ſacrificium,Sacerdotium,Prophetia,in quibus tã-
topere gloriabaris. Ecquando vnquam euades hunc triplicem funiculũ
flagellorũ Dei, niſi egreſſus è myſtica illa tuarum tenebrarum Aegypto,
viam trium dierum inambulans,fide cognoſcas,ſpe concupiſcas,charita-
te complectaris Deum Patrem,Filium, & Spiritum ſanctum, per hunc ip
ſum Ieſum Chriſtum? Ipſe eſt Deus Abraam,Deus Iſaac,Deus Iacob, Ip-
D ſe eſt creator,redemptor,& ſaluator,Ipſe eſt dominus Deus noſter. Veni
primogenite frater,intra in gaudium eccleſiæ ſanctæ Dei,fruere Chriſtia-
na ſymphonia,lætare nobiſcum, Adoremus ſimul,& procidamus coram
eo, qui diluuium gratiæ inhabitare facit ſuper terram, per quem tota gen
tium area non perfunditur ſolum,ſed inebriatur rore Cœli: cuius virtute,
ciuitas magna ſaluatur, quæ ſtatim erat peritura, ex quo adoleſcunt vitiũ
propagines,à quo inſeritur oleaſter in oleam,ſitque ſocius radicis, & pin
guedinis,tuæ oleæ,per quẽ ex tantulo grano, terra tantos trũcos, ramoſq;
procreat,& ficus bonas,bonas valde. Confidite viri pij, & gaudete. Iam
 enim

enim videtis, vt prophetarum lingua loquar, quam vbique terrarum, im- E
bribus cœleſtibus, per Chriſti gratiam, idipſum Iudæorum vellus denuo
incipiat eſſe rorulentum, & pluuijs, è cœlo cadentibus, non iterũ vacua,
& ventoſa, ſed plena, & penſilis cucurbita renaſcatur, quam læto palmite
vina fundant vites, quã preſſa fluato bacca oleo, quam creſcant ficus, non
ſteriles, & quæ abortus ædant exiguitate virium, ſed pinguiſsime ampliſ-
ſimeque, & piris magnitudine pares, numquamque inareſcentes. Sed iã
peroremus. Sic ergo hoc vobis totius noſtræ orationis coronamentũ, vni-
uerſa diuinitas, nihil aliud eſt quam Pater, Filius, & Spiritus ſanctus. To-
tus Ieſus Chriſtus, nihil aliud eſt, quam verbũ Dei, anima, & corpus. Tres
illæ perſonæ ſunt vnus Deus, hæ tres ſubſtantiæ ſunt vnus Ieſus Chriſtus
Eſt vna Natura Dei in tribus perſonis, eſt vna perſona Ieſu Chriſti in tri- F
bus ſubſtantijs. Ad ſummã, anima rationalis & caro, eſt homo vnus Deus,
& homo eſt vnus Ieſus Chriſtus, ipſe eſt in quem credimus, in quo ſpera
mus, & confidimus, quem cũ Patre, & Spiritu ſancto pariter adoramus, &
glorificamus, præcantes vt iã tandẽ hac nouiſsima hora plenitudo gentiũ,
ad nuptias eius ingrediatur, vt ſecum omnis Iſrael veniens ſaluus fiat.

## *Nullus alius verus Deus, quam Pater, Filius, & Spiritus ſanctus, aduerſus Gentes.*
## *CAP. XVI.*

G

EXCVRSIO magna facta eſt, vt videtis in Iudæam,
vbi primum erat notus Deus, vnde primum exijt
verbum Dei, Nam ſalus eſt ex Iudæis. Nunc per ſal
tus luſtrandæ ſunt nobis omnes nationes orbis ter-
rarum: conuenienda eſt nobis vniuerſitas huma-
næ ſpeciei. Vt iuxta nomẽ quatuor literarum, quo
nominatur ADAM. Communis ille homo igno-
tus philoſophis, notus Theologis, qui ab initio, nõ
tam perſona erat, quam natura omnes mũdi partes, in quibus viuit homi-
num genus, ἀνατολὴ δύσις, ἄρκτος, μεσημβρία. vbicunque terrarum, vel H
marium, in inſulis, in Iſthmis ἀμφίβιοι enim ſunt barbari homines, & vi-
uunt tam in aqua, quam in terra, ex ipſa diuina hiſtoria, cuius magiſtra &
parens ſapientia clamitat, & in plateis dat vocem ſuam, ſicut ſupra intelli-
gere potuerunt, non eſſe plures Deos, ſed vnum ſolum Deum, ita nunc
planè intelligant, illum vnum verum Deum, non eſſe alium, quam hunc
ipſum trinum, quem ſcribimus, Patrem, Filium, & Spiritum ſanctũ. Au-
dite quicunque eſtis, ad orientalem cœli plagam, & vbi

*Incidit Oceano lux fulgentiſsima ſolis*
*Nigrantem noctem, & madidantia ſydera ducens.*

Audiant



A Audiant illi populi,

*Aeternum quibus ſuper nox inſidet atra,*
*Clara dies, quibus nunquam non lumina ſpargit.*

Audiant Homerici

Αἰθίοπες, τοὶ διχθὰ δεδαίαται, ἔσχατοι ἀνδρῶν.

Audi

*Tu Libya, vbi ſunt longis cum cornibus agni,*
*Ter pecudum fœtus, largum funduntur in annum.*

Vos quoque audite

*Qui colitis Midiam, & fœlicem vitibus Arnen,*
*Qui fugitis hyemem, nimij quoque frigoris vmbram*
B *Cædem pigmeis, populis, clademq́ ferentes.*

Audite inſulæ, & attendite populi de longe, Enachin, Arimaſpi, Anthro-
pophagi, Ichthyophagi, de finibus Taneos, in extremis maris Garamãtes,
Antipodes, de quibus ſcribitur.

*Illi, quum videant ſolem, nos ſydera noctis,*
*Cernere, & alternis, nobis cum tempora Cœli*
*Diuidere, & noctes pariles agitare diebus.*

Audite mulieres, quæ Adonem plangitis, & vos viri, qui adoratis Aſtar-
then ideſt Iunonẽ. Audite Muſſulmani, Agareni, Arabes, Turcæ, Mauri,
Denique audite ſi placet omnes gentiles, hoc eſt geniti tales, non initiati,
non imbuti, lapides impoliti, non dolati ἄνομοι, ἄμουσι, filij terræ, filij
C ſeculi, filij Adam, nondum filij eccleſiæ, nondum Chriſti, non dũ Dei,
Græci dicerẽt βαρβάρους, nos voce grecolatina appellare ſolemus Ethni
cos, Hebræi eos nobiſcum vno nomine vocant. Audite inquã, quotquot
ſub cœlo eſtis filij hominum, non Iudæi, neque proſelyti, nõ Chriſtiani.
neque Cathecumini, fides ex auditu, auditus per verbum Dei, in aures ve
ſtras Deo; laus, iã fęliciſsimus hic rumor inſonuit glorioſi nominis Chri
ſti Ieſu, & vſque adeo longe lateq; vagatur, vt bonũ illud vereq; diuinũ
Chriſti odorẽ, quo recreati animi reuiuiſcunt, cum illuſtri peruulgataque
fama nemo non ſentiat, qui etiã incredibili poteſtate vndique vt videtis
depellit malas beſtias, intollerabiles quoſdam, & tetros impietatis odores,
D quibus aures, & animi vitiantur expirãtes: quid ergo obſurdeſcitis ad hũc
vſq; diẽ? Quid dormitatis? Quid iacetis proni in terrã? Cur nõ attollitis ca
pita veſtra? cur ſtatis otioſi? An nõ inanis eſt illa apologia, Nemo nos con-
duxit? Tũ conducti eſtis, quũ vocati eſtis. Et ecce nũc quoq; ad vos Chri-
ſtianũ hominẽ, nõ in ſuã ipſius ſed in veſtrã gratiã, de vero & ſummo re-
rũ omniũ parente Deo, non breui ſed fuſo ſermone diſſerẽtem, vt appro
pinquãte redẽptione veſtra, poſthabitis omnibus, diruptiſq; vinculis, quæ
vos remorantur, obediatis euãgelio, & veniẽtes tandẽ cũ nouiſsimis vini-
toribus in vinea domini, fideq; recta, & operatione ſyncera in ea laboran-
tes, ipſi quoque quũ vltima hora diei, quę iã inſtat aduenerit, ab ipſo Deo
per

per Chriſtum Ieſum humani generis aduocatum, & procuratorem reci- E
piatis rotundum denarium, beatitatem, quæ nullo fine clauditur, gratiam
pro gratia, mercedem æternæ vitæ. Non dum impleta eſt Domus, ò gen-
tes, nondum clauſit dominus à foris oſtium Archæ miſericordiæ ſuæ, ſa-
lutis noſtræ; adhuc eſt locus, conſtitutæ ſunt nuptiæ, ſed non confectæ, ap-
paratur conuiuium, at vero ipſi qui diſcumbimus, vos conuiuias iam diu,
heu nimium diu, moramur ad menſam, & dum moramur, pro deſiderio
emorimur. Venite. Nam & ipſe Deus expectat vos, & patienter agens,
diem iudicij prorogat, dans tempus pœnitentiæ. Sponte ſua nolens aliquē
perire, ſed omnes ſaluos fieri, & peruenire ad agnitionem veritatis. Con-
tendite intrare. Ecce via, qua vobis ingrediendum eſt, extra quam non
eſt ſalus, Chriſtus Ieſus, qui cum tenebræ operirent terram & caligo F
populos, exoriens mundo, tanquam ſol aureus, diſpulit & diſsipauit om-
nes vmbras: & hominibus cęcis, qui in extrema impietate & improbitate,
inſcientes forſan, & non omnino volentes, verſabantur, aperuit Ianuas ve-
ræ ſapientiæ, & cui ſeſe ſubmittere deberent, nempe vero & viuo Deo Pa
tri, Filio, & Spiritui ſancto, non nudis verbis ſolum, ſed & ingentibus re-
rum miraculis, declarauit. Qui, quod caput eſt, & fons omnium bonorū
noſtrorum, monſtrauit profundiſsimas, & inenarrabiles illas altitudines,
diuitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei, & eas quantum ad cuiuſquę ſalutē,
neceſſe eſt, nobis capere intelligereque permiſit. Qui incredibili benigni-
tate ſciri à nobis voluit, quod Deo ipſo authore mundus conditus fuerit, G
quod ipſe hominem finxerit, quod anima noſtra immortalitate perpetua,
illius cōceſſu, ac munere dotata ſit: quod in aliam vitam migraturi ſimus,
quum diſſolutis membris, anima noſtra, velut è carcere euolauerit, qui
quod omnia dona, longe latèque ſuperat, ex ſimulachris ſubleuauit men
tes noſtras ad ſydera, ex luto ad cęlum, & poteſtate admirabili, vereq; diui
na, profligatis Dijs, & traducto orbe terrarum ad veram religionem, vni-
uerſum hominum genus edocuit: quomodo ipſe etiam mulierculæ, & a-
nus, cum Rege cœlorum, poſsint orationum, & obſeruationum iucunda
miſcere colloquia. Quanta olim ante Chriſti aduentum cęcitas, ò gentes?
Aſcia qua ligna dolantur, terebra, qua perforantur, malleo & lima, qua ſa- H
xa & ęra molliuntur & expoliūtur, formabam mihi ipſe ego Deum meū,
& vel inter ardentes prunas fundebam, vel runcina circinoque & norma
ducebam. Conſurgebat ſtatua, humanam exprimens ſpeciem, & quanto
pulchrior erat, tanto non ſignificatio maior, ſed Deus putabatur Augu-
ſtior. Itaque genua flectebam viliſsimæ creaturæ; ego omnium creatura
rum nobiliſsimus, neque ſigno tantum, ſed re ipſa ſubmittebam animum
meum, cui nihil niſi ſe ipſum prætulit diuina Maieſtas: litabā Thure, Victi
ma, præce: rei, quæ nec videbat quid facerem, nec audiebat quid dicerē,
diuinis inquam colebam honoribus ſimulachrum, quod parum antea, vel
inter ſiluas, Cedrus, Ilex, Quercus, & Tilia fuit, vel in terræ viſceribus diu
latuit,



A latuit, Ferrum, Marmor, Porphyretes, lapis λδυχόςικυος. Et quis poſsit
credere, ignoraſſe me olim quam illud riſiſſent homines etiam ἀγέλαςοι?
quod materiæ ſegmenta, atque raſuræ mitterentur in ignem, vt calface-
rent manus meas, quibus fabricatus eram Deum? Forſan, & mihi coquerēt
panem, vel polentam, ad exſaturandam famem, & ſitim, (ò miſerum Deū,
cuius artifex in periculo eſt, ne frigore, fame, & ſiti conficiatur, quam fra
gilis eſt ille Deus, ſi tam fragilis eſt qui fecit eum) & quod ſuper erat huma
no artificio, efficeretur Deus, vt deinde Deum adoraret ille qui Deum fe-
cerat, & ab opere ſuo auxilium ipſe opifex imploraret. Neque tamen in-
terea quiſquam volueret animo, aut etiam videret oculis, quod non poſ-
B ſit ab hominis manu originem habere diuina maieſtas, neq; poteſt reipſa
eſſe Deus, cuius maxima pars in fornace arſit inter flammas. An verò hæc
ſimulachra Deorum, ipſi quoque gentium poetæ non deriſerunt in Saty-
ris? & quidem Græci dicunt.

*Olim Truncus eram, Ficulnus inutile lignum.*
*Quum Faber incertus ſcamnum faceret, ne*
*Maluit eſſe Deum, Deus inde ego, Furum, auiumq;*
*Maxima formido.*

Vah quæ inſania maior excogitari, quæ vnquam tanta iniuria diuino Nu
mini irregari potuit? Deum, quem, vt parentem noſtrum, & mundi opifi
cem, ante omnia ſæcula exiſtentem cognoſcere, & adorare oportuerat, pu
C tare in noſtris incudibus, & ex noſtris fornacibus promi poſſe, vt eum ip-
ſum quem Deum credimus, Ideoq; veneramur, & colimus, exiſtimare eſ-
ſe inanime lignum, aut mutum lapidem, manu mortalis hominis figura-
tum, caducum propterea, corruptumque, & cui vis fato obnoxium? Quid
hic dicere poteſtis ò gentes, quæ tot ſeculos in vanitate ſenſus veſtri ambu
laſtis ſine Deo seductæ vt columba? Vtinam vt mihi daretur toto orbe, in
vnius concionis ſpeciem. contracto in Theatrum hac oratione loqui poſ
ſe ad vniuerſum hominum genus. Fortaſſe enim tametſi naturalis origi-
nis vitio, non modo durum & difficile, ſed prorſus incredulum eſſe ſolet
in rebus diuinis, vt nō niſi aperta res ſit, & ipſa luce clarior, opinionis qui-
D dem forſan nutantem, at ipſius fidei vix aſſenſum præbeat conſtantem, &
firmum, dum tot aures, hæc quæ dicimus in ſilentio audiret, illico linguæ
perculſæ, naturæ miraculo ſoluerentur, & ipſi etiam muti homines exca-
lefacti, multo magis quam filius Cyri Regis, in amorem Dei communis
hominum parentis, exclamarent. Verè Chriſtus eſt via, quo doctore à tan
tis erroribus, in viam veritatis reuocati ſumus, quo Deum verum agnoui-
mus, quo à Dijs noſtris mendacibus, liberati ſumus. Via non priuata, aut
vicinalis, ſed communis & publica, qua omnes ad virtutem, & fœlicitatem
ducimur, qua in via dirigimur, qua in cœlum aſcenditur, qua in orbita ſa-
lutis tuto ambulamus extra quam, in omnia ſcelera ruimur, infeliciſsimè-
que exorbitamus, Sed enim non videtur hæc via ò mortales, niſi oculis
inun-

inunctis, & illuminatis collirio fidei quibus agnoſcitur quòd ſit Deus, & E
homo Chriſtus Ieſus, Credite ò gentes, ſi vultis videre viam. Niſi enim cre
dideritis, non intelligetis. Ecquid vero prodeſt viatori, cui longum iter fa-
ciendum ſit? videre ſtrata viarum, niſi vbi viderit iter, ingrediatur & inſi-
ſtat? niſi pedem ponat, & firmat in viam. Vos quibus eundum eſt de ter-
ris ad cęlos, quam longum iter? quam arduum? in quo à filijs terræ cœ-
lum vim patitur, animos veſtros, curas, cogitationes, omnes denique ſpes
veſtras, per ſacramentum religionis. per baptiſmum Patris, Filij, & Spiri-
tus ſancti, quam firmiſsimè defigite, & collocate in hunc vnum Chriſtum
Ieſum, vt Chriſtum profeſsi, & in illius militiam iurati, non ſitis alterius,
& ne veſtri quidem, ſed Chriſti ſolius; & non tam ipſi viuatis Chriſto,
quam verè in vobis vnus viuat Chriſtus, Nemo enim aſcendere poteſt in F
cœlum, niſi illius ope, qui ſolus filius hominis deſcendit de cœlo, idem
filius Dei, æternum quieſcens in cęlo. Ad extremum porrò, ne magnis
axis excidat aliquis veſtrum, poſtquam huius mundi fines vobis pau-
ci, & exigui eſſe videntur, & æternæ ſalutis metam, terminumque con-
tingere generoſe optatis, voranda eſt vobis tota via. Non eſt ſegniter ſtan
dum in Chriſto, ſed impigrè ambulandum, & proficiſcendum per Chri-
ſtum, vt quemadmodum nauis curſus ad litus dirigitur, ſic dirigantur greſ
ſus veſtri, in obſeruatione mandatorum eius. Nam dum quidam quære-
ret, quid ſibi eſſet agendum, vt vitam, & ſalutem conſequeretur. Reſpon-
dit ille ipſe Chriſtus Ieſus, ſi vis ingredi ad vitam, ſerua mandata, Et ſanctiſ
ſimus Vates, Beati inquit qui ambulant in lege domini. Putatis ne verò G
hæc dicta fuiſſe vnis Iudæis? Dicta ſunt & gentibus. An enim Iudæorum
Deus tantum? nonne idem & gentium? Immo & prius gentium, nam
cum mundo ſimul ortæ ſunt & gentes. Ecquam tarde in mundo ſunt nati
Iudæi? quanquam verè non tam nati quam facti. Quid, quod Abraam
credentium pater, cuius ſemen ſe eſſe Iudæi dicunt, cum tantoperè à fide
Abraę degenerent, viuens inter gentes, & ipſe quoq; gentilis, vt potè non
dum circunciſus, placuit Deo, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam, quod in
Chriſtum, quanquam adhuc præputiatus, credidiſſet, Vt appareat gentes,
ab initio fuiſſe Deo chariſsimas, & ex gentibus primum migraſſe Dei
gratiam in Iudæos, nunquam autem eſſe melioris conditionis iudæos, niſi
Deo pareant; quam gentiles, ſi Deo paruerint. Se ipſum negare non po- H
teſt Deus, Eſt enim Deus verax, omnis autem homo mendax: propterea
Synagoga Iudæorum, tametſi ad hanc vſque diem, de diuina lege, quam
per Moſen accepit, ſuperbius glorietur, illi omnes qui per trāſgreſsionem
legis Deum inhonorant, iuſto Dei iudicio habentur tanquam ſine lege,
quorum propterea vana eſt circumciſio, vanę ſunt hoſtię, irritæ feſtiuita-
tes, execranda Thura, & ingrata ſacrificia omnia. Similiter ergo inter gen-
tes, quę communiter forſan, tanquam puſillo animo abs Deo derelictas ſe
putant, & iudaico ſupercilio vocantur immundæ, quod legem perinde,





A ac ipſi Iudæi in tabulis deſcriptam non habuerint, ſi qui per Dei gratiam
virtutis amantes, maſculo animo ſibi vim inferunt, & abſque legis Moſai-
cæ pedagogia, velut legem naturalem, omnium legum fundamentum, &
baſim, ſcriptam habentes in tabulis cordis, ſcopum Moſaicę legis attingant
in vita, & moribus, ſummam quoque tentantes, quæ per Moſen pręcipiun-
tur, & ab ijs ſceleribus, quæ à Moſe prohibentur, conceptu, & partu abſti-
nentes, quis dubitet, niſi is quoque de Deo, & de Iuſtitia Dei ſumma im-
pietate dubitare, non vereatur, quin eos omnes reputet circunciſos, po-
tius quam præputiatos, & Iudæos quam Ethnicos, illos propterea oculo
miſericordiæ ſuæ reſpiciat Deus? Nam, & viciſsim abhominatus eſt ſem-
per finctos illos Iudæorum primiores, quibus quum animo & opere ab
B obſeruatione Moſaicæ legis abhorrerent, tamen philacteria legis, mira ſu-
perſtitione decora, & laciniosa, per ternas membranulas, nunquam non
mouebantur ante oculos, nunquam non verſabantur inter manus, idque
vt dum aſsidua legis meditatione, & tractatione, coram plebecula ſanctio-
res & chariores ipſi Deo viderentur, primas vbique in cętibus cathedras,
& pinguiores in æpulis patinas obtinerent, quibus inhiabant. Vnde & me-
rito Deus ipſe conqueritur, & quaſi nauſeabundus, in illos euomit ver-
bum illud, verè verbum iraſcentis, & ſtomachantis. Plenus ſum. Profe-
ctò verò, etiam poſt ſacrum illud circunciſionis ſignaculum, quod dede-
rat Deus Abrahæ, non deeſt vobis exemplum admirabilis viri, inter Ara-
bas Ethnici inquam & circunciſi, quem cum ſanctiſsimis Iudęorum Pro
C phetis, immo, & cum ipſo Moſe legum latore, & Dei internuncio, nō in-
digne conferrel valeatis, ò gentes. Hic eſt Thoparcha huſitamus Iob, cuius
integram hiſtoriam homo Dei Moſes à Spiritu ſancto illuſtratus, non
minus quam totam mundi creationem, ſibi deſcribendam eſſe putauit,
Vt in huius vnius hominis vita, diuinam in primis erga omnes homines
gratiam, & prouidentiam. Tum quid in homine vbicunque degat, poſsit
comes gratiæ virtus, inde Iudæis frenum inijciens, huic addens calcaria,
gentibus manifeſtè demonſtraret. ſicut in ipſa coſmopæia, & contra phi-
loſophos, & contra amatores huius ſeculi, præpotentem Dei virtutem, &
inanitatem rerum omnium. quæ duo ad æternam beatitudinem aſpiran-
tibus, die nocteque meditanda ſunt, longe latèque oſtendit. Quantus erat
D vir ille Iob, & quam Deo charus, ò gentes? Quæ enim communibus ho-
minibus impedimenta virtutis eſſe ſolent, agri, pecora, diuitiæ, clarum ge-
nus, ſcelerati hominis colloquia mala, familia multa nimis, filij, filiæ, &
mala mulier, Xantippe Socratis longe moleſtior, ea huic heroum maxi-
mo florē virtutis auxerunt, Moſes Iudæus ſi tempora ſpectes ſextus eſt ab
Abraā, Iob noſter gētilis eſt quintus ſanè, & eſt vna linea Abraam, Iſaac,
Iacob. Leui, Caath, Amrā, Moſes, hæc eſt ab alia linea Abraā, Iſac, Eſau,
Raguel, Zareth, Iob, vt ergo ætate non multum inter ſeſe diſiuncti ſunt,
ſic virtute quoque & meritis fuerunt penè pares. Et quidem Moſes poſt

tantos, domi, & foris, terra, mariq;, exactos labores, iratus Deus, non per- E
miſit ingredi in terram illam beatam, lacte, & melle fluẽtem. At vero Iob, quanquam originem duceret ex ſemine Eſau, de quo Deus dixerat Eſau odio habui, fuit tamen ſemper charus Deo. Ipſe quoque, quamuis tã multiplici bello pateretur à Satana, nunquã abs Deo alienatus eſt, & poſt durã illam, & feliciter infelicem tragediam, ſuſcepit de manu domini duplicia. Poſtea vero dignus habitus eſt, qui Noe, & Danieli in ſacris literis coniungeretur, vnde triumuiratus ille ſanctiſsimus apud prophetam, Noe, Daniel, & Iob. Itaque, poſtquam Moſes per legem Iudæos traducit ad Chriſtum, equum profectò eſt, vt vos quoque gentiles; Iob, per viam ſuam in qua per omnia cum ingenti gloria, & ſplendore reſulget Chriſtus, perdu-
cat ad obediendum Euangelio Chriſti, Non legem tulit vni tantum na- F
tioni Chriſtus Ieſus ſicut Moſes, ſed miſſus eſt ſoſpitator, & Saluator omnium nationum, Expectatus propterea & deſideratus ab orbe condito omnibus gentibus, quem vix natum ſalutarunt Perſæ, viuentem excepe-runt Tirij, prædicantem Samaritæ, & Cananei ſuſpexerunt, morientem admirati ſunt Romani milites, excitatum à mortuis coluerunt Ethyopes, aecognouerunt & crediderunt omnes gentes. Audite præputiati, & gloriam veſtram, immo vero noſtram, (vos enim caro noſtra eſtis, & os noſtrum.) Ne quæſo credite circuncisis, Chriſtus Ieſus, ex Iudæis quidem natus eſt, ſed conceptus eſt, ſed homo factus eſt, ſed Hemanuel dictus eſt in Galilea gẽtium, Hoc eſt principium religionis noſtræ, hæc eſt ianua fidei
γέλωτασαρδόνιον. Ecquanta eſt hęc dignitas noſtra, o mei gentiles, quod G
titulus crucis Chriſti, cuius virtute Tartara tremunt; pręferat clarum illud cognomen gentilitatis, Nazarenus? Vrbs Beata Nazareth, quę

*Deum manifeſto in lumine vidit.*

*Intrantem Muros.*

Exiguum ne verò illud eſt, quod pręclaram illam, & quam tanto ſui ipſius ſanguinis pretio emerat gratiam Spiritus ſancti, larga manu, velut ad emulationem Iudęos prouocans, effudit in omnes gentes, & ſuum ipſius Euangelium, quo tota ſalus continetur, abſque vllo diſcrimine iuſsit prædicari omnibus gẽtibus? Vnde & Apoſtoli tandem, relicta Iudæa, trãmigrarunt ad terras gentium, in quibus tanto cum fructu omnibus linguis
prædicarunt myſteria Chriſti. Quid? quod adhuc infans Chriſtus inferri H
voluit in Ægyptum, vnde & fugere ſtatim cœperũt Demones, vt qui vim illam maiorem ferre non poterant? Ideoque cedant Chriſto venienti in regnum ſuum, iuxta illas voces, & lamentabiles ciulatus, qui etiam ſybillinis gentium oraculis continentur.

Οἰ ὅιμοι τρίποδες ςεναχήσετε, ὄιχετ᾽ Ἀπόλλων
Οἴχεται; ἐπεὶ φλογ ὁ ἐν με βιάζεται ὀράνιον φῶς.

Vt merito Iudæa ipſa, perindeac olim, dum Iſraeliticum ſemen, quod præ longa terræ ſterilitate famæ tabeſcebat ſanctus ille Ioſeph ſeruauit in



A in Aegypto, totã ſui ipſius ſalutẽ, quã, ne funditus periret, illi de cęlis attulit panis vitæ verbũ Dei Chriſtus Ieſus, niſi de more, & ſaluti, & ſaluatori ingratiſsima eſſe velit, acceptã referre debeat in Aegyptum, vnde in Iudæã extinctis hoſtibus, venit Chriſtus reuocatus à patre. Scriptum eſt enim apud Prophetam, quod neque deleri, neque corrũpi poteſt, Ex Aegypto vocaui filium meũ. An verò ò Aegyptij, ò Aſſyrij, ò quicunq; eſtis cuiuſcũ quæ linguæ, cuius ordinis, ætatis, profeſsionis, & ſtatus incircũciſi, An inquam nouiſsimis hiſce diebus, quando Chriſtus iam factus gygas, exultat ad currendam viã, vt ſancta illa animalia, vnde proceſſerunt, reuertantur, & rota Euangelij, totum ſuo ipſius curſu, impleat prædicationis orbẽ, abiecta & repudiata ſynagoga, præter reliquias, quæ ſecundum electionem,
B quotidie ſaluæ fiunt, non replet nuptialem aulam, non congregat eccleſiã ſuam ex omnibus gentibus, velut lintheum illud magnũ, quod ex omnibus animalibus immundis plenum, vidit initio naſcẽtis religionis primus ille Apoſtolus Cephas? vt verè magno, & admirando myſterio, in quo dignũ fuit, vt Apoſtolus veſter exclamaret, ò altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei. Semitæ tuæ, in aquis multis, & veſtigia tua nõ cognoſcentur, amiſsio Iudæorum facta ſit diuitiæ mundi, & ſalus omnium nationũ, per Chriſtum Ieſum: Et Rurſus plenitudo mũdi, & ſalus gentium, circulo quodam futura ſit plenitudo, & fęlicitas Iudæorũ? Ecquam multa hic vndique me obſident? ſed via vi aperiẽda eſt, & impetus faciendus. Quam magnus Deus Chriſtianorum ò gẽtes. Quam multa, & magna, in vos ſuæ
C ipſius charitatis, & beneuolentiæ pignora. Et quam demum impij, ingrati, & male ſani animi veſtri? Ipſi eſtote iudices, ſi modo cauſam veſtram non cognoſcitis ſolum ſed recognoſcitis. Ex his enim quæ video, neſcio ſomno, ne languidos, an graui læthargo oppreſſos vos putem. Num non pudet, non tędet, nõ pęnitet vos ignorare Deum? Deum qui fecit cœlũ, & terram? Deus qui nobis dedit vt ſimus? vt homines ſimus, vt in hoc mũdo viuamus? Mũdus iſte in quo degitis ò Athei, cuius eſt? quis in eo vos ſuſtinet, & conſeruat? Publicum hoc lumẽ, cuius beneficio videtis, ambulatis, agitis, contrectatis, quis vobis largitur? Admiramini die Solem, nocte, Lunam, & Stellas. Quis eſt tãtarum rerum patrator, & opifex? Huc vſque ne verò veſtra inconſtantia vos deduxit, vt'ne aliquando quidem ſubeat
D mentes veſtras hæc cõſideratio, Cur conditi ſumus? propter quid viuimus? quomodo huc miſsi, vel lapſi ſumus? Cuius eſt iſte aer quẽ ſpiramus? iſtud cœlum quod aſpicimus? iſta terra quam calcamus? fructus rerum omnium percipimus, at proprietas, & poſſeſsio cuius eſt? noſtra ne an alterius? Quis eſt ille tantarum rerum Dominus? cur eum non amamus? cur eum non colimus? & ne cognoſcere quidem vllo pacto curamus? ſicci'ne incurioſi, negligentes, & ingrati ſumus? Infœlix ò gentes, qui hunc magnum Dominum non agnoſcit, etiam ſi aliarum omnium cognitione glorietur. Ecquis eſt hic magnus Dominus, hic vnus Deus; niſi ille quem docuit

docuit Chriſtus,& Apoſtoli eius,Pater,Filius,& Spiritus ſanctus? Nos ſi E
inſanimus,ò gentes,Deo inſanimus,ſi ſapimus,vobis ſapimus, Conferte ſi
placet,conſiderate,attendite,meditamini,quæ vobis propoſita ſunt, Ho-
mines enim eſtis, & quam vis nullis eruditi diſciplinarum ſtudijs, & arti-
bus. Tamen quod belluæ non habent,vobis datum eſt,vt naturalis ratio-
nis virtute,de magnis quibusque rebus, aliqua, ex parte iudicare valeatis:
Et ſæpe dum de rebus religionis diſputarent, vel Iudæus, & Chriſtianus,
vel Catholicus, & Hæreticus, vno vtriuſque partis conſenſu,deligebatur
vir gentilis,qui,quo liberior,eo incorruptior eſſe poterat,vnius cuiuſque
ſermonis,ac diſputationis arbiter & quaſi iudex. Tandem eueniebat,cum
diſsipata de more,diſperſaque,vt puluis,à vento aduerſa ſententia,victo-
ria penes nos eſſet,vt is qui medius ſedebat, & magis fortaſſe à noſtris pla- F
citis,quam ab alienis abhorrere videbatur, præter omnem indoctæ plebis
expectationem, ad nos deferret, & magno piorum omnium gaudio, &
plauſu,plenus diuino Spiritu, noſtram cauſam, opere, & ſermone tuere-
tur. Quanta eſt potentia veritatis ò Deus? Cur autem non idipſum de vo-
bis omnibus confidere debeamus? Ecquidem ſi coram vobis contendat
Iudæus,Chriſtianus, & Turcha,& quiſque loquatur pro Deo ſuo,pro reli
gione ſua,videre videor vos magna confidentia, & nulla perplexitate di-
cturos in Turchas. Ecquam polluta,quam fęda,quam contaminata ſunt
omnia veſtra? indigna prorſus,quæ religionis,& legis nomine cenſeantur.
In Iudæos autem,ſi crederetis Moſe veſtro legum latori,crederitis & Chri
ſto: de Chriſto enim ille ſcripſit, & ille vos accuſat in quo ſperatis. Ad G
chriſtianos demum; Gaudete, veritas vicit,Nō eſt alius verus Deus,quam
ſancta Trinitas,Pater & Filius,& Spiritus ſanctus,in cuius vnius ſanctiſsi-
mo nomine,tingi,lauari, baptizarique cupimus,& ecce ad fontes aquarum
ſitientes tanquam cerui properamus,& currimus. Erit ne vero aliquis in
corona virorum,qui dum ipſi veſtrę ſalutis communi deſiderio,& amore
flagrantes,uno ore cantamus, ò fidelem ſermonem,& omni acceptione di
gnum, Cui euangelium ab vniuerſo orbe debetur,rogatus dicere ſenten-
tiam,vt veritati faueat,in hanc candem velut ſatis cognitam, & diligenter
iudicatam, non inclinet? non accedat ſubſcriptor,& probator? non in vr-
nam mittat candidos lapillos? Profectò enim in re tanta,& vſque adeo à
nobis omnibus remota,quanta eſt natura Dei,& vera Religio,qua colitur H
Deus,poſtquam ipſi diſcipuli ſumus,& non primi præceptores,ſiquidem
vt ſeſe conſequuntur,diſcere,& ſcire,ſic diſcere & docere mutuo ſimplici
ter opponuntur. neceſſe omnino eſt,vt fidem adhibeamus,aut Poetis, aut
Philoſophis,aut Prophetis,his enim tribus claſsibus virorum,ante omnes
alios credidiſſe viſum eſt omne hominum genus, ſuam ipſius & eruditio-
nem,& ſalutem. Quæ porrò eſt ratio,quod conſilium,de natura Dei ad-
hibere fidem poetis, quaſi ignoremus poeticam licentiam, quæ apud ip-
ſum Homerum,qui antiquitate& excellētia,fons,& ſeminarium fuit om-

nibus



A nibus poetis fingit Deos originem habere ex aqua,quum,& Oceanum ip
ſum,theſaurum aquarum omniū,de nihilo creauerit initio tēporis, cum
cœlo,& terra,viuus,& verus Deus. Apud Ennium autem, ex cuius ruderi
bus tantum aurū colligiſſe ſe dixit Maro; Homericæ Muſæ penè par, in-
troducit duodecim Deos,ſex mares,& ſex fęminas,quorū res geſtæ,nefa
riæ,& turpes,oſtendunt eos eſſe indignos,qui etiam inter bonos viros, &
honeſtas mulieres cenſeantur. Tantum abeſt,vt cum diuinitatis dedecore
indigitari mereantur inter numina Deorū,Nomina hæc ſunt, ò viri om-
nibus gentibus notiſsima,quæ ipſe quoque hoc dyſticho complexus eſt.

*Iuno, Veſta, Minerua, Ceres, Diana, Venus, Mars,*
*Mercurius, Iouis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.*

B Prætereo enim alios,& Græcos,& Latinos Poetas,ò linguas,miro verbo-
rum fonte fluentes.

*Et graij, & latij decora eloquij,*

Quos merito primi ordinis Theologi appellant dedecoratores diuini nu-
minis,& nominis, quippe quia, vbi laudare debuiſſent verum Deum, &
in eius gloriam fundere tam diuites ſuæ ipſorum facundiæ, & eloquētiæ
gemmas,iniquo iudicio,ſordida monſtra prætulerunt ſanctiſsimæ Trini
tati, & nefario crimine temerarunt, non minus ipſam Poetriam, quam
cum ipſum abſquo Poetæ afflantur æternum lumen, illuſtrantes egregio
carmine, Deorum mortalium, & iam diu mortuorum nefanda ſcelera,
ſtupra, furta, cædes, furores, quorū commemoratione ipſi quoque igno-
C minia affecerunt ſemetipſos.

*Haud aliter, quam ſi raſtris quis tenet Eburnis,*
*Cænoſum verſare ſolum, limoq; madentes*
*Excolere aureolis ſi fortè ligonibus vluas,*
*Splendorem dentis nitidi ſcabris inquinat atra*
*Et prætioſa acies ſquallenti ſordet in auro,*

Sic ſanè cecinit Poeta Theologus Prudentius,vir cōſularis,aduerſus Sym-
machum, ſub Valentiano, Theodoſio, & Archadio, pro veteri Deorum
cultu,in ipſos Chriſtianos perorantem. Sed age a Poetis,quorum inanē ſa
pientiā,non tam deſcripſimus,quam perſtrinximus,tranſeamus ad Philo
ſophos. Adduci ne verò poteſt reſpublica hominū in maius periculum,&
D diſcrimen,quam,vt circa agnitionē,& cultum Dei,vnde pendet vniuerſa
animarum noſtrarum ſalus,atque perditio fidem ſuam cōmittat antiquis
philoſophis,quibus,ne illud quidem vnquam,diffinitum, certū, ratumq;
fuit;quid ſit hominis animus, quo illius vita, quota, & quanta? Nam, vt
eos commemorem, qui ad philoſophiæ menſam primi recumbunt, De-
mocritus animam noſtram ignem eſſe dicit. Diogenes aera, Anaxago-
ras, mentem. Heraclitus, exalationem. Pythagoras numerum ſeipſum
mouentem, Ariſtoteles ἐντελέχεια. Neque aliquando hi omnes ſibi ip-
ſis perſuadere potuerunt, vt in gratiam veritatis, cuius tantopere mor-

 tales

tales ſuaptè natura auidi ſunt, nunquam inter ſe diſsiderent, ne illis con- E
trarias ſententias perpetuo defendentibus, veritas ipſa à toto humano ge
nere prorſus exulare videretur. An verò ignoramus, quam omnibus ſe-
culis, de omnium rerum, quæ natura cõſtant principijs intrinſecus, (nam
Deus, & omnis efficiẽs cauſa extrinſecus eſt,) inuicem bella ſuſceperint, &
geſſerint? Quid? nondum eſt finis contentionum, & litiũ, inter ſuos ip-
ſorum filios, & nepotes, hæredes inquam vltimos, ſuæ ipſorum philoſo-
phiæ, ſiue Phyſica, ſiue Ethica, ſiue τὰ μετὰ, τὰ φυσικὰ ſpectes. Ita tan-
dem manifeſtum eſſe poteſt, quia de diuinis rebus credere poetis eſt abſur
dum, & philoſophis periculoſum: ad Prophetas Dei recurrẽdum eſſe, qui
nõ conati humani ingenij viribus, ſed Spiritu ſancto inſpirati locuti ſunt.
Quoniam igitur prophetæ, hi quidem Iudæi ſunt, illi Ethnici, omnium F
autem prophetarum, communiter duo ſunt inſtrumẽta, quibus de rebus
diuinis orbi fidem facere ſoliti ſunt, oracula, & miracula; nam hæc vix vn-
quam defuerunt humano generi, tam inter gentiles, quam inter Iudæos.
Quis nouiſsima hac noſtra ætate, plena tanti luminis, & cognitionis, tam
inſana cæcitate, & amentia præditus erit, vt quod eſt tam clarum, tam te-
ſtatum, tam peruulgatum, idque etiam inter ipſos inimicos Crucis Chri-
ſti, per omne cœlum, & per totam cum vniuerſo mari, terram, nulla eſſe
oracula, nulla miracula, atque adeo nullas prophetias, vel Iudæorum, vel
gentium, quæ non ſint vocaliſsimæ tubæ veritatis Chriſti Ieſu, ipſe ſo-
lus, vel obſtinatè negare, vel dubia fide ſentire, vel perfido animo corrũ-
pere non uereatur? Interrogo te quiſquis es. Eſt ne aliquid verius diui- G
nis oraculis, ſi ſermonis veritatem, aut diuinis miraculis, ſi veritatem rei
conſideres animo? Quod ſi non eſt, verè non eſt alius Deus, quam ſan-
ctiſsima Trinitas, Pater, Filius, & Spiritus ſanctus: hoc ſiquidem eſt Al-
pha noſtræ religionis, quam vbique locorum, inſtitui, & prædicari iuſsit
Chriſtus Ieſus, cuius teſtimonia, vt audiſtis, oracula, miracula, credibi-
lia facta ſunt nimis. Vtinam illi, qui inter vos ratione ſe, & ingenio va-
lere putant, huc adhiberent liberum, & ſincerum iuditium, non corru-
ptum conſuetudine veſtræ legis, non excæcatum odio noſtræ gentis.
Vndique enim occaſionem inueſtigandæ veritatis accipientes, illud in
primis extantis philoſophorum de ipſa diuinitate contentionibus intel-
ligerent, quod verus, & viuus Deus, hoc ipſo ſenſibili mundo non conti- H
neatur, ſed ſit ſupra omnem ſenſum, imò ſupra omnem intelligentiam,
neque enim in re, quæ ſenſibus noſtris expoſita eſſet, ſublimia illa inge-
nia, vſque adeo diſſentire potuiſſent. Deinde verò ex fictionibus, & qua-
ſi luſibus poetarum, facilè perciperent, iam tum ſubinuitatum fuiſſe vni-
uerſum orbem ad noſtra myſteria, quod verus Deus, homo etiam ſit, na-
tus ex muliere, ſimilis nobis, & ex genere noſtro ducens carnis originẽ,
vt quem nemo vnquam viderat, quum in ſua ſe abſcondita maieſtate, tot
ſecula continuiſſet, ad extremum ab omnibus hominibus videretur,
audi-



A audiretur, coleretur, adoraretur. Tandem ex ſanctiſsimis vatibus, & pro-
phetis cõcluderent, hunc Deum inuiſibilem, & viſibilem, abſconditum,
& manifeſtũ, eſſe hũc ipſum quem ſcribimus Chriſtum Ieſum. Nam, ne
de Moſe quidem, cui nõ ſurrexit propheta ſimilis in toto orbe terrarum,
ſcriptum eſt vnquam, quod ſit Deus, ſed tantum amicus Dei. Sic demum
nobiſcum fidei, & Poteſtati Chriſti Ieſu, ſe totos crederent, atque cõmit-
terent, agnoſcentes ex illo, & per illum, Deum Patrem, Filium, & Spiritũ
ſanctum. Hanc ipſam enim diuinitatis ſublimitatem, plano, & aperto elo-
quio, non enarrauit Moſes, neque propheta aliquis Iudæorum, vel gen-
tium; ſed ille ipſe vnigenitus qui eſt in ſinu Patris, miſſus è cœlo, quod
ſæpe à nobis dictum eſt. Sic quæſo ſæpius veſtris cogitetur animis, vt ob-
B ſtructam à malo demone viam ſalutis, ſuo ipſius ſanguine aperiret, & Iu-
dæis, & Gentibus. Etenim neque Deum in ſua ipſius ſecreta natura plenè
nouiſſe potuiſſet, niſi eſſet vt homo, ſic & Deus habitat ſanè lucẽ inacceſsi
bilem diuina maieſtas, & poſuit tenebras tẽtorium eius, & ſimiliter Deus
exiſtens, facile, & tuto, vix docere potuiſſet homines de natura Dei, niſi
eſſet vt Deus, ſic & homo. Nota eſt enim vox illa, Non loquatur nobis do
minus, ne fortè moriamur? Hæc ad vos, longius fortaſſe quam par erat,
ò gentes, perorauimus de ipſo Deo, quia quum olim in regionibus veſtris
quercus diuinarent, & hodie quoque, aues futura præſentiant, vnde &
magna fide, vt ipſi ſuperſtitioſè dicitis, bona & mala ominantur, turpe ni-
mium eſt vobis ignorare Deum: præſtaretque vnumquemque veſtrum
C verti in ſtipitem, migrare in bubonem, vel noctuam, quam quum ſitis
homines, teneri tanta ſtupiditate, & ignoratione Dei. Sed quæ eſt iſtæc
beſtia, quam è terra ſurgentem video, beſtia, fera, immanis, monſtroſa,
quæ in ſubſellia veſtra irruens, delens vrnas, diſsipans ſortes, inſanis vlu-
latibus implet Aſiam, Africam, vociferans etiam in Europa? Non eſt
Deus niſi Deus, & Maumethes nuncius eius. Adhuc ne verò ò Chriſtia-
ni Reges, adhuc ne inquam, vobis videntibus, & ferentibus damnamur
ad beſtias? adhuc obijcimur beſtijs? & non effunditis frameas veſtras, ne
orbis videat cum tanta nominis veſtri infamia, imbecillos, & manſuetos
homines, à truculentiſsimis beſtijs laniari? Certè verò munus eſt veſtræ
poteſtatis, cui ob id tributa pendunt populi, prouinciæ, regna, vt exhibea-
D tis vos vindices, & beſtiæ, & beſtiariorum, qui impiè deturbant pacificam
poſſeſsionem Chriſti, etiam in finibus noſtris. Sed tu ò ſocietas libri (eo
te nomine appello, quod tu in tuæ ſectæ ritualibus, appellari conſueuiſti)
ne efferare animo: gloriaris in gladio, nos gloriamur in lapide. Vltima pro
bationum tuarum eſt gladius vltima defenſionum noſtrarum eſt lapis.
Nos quidem præ nimia debilitate virium noſtrarum ſępe cadimus ſuper
lapidem, ſepties in die peccantes, dum ex terra ad cęlum, lubricum, & dif-
ficile virtutis iter ambulamus, vnde & iuſto iudicio varijs modis, hoſtili
veſtra manu, vobis myſteriũ ignorãtibus, confringimur, illo iubente, qui

 per

per malos ſeruos, ipſos quoque filios percutere ſolet, flagellat enim omnē E
filium, quem recipit: ſed veniet dies, veniet, in qua lapis iſte, non ad pœni
tentiam, ſed ad mortem, niſi cito apprehendatis diſciplinam eius, cadet ſu
per inimicos ſuos, & duplici contritione conteret eos. Super vos inquam,
qui eum non agnoſcitis, effundet iram ſuā Chriſtus Ieſus, & ſuper regna
veſtra, quæ, non ſolū non inuocant nomen ſuum, ſed quotidie in odium
eius, polluunt ſepulchrum illudglorioſum, & poſuerunt Hieruſalem ſan-
ctam quaſi pomorum cuſtodiam, quaſi vmbraculum in vinea, & quaſi tu-
gurium in cucumerario. Tum igitur ipſi, qui propter vos quotidie gemi-
mus, gemitibus inenarrabilibus, audiemus veſtros gemitus, veſtras bla-
ſphemias, veſtra maledicta, Viciſti Chriſte, Viciſti, fecimus, ſed non profe
cimus: impugnauimus, non expugnauimus: inuaſimus, non euaſimus: & F
læti videntes gloriam Chriſti Ieſu, lauabimus manus noſtras in ſanguine
peccatorum, & inſultabimus beſtiæ, quæ Antichriſti myſteriū operatur.
Heccine eſt victoria quam iactabas? Hiccine eſt triumphus quem canebas?
Tu bella geſsiſti, hic confecit. Tu victoriam concupiſti, hic obtinuit, Tu
aggreſſus fuiſti, hic triumphauit; quia tu concertaſti, hic conflixit. Cogi-
tis me nunc Arabes, imò charitas Chriſti me compellit, poſtquam ille vix
natus, cum Angelorum cęleſtium militia, & iubilo ad ſe, velut omnium
gentium primitias vocauit reges Arabum, ab illis, quæ libens, & lubēs ac-
cepit de auro Arabiæ, cuius abundantia forſan, lætam illam, & beatā, ſuæ
ipſius vitæ pauperiem, omnium rerum dominus, ſex quinquennia ſuſten G
tauit, vt ad vos vnos, præ cæteris gentibus verba faciam. Pudeat, pudeat,
ò Arabes, pigeat, tędeat, pęniteat, vos, quos fęliciſsimo illo tēpore tāti fecit
verus Deus, à tam immani bellua, tā diu habitos eſſe pro contemptiſsimis
belluis, atque ideo reſipiſcite, & ne diutius obſeruari patiamini gloriā no-
minis veſtri. Quam fędum, quam ignominioſum eſt vobis, adhuc manere
inter inimicas acies, ad quas olim ſeducti, ex noſtris communibus caſtris
transfugiſtis: propter Alchoranū cōtemnere Euangeliū, propter Maume
then Chriſtū: & qui iā diu Chriſtiani fuiſtis, nunc proſequi odio, & Chri
ſtū, & Chriſtianos, & omnē Chriſtianā Religionē? An verò, nō eſt præcla-
rū hoc ipſum nomē, quod inuocatū eſt ſuper nos, deſumptum ab oleo, & H
vnctione diuina, cuius liquore prius aqua loti, de cœlo perfundimur? Ec-
quā ſuaue vobis erit, quā iucundum, quā honorificū, ſimul, & vtile, ablui
aqua, inungi oleo, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti? Nam fęlici
quodā renaſcētiæ genere, quod caro ignorat, ſpiritus reuelat, nō introeun
tes, quidē denuo in matrū veſtrarū vteros, ſed modo inuiſibili, etiā ſi cani
ſitis, ex filijs Eſau efficiemini filij Iacob: ex filijs ſeculi filij Dei: ex nō popu
lo populus: ex nō dilectis, dilecti: ex nō miſericordiam cōſequutis, miſeri-
cordiam conſequuti. Tum erit vobis omnis Arabia fœlix, tum erunt orbi.

*Arabum Beatæ Gazæ.*

Quid porrò eſt, quod ex aduerſo, per omnem Orientem audimus. Mihi

lex



A lex mea, tibi tua, cuique ſua? Non eſt niſi vnus Deus, ò viri, non eſt niſi
vna ſalus, non eſt niſi vna via ſalutis. Rogo vos amanter, audite, & intel-
ligite. Quæ nam eſt noſtra ſalus, niſi huius mundi euaſiſſe pericula, & ex
mari magno ad portum perueniſſe æternæ vitæ, vbi cum Deo beata fœli-
citate, & immortalitate perfruemur? Huc ne peruenire poſſunt qui Deum
non colunt? quando quiſque illuc ducitur manu Dei? colunt ne verò
Deum, qui Deum non amant? nam niſi ficti ſumus, ob id colimus, quia
amamus, amare autem quomodo poſſunt, qui non cognoſcunt? Sanè co-
gnitio eſt velut anteambulo ipſius amoris, certè verò vt audiſtis, iam cō-
ſtat cognoſci nō poſſe Deum, niſi per Ieſum Chriſtum, qui primus mun-
do declarauit Deum eſſe Patrem, Filium, & Spiritum ſanctū. Ite, Ite mo-
B do vos, & manete in finibus incredulitatis veſtræ, medij inter noſtros hæ-
reticos, & Iudæos, ipſis Iudæis, & hæreticis omnibus deteriores, & non po
tius, quod Ethnicæ etiam mulieres animo maſculo feciſſe leguntur, exite
ad Chriſtum Ieſum, & clamate, Miſerere noſtri fili Dauid. Equidem ti-
meo amici, ne omnes vos laboretis ὑδροφόβια miſerrimo illo morbi ge-
nere, quo æger eſt, cruciatur ſiti, & dum aquā expaueſcit, atque fugit, ſiti
moritur. Nam nemo eſt mortalium, qui Deum nō ſitiat, & tamen nemo
aquas Chriſti nō refugit; illud natura ingenuit, hoc rabidus canis impreſ-
ſit animis veſtris. Ecquid eſt tandem ò gentes abhorrere à Chriſto, niſi
abhorrere à Deo? Itaque venite omnes ſitientes ad aquas, Venite, haurite
C de fontibus Saluatoris, & accipietis aquam vitæ gratis, aquam, quæ eſt Spi
ritus ſanctus, quem dat Pater per Ieſum Chriſtum, ijs qui credunt in eum.
Tum plaudemus manibus, & iubilabimus in voce exultationis, quoniam
propè erunt nuptiæ agni,

## *In Hæreticos, Fides integra, & orthodoxa intelligentia ſanctiſsimæ Trinitatis. CAP. XVII.*

HORA eſt iam ò amici, vt excurſione, & ſaltu de-
feſſa oratio hæc mea, ſedentario opere extremam
lineam ducat, & ea circumcurrente perficiat or-
D bem, quem incæpit, Vt per orthodoxam intelli-
gentiam, & puram, atque ſynceram confeſsionē,
extollēte caput integra inuiolataque fide ſanctiſ-
ſimæ Trinitatis, ſicut hactenus repręſſa eſt perui-
cacia ſcādali Iudęorū, erudita ſtultitia increduli-
tatis gentiū, ita modo, dū ſtationē agimus, artificioſè hæreticorū fraudes,
atq; inſidiæ detegātur; ipſiq; hæretici capiātur tanquàm vulpeculæ demo
lientes vineam Domini Sabaoth. Sic demū canemus Epinicių diuinæ hi-
ſtoriæ, Deo autē in primis, quem hiſtoria celebrat, quē ſpirat, quo viuit,

 offere-

offeremus pia animi thura,quod ipſius virtute,auxilioque munita, cõtra E
inanes & impias fabulas Iudæorũ, gẽtium, hæreticorum,tam præclarum
vbique certamen certauerit,tam inoffenſo curſu ad metam contenderit,
tam ſtrenuè & fortiter in omnibus fidem ſeruauerit, coronamq;,Dei do-
no meruerit.Plurimi quidem,per omnia mundi ſecula,ò viri,donec trã-
ſeat terra,& cœlum,donec filij ſeculi nubant, & nubantur, pertranſibunt
ipſius diuinitatis contemplatores,& amatores ſanctæ ruſticitatis, eruditæ
ſanctitatis, & ſicut ſcriptum eſt in Daniele Propheta; multiplex erit ſcien
tia in eis,nam illi fulgebunt tanquam ſingulæ ſtellæ,hi tãquam ipſum ſtel-
latum cœlum. Quanta porrò ſtellarum varietas?quanta differentia in ipſo
toto cœlo? Sed orbem illum tamen natura ſua nunquam finitum, nun-
quam finiendum,cuius vbique eſt centrum,& nuſquam eſt circumferen F
tia,contemplatione,ſtudio, meditatione, ſcriptione, quis vnquam erit,
qui finire queat inter mortales? Quid? an verò inter Angelos? Scilicet
non eſt eadem menſura,hominis, & Angeli,per illum ſanè vnicum,inac-
ceſsibilis lucis diuinæ radium,ex fontana diuinitate manantem,multifor-
mi ſapientia illuminantur mentes hominum & Angelorum,ea inquam,
quas velut ſpecula mũdi, & tenſa inuenerit candor æternus, ipſe quoque
ſpeculum ſine macula, & ſua ipſius vnitate, & ſimplicitate, miro modo
multiformes effecti angeli & homines, multipliciter in eandem lucẽ re-
ducuntur, conuertuntur, abſorbentur, non ſecus quam ſtellæ in ſolem,
quam riui in fontem.O' immenſam abyſſum,ò exuperantem diuinæ ma- G
ieſtatis infinitudinem: eam adoramus, prædicamus, admiramur, venera-
mur, cognoſcimus contremiſcimus. Ideoque,non in immenſum gloria-
mur, ſed ſecundũ exiguam illam menſurã, quam nobis menſus eſt Deus,
(quanquã ſi merita noſtra ſpectes,quæ nulla,ſunt, dicere poſsis,) lõge ma
ximam,confertam,coagitatam,& ſuperfluentem,quod poſſumus adniti-
mur, vt ſicut nobis in re modis omnibus infinita fuit ratio incipiendi, ſic
ſit,& deſinendi modus. Nanque & nulla res eſt,in qua recta ratio non iu-
beat,vt videatur,Quatenus,& tametſi ſuus cuique modus eſt, plus tamen
offendit nimium,quam parũ, vnde illud. Ne quid nimis. I præ tu igitur,
caput & ſumma fidei,& confeſsionis meæ,reliqua ponè ſequentur ſuo lo H
co,tanquam membra,artuſque membrorum. Ex ordine autem paulo al-
tius,ſimul & plenius, ne perpetuitatem curſumque orationis, quam velut
compendium fidei,quis ſyncere catholicus, non vehementer audire deſi-
deret? quæſtio vlla quæ incidat,aut forſam prorſus interrumpere, aut ali-
quo modo certè remorari poſsit. Audite Cœli, auribus percipe terra,
Adſum, fides, hiſtoriã,oratio.

*Vos ſydera teſtor*
*Vos, ò clariſsima mundi lumina.*

Montes,colles,valles,flumina, fontes, Nã de rebus magnis locutura ſum,
& aperientur labia mea,vt recta prædicent, veritatem meditabitur guttur
meum,



A meum, & labia mea deteſtabuntur impium. Quoniam hæc tanta rerum
multitudo, quæ propriè quidem vniuerſitas, tranſlatè verò, nunc corpus,
nunc currus vniuerſitatis à Romano philoſopho dicitur,bifida eſt,ſimpli
citer enim in id quod creatum eſt,& in id quod creatorem non habet,pri
ma partitione diuiditur,tertium ſanè aut fingi,aut cogitari nequit, vt ali-
quid neque per ſeſe, neque aliunde vim habeat exiſtendi, & tamen extet
in natura rerũ. Ea porrò quæ ex alio habent,vt ſint & numero,& ſpecie,
& genere,multa ſunt,legiones quam plurimę,exercitus innumerabilis:il-
lud verò, quod nulla ratione conditum eſt, vnum eſt,quod Deus eſt,qui
eſt dux in exercitu, qui parens dicitur vniuerſitatis, cui omnia obediunt,
B cuius virtute, & poſſunt id quod poſſunt, & faciunt id quod faciunt reli-
qua omnia, tanquam ſubiecta illius imperio, & legibus, ipſum autem ab
omni neceſsitate, vi, metuque liberum eſt ac ſolutum, & arbitratu ſuo
quæcunque vult,& poteſt,& facit. Hoc ipſum vnum tantæ catenæ caput,
hic ipſe tantorum exercituum imperator & rex, hic ipſe parens,& domi-
nus totius vniuerſitatis,quã partim oculis videmus,partim & magis con-
templamur & admiramur animo, hic inquã magnus & præpotens Deus,
quem ab omni æternitate ſine initio temporis,cuncta ſuperantẽ tempora,
eſſe,& nunquam non fuiſſe ſemper oportuit,qui & initio creauit omnia,
& æternum omnia ſingulaque tuetur, mouet, gubernat: quem vt alieni
quoque dixerunt,inuenire difficile,inuentum autem eloqui, & explicari
C impoſsibile,de quo vt alte admodum patres docuerunt, quid non ſit ne-
ſciendo ſcimus, quid ſit, ſciendo neſcimus, eſt illa ipſa ſola cunctis nomi-
ne,re paucis cognita ſanctiſsima Trinitas,Pater, Filius,& Spiritus ſanctus.
Pater quem nemo vidit vnquam; non nouè factus, non æternũ creatus,
ſed neque ab vllo genitus. Filius Patris verbum, Chriſtus Ieſus,ſemper cũ
Patre,neque factus ex materia,neque creatus ex nihilo, ſed tamẽ genitus,
ex vtero patris, ſine matre. Spiritus ſanctus, non factus vt mundus, non
creatus vt ſemen mundi,non vt pater abſque origine, non vt filius à patre
genitus, ſed à patre & filio,ſimul, pariterque procedens, & cum patre, &
filio, eandem naturaliter diuinam poſsidens maieſtatem. Non eſt recens
confectus Deus,hæc ipſa Chriſtianorum Trinitas,nõ eſt alius verus Deus
D præter illam; erat re ipſa ante omnia ſecula,vt ex ea,per eam,& in eã, om-
nia,& ſingula,& ipſa etiam ſecula cõderentur. Erat Pater, erat Filius,erat
Spiritus ſanctus, erat, erat, erat, ſed vnum erat. Deus, Deus, Deus, ſed
vnus Deus.

*O' Trinitatis huius*
*Vis vna, lumen vnum,*
*Deus, ex Deo, perhennis*
*Deus, ex vtroque miſſus.*

Idem Deus,qui erat eſt, qui eſt idem erit Hoc. credimus corde, hoc con-
fitemur ore,hoc profitemur ſacramentis, hoc exercemus,& ſignificamus

 operibus,

operibus,colentes Deum, Fide, Spe, Charitate, vt trinitas trinitati reſpon- E
deat. Sanè & ipſe Deus, ex cœlis, quos inhabitare dicitur à prophetis, triplici quaſi vehiculo, & inſtrumento, munera ſua impartiri videtur mundo inferiori, nimirum perhenni illa ac vitali luce, motu, & vertigine perpetua, denique calore ſuauiſsimo. Et haud dubiè, motus ille tam concitus cœlorum, infinitam indicat poteſtatem motoris, lux plena tantæ maieſtatis, & gratiæ, ſapientiam: calor denique, quo omnia viuificantur, aluntur, conſeruantur, incredibilem diuinæ bonitatis amorē, Neque eſt qui ignoret, potentiam appoſitè referri in patrem, tanquam in principium: ſapientiam in filium tanquam in verbum : amorem in Spiritum ſanctum, tanquam in donum. Hanc ipſam igitur ſanctiſsimam Trinitatem, ſanctè, religioſeque colere, in hanc trinitatē toto corde credere, non Chriſtiani ſoli, F
ſed omnes quoque homines, nō abſolute quidem, (nā humanæ libertati, quis vim inferat? Verum eſt enim, vt quidam dixit, quod agere valeat

*Cætera quiſque nolens, at credere non niſi volens.*)

Sed conditione adiecta, ſi ſalui, & beati eſſe cupiunt, quod deſiderium, natura, cuiq; mortalium indidit, omni excuſatione remota de neceſsitate tenentur. Inuulgato iā præſertim per omnes terras euangelio, quo ſecuri ſumus, quando fides non inuentum eſt hominum ſed donū Dei, nemini vt credere valeat defuturum Deum, ſi nō deſit ipſe ſibi. etenim ſalus hominis, non tam ab homine eſt, quā donatur à Deo, ſicut ſcriptū eſt, Domini eſt ſalus. Dei autem donū eſt ex gratia, neque verò datur gratia ſine fide, quando per gratiam placemus Deo, & ſine fide, vel non placemus, vel G
etiam diſplicemus, nimirum alieni à cogitatione, & amore Dei, vt pote extra Chriſtum Ieſum, qui vnus dedit nobis ſenſum, vt cognoſcamus, & diligamus Deum in quo vno, vt ipſe Deus dixit, placata eſt ijs, qui credūt, anima eius. Hoc ipſum porrò in ſcalis cognitionis, & fidei baſis eſt, & primus gradus, iuxta eccleſiam ſanctam Catholicam, quæ eſt fidei mater, & magiſtra, vtcunque cognoſcere, & credere in Deum Patrē, Filium, & Spiritum ſanctum, tres perſonas, ſed vnum Deum, non tres Deos, ſicut ſcriptum eſt apud Ioannem Euangeliſtam, & hi tres vnū ſunt, ex quibus verbis, ab initio cōflatæ ſunt apud Græcos illæ voces, *τριὰς, ὁμοούσιον* apud Latinos autem Trinitas conſubſtantialis. Quibus intelligitur, & ſignifica- H
tur, quod pater quidem ſuæ ipſius perſonæ proprietatem retineat, qua pater eſt, generationem inquam, vel paternitatem: & filius ſimiliter natiuitatem, aut filietatem, qua eſt filius, ſitque vna hypoſtaſis Pater, quod ſanè nomen illi tribuit Diuus Paulus: illius autem figura, vel imago ſit altera hypoſtaſis, quæ eſt filius, illa inquam hypoſtaſis, de qua in libro ſapientiæ legitur, *ἡ μὲν γὰρ ὑπόστασις τοῦ τὴν σὴν πρὸς τέκνα ἐνεφάνιζε γλυκύτητα*. Sed tamen & Pater, & Filius, ſimiliterque Spiritus ſanctus, ſicut ſunt tres hypoſtaſes, ita ſunt vna *οὐσία*, vna ſubſtātia, vna diuinitas. Neque enim dicitur quod *οὐσία*, ſit figura *τῆς οὐσίας*, hoc eſt ſubſtantia ſubſtantiæ,



A tiæ, diuinitas diuinitatis, ſed quod altiſs[illegible]è magiſter orbis inſinuauit, *ὑπόστασις ὑποστάσεως*; filius inquam Patris, q[illegible] ſunt duæ perſonæ, ſed nō ſunt duo Dij, quoniā adiecto etiā Spiritu ſanct[illegible]mnes ſunt vnus ſolus Deus. Ecquæ hic multitudo ò viri? Ecquis hic nu[illegible]us, niſi relationum? Quod ad ſe eſt, & dicitur, vnum eſt, relatio ſola eſt, [illegible] ſubſtantia quæ ſurgit in perſonarum trinitatem, quanquam præter id quo[illegible] alterum dicitur, prædicatur per modum ſubſtantiæ. An verò eſt aliquis [illegible]minum, qui ſi relationes ſpectare volueris, perſonas non gerat propè innumerabiles? quum tamen, reuera, nō ſit plures homines, ſed vnus homo ſolus, & vna ſola ſubſtantia imò, & vna ſola perſona. Nam Hector ad Priamum, perſonam ſuſtinet filij, ad Aſtianactem perſonam patris, ad Andro-
B machen mariti, ad Paridem fratris, amici ad Sarpedonem, inimici ad Achillem. Ita nihil prohibet, vt ſint relationibus tres diuinæ perſonæ, quum tamen diuina natura, vel ſubſtantia ſit vna ſola, An verò propterea compoſitus, & non potius ſimpliciſsimus eſt Deus, quando non eſt in eo aliud quod habet, & quod habetur? Sanè non eſt eſſentia res alia, à relationibus, neque aliud ſunt relationes ab ipſa eſſentia, quum alioquin, non ſit eſſentia, extra perſonas, neque perſonæ ſint extra eſſentiā. Quanquam autem, in filio Pater eſt, & filius in Patre, neque filius is eſt, qui eſt Pater, & Pater non is eſt, qui eſt filius, tamē ſecundum id quod ſe dicitur, vnum ſunt pater, & filius, atque ideo ſimiliter, ſunt vnum diuinitas, paternitas, filietas, licèt ſecundum id quod dicitur ad alterum, paternitas nō
C eſt illa eadem res quæ eſt filietas, Gaudete Latini hic totis animis. Nam lingua Hæbrea, quum non apertè quidam dicere, ſed pro ſua ipſius maieſtate inſinuare cupit, ſacroſanctū myſterium diuinæ Trinitatis vix mutire poteſt, quin ſonare videatur Deos אֱלֹהִים אֲדֹנָי. An non eſt vox plurium אֱלֹהִים Dij? an non eſt, & plurium vox אֲדֹנָי Domini mei? quanquam vbi vicaria vox eſt, illius ſanctiſsimi nominis, hoc eſt יְהוָה. profertur numero ſingulari Dominus. Quid dicam de lingua Græca? Vbi de Trinitate loquuntur Græci, ijque maximæ Catholici, non'ne dicere videntur ſubſtantias? *ὑποστάσεις*. nam hypoſtaſis ſubſtantia eſt communiter apud Græcos. Sola lingua Latina in re tā ſecreta, magiſtra rectè loquendi, vbique dicit Deum, vbique dicit ſubſtantiam, & anathema cōmunicatur, ſi
D quis dixerit Deos, ſi quis dixerit ſubſtantias, & tamen exactè dicit Deum trinum, Deum Trinitatem, trinam deitatem. Ecquis tantam linguæ Latinæ fœlicitatem, non admiretur, ò viri? Profectò verò hac ipſa fœlicitate dignum erat Latium, poſtquam non fato, vt gentes, ſed diuina voluntate, vt Chriſtiani loquuntur, in Latio collocata eſt ſedes quieta, & immobilis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, Vnde omnibus gētibus leges, & iura dātur de Deo, & de rebus diuinis, vt credendi ſic, & loquēdi: Vnus igitur verè eſt Deus Trinitas, triū inquā vnitas, trina Deitas, Trium vna diuinitas, Pater, Filius, & Spiritus ſanctus, qui ex ſua ipſius natura, & ſubſtantia, Pater filiū gene-

generat,& ex eadem ab vtroq;procedit Spiritus ſanctus,Vt quoniam ſunt E
vnius eiuſdemq; ſubſtantię,ſint & habeãtur vnius diuinitatis: Neq; tamen
nulla ſit ſecundum rem in ipſa Trinitate diſtinctio, quia ſecundum rẽ,Pa
ter eſt non genitus,*Filius* genitus,& Spiritus ſanctus procedẽs. Hæc enim
vim diſtinguendi habent, quaſi notæ quædam propriæ & ſignificationes
perſonarum:quid? Non ſunt rationes ſignificandi tantum perſonas, ſed
& conſtandi,& ſubſiſtendi ipſis perſonis,neque enim alia ratione conſtat
per ſeſe,hoc eſt ſubſiſtit Pater, filiusque,& Spiritus ſanctus, niſi quia pater
genuit,natus eſt filius, proceſsit Spiritus Sanctus, Putate hæc in perſonis
diuinis eam rationem habere,quam habent apud nos proprietates, & dif-
ferentiæ, quas indiuiduales vocant, Appietas, Lentulitas, vis Carnedea,
Democritea, Vt quum de Patre, Filio, & Spiritu ſancto tam ſingulatim, F
quam vniuerſim,non ſecus quam de vno quoque homine tria quæri poſ-
ſint,Quid ſit,quis ſit,quo ſit,& primum quidem pertinet ad naturam,ſecũ
dum ad perſonam, tertium ad proprietatem perſonæ. Ad primã quæſtio
nem reſpondendum ſit,ex oraculo legis.Videte,quod ego ſim ſolus Deus,
& non eſt alius Deus præter me. Ad ſecundam,ex tonitru Euangelij. Tres
ſunt qui teſtimonium dant in cœlo, Pater,Verbum,& Spiritus ſanctus, &
hi tres vnum ſunt,Ad tertiam,ex tubis cęleſtis Niceni Concilij, Deum eſ-
ſe patrẽ generatione, Filium natiuitate, Spiritum ſanctum progreſsione.
Hanc ſanè doctrinam Catholicam,velut diuinam quandam,& admirabi-
lem,vtriuſq; teſtamenti rhapſodiam,oſtenderunt ſanctæ Eccleſię inuicti il
li Chriſtianæ Religionis præcones,confirmatam tantis authoritatibus,ſen- G
tentijs,rationibus,exemplis,demum & ingentibus rerum miraculis,vt per
ſuaſum haberet Cæſar,& qui cum eo erant Principes,Duces, Philoſophi,
Oratores,Hæretici,ex omni orbe terrarum,quod Sanctiſsimæ Trinitatis fi
dem,non reuelauerat caro, & ſanguis, ſed Pater æternus qui in cœlis eſt.
Ideoque ſacro ſancta ſynodus, non nitebatur perſuaſibilibus humanæ ſa-
pientiæ verbis,ſed in oſtenſione Spiritus & virtutis Dei,vnde & tam mul-
ti eruditi viri, coacti ſunt dare manus,& gratulantes quod non verbis, ſed
virtutibus victi eſſent, ex raſtris conuolabant ad baptiſmum, conterentes
capita draconum infernalium. in aquis, laudantes & glorificantes ſan-
ctam Trinitatem,Patrem, Filiũ & Spiritum ſanctum. Patrem,ex quo om
nis paternitas in cœlo & in terra nominatur. Filium, mediatorem Dei, & H
hominis ſummum angularem lapidem,In quo omnis ædificatio conſtru-
cta creſcit in templum. Spiritum ſanctum,per quem Charitas Dei diffun-
ditur in cordibus noſtris,quo vngimur,quo ſignamur, qui eſt pignus hæ-
reditatis noſtræ,quam habemus in cœlis repoſitam.Patrem,qui miſit filiũ
ſuum,vt Deus exiſtens homo fieret, & naturam quam Adam terrenus ſer
uituti addixerat, ipſe Adam cęleſtis in libertatem vindicaret. Filium qui
intelligens ſibi refingenda eſſe quæ finxerat,non diſcedens è cœlis, deſcen
dit ad terras, & cum hominibus homo, cum Deo Deus, vnus ex duobus
admi-



A admirabili modo operans diuina humanè,humana diuinè, integerrimam
vitam egit,vt peccatum obliteraret,& duriſsimam mortem,quę ei non de
bebatur,pertulit, vt moriendi debitum noſtrum aboleret. Spiritum ſan-
ctum,qui impetu facto,in Iudæa primum,dehinc in Samaria, & vſque ad
vltimum terræ,perfidiam,infidelitatemq; deiecit, aperiens linguas muto-
rum,vt narrarent mirabilia Dei, & obſtruens linguas diſertas & eruditas,
ne aduerſus Deum impia bella ſuſciperent. Quæ lingua ò Viri res tot & tã
tas in magno illo conſilio auditas,& viſas,digna ſatis oratione explicare ſuf
ficiat?Barbati illi Theologi,Hierophantes,Hyeromiſtæ Apoſtolis penè pa
res,qui Ioannis,qui Pauli,qui Hierothei,qui Dionyſij ſecreta animis hau-
ſerant,& ſapientiam didicerant,quam illi loquebantur inter perfectos,Di
B uino pleni ſpiritu, in extaſim rapti, admirabili in dicendo, pronuncian-
doq; & rerum & verborum armonia, non velut artem oſtentantes, ſed pu
ra & ſyncera oratione,qualem eos decet qui Deum laudant,non fortuito,
ſed vt ſpiritus iubebat,quorum illi templa erant impolluta,& incontami-
nata,de ſanctiſsima Trinitate,& de vnaquaq, perſona Sanctiſsimæ Trinita
tis, alternis vicibus, Angelorum emulatores effecti, ſublimes fundebant
ſyndologias.Lætabatur Eccleſia, ſynagoga confundebatur, creſcebat fides
credentium,& terra marique morbus perfidię decreſcebat, Canebantur
per fora vbique gentium voces illæ antiquæ, quę citra omnes allegorias le
guntur in Pſalmis,Pater meus es tu,Filius meus es tu,Ego hodie genui te,
C Ante luciferum genitus.Spiritu oris eius,Inde natum eſt decretum,vt om
nes,& ſingulos Pſalmos,quoties in eccleſia recitantur,concludat vna Tri-
nitatis δοξολογία, cantilena illa inquam ſuauiſsima, Gloria patri, & fi-
lio,& Spiritui ſancto,quo intelligat vniuerſus orbis, non euangelium ſo-
lum,ſed totam legem,cuius virtus,& medulla eſt Dauidicum Pſalterium,
confiteri,glorificareq; Deum trinum,& vnum,Patrem inquam,qui om-
nia quæ videntur, et omnipotenti,filij ſui virtute creauit, et Spiritus ſan-
cti ſanctificatione firmauit. Filium qui miſſus à Patre, virtus et Sapientia
Patris,per Spiritum ſanctum hominem perditũ, et in homine vniuerſam
creaturam feliciſsimè recreauit, et omnia ſubiecit patri, qui ſibi ſubiecit
omnia. Spiritum ſanctum,qui miſſus à Patre et filio, nexus patris et filij,
D implens Eccleſiam muneribus ſuis ignoranti ſęculo declarauit Filium
Deum,equalem Patri,et patrem fontinam originem Deitatis filij. Nullus
hic modo curioſus roget.Quomodo hæc intelligi, aut eſſe poſſunt? Quo-
modo generat Deus,qui eſt ſubſtantia ſimplex,incorporea,incomprehen
ſibilis? Quomodo naſcitur Deus qui eſt æternus,ſine principio et ſine fi-
ne?Quomodo procedit Deus,a quo cuncta procedunt? Hoc planè vene-
num eſt fidei,hoc ſeminarium vniuerſæ hæreſeos, temere aggredi res diui
nas, et importuna ſubtilitate ſiſcitari ea, quæ ne angeli quidem ipſi plenè
intelligunt,Ideoque vel tantulum ſiſcitari, veriti ſunt ipſi quoque prophe
tæ Religionis Antiſtites,quorum eſt illa vox admirationis plena,Genera
tionem

tionem eius qui enarrabit? Loquar propoſitiones ab initio, ò viri. Profe- E
ctò huc reſpexiſſe videtur parabola luti, & figuli, quam olim, filijs Iſrael
propoſuit Deus, nimirum, vt arceret improbos hoſce noſtrorum ingenio
rum conatus, & perſuaderet humano generi, quam ſit impiũ, atque nefa
rium homunciones, eſſe velle Dei cenſores, & iudices, quos equum eſt in
omnibus cedere Deo, cõfiteri ſe eſſe in manu Dei, id quod lutum in ma-
nu figuli, ideoque libẽter ignorare, & omnino ſcire nolle, quid moliatur
Deus, & in illius, gloriam, & honorem, nunquam nõ verſare animo Pau-
linam illam ſententiam, Quis cognouit ſenſum Domini? aut quis cõſilia-
rius eius fuit? Nam & Helias, ob reuerentiam numinis, operuit vultum
ſuum pallio, quum tranſiret Dominus. Secreti ſacramenti vocabulum eſt
hoc, Deus Pater, at verò, quum audimus patrẽ, ſatis intelligere poſſumus, F
& debemus, tametſi neſcimus, quomodo genuit filium, quod omnino
filium habeat, ſibi per omnia ſimilem, eiuſdem naturæ indiuidua æterni-
tate genitum, & per omnia æqualem genitori, neque enim pater eſſet niſi
genuiſſet, neque item eſſet verè filius, ſi non eſſet verè natus, & genitus.
Credenda ſunt hæc à nobis, nõ diſcutienda, donec intremus in ſanctuariũ
Dei, & intelligamus, qua incude, quo malleo cœlum πολύχαλκον fabri
catus fuerit: ex quo fonte tantã aquã eduxerit: Quomodo mundũ de tene
bris in lucem protulerit: quibus carminibus maria ne fluctibus ſuis, terrã
obruant; incantauerit quibus ignibus Solem, & ſtellas accenderit: per quã
viam diruptis cœlis, ad nos deſcenderit, quomodo ſe ipſum hominẽ finxe
rit, deq; virginis vtero prodierit: ſuper aquas ſiccis pedibus ambulauerit: G
ianuis clauſis ad Apoſtolos ingreſſus fuerit, Tunc enim fortaſſe, quum
hæc omnia, quę extra naturã Dei ſunt, intellexerimus, penetrare licebit,
ad generationem illam ſecretiſsimã, intra Deum, in corde Dei, ex vtero
Dei. Interea ſufficiat nobis ſcire, ex ſcripturis ſanctis, quod vt lux gignit
ſplendorem, ſic Deus Pater generat Deum filium, iuxta illud, In ſplendo
ribus ſanctorum, ex vtero ante luciferum genui te, & pudeat nos profun-
diora ſciſcitari, qui ne de nobis quidem ipſis, ſcire poſſumus, quomodo
ſapientia, mens, ratio, ingenium, intellectus, conſilium gignat verbum, &
conceptum animi noſtri. Vos porrò, qui prędıti eſtis ſcientia tantarum re-
rum, ò ſoli ſapientes, ò ſinguli homines, ò hæretici inquam, hæreſiarchæ, H
qui tanta animi elatione dicitis, eſſe non poteſt, vt Deus gignat Deum,
Non poteſt Deus habere filium, ſi eſt filius non eſt Deus, impoſsibile eſt,
vt ſit natus, & æternus, quique propterea, dum definire audetis confiden
tiſsimè, quid Deus poſsit, quid non poſsit, videmini terminos poſuiſſe na-
turæ Dei, ideoque plene ſcire quid ſit Deus, quæ vis, quæ poteſtas diuini-
tatis, quid Pater, quid Filius, quid Spiritus ſanctus, Vos inquam, ὦ πάνσο
φοι, ὦ πανήργοι, quos nihil latet, quos nihil effugit, docete nos quoque
indoctos, & rudes, hanc veſtram altitonantẽ, & altiuolantem Theologiã,
vt qui huc vſque in tenebris, ſicut dicitis ambulauimus, fraterna illa chari-
tate,



A tate, quam phaleratis verbis, vſque adeo profitemini, per vos eripiamur ab
interitu animarũ noſtrarum. Diſſerite, vt planè dicam, quod volo, ò noui
Euangeliſtæ, qui vetera eccleſiæ dogmata, velut rancida putatis, diſſeri-
te, qui definitè ſit ipſe Deus, & ego diſſeram vobis, quomodo pater gene-
rat filium, quomodo filius naſcitur ex patre, & quomodo ex vtroque ſpira
tur Spiritus ſanctus. Vere ſpiritus, non ſpiraculum, ſpiraculum eſt creatura,
ipſe ſpiritus eſt creator, & vnus eſt creator, Pater, Filius, & Spiritus ſanctus
Narrate vos nobis, quomodo Spiritus ſanctus ſine viro formauerit corpus
Ieſu Chriſti in vtero virginis, & ego pro omnibus, narrabo vobis, quo-
modo Deus pater, ſine muliere genuerit illum eundem filium ſuum Do-
minum noſtrum, de ſubſtantia ſuæ ipſius diuinitatis. Narrauerunt mi-
B hi hæretici, ò ſacratiſsima Trinitas, immo vero non mihi, ſed vrbi & or-
bi, doctas, & elaboratas fabulationes, Ecquam diuerſas à doctrina tua? ab
euangelio tuo? Nam omnia verba tua verbum vnum, & principium verbo
rum tuorum veritas eſt, & verbum illud tuum ſermo factum eſt, & nos lau
dauimus in Deo verbum Deum, & laudauimus in Domino Ieſu Chriſto
ſermonem, Deum hominẽ, & verbum ſermonẽ. Deus homo annunciauit
nobis veritatem, & oſtendit nobis lux vera lumen in lampade, vt non ex-
cęcaremur, ſed illuminaremur, ad cognoſcẽdum te ſolum verum Deum,
Patrem Filium, & Spiritum ſanctum: Sua enim eſt illa vox, In nomine Pa
tris, & Filij, & Spiritus ſancti contra hanc vocem, quiſquis loquitur: de ſuo
C loquitur, qui de ſuo loquitur, falſa loquitur. quia oĩs homo mẽdax, niſi fue
rit, aut Deus, aut per extaſim ſecum factus vnus; Quomodo autem eſt tecũ
vnus, qui eſt à ſpiritu tuo alienus? & quomodo nõ eſt alienus à ſpiritu tuo,
qui aduerſatur uerbo tuo, & eccleſiæ quæ eſt corpus tuum? Valeant, ualeãt
hæretici omnes, ab initio ſemper mendaces, ualeant omnes hæreſes, ipſæ fal
ſitates, ipſa mendacia, & tu in primis abi in malam crucem, mendaciorum
pater, & zizaniorum ſator Diabole, qui uix orbe condito, contra ueritatẽ
Dei, nominaſti Deos, dicẽs. Eritis ſicut Dij, & ad Iordanẽ uiſa columba,
audita uoce, baptizato Chriſto, cõtra Trinitatem primus dubitaſti, Si filius
Dei es. Vah Spiritus nequam, Spiritus perditiſsime, qui mundũ tanto tẽpo
re ꝑdidiſti, Vah peſtis & funus religionis, hoſtis humani generis, cuius do-
D ctrina & exẽplo corruptus Nabal dixit in corde ſuo, Non eſt aliquis Deus,
quia neq; eſt vnus: neq; trinus, Indeq; permoti filij Iſrael, aliquãdo dixerũt,
Eamus, & faciamus nobis Deos, poſtquam non eſt aliquis natura Deus, fa-
cti ſimul ἀθέοιται, & πολοθεοιταὶ, ſine Deo, et cultores multorum Deo-
rum. An uero inter nos defuerunt ò uiri, qui tres perſonas diuinas inſti-
gante diabolo dixerint eſſe tres Deos? aut qui miſcentes, et fermentan-
tes diuinitatem fecerunt unam perſonam ex tribus? Sed et quidam Tri-
nitatem Chriſtianorum putauerunt eſſe Deum, Mariam, et Chriſtum
Ieſum. Alij uelut binarium numerum, præferentes ternario, prædica-
runt duos Deos, Et fuit ſanè, qui diſtinxit, quaſi inter duas res, inter
Deum

Deum et animam Dei, Ecquis referat innumerabiles illas muſcas et ranas E
egyptias, brucos, erucas, locuſtas, hæreſes inquam, & ſectas, quæ per omnes
ætates, patre Satana, in humani generis æternam perniciem, natæ ſunt, na-
ſcunturq;, & renaſcentur noſtro æuo, aduerſus fidem Sanctiſsimæ Trinita
tis? Et quidem non eſt hæreſis aliqua, quę non caput attollat in Deum tri-
num & vnum, quādo omnes ſoluunt Ieſum Sanctiſsimę Trinitatis, (ſic di
cere liceat,) gloriam & quaſi faciem: nulla ſanè eſt, quę Chriſti vnitatē non
diuidat, vnitatem inquam, vel naturalem, vt quæ dicit, Chriſtum non ha-
buiſſe veram carnem, aut rationali caruiſſe anima: vel perſonalem, vt quæ
aſſerit in Chriſto duas perſonas, & quæ negat Chriſtum Dei filium: vel
myſticam, vt quę gratiæ derogat, quę ſacramenta contemnit, quę detrahit
patribus, quæ iudicium ſibi vendicat, herciſcūdæ familiæ Chriſti, ſeparans F
& eccleſiam à Chriſto, & ab eccleſia Chriſtum. Quod ſi tādem fides eſt de
Deo, & Deus eſt Trinitas, quum ex Diametro fides, & hæreſis opponatur,
poteſt ne eſſe hæreſis, quæ non aduerſetur Trinitati, aut certè perſonis, my
ſterijs, operibus Trinitatis? Et quo ſpectabant quæſo hæretici illi, pleni inſi
diarum, qui ſummis conatibus moliebantur, vt ſilerent in Eccleſia Euan-
gelium Ioannis, & Epiſtolæ Diui Pauli? ea vna præſertim, quam hæbreis
de capite Chriſto altiſsimè, ideoq; hæbraica lingua, & ſtylo ſcripſit, niſi vt
è Sanctiſsima Trinitate deturbarent.

*En Chriſtum genitum, ſumme pater tuum,*
*In quo viſibilis ſtat tibi gloria,*
*Qui noſter Dominus, qui tuus vnicus,*
*Spirat de patrio corde paracletum,* G
*Per quem ſplendor, honor, laus, ſapientia,*
*Maieſtas, bonitas, & pietas tua,*
*Regnum continuat numine trino,*
*Texens perpetuis ſæcula ſæculis.*

Ad cuius etiam ſempiternitatem auferendam, artificioſa & verè diabolo
digna ſubtilitate, quæ non ſæculorum monſtra, aliqui ijſque primis tem-
poribus confixerunt? Bone Deus, quam belle appellauit ſapientiſsimus Sa-
lomon, hæreticos Vulpes qui & ſi in omnibus tractent dolos, toti ex men-
dacio compoſiti, & fraudibus, in hoc vnum tamen, dies & noctes incum-
bunt, vt nunquā deſinant inſidiari Gallinæ Euangelicæ, cuius eſt illa vox, H
O quoties volui congregare filios veſtros, ſicut Gallina congregat pullos
ſuos ſub alas? agereq; pro viribus, vt Chriſtianos tandem ad negandū Chri
ſtum inducant, & conuertant ad iudaiſmum: vnde vt verum dicam, in Ec
cleſia omnes hæreſes originem habuerunt. Diceres eos quam elegantiſsi-
me, in Eccleſiam, dente lupos, cornu Tauros, in ſcipſos immaniſsimas vi-
peras, in Deum

*Terribili ſpecie, totosq; Diacones*

in Chriſtum,

Illud



A *Aſtutam gerantes, ſub pectore vulpem.*

Illud prȩterire non poſſum, fuiſſe aliquos, qui ex duabus illis literis ἄλφα,
& ὠμέγα, quas in ſymbolum totius perfectionis, quæ in vniuerſa natura,
ex initio & fine conſtat, iure & merito, ſibi tribuebat verbum Dei, impu-
dentiſsimè docuerunt, vmbras, & ſimilitudines, figurasq;, & parabolas eſſe
omnia quæ de Chriſto Ieſu leguntur et ſcribuntur, in Euangelio; vnde &
illum non viuum, et ſubſiſtens Dei verbum. ſed ſermonem volātem, me-
taphoricè appellabant: quin et plurimi dubitationibus ȩſtuantes, quum vi-
derent in ſcripturis ſanctis de Chriſto Ieſu, contraria quædam, et magna,
et mirabilia prædicari, vt quod eſſet Dauidis filius, et Dominus: quod no-
uè natus eſſet ex Maria, et antecesſiſſet omnia ſecula: quod mortuus eſſet,
B et à morte ſemetipſum excitaſſet: neq; rectè intelligerent ſacram illam, et
ſecretam δυόφυσιν illis fauebant, et comites iungebantur. Quos deinde ſe-
cuti alij, quāquam maiores habiti ſunt nomine et fama, Chriſtum Ieſum,
vitæ quidem ſanctitate Deo maxime ſimilem, opinabantur et docebant in
populis, minimè vero dignitate, maieſtate, æternitate, Patri æqualem, quē
propterea nō de ſubſtantia patris generatum, ſed vt Angelos, et homines,
et communes creaturas, ex nihilo factum, et creatum eſſe mentiebantur.
Pepercit ne vero hæreſis Spiritui ſancto, in quem qui peccat, euangelium
tam apertè dicit, neq; in hoc ſeculo, neq; in futuro, expiari non poſſe? ſu-
perbo enim ratiocinio, ad calculos vocans totam Trinitatem, Patrem Au-
ro, Filium Argento, Spiritum ſanctum Æri, aut ferro comparauit, et con-
C fitens Patris quidem et filij vnam eſſe ſubſtātiam diuinitatis, Spiritum ſan-
ctum, à naturali diuinitatis conſortio, reijcere non eſt verita, nullum illi
aliud relinquens, cum Patre, et Filio, quam ſociale commertium. o ſcelus.
Vtinam mihi dono dares, ò Sancta trinitas, quod olim in Concilio Nice-
no, aduerſus ſerpentes corruſcantes linguis, zelatori tuo dediſti, vt me di-
cente. Impero vobis, In nomine Domini Noſtri Ieſu Chriſti, ne loquami
ni amplius, θεόμαχοι iſti amitterent vſum.

*Verborum, & natæ dira in conuitia linguæ.*

ſed pergāt loqui, quamdiu volunt. Magna eſt veritas, et fortior omnibus,
omnis terra veritatem inuocat, cȩlum ipſam benedicit, et omnia tremunt
D eam. Hęc eſt veritas, origo et fons omnium veritatum. Deus eſt Trinitas,
Pater, Filius, et Spiritus ſanctus, quam niſi quiſque integram credendo, et
inuiolatam, bene viuendo, ſeruauerit, ò viri, abſque dubio (ſententia enim
iam lata eſt) in ȩternum peribit, Filius irę Dei, cibus ignis, cuius cōſumatio
in combuſtionem. Sic ore locuta eſt, ò Chriſti fideles diuina Hiſtoria, in-
ter odoratas lauros, inter virentes, et paciferas noſtras oleas.

*Recenſens vera, vero de numine veri.*
*De vera virtute Dei, natique patriſque,*

Indicat autem

*Namque Deus alto cæli crepitante fragore*

Ter

*Ter Adrius pater; poſuit ſurgentia fr<sub></sub>ata.* E

Vos nunc mundo ſtulti, Deo ſapientes Chriſticolæ, vt concidant Sophiſtræa omnia, ter canite, ter plaudite, ter adorate.

*Salue Pater ſupreme,*
*Patriq́ ſermo Chriſte,*
*Et ſpiritus Benigne.*

Veſtro nomine ego, & veſtris viribus frætus, inſiliam ſaltu, & fremens, ſternam campis viles, inhumatas, inflatasque turmas hæreticorum.

*Veh captioſis hæreticorum ſtrophis,*
*Veh Verſipelli aſtutiæ,*
*Nodos tenaces recta ſoluit regula,*
*Infeſta contendentibus.*

FINIS.

## REGISTRVM.

*, **, a b c d, A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh.

Omnes ſunt quaterni, præter L duernio.

VENETIIS, APVD IVNTAS.
M D LXXXVII.

# INDEX LOCVPLETISSIMVS OMNIVM RERVM INSIGNIVM, QVÆ IN HOC OPERE DE DIVINA HISTORIA continentur.

ABRAAM credentium pater. 224 g
fidei pater. 295.b
fidei explicitę prĩceps. 256.h
magnus ſacerdos. 295.b
Dei athleta fortiſſimus. 72.c
eius fides eſt noſtra fides. 58.e
quid nos docuerit. 58.e
vt ętate, ſic probitate cẽtenarius. 156.h
homo Dei. 72.f
ternum & vnũ Deũ humana ſub imagine vidit, coluit, & adorauit. 157.a
ſapientium omnium pater. 71.b
auctor circuncifionis. 72.b
multis virtutibus illuſtris.
ſuam familiam recta fide, & moribus Deo acceptis inſtituebat. 20.e
exemplar fidei in Deũ, & Ieſum Chriſtum. 72.c
gloria Chaldæorum. 72.b
Abſalon pulcher. 132.h
ACADEMIA docẽs nihil poſſe ſciri, qualem philoſophiam docuerit. 94.b
Academię duę inter Iudæos. 69.g
Accidentiũ cõmunio nulla cũ Deo. 31.b
Achille bellante, ruit ſuperbum Ilion ante ineſpugnabile. 61.c
Actio, & paſſio conſtituunt duas cathegorias. 171.c
Actus multa ſignificat. 128.b
ADAM humani generis parens. 21.c
primus hominũ, & primus vatũ. 156.h
ab illo eſt natura. 21.c
per eum naſcimur filij mortis. 21.c
ei datũ eſt, vt in creaturis velut in ſpeculo Deum aſpicere poſſet. 60.b
decoxit nobis. 21.c
Adam cęleſtis redemit nos. 21.c
AER ventorum ſedes. 90.c
theſaurus niuium. 90.c
refrigerium animantium. 90.c
vehiculum, & adiutoriũ viſionũ. 90.c
cęli fulgoribus illuſtratur. 160.h
Aegri cur ſæpe ſomnijs vexentur, delirent, & aliena loquantur. 66.d
Aegyptij quę inter alia numinis loco venerentur. 65.a
eorum mos cum de Deo loquebantur. 118.b
in eos natura, Deo imperante, deſæuit. 34.f
Aegyptus ſcientiarum parens in fędiſſimam idololatriam lapſa. 65.b
non tam frugum, quam errorum ferax. 202.b
eius dij qui. 79.b
eiuſdem flagella quamplurima. 34.e
quod nam hieroglyficum naturę Dei faciebat. 56.h
Aeſculapius aurea barba depingebatur. 112.e
Aeterna multa in ſcripturis nuncupantur. 9.d
Aeternitas eſt certa firmaq; poſſeſſio. 16.a
nunquam fluit, neq; refluit. 12.h
ſæculorum arx. 7.g
eius dignitas eſt propria diuinę naturæ. 7.h

velut punctum medium in rota temporis. 18.e
omnium regina. 5.b
æui regina. 18.b
ſyderum & totius ęui particeps. 18.b
omnibus ſemper colenda. 18.b
omnium ſæculorum mater. ibid.
vere ætas Dei. ibid.
ſacietatem afferre non poteſt. ibid.
non niſi Deo digna. ibid.
temporum domitrix. 19.a
hominum ſpes, & diuorũ decus. ibid.
ſuo numine cęlites beat. 18.a
dat leges, & iura mundo. ibid.
ſolium Dei excelſum. ibid.
omnium rerum parens. 18.a
arx & pręſidium mundi. ibid.
portus firmiſſimus omnium creaturarum. ibid.
vitæ, neciſq; domina. 19.a
ſine principio, mutatione, & fine. 14.e
non eget tempore. 6.h
tota ſimul exiſtit, carens principio, & fine. 6.h.7.a
velut lignum in flumine defixum, & ſcopulus in mari. 14.b
ætas præclara. 12.d
flos ſęculorum. ibid.
apex vniuerſi temporis. ibid.
faſtigium omnis ſempiternitatis. 12.d
velut ænea catena fugientia rerum ſęcula ligat. 7.a
tota principium, & tota finis. 7.a
principium, vnde tempora exeunt, & terminus, ad quem reuertuntur. ibid.
menſura menſuram non habens. 7.c
finis eſt, cuius non eſt alius finis. 7.b
non habet partem. ibid.c
menſura Dei, æquata Deo. 7.c
omniũ menſura, excedens omnia. 7.c
vix apprehenditur ſine exceſſu mentis. 5.f
nullis ætatibus ſuccedit. 6.e
eam nulla ætas antecedit. 6.e
mora eius ſimplex, & indiuidua. 8.f
eius ætatem nulla hominum, vel angelorum chronologia ad calculum reduxit. 18.a
eius gloria & honor non eſt Deo adimendus, & mundo communicandus. 8.a
quando de tempore triumphabit. 6.g
eſt tota vita, tota plenitudo vitæ, & plena poſſeſſio totius vitę. 16.b.c
Aeuum eſt vmbra tenuiſſima æternitatis. 16.e
non niſi mente percipitur. 5.f
AFFECTVS animi varii. 105.d
quo pacto qui a nobis Deo tribuũtur, ſint intelligendi. 117.a.b.c
Affirmationes rerum ſunt Deo incongruę, & male cohęrentes. 161.d
AGANIPPE fons celebris. 20.b
Ageſilaus honores deſiderat. 134.b
Agni Apocalypſis arma quę ſint, 8.c
ALCIBIADES pulcher. 132.h
Alcibiades Silenus multa de Deo portenta finxit. 58.d
Alexandri magni præclara ſẽtẽtia. 58.h
Allium cur parricidis comedendũ. 65.b
AMEN, ſigillum veritatis, teſtimonium fidei, & fidelitatis. 102.g
neq; Latina, neq; Gręca eccleſia illud immutauit. 102.g
magnum habet honorem. ibid.
Amicitia, veritate, & fide nititur. 92.e
ea nil dulcius humano generi poteſt contingere. ibid.
eam virtus gignit, & continet. ibid.
fuco, & dolis tanquam venenis extinguitur. ibid.
Amor quid. 134.c.144.g
quot nominibus dicatur. 43.g
quid petat. 134.b
eius vires occultę. 44.c
eiuſdem rationes quatuor. 43.g
ei nil tam appoſitum quam liuor. 145.e
mouetur ad pulchrum, & in eo quieſcit. 134.b
ad quas potentias pertineat. 144.h
eo omnia incitantur. 134.b
nullus alius pręter Chriſti quærendus. 70.a
ab affectu furioſi, & immodeſti maxime differt. 144.g
gręce a robore nomen accepit. 144.e
eius vis quanta ſit. ibid.e.f
Spiritui ſancto appropriatur. 230.e
amor, bonitas, pulchritudo, voluptas, nomina ſunt rebus diuinis digniſſima. 144.f
Amor Dei fons omnium amorum. 43.h





omnibus communis. 44.a
fortiſſima eſt catena, a qua omnia dependent. 43.h
mundi faber. 188.a
ignis, & incendium. 156.d
in quem tendat. 80.a
à S Dionyſio docte explicatur. 143.c
Amorrhæi loquaces. 8.f
ANGELI toti mentes. 96 h
vere ſpiritus. 193.f
nuncij Dei. 129 g
Deũ facie ad faciẽ vident. 122.c.141.h
nunciarunt Chriſti diuinitatem. 217.h
quo modo a philoſophis dicãtur. 129.g
in eis maxime eminet opus intelligentię. 129.g
ciues ſunt ſupernę Ieruſalem. ibid.f
theologiam ex Deo, tamquam ex fonte hauriunt. 13.a
eis De⁹ eſt lumẽ, lux, & fons lucis. 13.b
myſticæ cęli volucres. 157.a
velociores aquilis, & leonibus fortiores. 173.g
non poſſunt dici ſimpliciter actus, & puri. 129.g
ſinguli ſingulis regnis, & gentibus præſunt, & quare. 71.g
Anima hominis imago Dei. 104.g
libera ẽ à morte, & mortis metu. 129.c
homine occidente non occidit. ibid.
ſuapte natura eſt ſpiritus. 126.h
quo modo, cum vna ſit, triplex intelligatur. 57.h
dum incipit eſſe in corpore, nõ intus, ſed a foris producitur. 129.d
formarum omnium nobiliſſima. 129.d
eſt ſupra naturam. 41.d
in ea ſunt tria. 207.h
in corpore ſe oſtentat. 61.a
ad Deum comparata vix ſpiritus, ſed craſſa, & corpulenta videtur. 127.a
cęlorũ, & elementorũ domina. 104.g
virtus eſt in corpore. 119.c
quadrato numero decoratur. 80.e
eſt tota in toto corpore, & in ſingulis partibus tota. 109.h
non aſſiſtit corpori, vt nauta naui, ſed format, & perficit ipſum. 129.c
ſpiritualis eſt naturæ. 112.a
cur dicatur ſpiritus. ibid.b
oĩa, q̃ in mũdo ſunt, intra ſe videt. 112.a
eſſentia vna, & viribus multiplex 112.b
quo modo videat angelos, ſeipſam, & Deum. 112.a
quę dicatur vidua. 32.e
quę ſit tenebroſa. 120.h
Animæ hominum ex quali conſiſtant natura. 9.e
foris deferuntur. ibid.
expertes corpulentæ materię. ibid.
eas Deus ex nihilo creauit. 26.b
ſuapte natura morte carent. 9.e
Animus, & anima quomodo inter ſe differant. 112.b
quibus inſtrumentis vtitur in ſcientia comparanda. 111.h
Anni tempora ſunt quatuor. 3.e
Antinouus pulcher. 132.h
Antiochus Soter dictus, rex Syrię. 51.g
Antipathia rerum in natura. 43.h
Antipodę ſtant cõtra noſtra veſtigia. 44.b
Antiquitas cuius proprie ſit. 4.e
ad nobilitatem, & exiſtimationẽ pertinere videtur. 4.d
eius vox venerationem habet. 4.d
ea omnia ſeneſcunt. 4.f
antiquitas Dei quæ ſit. 116.f
eſt quędam ſingularis, ac propria Dei laus, quę cęteras occupare videtur. 4.b
auctoritate, & maieſtate eſt venerabilis. 4.g
robore, & virib⁹ nunquã ſeneſcit. ibid.
Antiquus dierũ maxime cõmendať. 3.d
AONIA regio cur muſis tribuatur. 20.c
APEX humanæ intelligentiæ imbecillæ virtutis. 19.g
Apollo imberbis. 112.e
cur dux chori ab antiquis appellaretur. 53.g
eius reſponſum quęrenti quid eſſet Deus. 205.b
Apoſtoli noſtri duces. 159.c
gentium doctores. 120.f
Deum tradunt. 1.g
mundi dicuntur lumina. 120.f
AQVA cuius ſit naturę. 160.h
Aquila auium regina. 150.c
ARABI cuiuſdam dictum. 66.d
Arena maris fluctus confringuntur. 44.c
Argus centoculus. 96.h
Aries multa ſignificat. 128.g
Ariſtoteles grauiſſimus philoſophus 60.f

arte, & aureo eloquentiæ flumine admirandus. 127.h
ingenio, & neruoſa dicendi ratione clariſſimus. 127.h
quid de cęlo, & anima docuerit. 160.f
eius ratio, qua Deum eſſe oſtendit, pulcherrima. 60.f.g
duobus nominibus Deũ venerabundus laudauit. 128.b
Arrius hoſtis vnitatis. 196.e
nouus Golias. 173.f
nouus Iudas. 180.f.173.h
nouus diabolus. 173.h
præcepta Platonica magis quam Chriſtiana ſecutus 101.h
ſororem Cęſaris ante decepit, vt falleret orbem. 180.f
eũ fallax philoſophia armauerat. 173.f
eum, & Sabellium quę voces confodiant. 196 g
eiuſdẽ mors, & finis turpiſſimus. 173.h
eius herefis per omnes Orientales eccleſias graſſabatur. 180.b
Arriani veteratores, & panurgi hæretici. 180.g
Ars omnis in Deum refertur. 53.g
quæ dicatur ars artiũ, & ſcientia ſcientiarum. 6.a
exempla ſua petit a natura. 35.d
ipſa, & natura efficiendo tranſmutant. 42.a
Artes imitantur naturam. 165 f
ſunt fulgores quidam & lumina mentis in homine. 61.b
magicæ apud quos præcipue vigebant. 76.f
Arx noſtra quæ ſit. 164 g
S. Athanasivs, Hilarius, & Euſebius inuiti athletæ, & omnium epiſcoporum choriphei. 180.a
eum velut anteſignanum ſecuti ſunt omnes catholici. 191.c
Atheus impius, cuius figmenta reijciuntur. 2.h
Athei qui fuerint. 26.f
cur dixerunt non eſſe Deum. 27.c
ab omnibus bene viuendi legibus, & præceptis abhorrent. 54.b
quibus ſint ſimiles. 54.a
Athas. 45.h
Attributa omnib⁹ diuinis perſonis conueniunt. 197.e.f.g.h
Avctor gratiæ, eſt etiam auctor naturæ. 74.d
Auctores vniuerſę poeſis q fuerint. 57.b
S. Auguſtinus Chriſtianæ theologiæ nutritius, & quaſi parens. 54.f

B.

Babylon ciuitas diaboli. 200.e
Baſilius bonus, & magnus. 207.c
Baſilius Zanchius Orobiorum, & Cinomannorum ſplendor. 19 h.
Beatitvdinis deſiderium nobis a natura inditum. 230.f
Beatus nemo eſſe poteſt ſine virtute 80.g
Beati facie ad faciem Deum intuentur. 94.c.207.a
vnico actu vident patrem, filium, & ſpiritumſanctum. 207.a
quibus ſint ſimiles. 207 a.
proprius ad angelos, quam ad homines accedere videntur. 172.b.
eis quo modo ſit certus Deus. 94.c
Deus eſt illis omne bonum. 60.b.
Bellerophon pulcher. 132.h.
Bellum inter Athenienſes, & Atlanticos quid ſignificet. 61.c
inter Aſiam, & Græciam ob quid ſit ortum. 133.a
Beneficia Dei in nos ſunt teſtimonia clariſſima, & certiſſima diuinitatis ipſius. 54.c.d
Benignitatis, & iuſtitiæ diuinę certamen. 154.h.
Bonitas eſt radius veritatis. 70 a.
vis, & ſpiritus pulchritudinis. 144.c
ducit ad veritatem. 70.a
facile ſentitur, & amatur. 70.a
ſeueritati opponitur. 141.e
eius ratione caret, quod eſt a veritate alienum. 80.b
ipſa eſt intrinſeca, pulchritudo vero extrinſeca. 144 a.
bonitas diuina omnibus rebus amabilis. 139.b
fuit in cauſa vt Deus mundum crearet. 138.g.139 a.b.
Bonum, vox digna Deo. 141.a
eſt ratio finis. 45 c
a pulchro non ſeparatur. 137 h
eo ablato, aufertur finis. 45.c
eius ratio pręſtat entis rationi. 145.b
omnia ad ſe vocat. 95.c
relationem habet proportionis ad omnia, quę exiſtunt. 95.b.
eius & bonitatis ratio diuerſa. 145.e
eius ratio maxime communis. 86.h.
illud omnia deſiderant. 141.d.e
quare neutro genere in theologia de Deo prædicetur. 141.h
ſummum, primum, & æternum quod ſit. 142.f
quo homines beãtur in Deo eſt. 142.c
ei nil magis oppoſitũ, quã malũ. 145.e
ipſum & pulchrũ quomodo Deo conueniant, & inter ſe diuidantur. 144.d.e
ex eo pulchrum redundat. 144.a
enti propinquiſſimum. 142.g.
ad illud omnes homines puenire contendunt. 142.b.
bonũ oẽ, vel De⁹ eſt, vel ex Deo. 142.g
Bonus, & ſapiens vir idem. 27.b
Bos armentorum rex. 150.c
Brachivm Dei quod ſit. 116.h.

C

Cabalistae ad quid incumbant. 69.g
Cacodæmones Dei ſimulatores & ſimij. 4.d
diuinitatis hoſtes, æternitatis æmuli. 4.c
vnde ad peccandum permoti ſint. 4.c
aliquando non fuerunt. ibid.
maxime curarũt, vt ab hominibus dij haberentur, & diuinis honoribus colerentur. 4.d
Chriſtum ſanctum appellant. 99.f
Caelestia prima naturę mẽbra. 37.c
Cælites omnia in Deo vident tanquam vnum. 125.f
Cælum quid. 136.b.149.b
mundi tectum. 151.d
temporis arx. 18.f
ampliſſimum tentorium. 9.d
vniuerſa corpora pulchritudine excedit. 136.a
per quid influat vitam. 151.a
beatarum mentium ſedes. 151.d
cur in creatione narranda, ſit a Moyſe præpoſitum terræ. 147.h.151.e
plenum puriſſimo ſplendore. 149 b.
omnium corporum rex, & qua de cauſa. 150.b
omnium corporum ſimpliciſſimum, pulcherrimum, & optimum. 147.e
cũ inferno nullo pacto coire põt. 147.c.
magna celeritate mouetur, & quare. 44.b
eo nil altius, & beatius. 147.c
quare ſit vnum tantum. 62 a.
in eo ponitur deſtrum, ſiniſtrum, ſurſum, & deorſum. 104.f
illud Peripatetici materiam vocant, & quo pacto. 104.g
eius nomine quid philoſophus intelligat. 149.e
cælum cęlorum quid. 5.g.h
Cæli allegorici qui. 148.d.e
Cæſaris Dictatoris arrogantiſſimum carmen. 53.f
Cain princeps impietatis. 77.d
Caliginem illam inaceſſæ lucis pauci ingrediuntur. 19.g
Camalęonta animal indicum magnę admirabilitatis. 105.c
Capilli Dei qui. 116.g
Cappadoces mendaciſſimi. 92.d
Carbo qualem materiam habet. 120.f
Carites cõſtituunt pulchritudinẽ. 132.h
Caro Chriſti ſenticoſa. 21.a
Caſchi apud Latinos qui. 8.a
Caſtalius fons. 20.b
Caſus, & fortuna inter cauſas numerari poſſunt. 2.h
eum natura, fortunam voluntas antecedit. 2.h
S. Catherina Coſti regis filia. 77.h
virginum gemma. 78.f
regis regum ſponſa. 78.f
Chriſtianæ religionis ſybilla. 77.h
eius ſapientia, & eloquentia cõtra philoſophos. 77.h.78.a
eiuſdem oratio dulcior melle. 78.a
Catholici quid ſentiant de Spiritu ſancto. 186.g
Cauſa formali, & finali res maxime perficiuntur. 109 e
Cephas columbæ filius. 3[illegible].f
ei Deus myſteria reuelauit. ibid.
Ceres cur ſit dicta domina frugum. 53.g

Certum

Certum vnde deriuatum ſit. 94.b
CHALDAEI aſtrorũ obſeruatores. 50.f
aſtrorum ſcientiam reginam omnium
ſcientiarum appellant. 150.c
Chamus quam orbis partem occupaue-
rit. 73.f
Charitas, & ſpes non poteſt eſſe ſine fi-
de. 70.g
in ſcriptura allegorice quomodo dica
tur. 148.g
Chiron integram corporis valetudinem
parare non potuit. 155.f
Chriſtianus ſolus ſapiens. 55.d
quomodo credulus dicatur. ibid.
cur puellus Dei appelletur. 55.d
Chriſtianus poteſt aliquis eſſe ſine ſpe
& charitate, at non ſine fide. 70.f
Chriſtiani quid maxime horreant 201.b
Chriſtus perfectus Deus, & perfectus
homo. 207.e
Dei & hominis filius. 117.f
Verbum Dei. 9.d
virtus & dextera Dei. ibid.
caput Eccleſię. 185.e
lux mundi. 70.a.155.b.206.d
via, veritas, & vita. 206.d.219.a.224.d
ſacrorum princeps. 84.a
fons ſapientiæ. 20.b
fons theologię. 67.d.213.b.
exemplar continens, & efficiens om-
nem diuinę gratiæ plenitudinem. 74.d
lux, & veritas. 93.a.b
ſpem nobis quotidie parit. 67.f
omnia regna mundi deiecit. 217.a
arcanorum princeps. 115.d
terminus, & ſcopus prophetiæ. 115.b
ſuſtulit vmbras, & ænigmata figura-
rum. ibid.
ſpes mortalium. 155.b
tota gloria generis humani. ibid.
ipſe totus, eiuſq; vita myſterium, & ſa
cramentum. 115.c
domitor orbis, & gentiũ victor. 217.b
ad quid venerat in mundũ. 69.h.115.d
reuelauit arcana Dei. 155.d
eſt via ad Deum. 78.f
vix turbis loquebatur citra parabo-
las. 115.d
verus ſol. 202.a
lapis viuus. 200.h
maxime a peccato alienus. 116.e
vnctus appellatur. 220.g
angelorum caput. 71.g
explicatio vniuerſæ ſcripturæ. 215.g
principium omnis ſapientię, & verita
tis. 215.d
inſigne tabernaculũ diuinitatis. 215.e
omnibus gentibus deſideratus. 225.f
defenſor diuini honoris. 196.f
propagatus ex Iudęis ſecundum car-
nem. 71.a
ramoſus, & viridis ſtipes veritatis. 102.e
in æternum dominus & magiſter. 21.e
aperuit nobis ſcripturas, in quibus
Deus latet. 69.h
ſplendor vultus Dei. 159.b
eſt cęlũ, in quo Deũ adoramus. 148.e
medium oĩa ad ſeipſum trahens. 214.d
rex, & filius regis. 154.a
clauſit inferos, & ſatanã ligauit. ibid.
humani generis medicus. 66.e
quę nos docuerit. 223.f.g
illuminat ſcientiam. 69.e
ipſe & Eccleſia sũt vnũ myſterio. 122.e
quomodo conſiſtit ex duabus natu-
ris. 207.d.e
ipſe & mundus maxime differũt. 67.c
ipſe & mundus quomodo duo ſpecta
cula ſint hominibus propoſita. 74.c
quarum rerum ſit ſpectaculum. 67.d
eius maieſtas quanta. ibid.
eiuſdem doctrina dulcior ſuper mel
& fauum. 20.c
eadem doctrina lux, & lex. ibid.e
eius perſona totius diuinitatis corpo-
rale compendium. 212.e
eum qui negent eſſe Deum. 26.c
eum qui ignorat, Deum ignorat. 215.d
ex eo gratia. 21.c
per illum naſcimur filij vitę. 21.c
cur vnctus in regem. 216.h
cur natus, crucifixus, & paſſus. 99.g
cur ſe veritatem appellarit. 99.a.b
cur de cęlo deſcendit. 93.b
cur in cęlum aſcenſurus paucis ſe teſti
bus manifeſtauit. 155.d
Dei & hominũ mediator. 214.c.215.d
auguſtiſſimus cęli & terræ pacifica-
tor. 205.h
CICERO fons eloquentię. 103.e
Romanæ eloquentiæ decus. 218.g
eius lingua diues. 17.c





voluptates, admirationes, & plauſus
afferebat. 17.c
nũquã tędio, aut torpore afficiebat. ibi.
Cigni vox ĩ extremo ſenio vbi audit. 20.b
cigni ad flumina vocantur viri ſapien-
tes, & ſuauiloquentes. 20.c
Cilices mendaciſsimi. 92.d
Circæi poculi vis 63.c
Circulus plenitudinem indicat. 139.c
CLARITAS comes veritatis. 8.g
COGITATIO quid inueniat in Deo. 25.b
in Deo non inuenit initium, neque fi-
nem, neque partes. 25.a
Cognitio quomodo fiat. 126.g
præcedit amorem. 229.a
Dei, quam ſit fortis, & quibus pręua-
leat. 103.f
Dei, obſcurari potuit in aliquibus ho-
minibus. 54.a
eadem extingui non potuit apud in-
tegras nationes. ibid.
cognitio vera Dei, eius munus eſt. 52.f
primæ veritatis eſt prima virtus. 80.d
non tã ſcientia, quã ſapiẽtia dicit. 80.c
Cognomina Dei vnde prodierint. 54.d
Color candidus Deo decorus. 135.g
Cometę ſtellæ crines timendi. 61.d
Compoſitio opponitur ſimplicitati. 105.f
non eſt ſine amicitia, & lite. 123.f
Cõprehẽſionis nomẽ vnde deductũ. 88.g
Concentus ſphęrarum cęleſtium. 44.e
Concinnitas quid. 144.g
Cõſenſus omniũ de diuino numine. 53.c
Conſideratio naturæ, pabulum naturale
animorum. 89.b
Cõſtantini primi titulus pręclarus. 180.c
ei plurimum debet antiqua, & noua
Roma. 180.c
eius vita, & mors fuit pene vita, &
mors religionis. 180.d
Contẽplatio veritatis partim facilis, par-
tim difficilis. 98.d
Cor affectionum animi ſedes. 27.d
primum formatur, & nouiſſime mo-
uetur. 14.h
corde duplicis nunquam Deum vide-
bunt. 126.g
cor Dei quod. 116.h
Corpus nullum eſt actus. 129.a
aggrauat animam. 19.f
non eſt extra mundum. 4.h
nec amoris obiectum, nec veræ pul-
chritudinis ſubiectũ eſſe poteſt. 134.a
ſolidum quod ſit. 100.g
hominis carcer & vinculũ dum viuit,
ſepulcrũ, & tumulus dũ morit. 112.d
Corpora ſymbola Dei, nõ imagines. 161.a
loci magnitudine cõſcribuntur. 108.h
quo lucidiora, eo sũt pulchriora. 135.g
noſtra, Deus e limo finxit. 26.b
Cotta Ciceronis prudẽtia pręditus. 70.c
CRASSVS conſilio, ingenio, & ſapientia
polluit. 70.c
Creatio quid. 151.b
mundi, ad quid reducatur. 192.g
eadem eſt patris, & filij. 181.h
Creator vnus tãtũ, creaturæ plures. 130.a
Creatura vna omnia extra Deum compu
tantur. 58.d
vniuerſa inane, & vacuum. 100.d
inanitas, & vacuitas. ibid.
Creaturæ veſtigia Dei. 202.c
Dei pulchritudinem, & bonitatẽ par-
ticipant. 136.h
diuinam bonitatem reticere non poſ-
ſunt. 141.a
infinitam maieſtatẽ & vnitatem crea-
toris oſtendunt. 58.a
earum vanitas, & mutatio. 106.b.c
Cretenſes mendaciſſimi. 92.d
Critolai libra. 76.b
Cręſus opes deſiderat. 134.b
Crux Chriſti ſenticoſa. 21.a
eius figura eſt victoriæ titulus, & tro-
phęum. 178.e
CVLTORES deorũ ſimpliciter Athei. 56.f
Cupido auri & argenti, omniũ ſcelerum
radix. 103.h
Cupidinis retia. 43.g
CYCLOPES mõſtra humanæ naturæ. 64.b

D

DAVID paſtor, & rex. 81.e
poeta, & ſacerdos. ibid.
armiger, & liricus. ibid.
multa myſteria intellexit. 157.b
ſupra omnes ſeniores proprius myſte
rium incarnationis intellexit. 220.a
DEFINITIO in quacunq; re tractanda,
primo explicanda. 80.h
Dei, quæ ſit. 81.e

diuinitatis vera & propria a Dauide collecta. 8.e
Deformia indigna ſunt oculis. 133.b
Deitas vox abſolutior & ſecretior. 49.f
Deli. 94.e
Delibare Deum quid ſit. 68.f
Delibatio diuinarum rerum oblectationem habet. 89.b
Deliciæ literarum nullæ procul a fontibus. 20.b
Delphi Apollinę clari. 24.a
illuſtres in omnibus gentibus. ibid.
quo verbo Deum ſalutarent, cum templum ingrederentur. ibid.
Democritus omnia ex athomis generari dicebat. 81.e
vigilando ſomniabat athomos. 112.h
materiam athomos aſſerebat. ibid.
Demoſthenis oratio feruens. 17.c
Deſiderium cognoſcendi Deum omnibus ineſt. 52.f.g
Deus prima cauſa. 40.h.42.d
cauſa ſimpliciter. 40.h
magno iure dignus eſt hoc titulo: Cauſa cauſarum. 42.e
rex & dominus cęlorum. 150.c
abſque origine, & mutatione. 11.f
ſupra omnes eſſentias. 29.c
princeps totius vniuerſitatis. 85.g
natura & voluntate ſuperior. 2.h
mundi opifex. 224.b
nullo genere continetur. 31.b
quomodo ſit vnus. 122.e
fecit nos ſibi, non nobis. 2.g
eum laudare poſſumus, definire minime. 81.b
ſolus perfectus, beatus, & ſolus ſine fine amandus. 134 e
extra omnem neceſſitatē ordinis cauſarum. 40.a.41.h
quo pacto dicatur lux. 118.c
multis modis pōt cōſiderari. 136.g.h
quo titulo a philoſophis inſignit. 165.c
quo pacto mutari dicatur. 106.f
quomodo eſt in inferis, in hoc mundo, & in regno cęlitum. 147.f
gloria mundi. 39.h
origo omnium originum, & omnium principiorum principium. ibid.
quomodo in oī loco inueniatur. 107.b
aliquando ſignat eſſentiam, aliquando perſonas. 210.e
a dando dictus. 47.e
quid in eo nullo modo poſſit dici. 22.h
ante & ſupra ens. 28 f.39.e
eſt ſubſtantia, & ſupra ſubſtantiā. 39.e
numerauit dies ſeculi, guttas, & arenas maris. 18.b
nullo pacto finitur. 87.e
in ſeipſo, & ad ſeipſum natura prius agit, quam voluntate. 31.a
ſolus dux & imperator militiæ cęli, terræ, & marium. 37.e
neſcit limites. 88.d
ſors, pars, & hæreditas noſtra. 51.e
varijs modis per reſpectus ad creaturas definitur. 81.f
cur multis nominib⁹ dicatur. 117.d.e. 154 e.f
eius nomen quod ſit. ibid.
quid ipſe ſit, quęrere poſſumus, ſed inuenire non valemus. 90.b.163.a
non ideo Deus, q̄a æternus, ſed e conuerſo. 12.b
comparatus rebus temporalibus, dicitur æternus, æternis, æternitas, æternitati, auctor æternitatis. 12.c
quo pacto dicatur mobilis. 107.a
cur appellatur vir, & ſponſus noſtrarū animarum. 32.e
natura eſt verus, & infinitus. 83.a
eſt magnus in magnis rebus, ſed non paruus in paruis. 175.h
quomodo dicatur perfectus, & quomodo non perfectus. 160 b.c
nullis anguſtijs claudi vel definiri poteſt. 13.h
obiectum, & ſpeculum, vis, virtuſque videndi. 13.b
forma formarum. 29.d
non eget ente, vel eſſentia, vt habeat eſſe. 24.c
ſolus ſibi ipſe ſufficit. 24.d
pulchritudinis omnis caput. 137.c
eum cogitare non eſſe, maxima eſt inſcitia. 24.g
ab eius cultu abhorrentes, non homines, ſed lapides onagri, & viperę appellantur. 2.h
eum cęli, elementa, beluæ, & piſces prædicant. 24.g
eſt laus prouidentię. 170.e

eſt



eſt ipſum bonum. 138.a.b
non poteſt non eſſe vnus. 55.g
caret prorſus oī corpore. 112.h.116.e
eſt vita, & vitæ poſſeſſio. 12.h
Deum, & Dominum ratio, & philoſophia probat, patrē vero ſola fides agnoſcit. 170.f
ab ineunte ætate omnes naturali inſtinctu ducimur ad cognoſcendum illum noſtri generis parentem. 26.a
concutit terras. 51.d
eum qui cognoſcat. 101.b
nullus rei inopia premitur. 44.c
auctor immortalitatis, virtus, & robur omnium virtutum. 1.h
mundum cum tempore fecit. 12.f
ſcientiarum dominus. 129.h
non eſt ex aliquo, neque ex nihilo, ſed ex ſeipſo, & per ſeipſum. 11.e
auctorem, & principium nō hēt. ibid.
non niſi Deo definitur. 164.g
ſęculorum omniū rex, & dominus. 1.b
omnium rerum princeps, & fabricator. 1.b
ſolutus tempore. 1.e.7.h
omnibus mundi partibus adeſt. ibid.
vnus, immenſus, omnia, non mixtus, vbiq; exiſtens ſine loco. 1.e
omnia agit ſine motu. 1.e
verbo creat. ibid.
ſemel vnum verbum eſt locutus. ibid.
lux clariſſima. 75.f.136.e
in die gloriæ qūo apparebit. 143.a
omnium finis, & terminus. 45.c.83.f
in regendo cuncta, cui cōparetur. 83.g
quomodo verus, & veritas. 96.c
vnde dicatur. 46.a
in eo nihil eſt, niſi actus purus. 127.f. 130.b.199.d
vbi radiat, videtur, & fulget. 61.a
ei oīs gloria, & honor tribuendus. 4.d
eum eſſe a natura ipſa præcognoſcimus. 53.c
mundum continet, non ab illo continetur. 146.h
quomodo intus omnia foueat, & extra omnia defendat. 111.b
eo nihil antiquius. 5.a
ante mundi creationem ipſe ſibi erat locus ampliſſimus. 146.e.f
ante, & poſt mūdi fabricationem vbi habitet. 147.b
vult erigi ſibi templa, & tabernacula, in quibus colatur, & glorificetur. 4.f
in Chriſto quaſi occultus hamus. 216.f
in regione æternitatis operatur. 7.h
eius dicere, eſt facere. 8.a.126.e
quomodo ad eum amore, & contemplatione rapiamur. 1.f
non eſt connumerandus cum falſis dijs. 1.f.79.g
eſt vbiq;, & nuſquam. 108.g
eo nil in mundo manifeſtius. 32.c
eum liber creaturæ docet, & liber ſcripturę teſtatur. 1.g
omnium moderator. 36.a
quid ſit in prophetis. 157.d
quid doceat prophetas. 157.e
eſt natura Deus. 1.g
eſt pater noſter. 26.b.35.a
eum inuenire difficile, & inuentum eloqui, impoſſibile. 230.b
ipſe ſibi templum, & tabernaculū. 4.f
non eſt manu artificis, neque hæretici ingenio fictus. 4.f
oculorum conſpectum euadit, & cogitationum noſtrarum magnitudinem vincit. ibid.
omnis mutationis expers. 101.g
eſt proprie ſubſtantia. 31.c
vere forma, & formarum formoſiſſima forma. 31.c
mortalitate, & immortalitate ſuperior, tempore, & æuo antiquior. 4.f
eum cum dicimus, quid intelligamus. 2.f.g
abyſſus bonitatis. 138.f
idem operatur ſupra natura, & cū natura. 36.a
in eo quomodo ſint oēs gradus. 36.g
ſupra omnia. 41.e
in fine ſæculi manifeſtauit ſe hominibus. 14.b
ſoli aptiſſime comparatur. 38.b.58.b.c
non poteſt nos fallere. 216.a
eum nemo cognoſcit ſine Deo. 69.f
quomodo dicatur ſymbolice, & vere lux, & lumen. 119.c
eius eſt dare, & adimere regna. 10.f
omnium rerum rex, & regnator. 10.f
eum habitare in meridie, quid ſignificet. 24.b

b per

per quem cognoſcatur. 229.a
theologiæ, & omniũ ſciẽtiarũ ſol. 13.b
totus hamus. 134.f
fons fontium. 41.h
eum eſſe publica naturæ vox, & omnium gentium lingua teſtatur. 25.f
quo modo cęlum. 149.d
magis adhæret nobis, quam caro cuti. 111.d
eſt pura actio. 106.h
nullo modo comprehẽdi poteſt. 209.e
quo modo ſit amor boni, voluptas ex bono, & ipſum bonum. 143.d
ſolus eſt, & vocatur eſſentia. 29.c
agit cũ natura, & ſine illa, prout vult. 219.d
eo nil prius. 41.h
incircunſcriptus, infinitus, & incomprehenſus. 109.a
eſt natura, & ſupra naturam. 39.e
de eo nihil intelligit, qui non intelligit ipſum eſſe. 25.e
omnium plenitudo. 100.d
formator terreni protoplaſtis. 5.c
omnium temporum triumphator, & dominus. 5.d
omnium rerum conditor, & ſacrarum literarum auctor. 115.e
vere gignit Deum. 166.g
maxime diues. 47.c
omnium rerum pater. 5.d.101.e
eum eſſe eſt neceſſarium. 15.e
nihil extra ſe agit abſoluta neceſſitate. 42.d
alpha, & omega. 5.c
Diabolvs pater mendaciorum. 233.c
ſator zizaniorum. ibid.
peſtis religionis, & humani generis hoſtis. ibid.
fons malorum omnium. 56.b
ſalutem, & pacẽ nobis inuidebat. 56.b
Deo maxime oppoſitus. 145.e
Deo honorẽ, & gloriã inuidebat. 56.b
primus nominauit Deos. 233.c
Dialectica cui ſimilis. 88.g
Dialecticorum ſubterfugia, nihil poſſunt aduerſum veritatem. 103.c
Dies Dei qualis. 24.b.c
aliquando pro tempore dicitur. 3.f
compendium vniuerſi temporis. 3.e
Differentiæ vltimæ rerum ignotę. 81.f
Digiti Dei qui. 116.g
Dij gentium quales. 57.e
cur ita appellentur. 55.e
cõmunes humani generis inimici. 66.c
vani, & vanitas vanitatum. 103.a.b
figmenta poetarum. 58.g
ludibria philoſophorum. 58.g
hominum inuenta. 58.g
fętus, & proles dęmonum. 58.g
nullum commercium habent cum natura diuinitatis. 1.g
eos qui ſuſceperint, finxerint, & adorauerint. 1.f
ſe ipſos inuicem pellebant. 52.e
S. Dionyſi⁹ quo ſymbolo appellauit Deũ patrem. 169.b
Diſcere, & ſcire mutuo ſe cõſequũt. 55.e
Diſtinctio populorum, prouinciarum, & a quibus fiat. 54.b
Diuina nec oculis aſpici, nec tangi manibus, nec ſenſibus percipi poſſunt. 40.b
Diuinitas tota, eſt eſſentia, & pſonę. 210.d
eſt vox notior, & elegantior. 49.f
non generat, neque generatur. 169.b
cęli nomen accepit. 149.b
Dominvs eſt titulus poteſtatis. 170.e
Domum Dei igneam eſſe dixerũt Ethnici. 136.h
Dona omnia ex amore proueniunt. 192.f
Dragma myſtica quæ ſit. 80.f
Dydimvs ab ineunte ætate cęcus. 40.b

## E

Ecclesia ſponſa Chriſti. 183.g
corpus Chriſti. 183.f
Deum ſuſcipit. 1.g
per quid ſignificatur. 157.b
quando cępit oſtendere vires ſuas, augeri, & dilatari. 184.d.e
myſtica Ieruſalem. 214.d
in ea ſancta fides, ſimplicitas, & pura confeſſio regnat. 180
dicitur cęlum. 148.f
tota ſimul magno applauſu excepit voces illas: Filium Dei eſſe vere vnigenitum de ſubſtantia Dei patris. 179.h
mater, & magiſtra fidei. 230.g
edocta eſt Spiritu ſancto. 11.b
aduerſus eam nihil omnino prępualere poteſt. 184.a





eam Deus ædificaturus, cur immobile ſaxum elegit. 108.a
ſæpe regnum appellatur. 184.a
Echo magnum naturæ miraculum. 156.a
Ego ſum qui ſum, quod eſt nomen Dei, explicatur. 21.f.g.h
Elatio animi, cõmunis ingeniorum felicium morbus. 156.a
Elementa omnium corporum baſes, & fundamenta. 135.b
cur dicantur æterna. 9.f
Elias cur operuit vultum pallio, cum audiuit ſibilum aurę tenuis. 158.c.232.e
ei cur Deus apparuerit in ſibilo auræ tenuis. 126.c
Eliſeus duplici Elię ſpiritu potitus. 158.c
Ennivs Homericæ muſę fere par. 227.a
quot Deos introducat. ibid.
Ens eſt habens eſſe. 29.f
illud primo cognoſcimus. 28.e
eo ablato, omnia tolluntur, eo poſito, omnia ponuntur. 28.f
eodem vniuerſa continentur, & comprehenduntur. 28.e
Ephesvs vrbs inſignis præſentia, & memoria S. Ioannis Euangeliſtę. 183.e
templo Dianæ etiam celebris. ibid.
Epicvrvs humani generis publicus hoſtis. 53.e
vitę voluptuariæ, & belluinæ præceptor. 8.a
ſolum voluptates deſiderat. 134.b
eius opinio de Dei prouidentia, & animę immortalitate. 53.e.f
eius ſchola infamis. 75.h
eiuſdẽ diſcipuli Deũ eſſe negarũt. 53.f
eius finis quis eſſet. 83.d
Eqvi quadrigæ Dei quatuor, & quinam ſint. 46.e
Esav peccatores referebat. 146.b
Eſſe proprie quid. 22.h.23.a
eſt maxime vnum. 123.c
quod dicitur de Deo, & quod de creaturis, maxime inter ſe differunt. 29.b
eſt munus formæ. 29.c
eſſe, & viuere in Deo nõ differt. 126.e
Eſſentia eſt eſſe entium. 29.e
eſt nomen honoris. 29.g
Dei pelagus infinitus. 84.b
nullo pacto diuidenda. 189.e
mari comparatur. 106.f
ea nil purius, & ſimplicius. 111.a
eius multę ſunt proprietates. 84.b
omnibus rebus illabitur. 111.a
Ethnicvs olim arbiter diſputationis Chriſtiani cum Iudæo, vel Catholici cum hæretico. 2.b
Eva ex latere hominis educta. 3.g
omnium viuentium mater. ibid.
Euangelium legis interpretatio. 219.e
quid doceat vbique. 183.e.f
inuulgatum eſt per filium Dei. 69.b
eo tota ſalus continetur. 225.g
ipſum & Teſtamentum nouum quomodo æterna dicantur. 9.f
Eutiches permiſcuit naturas in filio Dei. 183.a
Expertvs certius operatur in rebus naturæ, quam artifex. 68.e

## F

Facies Dei, quæ, & qualis. 79.h.116.g
Falſitas etiam inter dentes quęrit latibula, ne videatur. 97.f
eam quo pacto philoſophi deſignarent. 105.a
Fatum ſeries cauſarum. 51.a
eſt ipſa tota natura. 51.b
eius nomine diuinum decretum deſignatur. 50.h
Felicitas ſolida quę. 100.g
Felicitates mundanę potius ſunt infelicitates. 142.b
Felix qui diuini amoris vulnus accepit. 17.b. 68.g
Ficvs ſymbolum humanæ maledictionis. 159.a
Fides ſalutis humanę ianua. 72.c
lux, & dux. 70.e
lumen eſt. 70.d
ſaluti humanæ neceſſaria. 70.f
Chriſti verbo fundata. 196.a
Martyrum ſanguine probata. ibid.
vtriuſque teſtamenti ſcripturis dilucidata. ibid.
eam a quo acceperit orbis vniuerſus. 195.a
eius obiectum veritas. 101.g
per quid ſit tradita. 180.g
fidem ſanctiſſimæ Trinitatis quis reuelauerit. 231.g

hæreſi opponitur. 233.f
eam qui tollit, ſalutem tollit. 155.e
non eſt cōmittenda philoſophis. 227.d
recta linea Chriſtianę ſapientiæ. 166.a
Fidem homouſij qui pręcipue e mundo tollere conati ſint. 180.b
donum eſt Dei, non hominum inuentum. 230.f
ſola vere ſapientia e regione cęli dimiſſa ad terras. 166.a
eam Chriſtus per Apoſtolos ſuos docuit in omnes terrę nationes. 78.f
Chriſtianę gentis primordiū, ſemen, genitura, & ouum. 70.f
eius ſcopus qui. 189.h
eius venenum quod ſit. 23?.d
in ſcriptura allegorice aqua dicit. 148.g
eſt oculus, quo Deum, & diuina videmus. 70.g
perducit ad cognitionem filij Dei. 80.a
Figura huius vniuerſitatis, in Aaronis veſtibus depicta omnium intuentiū oculos rapiebat. 234.g
Fili⁹ Dei, mediator Dei, & hominū. 231.h
genitus, ex ſubſtantia patris. 29.h
ſapientia, lux, & vita. 170.c
ſpes terrarū, & decus ſæculorū. 174.b
alius a patre, non aliud. 182.b.190.a
lumen de lumine. 187.c
eſt cum patre principium, a quo procedit Spiritus ſanctus. 168.g
ſigillum, imago, & character ſubſtantię patris. 187.e
ipſe, & Spiritus ſanctus non eadem ratione a patre procedunt. 169.c
imago patris, & quę. 182.c.d
commune gaudium hominum, & angelorum. 174.b
ipſe in euāgelio patrē reuelauit. 170.e
cur varijs nominibus in ſcriptura appelletur. 172.g.h.173.a.213.c
quomodo ſeipſum exinaniuit. 219.f
cur duriſſimā mortem pertulit. 232.a
ei bis vitam debemus. 176.h
Finis multipliciter acceptus. 83.c
artis ædificatoriæ quis. 210.c
virtutis, viſio veritatis. 80.f
Fines rerum a Deo natura accepit. 89.f
Flamma qualem materiā habeat. 1?0.f
Fons Iacob ſacer, & patens. 20.c
Forma prima eſt ipſe Deus. 130.c
Deo ſimilis. 113.a
largitur eſſe rei. 188.d
melior pars in homine. 113.b
prima pulchrior cęteris formis. 88.a
nobilior materia. 61.b
eius proprietates. 31.d
pura non mouetur, ſed mouet. 62.b
quare appellatur finis. 83.d
forma Dei eſt ipſe totus Deus. 113.b
quare dicatur anima, mens, & ſpiritus. ibid.
Formę artificiales inducuntur in materiam. 191.g
naturales educuntur ex materia. ibid.
Formicæ natura, & qualitates inexplicabiles. 209.f.g
Formoſa, & pulchra oculorum ſunt ſpectacula. 133.b
Formoſitas quæ ſit. 133.a
in quo conſiſtit. 133.c.144.g
Fortunæ nomine aliquādo Deus appellatur. 51.b
Frvitio ſequitur cognitionem. 80.a
non eſt ſine diuino amore. ibid.
Fvlmen Iouis inſigne. 114.g
Funditorum, & ſagittariorum ex Balearibus inſulis peritia. 65.d

G

Gavdivm ſolidum quod ſit. 100.g
vitæ beatæ quod ſit. 80.f
Generandi vis non eſt auferenda Deo. 165.e
Generare, & generari ad diſtinctionem pertinent. 167.d
Generatio filij Dei inexplicabilis. 172.c.d
Verbi pertinet ad naturam. 187.d
ſimpliciter non patitur, vt eadem perſona ſit genitor, & genitus. 166.f
diuina exigit, vt ſit eadem natura genitoris, & geniti. 166.f
eſt prima mutatio in natura rerū. 11.e
in Chriſto ſeparata eſt a ſemine. 116.e
nulla fuit ante diuinam generationem. 165.f
in diuina quid ſit præcipue. 173.d
carnalem hominis nemo noſtrū exacte cognouit, & intellexit. 173.c
naturalis Dei præcellit mundi opificium. 165.e

cam



eam qui tollit, paternitatem, & patrem tollit. 170.d
Generationes omnes ex diuina ortū habent. 265.f
Generoſitas quid. 133.a
Gens Chriſtiana omniū nobiliſſima. 70.f
Iudęorū clara ingenita nobilitate. 76.f
veneranda antiquitate. ibid.
illuſtris magnificis triumphis. 76.f
ſapientia inſignis, & bello inſuperabilis. ibid.
Gentes prolapſæ ſunt in multitudinem deorum. 201.d
quot, & quantas vtilitates nobis attulerint. 39.f
earum deliria de Deo, anima, & felicitate, melius eſt neſcire, quā ſcire. 66.d
Gentilitas cęca totū cęlum falſis dijs cōpleuerat. 8.a
Generi humano nihil pernicioſius poteſt excogitari, quàm Deū non eſſe. 6.e
Genera deorū varia apud antiquos. 50.c
Gladivs Verbi Dei in animos imprimitur, vt in corpora ferrum. 17.b
Gloria ſolida quæ ſit. 100.g
Gradvs primus accedentium ad Deū quis. 155.e
Gradus quatuor, veluti ſchalæ in vniuerſa natura, quibus aſcendimus ad creationem. 28.b
Græci theologiam, & philoſophiam excoluerunt. 45.h
ex Ægypto, & Iudæa ditarunt Athenas. 201.c
quæſtionis de libero arbitrio fuerunt auctores. 50.e
ipſi, & barbari cōfitentur regiones cęleſtes eſſe domicilia Dei. 4.h
Gratia omnium donorum virtus. 212.g
non datur ſine fide. 230.g
Gratiæ tres. 131.d
Gvstare Deum quid ſit. 68.f
Guſtus eſt ſenſus maxime animalis. 67.h
eſt quidam tactus. 67.h

H

Hæresis mulier impudentiſſima. 176.b
multorū capitū immanis hydra. 176.c
meretrix procax. ibid.
eius ſeminarium quod ſit. 232.d
Hæreſes omnes vnde originem habuerunt. 49.h.233.h
eas quod nam genus hominum diſſeminet. 49.h
Hæretici omnes mendaces. 233.c
adulterinæ plantationes. 48.a
vulpes a Salomone appellati. 233.g
Chriſti tunicam inconſutilem in fruſtra diſcerpant. 180.d
Hamatvs quare dicatur Deus. 134.f
Haſta, & clypeus inſignia belli. 114.g
He, quid ſignificet. 218.g
Hebion æque, ac pecus hebes. 173.e
Helitropium herba ſolaris orientem ſolem aſpicit, & occidentē intuetur. 44.g
etiam nubilo tempore, ſemper tamen cum ſole in gyro voluitur. ibid.
Hermetis ſingulare dictū de Deo. 205.b
Herodes ab Angelo percuſſus. 184.g
cur vermibus conſumptus. ibid.
Hiemes, & æſtates ſolem aſcēdentem, & deſcendentem ſequuntur. 38.b
S.Hieronymus Chriſtianæ theologię nutritius, & quaſi parens. 54.f
Hiſtoria eſt craſſa philoſophia. 7.g
non ingreditur alta penetralia regum. ibidem.
in porticu ambulat, & a longe odoratur arcana. ibid.
Hodie, eſt nota temporis præſentis. 15.e
hodie dicerentur omnes dies, ſi ſimul eſſent. 15.f
Homerus fons, & ſeminarium omnium poetarum. 226.h
Iouis, Apollinis, & omnium deorum interpres. 140.b
vnde deos originē fingat habere. 227.a
ipſe, & Plato mundanæ ſapientiæ principes. 71.b
ei natura nomen a melle, vel melodia dedit. 40.b
cur a natiuitate cæcus. 40.b
quæ de Deo pręcipue docuerit. 40.c
religioſe diſſeruit de inuicta Dei virtute contra philoſophorū catenam. 40.c
eius lingua eruditionis, & ſapientiæ plena. 40.b
multa mutuatus eſt ex Moyſe. 71.b
Homo cunctorum animalium rex. 150.c
diuini opificij miraculum. 52.f

mundi

mundi miraculum. 39.e
Dei imago, & ſuperſcriptio. 1.h
bonus, vn⁹ ſpiritus efficit cũ Deo. 35.b
animal diuinum. 1.h
cunctis animalibus antecellit. 26.a
qualis debeat eſſe, vt ſit dign⁹ Deo. 101.c
infra illum nulli ineſt libera vis appetendi. 35.e
finis omnium. 142.a
ſolus diuinos refugit amores. 44.f
cur dicatur fenũ, flos, & vmbra. 100.f
nihil eſt aliud, quàm terra inanis, & vacua. 23.g
Deo ingratiſſimus. 41.f
omnium ferarum inſipiẽtiſſimus. 44.f
eius miſeria, & ærumnis nihil habet orbis terrę infelicius. 160.h
cur præ cęteris animalib⁹ dicatur mortalis. 161.a
conditus in tempore. 102.h
pro æternitate non pro tempore conditus. 102.h
à veritate auerſus, & ad vanitatem cõuerſus. 103.a
dum iniat cumulandis terrenis opib⁹, labores, & angores aĩo verſat. 25.d
in eo ſunt omnia, &, extra eũ nihil, in cuius gratiam creata ſunt omnia. 142.a
cum primũ in lucem editur, quid primo debet præſtare. 2.g
res eſt maxime diuina. 37.b
duplex eſt. 69.a.105.c
multiplex eſt. 105.c
eo nil pulchrius, & ſpectabilius in orbe terrarum. 132.f
chamalæonta videtur. 105.c
eum animal venerandum antiqua philoſophia vocabat. 164.d
cur in ſacris literis appelletur Dei filius. 164.e
homo homini Deus. 47.e
poſſeſſio eſt regis. 153.f
cum a Deo auertitur malus eſt. 139.d
poſt omnia conditus. 74.e
hoĩs moriẽtis breuis deſcriptio. 132.h
Homines quibus viris pręcipue crediderint. 226.h
nihil ſine Deo addiſcunt. 53.g
exules, & extorres a regione vitæ, & lucis. 13.b
ex rebus ſenſibilibus ad intelligibilia vehuntur. 13.b
graui ſunt corde, & terrena progenies. 13.c
ipſi, & angeli ſunt creaturæ Deo maxime ſimiles. 125.a
Homouſion idem quòd conſubſtantiale, & vnius ſubſtantiæ ſignificat. 178.h
Latinis patrib⁹ eſt factũ latinũ. 178.h
Honores ſæpe ad pręcipitia, ſemper ad pericula trahunt. 101.d
Hypocritae ſynagoga ſatanæ. 171.b
eis vertitur bonum in malum, lux in tenebras, & dies in noctem. 171.b

I

Iacob magnus patriarcha. 108.a
cur columnã lapideã Deo erexit. ibid.
Ianus Italiam incoluit. 74.a
clauiger antiquitus depingebať. 73.e
eius tẽpore cęperũt aurea ſæcula. 73.b
Iapetus quam orbis partem ſibi vendicauerit. 73.f
Iaſon clarus vellere inuento apud Colchos. 89.b
Ideæ. 96.a
ſunt in diuina eſſentia. 124.f
Idola vana. 103.b
ea humana finxit manus. 84.c
Idolatria vnde originem habuerit. 71.h
a cęlo, & cęleſtib⁹ paulatim vſq; ad reptilia, & inanimata ꝓceſſit. 64.g.h.65.a
Iesvs Saluator dicitur. 221.g
auctor eſt gratiæ. 200.f
fons ſapientiæ. 200.f
Ignis alijs elementis purior. 129.h
corpus lucidum. 120.f
inferorũ, q̃uo intelligať æternus. 9.f
Imago, quę a Deo producit, qualis. 164.f
Dei in animis noſtris inſculptam circunferimus. 26.b
in ſpeculo, non mouetur, non moto vultu. 41.e
Immenſitatis diuinę ratio quę. 109.d
Immortalitas Dei ꝓpria, q̃ ſit. 105.h.106.a.
animę, diuinum numen, & prouidentia coniunctiſſima ſunt inter ſe. 53.d
immortalitatem mentis doctrinarum principes crediderunt. 53.d
Immutabilitas domina temporis. 108.c
diuinę ratio ſumma eſt vnitas. 124.c





Impietas maxima quæ. 79.e
magna eſt, Deum in muneribus non agnoſcere. 53.h
Impius vitam more ferarum degit. 26.e
Impura ſunt aliquo modo omnia citra Deum. 127.g
Incorporalia vi, & operatione difiniuntur, vt eſſe vbique non poſſint. 109.a
Indi non loquebantur de Deo ſine lumine. 118.b
Infantia in Chriſto ſeparata eſt ab ignorantia. 116.e
Infantium mos quis. 26.b
Inferno nihil profundi⁹, & miſeri⁹. 147.c
Infinitudo Dei eſt vna ex præcipuis eius proprietatibus, & omnibus fere mortalibus notiſſima. 81.g
Infinitum varijs modis dicitur. 87.g
non niſi infinito finitur. 164.f
primo principio tribuitur ab omnib⁹ philoſophis. 81.b
nihil eſt infinitum in rerũ natura pręter Deum. 51.d
Infirmitas diuini amoris non eſt ad mortem, ſed ad mortis mortem. 68.g
Ingenium humanũ fallax, niſi per Chriſtum regatur. 69.f
eo, & virtute pręſtantes in magno honore habentur. 52.f
Ingenia ſapiẽtiæ præceptis imbuta, plantis, & arboribus comparantur. 20.b
Iniquitatem qui diligit, animam ſuam odit. 67.b
Inſipidum eſt, diuina non ſapere. 27.b
Inſipientis dictum: Non eſt Deus, reijcitur. 25.f.g
Intelligentia eſt ſupra mentem. 41.c
parens orationis. 98.a
Intelligibilia præſtant, ſenſibilibus. 111.b
S. Ioannes Baptiſta velut lucifer exoriẽs, aduentũ noui ſolis nũciauit. 184.a
S. Ioannes vates aquilifer. 12.f
dilectus Domini. 12.f.99.d
tria verba, eſt, erat, erit, veluti pia thura primogenito mortuorũ obtulit. 12.f
pręcęteris ſcriptoribus loquitur Verbum. 207.c
multa enigmatice dixit. 111.c
eius nomen, vita, & officiũ myſterium eſt. 115.c
eius verba: In principio &c. explicantur. 175.e.f.g.176.e.f.g
virgo & virginis cuſtos. 174.h
filius tonitrui. 174.h
tam Moyſe clarior, quam Euangelium lege præſtantius. 175.b
omnes hæreſes, ſectas, & totã malignantium eccleſiam diſſipauit. 175.c
ſagittas ex pharetra deprompſit cõtra philoſophos, Iudęos, & hęreticos. 175.d
grandiloquus. 32.h
ſcribens de Verbo, tonauit, & fulgurauit. 174.h
erat a ſecretis Chriſti. 191.c
antiquus Chriſtianorum Neſtor. 177.a
Iob viua Chriſti imago. 72.b
heroum maximus. 225.d
ſemper fuit charus Deo. 225.d.e
ex ſemine Eſau originem duxit. ibid.
ipſe, & Moyſes meritis fere pares. 225.d.
ipſe, & Moyſes ætate non multum inter ſe dixtincti. 225.d
eius hiſtoriam Moyſes deſcripſit. 225.c
eius vxor Socratis Xantippę moleſtior. 225.d
inter oriẽtales maxime Deo char⁹. 24.a
inter barbaras nationes originem duxit. 24.a
Iod quid ſignificat. 218.h. 221.g
aptiſſime Deum refert. 220.d
Ionã piſcis cępit, tenuit, & reddidit. 34.f
Ionatas columbę donum. 70.c
contra Allophilos ſtrenue pugnabat. 70.c
eius oculi illuminati ſunt, paululo melle guſtato. 70.c
Ioſeph viuus Chriſti typus. 72.a
cur in Ægyptum deſtinatus. ibid.
Iris nuncia pacis. 205.h
quo modo fiat. 206.a
magnum cęli decus. 205.h
pacifera eſt. 61.d
colorum varietate oculos noſtros paſcit. 135.g
eius diademate Chriſti tempora cinguntur. 205.h
Trinitatis oſtendit exemplum. ibid.
Isaac multis virtutibus illuſtris. 20.d
ſuam familiã in officio cõtinebat. 20.e
eandem inſtituebat recta fide, & moribus Deo acceptis. 20.e

Iſaias de Dei filio non tam vaticiniũ, quã hiſtoriam euangelium ſcripſit. 158.c
Iſis hieroglyphica quid ſignificet. 38.b
eius roſa comeſta hominẽ in aſellum mutauit. 63.c
Itala gens temperata cęlo, & corpore. 74.a
ingenio ſublimis, & æquiſſimis moribus. ibid.
quando cępit eſſe diſcipula veræ pietatis. 74.a
Ivdaevs quos prophetas legat. 69.h
quo pacto Moyſen habeat. 69 g.h
Iudęi Chriſti hoſtes. 202.d
corda ferrea habent. 163.e
lucifugi, maledici, & mõſtruoſi. 219.b
turpiter ab vniuerſæ hiſtoriæ antiquitate receſſerunt. 201.d
non ſpectãt imagines, & ſtatuas. 133.b
quomodo Iudæi, & non Iudæi: homines, & non homines. 218.c
Iudex bonus qualis debeat eſſe. 48.b
Iupiter a iuuando dictus. 47.e
corniger depingebatur. 112.e
Iouis Capitolini ædes ſpolijs opimis ornatæ. 103.d
Hammonis templum apud Garamantas magnificentiſſimum. ibid.
Iuſtinus inſignis philoſophus, & Chriſti martyr. 71.c
exiſtimat aliqua ex parte Chriſtum cognitum fuiſſe Socrati. 71.e
Iuſtitia, & pietas, claues duæ, quibus cęlum aperitur. 73.e
Ixionis inſtar ſub tempore circumagimur. 18.g


## L


Labia Dei quæ. 116.g
Lapis lidius. 23.e
Latitudo Dei quæ. 116.f
Laurus inſigne Phębi. 124.g
Leo ferarum rex. 150.c
Leones Danieli blanditi ſunt. 34.g
Lex naturalis omnium legum fundamẽtum. 225 a
vitæ per Moyſen data. 69.b
Leges diuinæ, naturæ iura præſcribunt. 18. c
Liber generationis Adam, eſt liber mortis. 174.f
liber generationis filij Dei, eſt liber vitæ. ibid.
magnus, & grande malũ, parum differunt. 16.g
Libertatem Deo derogari, nihil ſceleratius excogitari poteſt. 42.b
Linea recta iudicat obliquam. 83.b
Lineę ad centrum redeuntes in vnũ colliguntur. 12.g
omnes centrum attingunt, & ad circunferentiam terminantur. 100.d
Lingua Dei quæ. 116.h
lingua Latina in myſterio Trinitatis ſola recte loquendi mãgiſtra. 231.g
Lis eſt, vbi pugna eſt. 123.f
Locvs, & tempus ad quæ prædicamenta pertineant. 93.g.
quomodo ad corpora pertineãt. 252.d
amplior eſt corporibus. 17.g
Logicus voces, & intentiones conſiderat. 171.e
Lolium ſuperſeminatum quid ſignificet. 56.c
Longitudo Dei quæ. 116.f
Lvcerna myſtica quę ſit. 80.f
Lucifer rex ſuperbiæ. 88.h
ex Lucifero lucifugus factus. 154.b
cęlo, & toto mundo ſuperior. 41.b
primus anulus catenę ſecundarũ cauſarum. 41.b
ſeditiones inter legiones cęleſtes concitauit. ibid.
in tartara proiectus, ex angelo migrauit in ſatanam. 41.c
Ludi plures recẽſentur, qui ab antiquis fiebant. 61.c
qui ad nos maxime pertineant. 61.d
Lumen maxime decorum in vniuerſa natura, & Deo dignum. 118.c
gloriæ, eſt beatorum. 94.c
fidei, obſcurum. 94.d
rationis, radius lucis æternæ. 94.d
propheticum non ſemper lucet in animis prophetarum. 158.b
Lumina cur accẽdantur in templis, dum diuina celebrantur. 118.b
cęli, cur extincta ſint in paſſione Chriſti. 120.g
Luna vnde dicta. 160.h
quaſi luce lucens aliena. 38.a




Index.


velut terreſtre quoddam cęlum. 38.a
Lucis, & tenebrarum confinium habet. 38.a
cur modo creſcit modo decreſcit. ibid.
eius ſubſtantia ſecundum quoſdam quę ſit. 90.d
ſub ea nihil ex toto ſimplex, & purum. 104.f
eius varij ſunt effectus. 44.b
Lux rupit alta æternitatis ſilentia. 118.c
corporea in Sole, & Luna poſuit tabernaculum ſuum. 120.b
ea & ſplendor ſpecimen corporalis pulchritudinis. 135.g
quam Deus inhabitat, quę. 120.b
vna tantum, Deus, & Chriſtus. 63.b
ipſa, & lumen aliquando inſignes viri appellantur. 120.d
ea nulla forma pulchrior, & antiquior. 118.c


## M


Magi quę munera Deo obtulerint. 108.b
Magia vnde originem habuerit. 50.g
Magnetis vis chalibem trahentis. 43.d
Malum quod. 141.g
extra omnia. 140.g
multis modis accipitur. 140.c.d
non continetur ſub ente. 140.e
non eſt natura aliqua admixta ex bono, & malo. 140.c.e
non eſt inter ea, quæ ſunt. 140.c
eius rationem tria conſtituunt. 140 f
mali corui, malum ouum. 26.c
Malus, & inſipiens idem. 27.b
Manus Dei quę. 116.g
manus cur in cęlum tollimus, cũ adoramus. 148.a
Marcion putidus. 173 e
qualem Deum vellet. 48.c
Mare quare vnum tantum. 62.a
non redundat, licet in ipſum flumina intrent. 44.b.c
S. Maria, Virgo, mater, & ſpõſa Dei. 148.e
per quid ſignificatur. 157 b
cęli, & terræ potens. 173.e
cęlum eſt, ex quo diuinarum gratiarum ad nos deſcendunt imbres. 148.e
angelorum regina. 173.e
ea nil purius, & ſanctius, præter Deũ, poteſt intelligi. ibid.
eius aluus paradiſus deliciarum Dei. 93.a
Mars cur bellipotens ab antiquis diceretur. 53.g
Materia prima prope nihil. 85.e.130.e
cognoſcitur negatione formarũ. 160.f
quo modo dicatur ſimplex. 124.d
fęmina; forma mas a philoſophis appellatur. 141.f
motui ſubijcitur. 62.b
abyſſus vniuerſarum imperfectionũ. 128. c
fecit ingenium. 22.f
eſt ſilua. 112.h
eius, & formę magna diuerſitas. 113.a
maxime a Deo diſparata. 113.a
cauſa eſt omnis corruptionis, & interitus. 83.e
viliſſima res obſcuritate, & ſordibus plena. 83.e
terrę nomine ſignificatur. 33.a
eius bonum eſt capacitas formarum. 143.h
pura eſt potentia. 128.c.130.b
vltima eſt prope nihil. 41.d
Medicinae virtus quibus modis eluceat. 66.b
Melchiſedech ſummus ſacerdos ignoratur, vnde originem ducat. 9.c
Meleſigenes cęcus nunquam ſatis laudatus. 40.a
Membra mundi quaſi in criſpa coma intorti cincinni. 43.b
Mendacia, vt putres fungi cito naſcũtur, & cito intereunt. 52.c
in ea cur ita procliues ſimus, & a veritate alieni. 10 .b
Mens fons, & origo intelligentiæ 27.d
nihil intelligit ſine veritate. 98.c
habet oculos, quibus diuina videat. 40. b
intelligendo, in omnia velut Protheus ſe transformat. 95.d
ea quæ apprehendamus. 53.d
homine eſt digna. 52.d
eſt ſupra rationem. 41.e
in anima lucet. 61 a
Dei, omnes numeros numerat etiã nobis innumerabiles. 84.b

Mentes plebium vix concipiunt Deum
 eſſe ſpiritum. 111.g
Menſa Dei quę. 117.a
Menſes ſolidi qui. 100.g
Mercurius. 45.h
cur pileatus depingebatur. 112.e
MINERVA cur cęſios oculos habebat.
112. e
Mirabilia Dei quæ. 69.b
Miracula Dei multa recenſentur. 34.g.h
ea, & oracula nunquam humano generi defuerunt. 227.f
ſunt ſupra naturam. 39.e
MODESTIA eminet inter pulchritudines, velut lilium inter flores. 16.d
Montes, & ſaxa cur æterna dicantur. 9.f
Monumenta gloriæ, quę dicantur. 135.a
Mors ſtipendium peccati. 21.d
triumphum agit de rebus. 45.d
eſt ineuitabile fatum. 23.f
vltimum eſt, quod conſumit. 45.d
ea nihil terribilius. 47.g
omnia ſoluit. 45.e
vitæ noſtræ patentes, & ſecretas molitur inſidias. 16.b
in Chriſto ſeparata eſt a pęna. 116.e
Motus vehiculum hominis. 151.a
præcipuum vitæ argumentum. 107.d
eius, & mutationis ratio quæ. 106.c
locali nullus alius nobilior. 107.e
alicui rei immobili nititur. 108.f
ipſe, & mors maxime affines. 105.h
indigentiam præfert. 62.b
ipſe, & ſenſus velut radij animæ in corpore. 61.b
Mouens moto nobilior. 62.b
Moueri quid ſignificet. 106.h
vox indigna Deo. ibid.
omnia mouentur a Deo ad Deum, & in Deo. 106.e
Moyſes maximus prophetarum. 202.e
verus, & legitimus diuinarum rerum contemplator. 115.b
cur velatus eſt facie. ibid.
mundi creationem, Spiritu ſancto dictante conſcripſit. 1.b
ab eo omnes ſcriptores acceperunt, & hauſerunt. 115.b
incluſus myſtica arca. 10.f
ex aquis renatus, vix ſanguinibus natus. 20.f
omnium, qui apud Græcos ſcripſerũt, vetuſtiſſimus. 71.b
ei nihil cõmune erat cum cæteris hominibus. 20.f
eum Deus ad res ſublimes elegit. ibid.
eundem Deus ſibi ad vnguem formauerat. 21.a
communis in Chriſto credentium pedagogus. 21.c
lator legis. 200.f.225.c
a Iudæis expoſitus in maximum, & miſerrimum naufragium. 20.f
magnum fidei lumen. 71.b
Dei ſpeculator. 10.a
Ægyptiorum terror. 165.a
eius proprius titulus ex Philone qualis. 21.a
eruditus in occulta philoſophia, & ſcientia ſyderum, in hieroglyphicis literis, & in omni ſcientia Chaldæorũ, & Ægyptiorum. 20.f.g
quare eruditus in omni ſcientia Chaldæorum, & Ægyptiorum. 20.g
deſtinatus eſt legatus, & nomothetes Dei. 20.g
præ cæteris committebat ſe prouidentię, & curæ Dei. 21.a
eum totum Deus poſſidebat. 21.a
in eo nihil erat ſæculare, Ægyptium, & profanum. 2 .a
animo non corpore viuebat. 21.b
in eo omnia, velut muſica quędam admirabilis, ſibi correſpondebant. ibid.
eius cornua, & radij quid indicabant. ibidem.
cum eo Deus, tanquam cum ſeipſo loquebatur. 21.a
plurima ſecreta de Deo ſcripſit. 21.d
diuinarum rerum tabulas Iudæis edidit. 21.c
in Ægyptum miſſus quaſi alter Deus. 21. a
ex eo ſunt rudimenta naturę ad gratiam. ibid.e
ei datum eſt vt publicam perſonam Dei nomine ĩ orbe reprçſentaret. 20.h
eum in toto orbe terrarum Deus, ex animo amicum, vereq; beneuolũ, & maieſtati ſuæ fidelem iudicauit. 20.h
rubi incombuſti viſione ad quid fuerit præparatus. 115.b





humano generi maxime neceſſarius. 21.c
eius manus ad cęlum ſublatæ ſymbolum erant lapideę legis. 148.c
ſcriptorum omniũ anteſignanus. 115.a
per legem Iudęos traducit ad Chriſtũ. 225.e
cupiens videre Deum, cur in petra ſtare pręcipiatur. 108.a
inter cęlum, & terram medius. 21.c
oſtendit nobis pecuniam in ſacculo ad noſtram redemptionem. 21.c
prę omnibus ſapientiæ antiſtes. 20.a
ab aquis nomen accepit. 20.b
internuncius Dei. 225.c
omnium ingeniorum fons. 76.e
vniuerſæ philoſophiæ oceanum. 76.e
ei nullus propheta ſurrexit ſimilis in toto orbe terrarum. 228.a
prophetarum alpha. 38.e
inſtar omnium prophetarũ, & Apoſtolorum. 20.a
vir Dei. 8.g
amicus Dei. 126.f
MVLIERES fortes homini laſciuo. 103.f
Multitudo non poteſt eſſe ſine vno. 126.f
Mundus quid dicatur. 140.e
nullo pacto poteſt eſſe æqueuus, & coæternus Deo. 8.g
ingens corpus. 85.g
per verbũ conditus, & ſeruatus. 175.a
Dei opificium. 175.g
non poteſt dici antiquus dierum. 4.a
interdum ſæculum appellatur. 6.f
ſterilitatem odit, & ſolitudinem refugit. 164.f
totus vna domus eſt Deo. 54.b
quomodo ſit habitaculum Dei. 146.f
analogiam habet ad Deum. 164.d
varia cõpoſitione, & ordine cõſtat. 18.c
eo nil mundius, & elegantius. 135.a
eius auctore nil pręſtantius. 164.g
eo nil pulchrius. 146.g
tenebra dicitur. 120.f
eius amatores filij tenebrarum dicuntur. 120.f
ipſe, & omnia, quæ in eo ſunt ad Deũ collata, minora ſunt quam vmbra collata corpori. 125.c
opificem ſuum a longe monſtrare poteſt. 67.d
poſſeſſio hominis. 153.f
quomodo dicať a Deo emanaſſe. 139.d
eſt corporum omnium vas, & receptaculum. 4.h
magn⁹ liber ſcriptus int⁹, & foris. 59.e
liber apertus, & omnib⁹ oblatus. 59.e
quare vnus ſolus. 62 a
eius ſtatus ab initio qualis. e.f
initio temporis factus. 9.c
vmbra eſt Dei. 81.d
non capit terminos diuinitatis. 81.d
ei qđ pręſtiterit Spiritus ſanctus. 188.g
repręſentat naturã, & vim eiuſdẽ. 74.d
eum cur Deus fabricatus ſit. 146.g
auguſtum theatrum vniuerſæ naturæ. 135. c
ſex diebus conditus. 62.f
Muſica mundi qualis. 44.e
Muſſulani, qui ſaraceni dicuntur, omniũ gentium maxime lutulenti, & impuri. 8.b
cuſtodes mahumetanæ ſuperſtitionis. ibidem.
eorum cantus quotidie pro Deo quis ſit. 8.b
eos in figura beſtiæ aſcẽdentis de terra vidit S. Ioannes. 8.c
Mutari quid ſit. 105.h
Mutatio nulla fuit in Deo, dum mũdum creauit. 106.d
rerum maxime præceps. 100.e
ea ablata, aufertur motus. 106.c
MYSTERIA noſtra his tribus contineri videntur: Cruce, Baptiſmo, & reconciliatione facta per Chriſtum. 72.g

N

NABAL Iudaici populi typus. 27.c
temulentus, & perfidus. ibid.
eius ingratitudo. 27.c
magna beneficia accepit a Dauide rege. 27.c
durus, peſſimus, & malitioſus. ibid.
Natura quid. 35.g
inſtar eſt Lunę, quæ aliena luce perfunditur. 38.b
vnde initium habeat. 165.f
eam qui non celebrent. 35.c
nunquam ſui ſimilis. 22.g
ſæpe vultus variat. ibid.

condita eſt cum mundo. 33.c
varijs nominibus explicatur. 33.c.d
eam celebrare vnicuiq; iucundū. 35.c
in Chriſto ſeparata fuit a culpa. 116.e
conſultrix, & prouida vtilitatum. 35.d
eius regnum magnum, diues, & prępotens. 32.e
cur ſic appellatur. 32.f
non eſt nata de Deo, ſed facta. 32.g
a Deo condita. 152.b
equus domitus, & vetulus. 35.f
omni arte prudentior. 35.f
voluntate firmior. ibid.
a Deo agitur, & ad ipſum tendit. 35.g
nihil facit, quod Deus non faciat. 37.d
eius nomen cur Deo tribuatur. 31.g
Deus in nobis voluntate non natura operatur. 32.a
eius poteſtate omnis impetus, vis, & furor frangitur. 35.e
ea aduerſante, nihil feliciter perfici poteſt. 35.e
vniuerſa multiplicibus inſerta catenis. 43.b
non ſibi, ſed Deo militat. 37.e
Deum imitatur. 165.f
finitæ non poteſt eſſe infinita poteſtas. 87.b
eam Ethnicorum amentia deam finxit. 152.b
paret Deo. 18.c
eam profanę gentes tamquam numen venerantur. 32.c
eius vterum implet diuina maieſtas. 32.d
quælibet eſt in indiuiduis. 206.f
nihil agit ſine Deo. 39.d
pediſſequa Dei. 34.d
potentior arte. 165.e
prior arte. 165
ſimulacrum Dei. 71.b
eſt ſupra materiam. 41.d
eius virtus, finibus, & terminis comprehenſa. 37.g
natura Dei inexplicabilis. 49.f
vtriuſq; ſexus expers. 125.e
implet cęlos, terras, & maria, & omnia quæ in eis ſunt. 84.a
ſimplex, & perfecta, quę neq; ab angelis comprehendi poteſt. 87.e
ſecari non poteſt. 204.e
non generat, nec generatur. 166.f
eſt extra omnium generum cãcellos, & fines. 125.e
quid ſit, qualis, & quanta, nemo hominum capit. 88.e
Naturæ ſingulæ rerum ſunt veluti literæ digito Dei deſcriptę. 59.e
in Chriſto nulla ratione violatæ. 207.e
Negatio, non, maxime in ſcripturis adhibetur ad explicandam Dei naturam. 161.g.h
Negationes omnium rerū ſunt Deo conuenientes, & proprię. 161.d
Nemo poteſt ſcire, ſentire, & ſapere in rebus diuinis ſine Chriſto. 69.e
Neptunus ceruleis erat oculis. 112.e
Neſtorius perſonas in Chriſto in fruſta diſcerpſit. 183.a
Nicea vrbs hæreſum victrix. 173.e
Nihil vere, & proprie eſt, niſi ſolus De⁹. 23.b
nihil fieri poteſt ſine cauſa, quomodo intelligatur. 40.h
nihil & aliquid voces maxime inimicę. 138.e
nihil ſtabile ſub Sole. 23.b
Noctuae, non aquilę ſimul, reſpectu diuinę lucis. 82.e
Noe magnus, & venerabilis ſacerdos. 73.d
eius vita poſt diluuium quot annis durauerit. 73.e
in diebus ſuis vnus inuentus eſt iuſtus. 72.g
alter protoparens. 71.h
pacificatoria legatione inter Deum, & homines fungebatur. 73.a
illum varijs nominibus hiſtoriæ, & fabulæ gentium vocant. 73.a
de reb⁹ diuinis apprime doctus. 73.b
Nomen hoc, Deus, cur a Delta incipiat. 51.f
Dei, cur tribus literis ſcribatur. 218.d
Dei, magnum. 51.f
Dei, infinitum. 89.d
Nomina Dei duo præcipua: Ens, & bonum. 145.a
quæ ſunt illa, quæ conueniunt Patri, Filio, & Spiritui ſancto. 187.e.f
Nox non habet in cęlo locum. 149.b
fœcunda lucubrationibus, quieta ſtudijs, dijs, & veneranda ſilentio. 161.e
Nubes ventorum vi coguntur. 160.g
Numen diuinum qui omnino ſubſtulerint. 26.f.g
Numerare nullum animal nouit, niſi homo. 85.d
Numerus maxime cū vno pugnat. 121.b
denarius, omnium numerorum limes & meta. 122.b
quadratus, magna eloquentia a philoſophis celebratus. 80.e
ternarius, inter omnes numeros primo plenus, & perfectus. 212.b
Numeri omnes ipſo vno variātur. 122.b
in vnitatem reſoluuntur. 45.b
eos, menſuras, & pondera omnia habent. 85.f
Nunc temporis in fluxu eſt. 13.c
actu fluit, & labitur. 13.d
nunquam idem permanet in toto tempore. 13.c
Nymphae numina lymphæ. 20.c

## O

Obliqvvm per rectum percipitur. 14.h
Obliuio Dei, hominum peſtis. 63.g
Oceanvm theſaurum omnium aquarum. 227.a
Oculus nihil videt ſine luce. 98.c
Oculis Dei nihil inuiſibile. 100.h
Olea inſigne Mineruæ. 114.g
Omne, totum, & perfectum tria nomina ſoli Deo, non mundo tribuenda. 126.b
Omnia a Deo tanquam a magnete trahuntur. 43.e
Operatio ſequitur cognitionem. 80.e
currit ad brauium. 80.e
Opes velut vndæ fluiales nunc affluūt, nunc defluunt. 101.c
Oracvla diuina ſunt adeunda, vt vera Dei cognitio hauriatur. 57.e
edita humano generi p angelos. 69.b
Orationis finis melior quam principiū, & quare. 195.e
Oratorum armatæ inductiones nullam vim habent contra veritatem. 103.c
eorum, & philoſophorum ſententia de Dei cognitione. 54.b
Orbis vſque in hunc diem diuina protectione munitus. 111.b
cęleſtis, principem loco in mundo tenet. 108.h
cęleſtis, ſuis terminis clauditur, non alienis. ibid.
Orbes, & ſphærę corporum cęleſtium quare æternæ dicuntur. 9.e
Ordo quis. 18.c
rerum nullus erit, ſi nullus eſt Deus. 56.g
diuinarū perſonarū maximus. 199.g.h
Origo Spiritus ſancti proceſſio appellatur. 191.b.d
Ornamenta honoris, quę dicantur. 135.a
Orpheus. 45.h
quo pacto Deum vocauerit. 197.c
palinodiam cecinit de multitudine deorum. 71.c
de vno ſoloq; Deo carmen compoſuit. 71.c
religioni, & fidei teſtimonium præbuiſſe videtur. 71.c
eum imitatus eſt Homerus. 71.c
Os Dei quod. 116.h
Oſyris hieroglificus quid ſit. 38.b

## P

Pan ruſticus Deus. 103.c
quo modo apud Arcadas formatus. ibidem.
Panutius, & Spiridion in concilio Niceno maxime floruerunt. 181.g
Paris Priami fili⁹ de pulchritudine Dearum iudicauit. 133.a
Pater fontana diuinitatis. 220.h.169.b
fons ſapientiæ, vitæ, & lucis. 170.e
principium totius diuinitatis. 168.h. 190.c
ſimpliciter, & abſolute principium. 168.h
miſit Verbum. 183.d
nullo pacto habet principium. 168.c.d
in ſeipſo perfectus. 170.b
mutari nullo modo poteſt. ibid.
ipſe, & filius non duo creatores, ſed vnus creator. 181.h
eſt veluti fons luminis. 187.c
plus habet myſterij, & religionis quā Deus, & Dominus. 170.c

eſt

eſt nomen plenum amoris, reuerentiæ, & auctoritatis. 168.b
nomen proprium perſonæ generantis. 170.e
eſt nomen magnum, & antiquū. 170.d
ipſe, Filius, & Spiritus ſanctus vnus Deus. 206.c.e.213.e.221.b.221.e
ipſe, Filius, & Spiritus ſanctus vna natura. 122.e
ſunt vnum principium. 187.b
Paternitas fons, & origo diuinitatis. 169.a
ſigillū, & motio dignitatis patris. 170.b
S.Paulus almus theologorū ſol. 15.f.106.a
indefeſſus Euangelij præco. 115.b
præ cęteris ſcriptoribus loquitur Spiritum ſanctum. 207.c
diuinus prophetarum interpres. 12.f. 27.d
inuictus Dei pręco. 77.f
magiſter orbis. 12.f.183.c
noſter Mercurius. ibid.
clariſſimum mundi lumen. 106.a
fidei, & religionis defenſor. 198.g
ſummus doctor gentium. 89.g
ad tertium cęlum raptus. 89.g
Chriſtū in ſe loquentē habebat. ibid.
Peccatvm quid. 85.f
eius vanitate in nihilum pene vertimur. 23.f
Pedes Dei qui. 116.g
myſtici Eccleſię qui ſint. 52.b
Pegaſus fons celebris. 20.b
Pelaſgi omnium Gręcorum antiquiſſimi. 46.a
Teſſali dicti ſunt. 46.a
Perfecti definitio quę. 126.b
Peripateticus philoſophando deambulabat. 9.a
omnium philoſophorum criticum, & Ariſtarchum ſe conſtituit. 8.d
Peripatetici verborū obſcuritate ſe tuentur. 8.g
caliginem vbiq; lectoribus effundūt. ibidem.
eorum opinio de mundi æternitate reijcitur. 8.d
a voce antiquitatis non abhorrent. 4.d
Perſę non loquebantur de Deo ſine lumine. 118.b
Perſona in quo reperiatur. 199.e
prima in Trinitate eſt pater. 168.b
in diuinis ipſa, & natura ſunt idē. 196.e
in diuinis dicitur ad aliud. 199.g
in nobis dicitur ad ſe. 199.g
diuinę ſunt tres res. 30.h
potius ſunt diſtinctę, quam diſcretæ. 165.h
perſonarum diuinarum confuſio euitanda. 189.e
Petra, in qua Moyſes videbat Deū, quid ſignificabat. 157.b
eius foramen quid ſignificaret. ibid.
ea, in qua Deus Moyſi ſe videndum exhibuit, Chriſtus eſt. 22.a
S.Petrus Eccleſię princeps. 198.g
ipſe, & S.Paulus principes Apoſtolorum. ibid.
eum Eccleſię caput cōſtituit Chriſtus. 184.g
Philo Iudæus Hebraicę, & Græcę linguę doctiſſimus. 71.f
tantum auctoritatis tribuit ſeptuaginta interpretibus, quantam prophetis. ibidem.
ſeptuaginta interpretes prophetas appellat. 71.f
Philoſophari cupientis munus. 92.a
Philoſophia vera non improbat infinitionem diuinitatis. 164.b
eius definitio eſt veritatis inuētio. 3.b
eiuſdem fores, qui primi aperuerint. 45.h
Italica, & Ionica inter Gręcos. 69.f
a quibus ſumpſerit originem. 45.h
Gręcorum ex Ægypto manauit. 165.a
Philoſophus quid contempletur. 171.e
Philoſophi, naturę clauſtra perfringere tentant. 85.f
naturæ adulantes, & Dei detractores. 33.e
in vniuerſa natura Lynceo, & Argo perſpicaciores. 40.a
nondum definitum habent, fuerit ne humano generi melior parens, an triſtior nouerca ipſa natura. 53.a
naturalem theologiam profitebantur. 54.d
eos creatę naturę facies faſcinauit. 31.f
quid hominis ſit animus, ignorant. 227.d
eorum nomine indigni ſunt, qui a veritate ſunt alieni. 3.b




Index.


veritatem naturę diuinæ agnouerunt. 211.f
multis nominibus Deum appellant. 54.d.e
ipſi, & poetæ obſcure, & vafre de Deo locuti ſunt. 57.c
gentium magiſtros ſe iactabant. ibid.
eorum oculi lumen reformidarunt. 40.b
multa ex ſacris literis ſuffurati ſunt. 176.g
eis credere de diuinis rebus, periculoſum. 227.e
eorum opiniones variæ de hominis anima. 227.d
Phiſiologus quid conſideret. 68.e
Phocionis laus. 16.h
eum nemo vnquam ridentē, vel flentem vidit. 16.h
eius dicendi vim admiratę ſunt Athenæ. ibid.
eius oratio verbis anguſtior, ſententijs tamen auguſtior. 17.a
dum orabat, velut nouus Iuppiter, tonare, & fulgurare videbatur. 17.a
Phębe ſyderum regina. 61.d
Phęnix 45.h
Phydias ſtatuarius clariſſimus. 47.b
eius ſcutum celebre. ibid.
Pietas via ad felicitatem. 204.h
Pilatus mendacij, & diaboli filius. 99.f
deluſor, & irriſor numinis. 99.e
mundi ſcelus, cęlitum odiū, & totius ſacri iuris exitium. ibid.
Pileus inſigne libertatis. 114.g
Piſcator inuenit, quod philoſophus ignorauit. 182.a.197.d
Plato ſummus gentium philoſophus. 201.g
Acticus Moyſes appellatus. 71.d
Socratis diſcipulus. 71.c
multa de Verbo Dei, de vno, & æterno Deo, & de animarum immortalitate dixit. 71.d
duos mundos eſſe dicebat. 92.h
in quo mundi partium repugnātiam, & contrarietatem expreſſit. 62.c
de veritate loqui, ſuauiſſimum eſſe dicebat. 92.d
ipſe, & Homerus mundanæ ſapientiæ principes. 71.b
Græcæ philoſophię ſol. 22.b
in Aegyptum profectus eſt. ibid.
ingenij, & doctrinæ princeps. 3.f
quaſi alter Apollo Pythius. 22.b
quo pacto Deum appellauerit. 22.b. 197.c
tres negationes dicebat eſſe proprias diuinitatis. 49.a
multa ex Moyſe accepit. 71.b
in eo vera philoſophia regnaſſe videtur. 13.e
Platonici ad noſtra dogmata proprius acceſſerunt. 54.e
Plebei, & vulgares qui dicantur. 40.a
Plebes & populi quomodo Deū cognominabant. 54.f
Poena maxima, quæ a Deo infligitur peccatoribus. 65.e.f
Poetæ mendaciorum architecti. 173.b
deos cęlicolas canunt. 4.h
extra fabulas Deum tenore perpetuo canebant. 57.a
eis de natura Dei loquentibus, nō eſt adhibenda fides. 226.h
Polemon iucundiſſimum exiſtimauit audire de veritate loquentem. 92.d
Poli inter ſe oppoſiti. 100.b
Poſiti in tribulationibus, ſupplices manus ad Deum tendimus. 26.e
Poſſibile, & contingens idem. 15.b
Poſteriora Dei quæ. 116.g
Potentia ad Patrem refertur. 230.e
eſt propter actum. 130.b
Poteſtas Dei oēs alias excedit ptātes. 84 b
Praesidivm munitiſſimum Chriſtianę ſapientiæ quod ſit. 164.g
Principes quales eſſe oporteat. 153.e
quibus ſimiles. 153.e
inter gentes quaſi ſecundi dij habentur. ibid.
quomodo olim tyrānidem continuarent. 53.a
cur dij vocarentur. 47.e
principes ſummi doctrinarum quid de diuino numine ſenſerint. 53.d
Principium primum omnibus alijs principijs potentius. 88.a
principium, in quo erat Dei verbum, quod ſit. 176.f
principij vere, & ſimpliciter nulla datur origo. 168.c

Priuatio per formam intelligitur. 14.h
Prophetę religionis antiſtites. 232.d
viri incliti. 157.c
plectra Dei. 156.g
cur dicantur videntes. 94.c
ditati in poſſeſſione auri, & argenti. 157.d
quæ nunciant, omnem hominum co-gnitionem excedunt. 157.d
quibus inſtrumentis fidem faciebant de ijs, quæ orbi annunciabant. 227.f
Prophetia Deum oſtendit. 1.g
Profundum Dei quid. 116.f
Propoſitiones quando ſunt veræ. 98.g
Prouidentia diuina non abundat in ſu-peruacaneis, nec in neceſſarijs deficit. 74.c
Dei tollentes, in quot errores incur-rant. 53.e
maxime decet regem. 150.e
Prudentius poeta theologus. 227.c
Psalmi Dauidici quid ſint. 157.c
ſinguli dum canuntur, cur cõcludun-tur hoc modo: Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. 232.e
Pſalterium Dauidicum virtus, & medul-la totius legis. 232.e
Pulchritudo quid. 144.g
latere non poteſt. 134.c
eius vis magna. 134.b
maxime allicit. 144.d
eius tres ſunt rationes. 131.e
corporis, ex forma ꝓcedit. 132.h.133.g
non eſt ſine amore. 134.b
in corporibus admirabilitas eſt formo ſitatis. 133.d
corporis, & membrorum magnitudi-nem requirit. 133.d.e.f
eſt ſplendor, & radius bonitatis. 70.a
Pulchrum boni ſpecimen. 144.a
aliquid non eſt pulchrum, niſi ſit for-moſum. 133.c
eius natura, & ratio quæ. 134.d
ſcopus, & finis amoris. 134.c
Pulchri formoſi appellantur. 133.a
pulchra laudare par eſt, & turpia vitu-perare. 16.c
Puncti definitio quę. 81.c
Pyrrus Achillis filius. 61.c
Pythagoras quomodo Deum vocauerit. 197.c
primus ſe philoſophum dixit. 34.h
Deum eſſe incorporeum manifeſtiſſi-me declarauit. 35.a
eius ſymbola philoſophiæ plena. 114.g
eiuſdem epitaphium. 35.a

Q

Quadratura firmitatem indi-cat. 139.c
Quæſtio de libero arbitrio ma-gnas flammas excitauit. 50.d.e
Quęſtiones, quę ſupra nos ſunt, quales. 51.g
Quantitas diſcreta abſolutior continua. 211.b
Quatuor in generatione filij Dei, qui in-tellexerit orthodoxam illius intelligen tiam aſſequetur. 171.f
Quicunq; ſalui fiunt, comedunt de fru-ctu, & bibunt de ſucco ligni vitæ. 69.d
Quidquid in mundo eſt, Ens appellatur. 29.e
Quinta eſſentia ad quos pertinet. 141.g
re ipſa reſoluitur quaſi flos florũ. ibid.
Quot generationes exortę ſint ex tribus filijs Noe. 73.g

R

Radix æternitatis quæ. 152.d
temporis quæ. ibid.
Radices prouidentiæ quæ. 150.e
Ratio ſupra animam. 41.e
philoſophandi duplex. 55.h
ſigni, in relatione conſiſtit. 115.g
ea itur ad ſapientiam. 85.d
Regnum Dei cur regnum omnium ſæ-culorum dicatur. 6.b
naſcentis eccleſiæ, quando vires ma-gnas acceperit. 185.c
regni Dei nullus futurus finis. 10.g
Regna omnia temporum terminos ha-bent. 10.f
Relatio in diuinis vnde naſcatur. 195.b
diuinarum perſonarum ſpectat ad fi-dem. 189.f
ea ablata, aufertur trinitas. 156.e
Religio, & fides Dei perpetua. 52.e
Chiſti ſola hoc nomine vere digniſſi-ma. 180.f

ipſa,



ipſa, ſpes, & ſalus in quo ſit. 206.e
Chriſtiana, nihil habet maius oblatio-ne panis, & vini. 72.e
Chriſtiana, flos vniuerſitatis omnium religionum. 72.a
ipſa, & fides Dei, acceſſione tempo-rum, incrementa ſuſcepit velut auro-ra. 52.e
ipſius, & ſapientiæ Chriſtianæ prima notitia quæ ſit. 55.e
ea, & cultu Dei omnes hominum ſo-cietates natæ, auctæ, & retentæ ſunt. 26.c
de ea vbi tractatur, philoſophis, & poe tis nullo pacto fidendum. 57.d
vniuerſæ, primum fundamentũ quod ſit. 179.c
religionis Chriſti ſanctitas. 180.f
Religioſus olim apud gentes quis crede-retur. 53.b
Res dicitur de Deo, & de tota natura Dei. 30.h
eadem non gignit ſeipſam. 166.e
vnicuiq; ſunt proprij termini, & fi-nes. 28.e
Res, quæ nos beatos efficiũt, quę. 115.f. 201.c.213.d
traſferuntur ad perſonas diuinas. 3.h
cum Deo collatę, nõ res, ſed ſigna ſunt. 96.e
eas Deus fecit, homo vero nomina im poſuit. 128.h
imbecillis ſunt viribus velut aranea-rum telæ. 111.b
ſalamandra frigidiores occulto Dei ca-lore fouentur. 111.b
vniuerſæ, in quo conueniant. 169.d
plures ſunt, quam nomina. 128.h
Deum veluti digito oſtendunt. 59.h
omnes in Deo agunt de morte trium-phum. 45.d
Rex poſſeſſio Dei. 153.f
Reges Arabum tanquam omnium gen-tium primitiæ a Chriſto vocati. 228.f
Rhetorica cui ſimilis. 88.g
Rhodon recte dixit: Deus eſt, quia non videtur. 113.h
Roma terrę domina. 73.h
pulcherrima rerum. ibid.
vrbium princeps. 74.b.120.e
facta eſt columna religionis, & veri cultus Dei. 74.b
Romana fides apoſtolico ore laudata. 179.f
Romanus populus ex Iano originem du xit. 74.a
omnium populorum victor, & trium-phator. ibid.
Romani militiam, & iura ciuilia excolue runt. 45.h
quaſi dentibus ferreis omnia commi-nuebant. 217.a
eorum monarchæ humanioribus lite-ris expoliti. 53.a
Romanos Chriſtus domuit. 217.a
Rota humanæ vitæ verſatilis. 100.e
Rubus ignitus, quē vidit Moyſes, quid ſignificaret. 157.b

S

Sabellius oſor Trinitatis. 196.e
contra Euangelium euiſcerat Trini-tatem. ibid.
Sacramenta ſunt ſymbola Chriſtianæ re-ligionis. 115.d
ad theologiam ſymbolicam ſpectant. ibidem.
non ſunt adminiſtranda in nomine creaturæ. 206.e
Sæculum quid complectatur. 5.g
æternitatis vnum eſt tantum. 6.h
ſæculum ſæculi, & ſæcula ſæculorum, non eſt definitio, ſed deſcriptio æterni tatis. 5.g
Sæcula vnde dicta. 6.e
Sal cur immittitur in os baptizati. 97.e
Salomon opibus diues. 146.g
ſapientiæ theſauris ſuper omnes mor-tales a Deo factus eſt diues. 68.d
in orationibus epilogos præferebat exordijs. 32.a
Saluator omnium hominum non eſt ho-mo ſolus. 216.b
Salus noſtra, quæ. 229.a
non eſt extra Chriſtianam religionem. 212.e
nulli vnquam contingit niſi in nomi-ne creatoris. 206.e
ipſa, & perditio animarum vnde pen-deat. 227.d
Samaritana gentium typus. 100.f

d Sancta

Sancta ſanctorum. 5.h
Sapiens pro toto populo habendus. 27.a
eius anima habet fulgidiſſimos ſplendores ſtellis quam ſimillimos. 149.b
eiuſdem anima moribus micat tanquam ſtellis. 149.b
Sapientia diuina fons omnis ſapientiæ. 160.c
filio Dei tribuitur. 230.e
Dei, non eſt numerus. 51.e.86.c
Dei, eius eſt vita. 126.e
vnde dicta. 68.f
virtutum princeps. ibid.
omnis, a Deo eſt. 129.h
inſipida eſt ſine Chriſto. 69 f
in ſacris literis allegorice aqua dicitur. 20 b.148.g
Christiana, vnitatē, & trinitatem Dei aſſerit contra Iudæos, & Gētiles. 101.e
Sata tria farinæ quid ſignificent. 127.c
SCELERA omnia turpia. 16.e
Scientia animæ oculus. 105.e
ſolari lumini ſimilis. ibid.
ſcientia, & ſapientia opus intelligentiæ. 129.g
ſine Chriſto cæca. 69.f
Scientiæ a prima veritate dependent, & ad illam reducuntur. 80.c
ad eas, & virtutes comparandas, quæ requiruntur. 212.e
ad eaſdem natura ipſa ferimur. 80.c
earum finis contemplatio veritatis. 8.c
Scriptura tota eſt Chriſtus inuolutus. 215.g
ſacra, cęlum. 148.e
SECTAE, & ſchiſmata non vt hominum animos, diuinam vnitatem ſcindere poſſunt. 57.f
Sedes Dei quæ. 116.g
immobilis ſanctæ Romanæ Eccleſię in Latio collocata. 231.d
Sem Noe primogenitus, quam orbis partem poſſedit. 73.f
viua Chriſti imago. 72.b
Senectus eſt priuatorum hominum. 4.e
Septuaginta interpretes clariſſimū fidei Chriſti lumen. 71.e
apes melliferæ. ibid.
ipſo ſeptuagenario numero venerabiles. ibid.
Seraphin Eccleſiæ cuſtodes. 156.d
ardent amando. 130.a
alis extenſis Deum operiunt. 82.f
primi hierarchiæ cęleſtis anteſignani. 129.h
Series rerum, & ordo infinitatem cauſarum refugit. 11.d
Sermo vnde dictus. 177.d
elegantem homini natura non dedit. 52.e
qualem homini natura dedit. ibid.
Seruilij inter ſe maxime ſimiles. 94.f
Seruitus morte deterior. 218.c
Seuerinus vir conſularis. 15.h
Romanam eloquentiam e media barbarie ſeuauit. 15.h
quomodo æternitatem appellauit. 16.a
SIBYLLAE multa de Deo, & Chriſto apud gentes cecinerunt. 71.c
magna lumina fidei. ibi.
Silentium per voces auditur. 14.h
Simplex, & compoſitum ad quid pertineant. 103.g
ſimplicitatem ſummam qui tollit, totam diuinitatem euertit. 123.f
SOBOLES vnica in æternitate genita, & tota parentis gloria, & ſplendor. 143.e
Socrates ſummus gentium philoſophus. 201.g
veritatis amicus. 95.h
primus inter Græcos ſermones, & ſcholas de virtutibus introduxit. 80. d
ei⁹ teſtimonia de vno vero Deo apud Platonem. 71.c
iiſdem criminibus accuſatus, quibus olim Chriſtiani accuſabantur. 71.c
ipſe, & Plato quod de Trinitate intellexerint. 101.g
ipſe, Plato, & Ariſtoteles inter Gręcos tres philoſophorum vertices. 121.f
Sol oculus mundi. 61.f
diuinæ prouidentiæ miniſter. 3.e
Chriſto comparatus, quid ſit. 120.g
ipſe, & Luna cęlos illuſtrant, & vegetant terras. 37.g
cęli cor. 37.g.61.f
eo nil in cęlo pulchrius, & admirabilius. 61.g
pater terrę, & naſcentium. 139.f
virtute eſt calidus. 30.a
opus Dei. 41.a




Index.


excubitor orbis. 90.d
temporum moderator. 9.d
viuentium parens. ibid.
origo omnis ſplendoris, & luminis. 119.h
planetarum rex. 150.b
inter omnia corpora fons lucis. 37.h
ex ſeipſo lucens, non accipit lumen ab alio corpore. 37.h
militiæ cęleſtis princeps. 149.h
ſuum ſplēdorem tanquam pecuniam publicā cūctis ſyderibus fęnerat. 37.h
eius excubiæ quæ. 44.b
cur ſic a Latinis appellatus. 37.h
eius portæ duę, Capricornus, & Cancer. 38.b
Sophiſtarum decipulæ nihil valent aduerſum veritatem. 103.c
Soricis fibriæ numero dierum Lunę reſpondent. 90.e
SPECTACVLA ad nos pertinentia, quæ. 61. d
muliplicia apud antiquos. 61.c
Spes, & motus legum virtus, & rerū humanarum anima. 20.e
Sphæra mundi elemētis quadrata. 139.c
Spiritus ſanctus fons omnium ſpirituū. 193. f
nexus Patris, & filij. 232.c
Verbum reuelauit. 183.d
terminus beati, & ſuperſubſtantialis ordinis. 183.b
viuificator omnium animarum. 193.f
verus Deus. 183.d
omnium rerum formator. 193.f
anima conciliorum. 178.d
ſpiritus Domini ferebatˀ ſuper aquas, explicatur. 188.b.193.g.
eius emiſſio pertinet ad voluntatem. 187. d
donum eſt. 193.h
qua pompa ad nos procedat. 194.b.c
prophetas conſtituit, & apoſtolos erudiuit. 198.e
euangeliſtas fecit, & ſcripturas dictauit. 198.e
interpres Verbi, & calamus ſcribæ. 116. h
quomodo a Patre, & Filio procedat. 192.b.e
charitas increata. 192.f
ſpiritus ſapientiæ, intellectus, & ſcientia. 188.e
pro ædificanda Eccleſia linguas cōgregauit, quas in Babelis ædificio diſperſerat. 183.h
vtriuſq; luminis perfecta illuminatio. 187.c
velut cor, & anima Eccleſiæ. 185.f
ſpiritus aqua, & ſanguis quomodo vnum. 122.e
quibus nominibus appellatur. 213.c
quo pacto refertur ad filium. 189.c
cum Patre, & Filio ſimul adorandus. 186.e
non generat Filium. 187.c
non generatur a Patre, & Filio. 187.c
a Patre, & Filio emittitur. 187.c
alius a Patre, & Filio, non aliud. 190.a
fidei obſes. 155.e
Spiritus eſt vox maxime digna Deo. 113.c
Spiritus imagines Dei non ſymbola. 161. a
corporibus pręſtant. 62.b
ad Deum collati, craſſi, & nonnullam corpulentiam habere videntur. 113.e
STOICI vbi nam maxime æſtuarent. 50. f
ad noſtra dogmata propius acceſſiſſe videntur. 54.f
Studioſi veritatis qui. 99.a
SVAVITATIS ſermonis vis quanta. 52.h
Subſtantia multiplex. 164.a
principem locum tenet inter decem genera rerum. 179.e
Dei, intelligitur, non ſentitur. 68. h
Sulmo multas ſomniauit formas in falſis dijs. 116.a
Superbia initium peccati. 158.d
caput lepræ. ibid.
Superbiloquentia eminet inter turpitudines, veluti tribulus inter ſpinas. 16. e
Superbus indignus vrbe, & villa dignus. 54. f
Superſtitio quo pacto olim omnium fere animos oppreſſerat. 53.b
SYMPATHIA rerum in natura. 43.h

## T

TACTVS nihil habet cum pulchritudine, & amore. 144.h
non eſt pars amoris, nec affectus amã-tis, ſed petulantiæ ſpecies. 144.h
eſt perturbatio, quæ non facit amantes, ſed amentes. ibid.
Talmutiſtæ ad quid incumbunt. 69.g
Tantalo ſaxum ſemper impendet. 11.h
TEMERITAS ſoror impietatis. 204.h
maxime abducit a pietate. 204.h
Tempus, & motus ſenſu percipiuntur. 5.f
per dierum, menſium, & annorum volumina glomeratur. 4.a
maxime a Deo alienum. 14.a
non erat ante mundum. 4.g
non eſt ſine motu. 4.g
eius curſus velut fluminis. 13.c
ad eius rationem quid pertineat. 13.d
eius natura quę ſit. 152.d
a quo inditum eſt illi nomen. 3.e
mundi tyrannus. 6.f
ipſum, & æternitas inter ſe maxime diuerſa. 5.f
quæ ſit ei conuenientior ratio. 13.c
amplius loco. 17.g
indiuiduus comes opificij ſex die--rum. 4.a
eſt portio æternitatis. 12.h
in eo pars alteram altera pellit. 12.h
in eo pilę inſtar in aquarum gurgitibus ſurſum, & deorſum impellimur. 18.g
eius imperio omnia parent. 18.g
rerum edax. 18.h
apud antiquos quomodo deſcribebatur. 18.f
eſt imago æui. 16.e
rotundo volubilique mundo inhæret. 18.c
Temporalia varijs ſubiecta caſibus. 16.a
Tenebra quid ſit. 120.h
tenebræ per lucem videntur. 14.h
Termini, & fines idem. 83.c
Terra centrum orbis. 90.c
quaſi mundi templum. ibid.
ſcabellum pedum Dei. 150.d
omnium altrix. 90.c
mundi pauimentum. 151.d
quomodo ſita eſt. 90.e
cui ſimilis. 151.f
eſt ſcena, vbi generatio, & corruptio fiunt. 44.e
abſq; pluuijs germinare non poteſt. 160.g
ſuſpenſa manet medio librata ſpatio. 44.c
eius ſtabilitas. 44.c
corporum cõmune ſepulchrum 151.d
Teſtis idoneus diuinę generationis quis. 173.d
THEOCRITVS zelator diuinę glorię. 166.d
Theologia regina. 67.e
eius corona quę ſit. ibid.
eius laus. 103.e
ſcholaſtica ſubtiliori genere dicendi vtitur. 7.e
ſymbolica vnde ortum habuerit. 124.f
eius diſtinctio. 159.e
ſymbolica quid ſit in animis noſtris. 159.f
philoſophorum cui ſimilis. 159.f
beatorum quid ſit. 159.f
ſymbolicę vis, & ratio quæ ſit. 115.e
gentium a quibus ſumpſerit originẽ. 45.h
Chriſtiana, & vocum, & rerum domina. 210.h
eius apices, culmina, & faſtigia quæ. 156.f
ei tanquam reginæ omnes ſcientiæ famulantur. 211.a
ſymbolica vnde nomen accepit. 114.d
Chriſtianæ refugiũ, & arx noſtræ ſpei quod ſit. 178.e
ſymbolica non eſt in Helicone nata cũ fabulis apud poetas. 114.e
eius ſcopus quis. 114.d
Theologi æternam diuinitatis ſubſtantiam naturam appellant. 31.f
longe ſublimis de naturæ nomine ſentiunt, quam philoſophi. 31.f
ſcholaſtici retundũt philoſophorum, & hæreticorum ingenia. 207.b
eis quid liceat in inueſtigatione de rebus diuinis. ibid.
Theophraſtus philoſophus a quo huiuſmodi nomen ſit ſortitus. 55.f
quo titulo Deum extulerit. 55.f
Theſeus minotaurum extinxit. 61.c





Thronus Dei qui. 116.g. 150.d
TIBERIVS poſuit Chriſtum in larario ſuo. 99.f
Timotheus diuinæ gloriæ zelator. 166.d
Titanes monſtra humanæ naturę. 64.b
TOGA inſigne pacis. 114.g
TRANSMVTATIO exigit tempus. 42.a
Tria de quocunque quæri poſſunt. 231.e
Triangulus prima figurarum inter rectilineas. 211.c
Trimegiſtus quomodo Deum vocauerit. 197.c
Trinitas eſt ipſa tota diuinitas, 168.h
lux mundi. 195.f
credenda eſt, vt ſalutem conſequamur. 230.e
eſt vox maxime apta. 211.b.c
multis ſymbolis figurata. 195.b.c
eius myſterium omni tempore fuit neceſſarium cognitu humano generi. 202.f
tota ſaluauit nos. 208.f
de ea loqui maxime difficile. 195.f
ab ea omnia pendent. 195.h
ea, quam Chriſtiana religio credit, nõ eſt, quam Sabelliana hæreſis finxit. 195.c
quid ſit explicatur. 195.c.d.e. 210.g
ſol æternus. 163.b
funiculus triplex. 163.b
templum triangulare. ibid.
Chriſtianorum quæ. 230.c
tota vna, indiuiduaq; actione extrinſecus operatur. 188.a
de ea loquentes non ingenio noſtro niti, ſed ſacris literis debemus inhærere. 181.f
Trinitates in multis rebus reperiuntur. 212.d.e
TVRBA deſipiens vix pro vno haberi debet. 27.a
Turcarũ arma malitia, & crudelitas. 8.c
eorum dogmata polluta, fędata, & indigna nomine religionis. 226.f
Turpitudo quid. 144.b
TYRANNVS plebibus fortis. 103.f

## V

VANITAS vniuerſa omnis homo viuens. 35.b
eſt indiuidua comes omnis naturæ. 23.f. 100.c
rerum humanarum quanta. 23 c.d.e
æternitati opponitur. 105.f
eius exempla recenſentur. 100.h
Vanum quid ſit. 100.g
Varro literarum helluo. 70.c
omnium hominum doctiſſimus appellatus. 70.c
Vaticanum, & Ianiculum primæ Iani coloniæ. 74.a
VENTVS res inanis eſt. 160.g.h
Venti ſpiritus in ſcriptura dicũtur. 193.d
Venus adoleſcentium pernicies. 64.d
plurimorum ſcelerum parens, ibid.
turpis materia poetarum. 64.d
eius retia quę. 43.g
Verbum vnde deducatur. 177.a
Dei, fons ſapientiæ. 129.h
imperat omnibus ſpiritibus. 174.f
dat vitam omni carni. ibid.
ſpiritum pater. 174.f
illud non poſſunt comprehendere puriſſimi ſpiritus. 174.f
Dei, primum ex Iudęa exit. 22.g
viuum, & efficax. 199.g
eſt ſplendor, decus, conformatio, & figura ſimillima æterni parentis. 1.e
in mente ſplendet. 61.a
nullum ita verum ſicut Dei filius, & quare. 177.d
verbum Dei quid. 177.g.h
Veritas in ſacris literis quæ ſit. 93.a
ſuper omnia vincit. 97.f
diuina, cæcorum oculos aperit, vt videant. 82.d
ipſa, & infinitudo Dei quo pacto ſe habeant ad videntes. 82.d
eius vis magna. 165.f
vt palma, quæ non cedit ponderi. 52.c
tota lux, & oculus. 103.c
oculus Solis, & Dei. 103.c
iudex ſincerus, & teſtis incorruptus. 103.c
res, & nomen in Chriſtum pleniſſime conuenit. 102.f
diuina, idolorum vanitatem detexit, & dextruxit. 103.c
in Cruce triumphauit. 99.g
diuina lucerna, & lux. 80.f
non erubeſcit. 16.e

ipſa, & vita idem. 102.g
æterna eſt. 101.d
ſolius Dei eſt. 23.f
difficilis cognitu. 70.a
eam quo pacto philoſophi deſignarent. 105.a
in ſacris literis contemplationem, & actionem ſpectat. 98.f
eius alta ſubſellia, quę. 98.e
eius ſedes vltimę, quę. 98.e
rerum, in puritate, & ſimplicitate conſiſtit. 123.f
illuminat. 144.d
eſt ante omnes hęreſes. 203.b
dux ſtudiorum. 94.e
quę eſt fons, & origo omnium veritatum, quæ ſit. 234.d
ducit ad virtutem. 80.f
ea nil amabilius pręter Deum. 97.d
omnibus ferocior. 234.c
flos, & gloria ſapientię. 97.d
filia temporis. 118.e
homini ſano melle dulcior. 97.e
homini flagitioſo videtur amarior felle. ibid.
veritas eſt Pater, Filius, & Spiritus ſanctus. 197.g
Verum a quocunque dicatur, a Spiritu ſancto eſt. 97.c
ipſum, & falſum inter ſe nullo pacto miſceri poſſunt. 79.g
verum cognoſcimus licet falſa cogitare poſſimus. 177.c
Veſtes Dei quę. 116.g
quibus induitur Pontifex, quid pręſeferant. 148.h
Veſtimenta Dei creaturę omnes. 69.b
Vetuſtas quibus rebus accomodetur. 4.c
Via ſalutis vna tantum. 229.a
Viæ, quas Deus notas fecit Moyſi, & filijs Iſrael, quę. 218.f
Vigiliæ, ſtudia, & contemplationes virorum fidelium, quo pręcipue tendant. 56.b
Vinum forte homini temulento. 103.f
Vir, & vxor vna caro. 122.e
Viri docti tanquam flores in vniuerſo hominum genere. 50.a
Virgilius Maro poetarum gloria, & decus. 38.e.192.c
pręcipuus poetarum. 176.d
antiquę philoſophię alumnus. 113.c
multum auri ex Ennio collegit. 227.a
eius ſententia de Deo. 33.f
Virtus eſt veritatis intuitus. 80.d
ſolida vitę integritas. 100.g
hominum conſummata quid ſpectet. 92.g
corporea, non eſt actus purus. 129.a
vera, iuſtificat, ſimulata condemnat. 80.e
omnis ſibi virtus eſt, & pręmium. 65.g
ad veritatem reducit. 80.f
eloquēdi præclara, & domina rerum. 52.h
ipſa, & veritas maxime ſimiles. 80.e
gratię comes. 225.c
Virtutes omnes pulchrę. 16.e
Viſio multiplex. 96.g.h
quomodo fiat. 1:9.c
Vita Dei omnes vitas tranſcendit, continens omnes vitæ imagines, & rationes. 84.a
in Chriſto ſeparata eſt a lapſu. 116.e
vita hominum quæ. 4.e.16.e
tanquam herba mox floret, & areſcit. 4.e
eius dies tanquam vmbra prætereunt. ibidem.
ineuitabili fato ducit ad mortē. 101.d
carnalis, fenum. 65.g
corporis, ex ſenſu, & motu cognoſcitur. 60.h
ei nihil tam oppoſitum, quam mors. 145.e
VLYSSES ſemper patriæ memor. 132.d
ipſe patriæ, non illi patria decus. 132.d
eius vitam, & geſta ſcripſit Homerus. ibidem.
VMBRAE augent coloribus gratiam in picturis. 143.h
VNITAS virtute continet omnia. 96.f
omnium numerorum vis, & poteſtas. 152.d
Patris, Filij, & Spiritus ſancti eſt principalis, ſola, & vera. 122.e
vnitatem Dei quę præcipue oſtendāt. 59.a.b
Vniuerſitas rerum cū Deo collata, quid ſit. 147.b
Vnum ſine multitudine eſſe poteſt. 126.f

negat



negat diuiſionem ſuipſius. 95.b
vno die hebdomadæ pręſcriptus eſt Dei cultus. 44.f
VOLVNTAS omnia ſub ratione boni amat. 95.d
diuina eſt inuincibile fatum. 42.d
Dei, eſt eius omnipotentia. 126.e
diuinæ omnia parent. 42.d.e
hominū, ſua manu creat ſibi mala. 35.e
Voluptates carnales, feces, & ſordes. 101.c
Vox infauſta, & mali hominis: Non eſt Deus. 26.c
voces indicantes Deum eſſe vnum, quæ. 57.a
VSIA Romana ciuitate a Theologis donata. 30.f
VTERVS Dei qui. 116.g
Dei, cui comparatur. ibid.
VVLCANVS cur ab antiquis faber appellatus. 53.g
erat claudus. 111.e
Vulgo nihil incertius. 94.a
Vultus ab animo diſcrepans non eſt vultus, ſed larua. 98.f

Z

ZOROBABEL centum Zopyris maior. 97.e
magna animi libertate coram Dario rege de veritate locutus eſt. ibid.

F I N I S.

# INTERPRETATIO VOCVM Hæbraicarum, ſparſim inuentarum, in ijs tribus de Diuina Hiſtoria Libris.

*In Introductione, fol.* 17. *ad finem.* *pag.* 2

ש *Scin, eſt elementum penultimum alphabeti hebraici, quod tercentum dicit.*

*Fol. ſequenti, pag.* 1. *ibi* Nonne *&c.*

יְהֹוָה *Iehouà, eſt nomen illud ineffabile* τετραγράμματων. *i. quadriliterum, ſeu quatuor literarum, quod cum hebræi, haud quaquam proferre audeant, loco eius legitur.* אֲדֹנָי *Adonai. i. Dominus, licet literæ iſtius nominis ineffabilis non quidem Dominum: ſed Deum per eſſentiam ſignificent. Nunc tamen Iehouà proferri debet. cum tempore Meſsiæ, non amplius occultus: ſed manifeſtus ſit Deus humanatus.* *Ibidem*

ה *he. Elementum Alphabeti in ordine quintum, quod dat quinque apud hebræos, eſtq́; ſecunda, & vltima litera nominis ineffabilis Iehouà, de quo ſupra.* *ibidem pag.* 2

צְבָאוֹת *tſeuaòθ. i. Exercitus in plurali. Hic nota illud θ, thita græcum, nam ita debet pronunciari poſtrema illa litera, thàu,* ת *quoties in medio non habet punctum, quod vocatur ab hebræis raghèſe.*

*Fol.* 5. *pag.* 2.

עד-עולם *Hngad ngholam. i. ſæculum ſæculi, ſeu vſque in ſæculum.* *ibidem.*

ו *Vau. Elementum ſextum Alphabeti, quod dat ſex: eſtq́; penultimum in nomine ineffabili Iehoua.* *Fol.* 5. *pag.* 2.

שִׁיר הַשִּׁירִים *Scir haſcirim. Canticum canticorum.* *Ibidem. fol.* 6. *pag.* 1.

לַמְנַצֵּחַ *Lamnatſeah. Victori.*

מֶלֶךְ צֶדֶק. *Meleh tſedek. Rex iuſtus, ſeu Iuſtitiæ.* *Fol.* 10. *pag.* 1.

לְעֹלָם *lengholàm. In æternum.* *ibidem.*

לְעוֹלָם וָעֶד *lengholàm vanghèd. In æternum, & vltra.* *ibidem.*

*imloh* יְהֹוָה יִמְלֹךְ לְעוֹלָם וָעֶד *Iehoua imlòh lengholàm uanghèd. Deus regnabit in æternum, & vltra.* *Fol.* 21. *pag.* 2

אֶהְיֶה אֲשֶׁר אֶהְיֶה כֹּה תֹאמַר לִבְנֵי יִשְׂרָאֵל אֶהְיֶה שְׁלָחַנִי אֲלֵיכֶם׃

*Eheiè aſcer eheie* kò *tomar liunè Iſdraèl eheie ſcielahàni alchèm.*

*Ero, qui ero ſic dices filijs ero, qui miſit me ad vos.*

*Fol.* 22. *pag.* 1

אֶהְיֶה *Eheiè. Ero.* *pag.* 2.

אֶהְיֶה *Eheiè. Ero.* *Fol.* 24. *pag.* 2.

אֶהְיֶה *Eheiè. Ero.* *Fol.* 26. *pag.* 2.

אָמַר נָבָל *Amàr nauàl. Dixit inſipiens.*

נְבָלִים *Neualin. Inſipientes.*

רְשָׁעִי Reſcianghim. Impij.
לֵצִים letſim. Deriſores. Fol. 27. pag. 1.
נָבָל Hauàl iuſipiens. ibidem.
נָבָל Hauàl inſipiens, impius. ibidem.
נָדִב Hadiu iuſtus apud Kaldæos, ſed:
נָדִב Halius gratus apud hebræos. ibidem.
נָבָל Hauàl. immanis, & immitis apud arabes Amàr nauàl אָמַר נָבָל בְּלִבּוֹ אֵין אֱלֹהִים: belibò en elohim. Dixit inſipiens in corde ſuo, non eſt Deus, ſeu dij,
אֱלֹהִים Elohim, Deus, dij-
יְהֹוָה Iehouà Deus, ſeu dominus, nam apud interpretes latinos ſemper Iehouà transfertur dominus, ſicut elohim tranſfertur Deus. ibidem.
נָבָל Hauàl inſipiens. Fol. 32. pag. 2.
אֶהְיֶה Eheiè Ero.
בָּרָא Barà fecit, creauit.
אוֹר Or lumen, lux.
סֶלָה Sèla ſemper, denotat hilaritatem. Fol. 48
אֱלֹהִים Deus, dij. Fol. 51. pag. 2-
יְהֹוָת Iehouà Deus, nomen ineffabile, τετράγαμάτων.
יְהוֹה Iehouà, Deus. Liber. 2. Fol. 85. pag. 1.
יְהוֹה Iehouà Deus.
אֱלֹהִים Elohim Deus, ſeu dij. Fol. 150. pag. 2.
Iehoua Deus.
אֲדֹנָי יְהוֹה Adonai Iehoua Dominus Deus. Lib. 3. Fol. 185. pag. 3
רוּחַ הַקֹּדֶשׁ, Ruah hakadiſe ſpiritus ſanctus- Fol. 188. pag. 1.
תְהוֹם Eheòm, Abyſſus, vorago. Fol. 202. pag. 2.
אֱלֹהִים Elohim, Deus, vel dij. ibidem.
בָּרָא Barà Creauit. Fol. 205. pag. 1.
יְהֹוָה Iehouà. Deus.
שֵׁם הַמְּפוֹרָשׁ יְהוָה Scem hammeforàſe nomen expoſitum, ſeu extenſum, & hoc nomen erat Iehouà Deus, nomen quaturr literarum.
אָב Au pater.
בֵּן Ben Filius.
וְרוּחַ הקדש Veruah hakadòſe, Et ſpiritus ſanctus.
בֵּן אֱרהים Ben, elohim, Filius Deus.
אָב אֱרהים Au elohim, Pater Deus.
רוּחַ הקדוש Ruah hakadoſe elohim. Spiritus ſanctus Deus.
שלשה באחד Scieloſcià beehàd, Tres in vno.
אחד בשלשה Ehadbeſcieloſcià. Vnus in tribus.
גליא רזייא Galè razaià, Reuelans, ſeu Reuelator ſecretorum, primum deduci tur a גלה galà. i. diſcooperire, & reuelare; ſecundum ſcilicet razaià à Thargùn, ſeu a lingua Kaldaica, ſeu Aramæa, i. Syriaca



riaca, & venit a רָז raz, ſeu אָזָא razà. i. ſecretum. Fol. 206. pag. prima.
מִדּוֹת Middòt, Menſuræ, ſed in diuinis ſumitur pro attributis, ſeu proprieitatibus perſonalibus apud hebræos ſed a nobis pro perſonis diuinis vſurpatur. ibidem.
הַי הַי Hai hai, non rectè ſcribitur inſcitia impreſſoris, ſed ita ſignentur Tres.
מִדּוֹת Middòt, & vna הֲוָיָה Hauaià, eſſentia: hinc ſolet dici ab hebræis Kabaliſticis.
שֵׁם הֲוָיָה Scem hauaia. i. nomen eſſentiæ, quod eſt nomen יְהֹוָה Iehouà ineffabile. Fol. 29. pag. 2.
סְפִירוֹת Sefiròt numeri, qui ſumuntur pro numeris diuinis, hoc eſt pro decē nominibus Dei, qui vocantur numeri incorporei, ſeu Symbolici, quæ tantum de Deo dicuntur, vt eſt incorporeus, & omnino ſimplex. Decem nomina Dei.
כֶּתֶר Kèter. Corona.
חָכְמָה Hohmà, Sapientia..
גְבוּרָה Gheuarà. Fortitudo
בִּינָה Binà. Intelligentia.
חֶסֶד Hèſed. Miſericordia.
תִּפְאֶרֶת Tiferet Gloria.
נֶצַח Hètſah. Triumphus.
יְסוֹד Iesòd. Fundamentum.
הוֹד Hod Decor, confeſsio.
מַלְכוּת Malhùt. Regnum. ibidem.
שְׁמַע יִשְׂרָאֵל יְהוָה אֱלֹהֵינוּ יְהוָה אֶחָד Sciemang Iſdrael Iehouà, elohènù Iehoua ehad. Audi Iſdrael dominus, ſeu Deus, Deus noſter, Deus vnus eſt. Fol. 220. pag. 1.
יְבָרְכֵנוּ אֱלֹהִים אֱלֹהֵינוּ יְבָרְכֵנוּ אֱלֹהִים Ieuorbènu eloim elohènui Ieuarheus elohim. Benedicat nos Deus Deus noſter, benedicat nos De'. ibidē
כִּי אָנֹכִי יְהוָה אֱלֹהֶיךָ אֵל אֵל קַנָּא. Anohì Iehoua eloheha el elchana. Ego dominus Deus tuus, Deus fortis, zelans Notus quod אֵל אֵל el el on habetur in textu hebraico, ſed loco vltimi el habetur n קַנָּא Kanà, ideſt zelans ibidem.
יְהֹוָה Iehouà dominus, Kaldaica paraphraſis ſcribit hanc vocem hunc in modum ייי quæ ſunt tria Iod hæbraica, quæ dictio vno a קָמֵץ kamèts ſignata, hoc modo ſcribitur, יְיָ, Nota, quod קָמֵץ ָ kamèts eſt vocalis hebræa longa, quæ tonat A. Fol. 221. pag. 1
הוּא Hi, ipſa, ſingularis numeri nominatiui caſus, vbi ſub prima litera quæ dicitur ה he, adeſt punctum illud. quod vocatur ab hebræis
חִירִק birik. eſt autem birik vocalis hebræa, quæ ſonat I. ibidem.
יְהֹוָה Iehouà Dominus. ibidem.

# *Interpretatio uocum Hebraic.*

Kadòſc, kadòſc, Kadòſc, קָדוֹשׁ קָדוֹשׁ קָדוֹשׁ *Sanctus, Sanctus, Sanctus* *ibidem.*

קָדוֹשׁ אָב קָדוֹשׁ בֵּן קָדוֹשׁ רוּחַ הַקָּדוֹשׁ׃

Kadòſc *Au*, Kadòſc *ben*, kadòſc *ruah ha*kadòſc. *Sanctus pater, ſanctus Filius, ſanctus Spiritus Sanctus.* *Fol.* 121. *pag.* 2.

אֲדֹנָי *Adonai Dominus.* *ibidem.*

*Iod, eſt decimus character alphabeti hæbraici.*

יְהֹוָה *Iehoua, Deus, ſeu dominus, ſolet.n. hoc nomen ineffabile quadralite rum ſemper pronunciari ab hebræis Adonai, i. dominus, & ſecū dū hunc ritū ita verſum eſt, & ferè ſemp a D.Hieronymo. ibidē*

יְהְיָה *Iehaia, Hots, quod hæc dictio non eſt apud hebræos ita ſcripta, quare deleatur, & loco illius ſcribatur.*

יִהְיֶה I*heièh erit.* *ibidem.*

הָוָה *Hauà fuit.* *ibidem.*

שׁ *Scin, eſt penultima alphabeti hebraici.*

יֵשַׁע *Iaſciang Saluauit.* *Fol.* 222. *pag.* 1.

יֵשׁוּע *Ieſciùang* Saluator. *Fol.* 231. *pag.*

אֱלֹהִים אֲדֹנָי *Elohim adonai Deus dominus.*

*Viginti duæ literæ alphabeti Hebræi.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| א | *Alef* | ל | *lamed.* |
| ב | *Bet.* | מ ם | *Mem.* |
| ג | *Ghìmel* | נ ן | *Nun.* |
| ד | *Dalet* | ס | *Samech.* |
| ה | *He.* | ע | *Nngair* |
| ו | *Vau.* | פ ף | Pe, *ſeu fe.* |
| ז | *Zain.* | צ ץ | *Stadè.* |
| ח | *Heth.* | ק | K*of.* |
| ט | Tet. | ר | *Reſc.* |
| י | *Iod.* | ש | Scin. |
| כ ך | *Caf.* | ת | *Tau.* |

*Ex his literis tres vocantur ab hebræis matres, eo quod ab illis originem trahant reliquæ literæ, nec abſq; illis componitur dictio hebræa, vt* אֱוִי *Eui. quæ dictio nil ſignificat ad propoſitum, ſed tantum continet tres literas, quæ ſunt Alef, Vau, Iod. Septem literæ alphabeti dicuntur duplices, eo quod daguèſce.i.punctum, (quod vocant forte) in medio recipiunt, quæ continentur in his dictionibus.*

בגד כפרת *Begad*k*efrat, quæ dictiones nil ad propoſitum denotant. Omnes verò aliæ literæ alphabeti vocantur ſimplices, cum daghèſe dictum minime recipiant.*

*F I N I S.*

# GRAECARVM VOCVM QVAE IN HIS TRIBVS DE DIVINA HISTORIA LIBRIS

continentur, Expoſitiones.

1. p. 2. Aπόγραφα, Simulachra.
γνωμολογίας, ſententiarum collectiones.
γνωμογραφίας, ſententiarum ſcriptiones.

3. p. 2. πανοπλία, armaturam, quæ totum militis corpus tegit.

4. p. 4. ἀνθρωπολογίαν, illuſtrium virorum notitiam.
χωρογραφίαν, locorum deſcriptionem.
χρονογραφίαν, temporum deſcriptionem.

5. p. 1. μόρια, partes.
ἡμιώριον, ſemihoram, dimidiam horam.
πρωτευάγγελιον, primum Euangelium.
ἄναρχον καὶ ἄχρονον, ſine principio, & ſine tempore.

6. p. 1. σοφὸς ἄλλος ἀπ' ἄλλου, ſapiens alius ab alio.
θεῶν ἐπικυδέα δῶρα, Deorum præclara dona.
ἐπιφανὴς, illuſtris.
ἐπιφανέστατος, illuſtriſſimus.

7. p. 2. Αποθέωσιν, ψιχομαχίαν, ἁμαρτιγένειαν, καθ' ἡμερίων περὶ στεφάνου, in Deorum numerum, relationem animi pregnam, peccatorum ortum, de quotidianis coronis.

8. p. 1. θεολογώτατος, theologorum princeps.
πολυγράφος, qui multa ſcripſit.

9. p. 1. ὑπερβολικῶς, hyperbolicè, cum exceſſu.
ἄχριστοι, ſine Chriſto.
ἄθεοι, ſine Deo.
εὔμοροι, κακόμοροι, fortunati, infortunati.

10. p. 1. ἀπὸ τοῦ παύεσθαι, à ceſſando.
παυσίλυπος, curarum ademptor.
ἀλεξίκακος, malorum depulſor.

11. p. 1. πάνσοφος, omni ſapientia plenus: ſapientiſſimus.
p. 2. ἀμφισβητήσιμον ὄναρ, ambiguum ſomnium.

12. p. 1. θεοπρεπῶς, diuinè, vt Deum decet.
γλυκὺ ἡ ἀλήθεια, dulce quid eſt veritas.
ὢ ἀλήθειαν, ὢ φιλαλήθειαν, ò veritatem, ò ſtudium veritatis.
ἐν τῷ περιπάτῳ, in Ariſtotelis ſchola.

14. p. 2. ἀποδείξεως, oſtenſionis, demonſtrationis.

βασιλεία,

# Index.


15. p. 1. βασιλέα, Regem.
p. 2. ἐπιτομὴν, ἀνακεφαλαίωσιν, compendium, recapitulationem.
αὐτεξούσιον, ſui iuris.
16. p. 2. ἀνοτομὴν, inciſionem per ſingulas partes.
τὰ ῥήματα, verba.
τὰ ἔπεα, τὰ ἔπη, voces.
πολυλογία, verborum copia.
17. p. 1. μετὰ τὰ φισικὰ, poſt, vel ſupra res naturales.
πεντὰς, quinarius numerus.
ἐκ τετραγραμμάτου πενταγράμματον, ex Dei nomine, quod quatuor conſtat literis, elicitur aliud nomen, quod quinque conſtat literis.
19. p. 2. διαρηνόφιλος, pacis amator.
διαρηνοποιὸς, pacis effector, vel conciliator.
20. p. 1. ἄμοισοι, à muſis alieni.
μένος ποιοῦσα, cantuui, & ſuauitatem quandam efficiens.
21. p. 1. ἀπὸ τῆς μώσεως, τοῦτο ἐστι ζητήσεως, ab hoc nomine μώσεως, hoc eſt ab inquiſitione, & indagatione.
πεντάλφα, character quidam qui ex quinque Alpha conſtat, & alio nomine Solomonis ſigillum dicitur.
ὑγεία, ſanitas.
πεντάλογιον, quinque ſententias continens opus, vel inſtrumentum muſicum quinque habens harmoniæ genera.
21. p. 2. πενταφάρμακον, medicamentum ex quinq; compoſitum rebus.
22. p. 1. ποιμὴν ἀνδρῶν, paſtor hōminum.
23. p. 2. κήπιοι, fatui.
ἐκ διὸς ἀρχώμεθα, à Ioue principium capiamus.
24. p. 2. ὀξύποινος, famelicus.
ἀληθογνωσία, cognitione veritatis.
25. p. 1. ἀθεῖται, ſine Deo, dicti hæretici, qui Deum negant.
p. 2. ἀθεότητα, πολυθεότητα, καὶ ψευδοθεότητα, Deorum vacuitatem, Deorum multitudinem, & Deorum falſitatem.
26. p. 1. μελίγλωσσοι, μελίφθογγοι, homines ſuaui lingua, & voce.
27. p. 1. αἰτιολογία, cauſæ, diſceptatio.
p. 2. προλεγόμενα, quæ in proœmijs dicuntur, & principijs operam ponuntur.
28. p. 2. φισικὰ, naturalia.
θεῖα τὰ ὑπέρτατα, diuina ſunt ſuprema.
1. p. 2. πάντων σωτὴς καὶ γενέτως, omnium ſeruator, & pater.
2. p. 1. τ'ἀγαθὸν καὶ πρῶτον αἴτιον, bonum, & primam cauſam.
p. 2. δημιουργὸν, auctorem opificem.
2. p. 2. τὸ ὂν τὸ γινόμενον, quod eſt, & quod fit.
πλατωνίζοντες, Platonem ſequentes.
3. p. 1. ἀοριστίαν, nullam temporis circunſcriptionem.
παλαιὸς ἡμερῶν, antiquus dierum.


ὀξαήμερον,

# Index.


4. p. 1. ὀξαήμερον, ſed dierum opus, vel opificium.
πρεσβύτατος, παλαιότατος, maximus ætate, & antiquiſſimus.
p. 2. ἡμιώριον, ſemihora.
5. p. 1. ἄναρχος, principio carens.
ἀτέλευτος, fine carens, finis expers.
παλιγγενεσία, regeneratio.
p. 2. αἰὼν, αἰωνων, ſæculum ſæculorum.
6. p. 1. ἐπινίκιον, ad victoriam pertinens.
p. 2. καταχρηστικῶς, abuſiuè, vel contra verum vſum, & communem.
αἰῶνες, ſæcula.
7. p. 1. τέλος ἀτελὲς, finis imperfectus, vel cuius non eſt alius finis.
μετριότης ἀμέτριος, menſura ſine menſura, vel quæ menſuram non poteſt, & menſura caret.
7. p. 2. μεθοδεύειν ἐπιστήμην, artificiosè ſcientiam replicare.
8. p. 1. ἄμοισοι, à muſis alieni, vel auerſi.
p. 2. ἄφθαρτος, ſine corruptione.
ἀποίητος, non factus.
ὁμοούσια θεῷ, eiuſdem cum Deo eſſentiæ, & naturæ.
ἀποθέωσις, inter Deos collocatio.
ἀθεότης, Deorum vacuitas.
9. p. 1. ἀγεννησίαν καὶ ἀναρχίαν, generationis, & principijs carentiam.
ἀναρχία, carentia principij, vel carere principio.
ἀναρχίαν, carere principio.
ἀπάτορα καὶ ἀμήτορα, ἀγενεαλόγητον, patre carentem, & matre, & ſine genealogia.
p. 2. ὑπερβολικῶς, cum exceſſu.
ἁπλῶς, ſimpliciter.
κατά τι, ſecundum quid.
ὁμωνιμίαν, eiuſdem nominis appellatione.
10. p. 1. ὁμωνυμίαν, eiuſdem nominis appellationem.
εἰς τὸν αἰῶνα καὶ ἐπ' αἰῶνα καὶ ἔτι, in ſæculum, & ſæculū, & amplius.
Κύριος βασιλεύων εἰς τὸν αἰῶνα καὶ ἐπ' αἰῶνα καὶ ἔτι, Dominus regnās in ſeculum, & in ſeculum, & vltra.
10. p. 1. αἰων, æuum.
αἰώνιος, αἰώνιον, æternus, æternum.
αἰὼν αἰώνων, ſæculum ſæculorum.
11. p. 1. ἐκ τοῦ αἰῶνος, à ſæculo.
ἐκ τοῦ αἰῶνος τῶν αἰώνων, à ſæculo ſæculorum.
αἰώνιος, æternus.
προαιώνιος, ante ſæcula.
ὑπεραιώνιος, vltra ſæcula.
ἐμφατικώτερος, expreſſius.
ἐν ἀρχῇ, καὶ νῦν, καὶ οἷς τοῖς αἰῶνας τῶν αἰώνων, in principio, & nunc, & in ſæcula ſæculorum.


οὐσία,

οὐσία, eſſentia.
ὢν ἀεὶ, ſemper exiſtens.
ἀείζωον, ſemper viuens.
ἀΐδια, æterna.
συναΐδια θεῷ, coæterna Deo.
ἀποίητον, non factum.
ἄκτιστον, non creatum.
ἀγγένητον, ingenitum.
ἀποίητος, non factus.
ἄκτιστος, non creatus.
ἀγγένητος, ingenitus.
πρότερος, prior.
ὕστερος, poſterior.
p. 2. ἀπάτωρ, ſine patre.
ἀμήτωρ, ſine matre.
ἀγενεαλόγητος, ſine genealogia.
ἀγγένητος, ingenitus.
ἄκτιστος, increatus.
ἀποίητος, non factus.
ἀναίτιος καὶ ἄναρχος, ſine cauſa, & ſine principio.
ἀρχὴ ἀρχῶν, principium principiorum.
ἄρχων τῶν ἀρχόντων, princeps principum.
αὐτοφυὴς, ex ſe ortus.
ἀπόφασις, negatio.
κατάφασις, affirmatio.
ἀγγένητον, ingenitum.
ἀκίνητον, immobile.
ἀθάνατον, immortale.
ἀγγενησία, generatione carere, vel ingenitum eſſe.
ἀκινησία, motu carere, vel immobile eſſe.
ἀθανασία, morte carere, vel eſſe immortale.
12. p. 1. αἰὼν αἰώνων, ſæculum ſæculorum.
τὸ ὄν, ens.
αἰὼν, æuum, vel æternitas.
p. 2. συνέχεια, perpetuitas.
ἦν Ζεὺς, ἔστι τε νῦν Ζεὺς, fuit Iuppiter, eſtq; nunc Iuppiter.
καὶ ἔσεται, ὦ μεγάλε Ζεῦ, & erit ò magne Iuppiter.
τὸ, eſt, τὸ, erat, τὸ, erit, hoc eſt, hoc erat, hoc erit.
τὸ συνεχὲς, perpetuum.
13. p. 1. διάρροιαν, fluxum.
p. 2. οἱ ἐκ περιπάτου, qui ſunt ex peripato, è ſchola. ſ. Ariſtotelis.
ἄπειρος καὶ ἀόριστος, infinita, & indeterminata.
ἀπειρία καὶ ἀοριστία, ipſummet infinitum, & indeterminatum eſſe.
14. p. 1. ἀγγένητος, ingenitus.





ἀκίνητος, immobilis.
ἀθάνατος, immortalis.
τὸ εἶναι, hoc eſſe.
p. 2. τὸ ἀκίνητον, immobilitas.
ἀθάνατον, immortalitas.
ἀγγένητον, ingenitum eſſe.
τὸ ὄν, ens.
τοῦ ὄντος, entis.
τοῦ εἶναι, exiſtendi.
τὸ ἀνούσιον, quod caret eſſentia, οὐσίαν, eſſentiam.
καὶ τὸ ἄζωον, ζωὴν, & quod caret vita, vitam.
τὸ ἀναίσθητον, αἴσθησιν, quod caret ſenſu, ſenſum.
τὸ ἀνόητον, νοῦν καὶ νόημα, quod caret mente, mentem, & intellectum.
οὐσία, & ζωὴ, & αἴσθησις, & νοῦς, eſſentia, & vita, & ſenſus, & mens.
ἀνούσιον, ἄζωον, ἀναίσθητον, ἀνόητον, quod caret eſſentia, quod caret vita, quod caret ſenſu, quod caret mente.
τὸ ὄν, vel τὸ εἶναι, ens, vel eſſe.
15. p. 1. ἀξίωμα, dignitatem, vel communem ſententiam.
ἀδύνατον, quod fieri nequit.
ἐνδεχόμενον, contingens.
ἀναγκαῖον, neceſſarium.
δυνατὰ, & ἐνδεχόμενα, quæ fieri poſſunt, & contigentia.
κατὰ τί, ſecundum quid.
p. 2. ἀϊδίου θεότητος δηλωτικὸν, & quaſi χαρακτηριστικὸν, perpetuæ diuinitatis demonſtratiuum, & quaſi deſignatiuum.
θεολογούμενα, Theologorum more diſputata.
φιλοσοφούμενα, Philoſophorum ratione, & via diſputata.
τὸ ὂν προαιώνιον, οὐδὲ φύσιν, οὐδὲ θέσιν, οὐδὲ κίνησιν, quod eſt ante ſæcula, neq; naturam, neq; poſitionem, neq; motum.
ταυτῶς, ἁπλῶς, ἀμερῶς, ἡνωμένως, identidem, ſimpliciter, indiuiduè, continenter.
16. p. 1. ἔπαινος ζωῆς, laus vitæ.
ἀγγενησία, ingenitum eſſe.
ἀκινησία, immobile eſſe.
ἀθανασία, immortale eſſe.
ἡμερόβια, in diem viuentia, vel mortalia, & momentanea.
γνῶθι σαυτόν, noſce teipſum.
p. 2. ἐξουδενώματα, abiectiones.
χρονογραφία, temporis deſcriptio.
ἴσον εἶναι μέγα τὸ βιβλίον, μεγάλῳ τῷ κακῷ, æqualem eſſe magnum librum magno malo.
17. p. 2. ἀνακεφαλαίωσιν, recapitulationem.
ἀναρχία, ἀμεσότης, ἀτέλεια, carere principio, carere medio, carere fine.

ἀρχή, principium.
μεσότης, medium.
χρόνος, tempus.
αἰών, æuum.
αἰώνιος, ſempiternus.
προαιώνιος, ante ſæcula.
μετ᾽ αἰώνιος, poſt ſęcula.
ὑπεραιώνιος, ſuper, vel vltra ſæcula.
18. p. 1. τὸ ἀπέραντον, καὶ τὸ ἀκατάληπτον, quod caret termino, & eſt incomprehenſibile.
p. 2. οὐραῖον, ſerpentem, caudatum.
ὑπερβολικῶς, hyperbolicè, & cum exceſſu.
ἀθάνατον, immortalem.
19. p. 1. πάμφορος, πανεπίσκοπος, omnia ferens, & omnium curam gerens.
21. p. 1. θεουργία, miraculorum diuina virtus.
θεουργός, miracnlorum opifex.
p. 2. ἐγώ εἰμι ὁ ὤν· οὕτως ἐρεῖς τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ, ὁ ὢν ἀπέσταλκέ με πρὸς ὑμᾶς, Ego ſum qui ſum, ita dices filijs Iſrael, qui eſt miſit me ad vos.
θεουργός, miraculorum opifex.
οὐσιωνυμία, eſſentiæ circunſcriptione.
22. p. 1. οὐσία, eſſentia.
ὁ ὤν, qui eſt.
τὸ ὄν, quod eſt.
θεῖος, diuinus.
πλατωνίζειν, more Platonico loqui.
23. p. 1. ἐπέκεινα τῆς οὐσίας, vltra eſſentiam.
πάντως τὸ ὄν, μηδαμῶς, μηδέν, omnino ens, nullo modo nihil.
23. p. 2. οὐσία, plena, τοῦ ὄντος ἐξουσίαν ἔχων τῶν ὄντων, eſſentia plena eo quod eſt, poteſtatem habens omnium quæ ſunt.
24. p. 1. αὐτάρκης, per ſe ſibi ſufficiens, & ſua contentus ſorte.
αὐτάρκεια, per ſe ſibi ſufficientia.
αὐτάρκειαν, per ſe ſibi ſufficientiam.
αὔταρκες, per ſe ſibi ſufficiens.
αὐτοτελής, ſeipſo perfectum.
p. 2. ἐγὼ ὁ ὤν, ego ſum qui ſum.
τὸ πᾶν, omne.
τὸ μηδέν, nihil.
τὸ ὄν, quod eſt.
ἁπλῶς, ſimpliciter.
κατά τι, ſecundum aliquid.
25. p. 2. τὰ ὄντα, quæ ſunt.
τὸ ὄν, quod eſt.
τὸ πᾶν, omne.





τὸ ἕν, vnum.
26. p. 2. ἄθεοι, θεομάχοι, ſine Deo, & Deifortes.
27. p. 1. ἄφρονα, amentem.
μαινόμενον, inſanum, furentem.
μωρόν, ſtultum.
ἀνόητον, mentecaptum.
ἀσύνετος αὐτῶν ἡ καρδία, inſipiens eorum cor.
πάθη, affectiones animi, & perturbationes.
28. p. 1. τοῦ ὄντος, entis.
εἴδη, ſpecies.
τὰ ὄντα ἐν δυνάμει, quæ ſunt in potentia.
τὸ ὄν, ens.
p. 2. ἀρχέτυπον, forma principalis.
29. p. 2. οὐσία, οὐσιότης, οὐσιαρχία, οὐσία τῶν ὄντων, οὐσιότης οὐσίας, ὑπερουσιότης, οὐσιότητος, eſſentia, eſſentiæ ratio, principium eſſentiæ, exiſtentium eſſentia, eſſentia exiſtentiæ, ſupereſſentia eſſentię.
ἐν τοῖς οὖσιν, οὐσίαν, in exiſtentibus eſſentiam.
οὐσιότητα, eſſentiæ rationem.
ὑπερουσιότητα, ſupereſſentiam.
τράπεζαν, menſan.
τραπεζότητα, menſæ rationem.
κατηγορίαν, prędicamenta.
ἀνούσια, carere eſſentia.
ἐνούσια, eſſentiam habentia.
ἐπιούσιος, ſuperſubſtantialis.
p. 2. θεοπρεπῶς, vt Deo conuenit.
οὐσία, eſſentia.
ὁμοούσιον, conſubſtantiale.
30. p. 1. τὰ ὄντα, entia.
τὸ ὄν, ens.
p. 2. τὸ ὄν, ens.
τὸ αὐτοόν, αὐτοάνθρωπος, ipſum eſſe entis, ipſum eſſe hominis.
αὐτόζωον, ipſum eſſe animalis.
αὐτόζωον, αὐτοαίσθησις, αὐτονοῦς, ipſum animal, ipſemet ſenſus, ipſamet mens.
αὐτοσοφία, αὐτοαγαθότης, καὶ αὐτοαλήθεια, ipſamet ſapientia, ipſamet bonitas, ipſamet veritas.
οὐσιότης, ὑπερουσιότης, eſſentiæ ratio, ſupereſſentia.
βαρβαρίζειν, barbarè loqui.
τὸ αὐτοόν, ipſummet ens.
οὐσία, eſſentia.
31. p. 1. πράγματα, καὶ πράξεις, res, & actiones.
πράγματα, καὶ ἔπεα, res, & verba.
ὑπόστασις, ſubiectum, vel ſuppoſitum.

κατά τι, ſecundum aliquid.
ὕπαρξις, ſubſtantia, vel ſubſiſtentia.
ὑπόστασις, ſubiectum, vel ſuppoſitum.
προΰπαρξις, ante ſubſtantiam.
ὕπαρξις, ſubſtantia.
ἀόρατος, καὶ ἀκατασκεύαστος, inuiſibilis, & incompacta.
p. 2. θεοειμένοι, καὶ θεοειδεῖς, ad ſimilitudinem, & imaginem Dei.
θεοπρεπῶς, & θεοπρεπῶς, diuinæ, vt Deum decet.
θεία φύσις, diuina natura.
σοφός, ſapiens.
ἄλλος ἀπ' ἄλλου, alius ab alio.
φυσικά, & προαιρετικά, ſecundum naturam, & ſecundum electionem.
32. p. 2. φυσικά, naturalia.
φύσις, natura.
τὰ φυόμενα, quę generantur, & producuntur.
προϋφεστηκότα, præexiſtentię.
33. p. 2. ψύχωσιν τοῦ παντός, animationem vniuerſitatis.
34. p. 1. πλάνον, & πλανούμενον, decipientem, & deceptum.
πάντες φιλόσοφοι καταγελῶσιν, omnes philoſophi irrident.
μωρόσοφοι, ſtulti ſapientes.
περὶ τῆς φυσικῆς ἀκροάσεως, de naturali auſcultatione.
τῶν μετὰ τὰ φυσικά, eorum quę ſunt poſt, vel ſupra res naturales.
35. p. 2. αὐτουργός, opifex.
36. p. 2. τοῦ ὄντος, entis,
37. p. 1. τὸ εἶναι, eſſe.
τὸ ὄν, & τὸ μηδέν, ens, & nihil.
τὰ μετὰ τὰ φυσικά, ea quæ ſunt poſt res naturales.
p. 2. Διὸς τέκος, Iouis filium.
φῶς, lumen.
ἥλιον, ἢ ἕλιον, ſolem.
38. p. 1. ἀπόλλω, Apollo.
ὅτι μόνος ἐστί, καὶ οὐχὶ πολλοί, quod ſolus, & non multi.
πάντ' ἐφορᾷς, καὶ πάντ' ἐπακούεις, καὶ πάντα βραβεύεις, omnia intueris, & omnia audis, & omnia regis.
ἥλιος, ſol.
p. 2. τῆς ὕλης Κύριος, materiæ Dominus.
40. p. 2. εἰδ' ἄγε πειρήσασθε θεοὶ ἵνα εἴδετε πάντες σειρὴν χρυσείην ἐξ οὐρανόθεν κρεμάσαντες, καὶ τὰ λοιπά, ſed agite ò Dij periculum facite, vt videatis omnes catenam auream è cœlo ſuſpendentes, & reliqua.
φιλομύθης, fabularum amator.
41. p. 1. ἰδέα, idea.
εἶδος, ſpecies.
p. 2. πηγὴν πηγῶν, fontem fontium.
42. p. 2. αἰτία ὑπεραίτιος, ἀρχὴ ὑπεράρχιος, cauſa ſupra omnem cauſam, principium ſupra omne principium.
43. p. 2. πᾶσιν ἐφετόν, πᾶσιν ἐραστόν, πᾶσιν ἀγαπητόν, omnibus deſiderabile, omnibus amabile, omnibus exoptabile.
ἔρωτα προνοητικόν, ἐπιστρεπτικόν, κοινωνικόν, συνεκτικόν, amorem qui prouidet, qui conuertitur, qui communicat, qui continet.
45. p. 2. πάντων γενέθλη, ἀρχὴ πάντων, πάντων τελευτή, omnium generatio, omnium principium, & omnium finis.
ὤν, hinc ἀγαθόν, ens hinc bonum.
ἐκ τῆς οὐσίας τὰ ὄντα, ἐκ τῆς ἀγαθότητος τὰ τέλεια, ex eſſentia entia, ex bonitate perfecta, proficiſcuntur.
p. 2. γῆν ὁρῶ, terram video.
διάψαλμα, operis complementum.
46. p. 1. θεός, Deus.
ἀνάρθρον, ſine articulo.
ὁ θεός, Deus.
ἕλληνες, Græci.
ἑλληνίζειν, Gręco more loqui.
τὸ θεῖον, diuinum numen.
τὸ τιθέναι, ponere.
τὸ θέειν, currere,
τὸ θεᾶσθαι, intueri.
τὸ θεωρεῖν, ſpeculari, obſeruare.
θεωνυμία, diuina appellatio.
θέαμαι, & θεωρῶ, video, & obſeruo.
θέειν, currere.
τιθέναι, ponere.
θεάων, & θεωρός, ſpectator.
p. 2. θέων, currens.
τεθηκώς, qui diſtribuit, & collocauit.
θέσει, poſitione.
ἐν τῷ κόσμῳ, in mundo.
θεοίς, Deos.
παντοκράτορα, omnipotentem.
κοσμοθετοῦντας τὰ πράγματα πάντα, qui res omnes in mundo diſpoſuerunt.
θέσεως, poſitione.
θεός, Deus.
47. p. 1. τεθηκότος, θεότητος, mendoſus locus.
θεμελιοῦσαν τὰ ὅλα, καὶ περισφίγγουσαν, omnia fundantem, & connectentem, & complectentem.
παντοκράτωρ, omnipotens.
θεμέλιον, fundamentum.
θεμελιώτης, fundator.
θεμελίωσις, fundatio.


θεός,

θεός, θεότης, Deus, Deitas.
δέομαι, indigeo.
δέος, timor.
θεόν, & θάνατον, Deum, & mortem.
48. p. 1. πάθος, paſſio, & ægritudo, & perturbatio animi.
p. 2. δέησις, precatio.
θεωνυμία, diuina appellatio.
θεός, Deus.
ὀνοματοθήροις, nominum venatores.
ὀνοματοποιοῖς, nominum artifices.
49. p. 1. ἀσώματος, ἄῤῥητος, ἀνώνυμος, incorporeus, ineffabilis, & innominabilis.
ὁ ἄνος, homo.
πυθαγορίζοντες, Pythagoræorum more loquentes.
p. 2. ὑπέρθεος, ὑπερθεότης, ſuper omnes Deos, ſuper omnem diuinitatem, & diuinitatis principium.
θεός, & θεότης, Deus, & Deitas, vel Diuinitas.
θεότητα, diuinitatem.
ἀνεκφώνητον, inexplicabilem.
θεωνυμίαν, diuinam nuncupationem.
50. p. 1. θεωνυμία, diuina nuncupatio.
θεοὺς μυθικοὺς, φυσικοὺς, πολιτικοὺς, Deos, fabuloſos, naturales, & ciuiles.
μυθικὴν, φυσικὴν, πολιτικὴν, fabuloſam, naturalem, ciuilem.
p. 2. περὶ τοῦ ἐφ' ἡμῖν, de eo, quod in nobis eſt.
περὶ τοῦ ἑκουσίου, καὶ ἀκουσίου, de voluntario, & inuoluntario.
πρόγνωσις, & πρόνοια, prouidentia, & prouidentia.
ἀνάγκη, δίκη, αἶσα, μοῖρα, neceſſitas, iuſtitia, fatum, ſors, vel parca.
51. p. 1. μοῖρα, parca.
αἶσα, niſi ἀεὶ οὖσα, fatum, niſi ſemper exiſtens.
οὐσία, οὖσ' ἀεί; ἀνάγκη, eſſentia ſemper exiſtens; neceſſitas.
p. 2. πεπρωμένη, fatum.
δίκη, iuſtitia.
52. p. 2. ὑπόστασις, ſubſtantia.
54. p. 1. πολύτροπος, καὶ ποικιλομήτης, verſatus, verſatilis ingenij, & callidus.
p. 2. αὐτὸ ἀγαθὸν, ipſum bonum.
55. p. 1. ὕπατον κρειόντων, ſupremum principum.
p. 2. αὐτὸ ἀγαθὸν, ipſum bonum.
p. 2. θεογονία, θεῶν γένεσις, Deorum ortus, Deorum generatio.
ὦ θαυμαστὸν σοφιστὴν, ò admirabilem artificem.
τοῦ παντὸς κυβερνήτης, vniuerſitatis gubernator.
θεία ἀρχὴ δι' ἣν ἅπαντα καὶ ἐστὶ διαμένει, diuinum principium, propter quod omnia ſunt, & permanent.





αὐτόγονος, αὐτογενὴς, αὐτοφυὴς, ex ſeipſo natus, ex ſeipſo genitus, ex ſeipſo exiſtens.
ἀξίωμα, communis ſententia.
56. p. 1. πολυθεότης, Deorum multitudo.
p. 2. πολυθεότης, quam ἀθεότης, Deorum multitudo quam carentia.
ἀθεοῖται, hæretici, qui Deum negant reperiri.
πολυθεοῖται, hęretici, qui multitudinem Deorum ponunt.
57. p. 1. οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη εἷς κοίρανος ἔστω, εἷς βασιλεύς, multitudo principum mala, vnus eſto princeps, vnus Rex.
Seriç θεός, non ſeriç θεοί, ſeriæ Deus, non ſeriæ Dei.
φιλαρχία, & φιλονεικία, imperandi cupiditas, & æmulatio.
58. p. 1. εἷς μόνος εἰμὶ θεὸς καὶ οὐκ ἐστὶ θεὸς ἄλλος, vnus ſolus exito Deus, nec eſt alius Deus.
πάντα ἔκγονα ἑνός, omnia ſata ab vno.
τὸ ἓν πάμφορον, vnum profert omnia.
ἡ μονὰς ῥίζα πάντων, vnitas radix omnium.
παλαιὸς λόγος, vetus dictum.
Sicut τὸ ὄν, ita τὸ ἕν, ſicut ens, ita vnum.
συζυγίας συμφωνὴν, coniugationes, conuenientiam, Valentini hęretici ſunt principia quædam, de quibus apud Irenęum ſicut.
πλήρωμα, βυθὸν, complementum, & profunditas.
59. p. 1. πάνσοφος, ſapientiſſimus.
p. 2. ἑπτάφωνοι, in qua vox eadem ſepties reddebatur.
60. p. 1. πάρεδρος, aſſeſſor, auxiliarius.
p. 2. τὸ πᾶν, καὶ τὸ ὅλον, omne, & totum.
p. 2. ἠέλιος δ' ἀνόρουσε, λιπὼν περικαλλέα λίμνην, ortus eſt ſol relicta pulchra palude.
οὐρανὸν ἐς πολύχαλκον, in cœlum æneum.
τὰ ἀόρατα θεοῦ, inuiſibilia Dei.
62. p. 2. χάρις, venuſtas.
, κοσμιότης, elegantia.
63. p. 1. εὐφρόναι, prudentes dicuntur noctes à Græcis, nox enim conſilij, & prudentiæ mater.
64. p. 2. ἀμφίβια, animalia quę ancipitem vitam ducunt, modo in aqua, modo in terra.
67. p. 1. φιλαυτία, ſuipſius nimius amor.
φυσιολογία, ſtudium naturæ indagandę.
θεολογία, de Deo, & de rebus diuinis diſputatio.
ὁ λόγος, ὁ θεός, verbum, Deus.
68. p. 2. εὐσέβεια, pietas.
θεοπαθεῖς, diuina patientes.
πάθος, paſſio.
69. p. 2. ὁ λόγος, verbum.
ἀποθεοῦσθαι, diuinos fieri.
ἀλαοσκοπία, cęca ſpeculatio.

λογολεσχία, loquacitas.
73.p.1. θεὸν, θεωρεῖν, καὶ θεραπεύειν, Deum ſpeculari, & venerari, ſeu colere.
εὐκαίριαν, temporis oportunitatem.
p.2. διαλέκτους, linguarum proprietates.
διάλεκτος, linguæ proprietas.
διόρθωσις, correctio emendatio.
74.p.2. θεοτόκον, Dei genitricem.
75.p.1. μωρόσοφοι, ſtulti ſapientes.
76.p.2. λογοδαίδαλον, verborum peritum concinnatorem.
80.p.1. τοῦ ὄντος, entis.
τὸ ὄν, ens.
τὸ προὸν, ante ens.
82.p.1. σοφοὶ, ſapientes.
p.2. μὴ κινεῖν ἀκίνητα, quę moueri non poſſunt, ne moueas.
83.p.1. τοῦ οὗ ἕνεκα, cuius cauſa.
p.2. ὅρια, termini.
ὁρισμὸς, definitio.
ὁρίζοντας, finitores.
83.p.2. ὕπατος, ὕψιστος, ἀκρότατος, ὑπέρτατος, ſummus, ſupremus, altiſſimus.
Corrigendum ὕψιστος, non ὑψιλὸς, poſitiuum, vt habetur.
πέρας, ὅρος, τέλος, } finnis, vel terminus.
πέρατα τῆς γῆς, fines, vel termini terrę.
84.p.1. ὁρισμοὶ, definitiones.
τελείωσις, perfectio.
τελειότης, conſumatio.
ἀπαρκῆ, καὶ τελειωτὴν, incipientem, vel potius perficientem, & conſumantem omnia.
ἀπέραντον, & infinitum.
ἀπεριόριστον, & infinibilem.
ἀτέλειον, nullius finitionis capacem.
p.2. ἀναρχία, carere principio.
ἀτέλεια, carere fine.
85.p.1. φάσκοντες εἶναι σοφοὶ ἐμωράνθησαν, dicentes ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt.
p.2. τὰ ὄντα, entia.
86.p.2. ἀμεθέκτως, μετεχόμενος, imparticipatè participatus.
87.p.2. ὑπερβολικῶς, hyperbolice, & quodam exceſſu.
κατά τι, ſecundum aliquid.
89.p.1. κατάληψιν, comprehenſionem.
ἀκατάληπτος, incomprehenſibilis.
ἀκαταληψία, incompſehenſibilitas.
ἀπέραντος, ἀόριστος, ἀτελὴς, infinitus, indeterminatus, nullius finitionis capax.



ἀπερασία, ἀοριστία, καὶ ἀτέλεια, infinitudo, indeterminatio, & finitionis carentia.
οὐ ῥάδιον, non facile.
χαλεπώτατον, difficillimum.
ἀδύνατον, fieri nequit.
91.p.1. ἀγνωσίαν, ἀκαταληψίαν, cognitionis carentiã, incomprehẽſibilitatem.
ἀπερασία, ἀοριστία, ἀτέλεια, infinitudo, & indeterminatio, & finitionis carentia.
ἀκαταληψία, incomprehenſibilitas.
p.2. ἀπέραντος, ἀόριστος, ἀτέλειος, ſed non ἀκατάληπτος, infinitus, indeterminatus, finitione carens, ſed non incomprehenſibilis.
ἀκατάληπτος, ἄγνωστος, καὶ ὑπεράγνωστος, incomprehenſibilis, incognitus, & omnem ſuperans cognitionem.
92.p.1. Cretenſes, Cilices, Cappadoces, Κάππα τρία κάκιστα. Tres literę cappa peſſimę, quoniam cappa eſt princeps, litera Cretenſium, Cilicum, & Cappadocum, qui omnes peſſimi habebantur.
p.2. ἀγορανόμων, ædilium.
ἐν ἀγορᾷ μὴ ψεύδειν, in foro non mentiri.
πρωτοτύπῳ, prima forma.
ἀπόγραφα, ſimulacra.
93.p.2. ὑπερθεότης, & θεαρχία, ſuprema diuinitas, & diuinitatis origo.
94.p.1. ἀκρίβεια, & κατάληψις, ἀδηλότης, καὶ ἀκαταληψία, certitudo, & comprehenſio, incertitudo, & incomprehenſibilitas.
ἀπαύγασμα, ſplendor.
p.2. ἄδηλα, incerta.
95.p.1. περιττολογίας, vel ταυτολογίας, rerum ſuperuacanearum expoſitiones, & iterationes.
τ᾽ἀγαθὸν, ἐφ᾽ ὃ πάντες θέομεν, bonum ad quod omnes currimus.
οὗ πάντα ἐφίεται, quod omnia appetunt.
p.2. Tanquam imago Dei, νοῦς, mens.
παράδοξον, ὑπομονὴ, εἰρωνία, præter omnium opinionem, tolerantia, diſſimulatio.
96.p.1. ὀντότης, entitas.
p.2. μετὰ τὰ φυσικὰ, poſt, vel ſupra res naturales.
97.p.1. ἄνευ τῆς λήθης, abſq; obliuione.
ἀλήθεια, veritas.
τὸ ὄν, ens.
τὸ αὐτοαληθὲς, ipſum verum.
p.2. φιλότιμος, non φιλοχρήματος, ſed φιλόσοφος, ſed φιλόθεος, honoris amator, non pecuniarum, ſed ſapientiæ, & Dei amator.
98.p.1. παραδείγματα, exempla
p.2. νοῦ, ἀληθείας, mentis, veritatis.
99.p.1. ταχυγράφος, velociter ſcribens.

100. p. 1. ἀμετάβλητος, immutabilis.
101. p. 2. ὑπερουσίου ταυτότητος, ſuperſubſtantialis entitatis.
ἀλλοίωσις, nulla ἀλλοτρίωσις, alteratio nulla alienatio.
αὐτός, ipſe.
ταυτότης, ipſa βεβαιότης, ipſa ἀμεταβλησία, ipſa στερρότης, identitas, ipſa ſecuritas, ipſa immutabilitas, ipſa firmitudo.
102. p. 2. ἀνακεφαλαίωσις, recapitulationem. Ego ſum ᾶ, & ῶ, prima, & poſtera alphabeti Græci litera. i. principium, & finis omnium rerum.
103. p. 1. τὸ λόγιον, ἀλήθεια, δήλωσις, rationale, veritas, manifeſtatio.
104. p. 1. χειρόσοφοι, manuſapientes, mechanici, qui manuum artificio prꝑſtant.
αὐτοπῦρ, αὐτοῦδωρ, αὐτοαὴρ, αὐτογῆ, purus ignis, pura aqua, purus aer, pura terra.
χυμικὴν, fuſoriam, & chymicam artem.
107. p. 1. ὡσαύτως ἐνεργεῖ, ſimiliter operatur.
Deus eſt τὸ ζῶον, animal.
p. 2. τὸ πάθος, paſſionem.
108. p. 1. σὺ εἶ ἕν, σὺ εἶ αὐτὸ, ᾧ χρόνος οὐδεὶς μεταβολὴν ὑπάγει, tu es vnum, tu es illud, cui tempus nullam affert mutationem.
p. 2. ἄναυξις, ἀμείωτος, ἄτρεπτος, ἄφθαρτος, εὐσταθὴς, εὔτακτος, αὐτοκίνητος, καὶ παντοδαπὰ ἀμετάβλητος, quę incrementum non patitur, neq; decrementum, neq; mutationem, neque interitum, ſed ſtabilis permanens, & firma, ordinata, ſeipſam mouens, vndequaque immutabilis exiſtit.
109. p. 1. τὸ ἀπέραντον, infinitum.
ἀμετρότης, immenſitas.
p. 2. τὸ ἀτέλεστον, fine carere.
τὸ ἀκατάληπτον, incomprehenſibile eſſe.
τὸ ἀΐδιον, ſempiternum eſſe.
τὸ ἀπέραντον, infinitum eſſe.
p. 2. ἐν εἴδεσιν εἶδος ὑπάρχον, καὶ ψυχὴ, καὶ πνεῦμα, καὶ ἁρμονία, καὶ ἀριθμός, forma exiſtens in omnibus formis, & anima, & ſpiritus, & concentus, & numerus.
μέγα ζῶον, magnum animal.
μικρὸν κόσμον, paruum mundum.
110. p. 1. ψύχωσις, κίνησις, καὶ σύστασις, animatio, motio, ſtatio.
ἀπερίγραπτος, incircunſcripta, vel quæ circunſcribi minus poteſt.
112. p. 1. ἄσωμος, καὶ ἀσώματος, corpore, & mole carens.
τὰ χωριστὰ, res abſtractas, & ſeparatas.
δέμας, & σῶμα, corpus, & moles corporis.
δέμας, δεσμός, καὶ σῶμα, quaſi σῆμα, corpus, vinculũ, & corpus ſepulcrũ.
ἀττικῶς dicatur, attico more.
πτῶμα, ἀπὸ τοῦ πίπτειν, lapſus, & caſus à cadendo.
p. 2. ἀναφὴς, ἀόρατος, ἀπερίγραπτος, ἀσύνθετος, ἄμορφος, qui tangi minus poteſt, neq; videri, neq; circunſcribi, ſed cõpoſitione caret, & figura.

ἀνδρεια-



ἀνδρεαειδὴς, vel ἀνδρείκελος, humana præditus forma, homini ſimilis.
ὕλη, materia.
113. p. 1. ψυχὴ, quia φύσιν ἔχει, anima quia naturam continet.
μήνη, Luna.
p. 2. ἀλληγορικῶς, ἀναγωγικῶς, ἀνθρωποπαθῶς, allegoricè, anagogicè, humano more loquendo.
114. p. 1. κατ' ἀλληγορίαν, ſed κατ' ἀλήθειαν, ſecundum allegoriam, ſed ſecundum veritatem.
τὸ σαρκικὸν τοῦ χριστοῦ, ἁγιώτατον, καὶ σεβαστικὸν, incarnationem Chriſti ſanctiſſimam, & maximè venerandam.
ἀληθῶς, verè.
κυριολογικῶς, ſed συμβολικῶς, propriè, ſed ſymbolicè.
ἱεροπλασίαν, rerum diuinarum adumbrationem.
κατ' ἀλήθειαν, ſed κατ' ἀλληγορίαν, ſecundum veritatem, ſed ſecundum allegoriam.
p. 2. τέρατα, σημεῖα, τεκμήρια, prodigia, ſigna, coniecturæ.
τέρας, prodigium.
σημεῖον, ſignum.
τεκμήριον, coniectura.
σημεῖον, ſignum.
βουλὴν, conſilium.
συμβάλλω, confero.
ἀνομοίως ὅμοια, diſſimiliter ſimilia.
115. p. 1. τελεταὶ, cęremoniæ, quia perficiunt.
p. 2. συμβολικὴ, καὶ ἀποδεικτικὴ, contemplatiua, & demonſtratiua.
116. p. 1. συμβολικῶς, ſymbolicè.
p. 2. ἐκ τῶν καθ' ἡμᾶς τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς, ex ijs, quæ apud nos ſunt, ea quæ ſunt ſupra nos.
φιλανθρωπία, humanitas, & benignitas.
οὐσία, eſſentia.
πρόνοια, prouidentia.
117. p. 1. περὶ θείας σωματικῆς πολυμορφίας, de multiformi corporea Dei figura.
118. p. 1. Et hęc omnia Deus, αἰτιατικῶς, παραδειγματικῶς, quia eorum cauſa exiſtit, vel vt exemplis manifeſtetur.
p. 2. ὑπερφανέστατον, qui omnem excedit lucem.
φωτωνυμία, luminis nuncupatio.
119. p. 1. ἀγαθωνυμία, καλωνυμία, οὐσιωνυμία, bonitatis nũcupatio, pulcritudinis nuncupatio, eſſentiæ nuncupatio.
πρωτότυπα, primæ formę, vel primas formas.
καθ' ὑπεροχὴν, quodam exceſſu.
p. 2. ὑπέρφωτος, omnem lucem excedit.

g ij ἀσθένεια.

ἀσθένεια, carens potentia.
μωρία, ſtultitia.
πρωτότυπον, prima forma.
Eſt φῶς, eſt φωτοποιός, eſt ὑπέρφωτος, lumen, luminis author, & lumen omne excedens.
θεός, θεοποιός, ὑπέρθεος, Deus, diuinitatis author, omnem diuinitatem excedens.
κατά τι, ſecundum quid.
χάρις, gratia, venuſtas.
120. p. 1. ὕστερον, πρότερον, poſterius, prius.
οὐσιωδῶς, eſſentialiter.
φῶτα, hominem. Eſt hoc loco animaduertendum, lumen, & lucem, non φῶτα, ſed φῶς, dici in ſingulari; & licet φώς, etiam dicatur homo ἀπὸ τοῦ φάναι, à loquendo, illud eſt oxytonũ, non circuflexum.
120. p. 2. καὶ κεφαλὰς Κρονίδῃ, καὶ τῷ πατρὶ πέμπετε φῶτα, & capita Ioui, & patri lumina mittite.
121. p. 1. φῶς, βίος, φώβιος, lux, vita, lux vitæ.
ῥοδοδάκτυλος ἠώς, aurora roſeos habens digitos.
ἰσόθεος φώς, Deo ſimilis homo.
p. 2. Vnus, σοφός, alter θεῖος, tertius, δαιμόνιος, ſapiens, diuinus, dæmon.
καθ' ὑπεροχήν, exceſſu quodam.
122. p. 1. ὢ μονάς, ὢ ἑνάς, vnitas, ſingularitas.
ὑποστατικῶς, hypoſtaticè.
123. p. 1. τὸ ἕν, τὸ ὄν, vnum, ens.
τὸ αὐτοόν, ipſum ens, vel ipſa entitas.
τὸ αὐτοέν, ipſum vnum, vel ipſa vnitas.
p. 2. φύσιν, πολιτείαν, naturam, ciuilem adminiſtrationem.
φιλεργία, ſed ἀνθρωπότης, humanitas, & benignitas, ſed hominis ratio.
124. p. 1. τὸ ἕν, τὸ ἁπλοῦν, vnum, ſimplex.
καὶ ἀσύνθετον, & quod compoſitione caret.
125. p. 1. στέρησις, priuatio.
θεός, Deus.
θεότητα, deitatem, diuinitatem.
τὸ θεῖον, numen.
p. 2. ἁπλότατος, ſimpliciſſimus.
ἀπειρότατος, maximè infinitus.
ἐκ τοῦ λόγου, fiunt τὰ λόγια, ex verbo fiunt eloquia.
126. p. 1. κατὰ πάθη, ſecundum paſſiones, & perturbationes.
p. 2. μονάδα, καὶ ἑνάδα, vnitatem, & ſingularitatem.
εἷς, καὶ ἑνοποιός, vnus, & vnum faciens.
Sicut etiam θεός, Deus.
θεοποιός, deitatis author.
φιλόθεε, Dei ſtudioſe.



Index.

172. p. 2. ἅγιος ἄνευ τοῦ ἄγους, ἄνευ τῆς γαίας, ſanctus ſine ſcelere, ſine terra.
καθαρός, purus.
128. p. 1. Non tam δαίμονα, quam δαήμονα, dæmonem quam ſapientem.
ἄριστον, καὶ τέλειον, optimum, & perfectum.
εὐφαντασιωτον, verè omnia ſibi fingentem.
p. 2. ἐντελέχεια, perfectio.
ἐνδελέχεια, perennis continuaq; motio.
ἐντελέχεια, niſi vel perfectio.
ἐντελοῦς συνοχή, vel perfecta continnatio.
ἐν ἑαυτῇ τέλος ἔχουσα, in ſeipſa finem, & perfectionem habens.
ἐνδελέχεια, perennis continuaq; motio.
ἐνδελεχισμός, iuge ſacrificium.
πολύσημα, multas habens ſignificationes.
130. p. 1. ἄμωμοι, puri, immaculati.
132. p. 1. ὡραιότητα κεχαριτωμένην, pulcritudinem gratiarum plenam.
p. 2. ὢ τῆς πατρίδος καπνὸς λαμπρότερος ἄλλου πυρός, o patriæ fumum ſplendidiorem alio igne.
τὸ καλόν, pulchrum.
133. p. 1. ἀνώνυμος, ſine nomine, incerta.
134. p. 1. ὢ φιλόκαλε, pulchri ſtudioſe, & amator.
p. 2. ὢ κόσμον, ὢ κόσμησιν, ò mundum, ò ornamentum, ò exornationem.
ἐμφατικῶς, cum quadam emphaſi, & vi.
ὢ μεγάλον κοσμήτορα, ò magnum Ducem, & adminiſtratorem.
κοσμήτορας, Duces.
κόσμος, ornatus.
135. p. 1. τῶν ὅλων περιοχή, vniuerſitatis complexio.
Hęc ipſa πάγκαλος, ὡραιότης, κεχαριτωμένη, tota pulchra, vel pulcherrima, pulchritudo gratia, & venuſtate plena.
ὑπεράγαθος, ſic ſolus eſt, omnem excedens pulchritudinem.
ὑπερκόσμιος, καλός, καὶ καλοποιός, πάντα καλά, καὶ πηγαῖα καλλονή, omne ornamentum excedens, pulcher, & pulchrorum opifex, omnia pulchra exiſtens, & pulchritudinis fons.
236. p. 1. ὡραῖον, pulchrum.
ὡραῖος, pulcher.
φλόξ, flamma.
p. 2. φιλόκαλον, pulchritudinis amantem.
ἰσονομίαν, iuris æquabilitatem.
137. p. 2. καλωνυμίαν, bonam denominationem.
138. p. 1. ἐπιφανής, ἐπιφανέστατος, ἐπιφάνεια, illuſtris, illuſtriſſimus, ſplendor ipſe.
ἀγαθός, τἀγαθόν, ἀγαθότης, ἀγάτυπος, ἀγαθαρχία, bonus, ipſum bonum, bonitas, bonitatis origo, & principium.
τὸ ἕν, & τὸ ὄν, vnum, & ens.
τἀγαθόν, ipſum bonum.

ὂν, & οὐσία, καλὸν, ἄκακον ἀκακία, ens, & eſſentia, bonum, ab omni malo alienus, ſimplicitas ipſa.
p. 2. τὸ πᾶν, καὶ τὸ οὐδὲν, omne, & nihil.
139. p. 1. περὶ ἀρχῶν, ecce ἀρχὴν ἀρχότατον, forſan ἄναρχον, de principijs, ecce principium, principio carens.
p. 2. ὑποκείμενον, & quaſi κρέας, ſubiectum, & quaſi caro.
κτίσις, creatura.
δημιουργία, opificium.
τεχνίτης, artifex.
δημιουργὸν, opificem.
παράγειν, & προάγειν, producere, & proferre.
σύστημα, conſtitutio.
γενέσεως, generationis.
ποίησις, fabrica, opificium.
ποιητὴν, fabrum, opificem, poetam.
τὰ ὄντα, entia.
140. p. 1. ἀρίστη λοχούσαις, optima, & valde vtilis vtero gerentibus.
141. p. 1. βοάω, clamo.
τὸ καλὸν ἀπὸ τοῦ καλεῖν, pulcrum, vel bonum à vocando.
κακοδαίμων, malus dæmon.
ἀνταγωνιστὴς, aduerſarius.
142. p. 2. κακὰ, mala.
κακουργὸς μὲν τῶν ἄλλων, aliorum malorum author, & opifex.
ἑαυτοῦ δὲ πολὺ κακουργότερος, ſeipſo verò longe prauior,
143. p. 1. αὐταρκὲς, perfectum, nullo indigens.
p. 2. θεοπρεπῶς, diuinè.
κοσμιότητα, decus, vel decoris ratio.
κόσμον, ornamentum.
ὕλη, materia:
ὦ θεόφιλοι, ὦ θεοφιλέστατοι, ò Dei ſtudioſi, ò Dei ſtudioſiſſimi.
144. p. 1. καλὸν, ſed καλὸν, bonum, ſed pulchrum.
τὸ καλεῖν, vocare.
καλὸν, pulcrum.
ἀπὸ τὸ κηλεῖν, à mulcendo.
p. 2. ἔρως, ἀπὸ τῆς ῥώμης, amor à robore, & vehementia.
φιλοκαλία, amor qui pulcra petit.
145. p. 1. τὸ ὂν, & τ' ἀγαθὸν, ens, & bonum.
146. p. 2. τὸ, vbi, τὸ, alicubi, ſicut neque erat τὸ, quando, neque τὸ aliquando, imo non erat τὸ nuſquam, neque τὸ vbique, quemadmodum propriè, neque τὸ ſemper, neque τὸ nunquam.
Hoc vbi, hoc alicubi, ſicut neque erat hoc quando, neque hoc aliquando, neque hoc vbique, quemadmodum propriè, neque hoc ſemper, neque hoc nunquam.
147. p. 2. οὐρανὸς, dicitur quaſi τῶν ἄνω ὅρος, cœlum quaſi ſuperiorum corporum finis,

Index.

finis, & terminus.
τὸ ἄκρον, vertex.
Eſt ipſe quoque infernus ὅρος, vt eſt ὅρος οὐρανὸς, terminus, & finis, vt eſt terminus cœlum.
148. p. 1. ὕπατον κρειόντων, ſummum omnium principum.
ἀνώτατον οἰκητήριον τοῦ θεοῦ, ſupremum Dei habitaculum,
θεοῖσι δὲ χεῖρας ἀνασχὼν, ad Deos manus tollens, vel cum ſubſtuliſſet.
p. 2. θεοτόκῳ, Dei matri.
μεγαλόπολιν, magnam ciuitatem.
οὐρανόπολιν, cœleſtem ciuitatem.
αὐτοκράτωρ δύναμις, plena omnium rerum cōſtituendarum poteſtas.
ὑπὲρ πᾶσαν ἶριν, ſupra omnem Irim, & arcum cœleſtem.
150. p. 1. πανάγαθος, optimus.
παντοδύναμος, & πάνσοφος, omnipotens, & ſapientiſſimus.
ἀνειδεία, ἀμορφία, χορασία, ἀκαταστασία, ſpeciei carentia, formæ carentia, & conſpicuitate, & compagine carere.
παντοδύναμος, omnipotens.
p. 2. πανάγαθος, optimus.
κύριον, κοίρανον, καὶ δεσπότην, Dominum, Principem, Regem.
καταγωγὴ, conſtitutio.
καταβολὴ, depoſitio.
151. p. 1. εἰργασμένα πάντα, ſed ἔργα nulla, nulla ἐργασία, ſicut nullum ἐργαστήριον.
Facta omnia, ſed nulla opera, nullum opificium, vel artificium, ſicut nulla officina.
κατεργάσασθαι, perfeciſſe.
p. 2. ποικιλομήτης, ambidexter.
152. p. 1. μουσηγέτης, muſarum ductor.
κτίσις, creatura.
p. 2. κτήματα, poſſeſſio.
ἀχανὲς fundo carens.
153. p. 1. κύριον, Dominum.
κοίρανον, Principem.
δεσπότην, Regem.
κτίζειν, & κτήζειν, condere, & poſſidere.
154. p. 2. παντοκράτωρ, qui omnia complectitur.
παντοδύναμος, qui aliena non indiget ope.
155. p. 1. θεοπλασία, à Deo creatio, & creatum eſſe.
παλιγγενεσία, regeneratio.
p. 2. ῥητὰ, quæ fari, & dici poſſunt.
ἄρρητα, quæ ineffabilia ſunt.
γνωστὰ, quæ cognoſci poſſunt.
ἄγνωστα, quæ minus poſſunt cognoſci.
158. p. 1. ὤφθη, apparuit.

ἥλιος,

ἥλιος, ſol.
p. 2. παιδεία, doctrina.
πολυμερῶς, καὶ πολυτρόπως, multifariam, & multisq; modis.
160. p. 1. κατὰ στέρησιν, ſed καθ' ὑπερβολὴν, per priuationem, ſed per exceſſum.
μωρία, ſtultitia.
εἰρωνία, ironia, diſſimulatione.
ἀσθένεια, imbecillitas.
p. 2. κοσμοπολῖται, mundi ciues.
οὐρανοπολῖται, cœleſtes ciues.
161. p. 1. μωροσόφοις, ſtultis ſapientibus.
p. 2. ἀποφαντικὰ, enunciatiua, forſan legendum ἀποφατικὰ, negatiua.
162. p. 1. ἀπόφασιν, negationem.
κατάφασις, affirmatio.
163. p. 1. ἀθεότης, impietas, quæ Deos è medio tollit.
πολυθεότης, impietas qua Deorum multitudo introducitur.
τρισόλβιον, ter beatam, beatiſſimam.
p. 2. μεσίτης, mediator.
165. p. 2. πρωτοτύπω, prima forma.
166. p. 1. οὐχ ὡς θέλομεν, ἀλλ' ὡς δυνάμεθα, non vt volumus, ſed vt poſſumus.
φθέγξομαι οἷς θέμις ἐστὶ, loquar quibus licet.
θύρας ἐπίθεσθε βέβηλοις, procul eſſe prophani.
p. 2. τὸ θεῖον, numen.
ἀγέννητος, ingenitus.
πατρότης, paternitas.
υἱότης, filiatio.
ἀνθρωπότης, humanitas.
167. p. 2. ὦ φιλόθεε, qui Deum diligis.
ὁ ὤν, τὸ ὄν, qui eſt, quod eſt.
168. p. 1. ἐκ πατρὸς ἀρχώμεθα, a patre ordiamur.
ἀποίητος, non factus.
ἄκτιστος, non creatus.
ἀγέννητος, non genitus, qui non eſt ab alio.
γεγονότα, & γεννητὸν, genitum, & generatum, & qui eſt ab alio.
κτιστὰ, καὶ ποιητὰ, quæ creata, & facta ſunt.
γεννητὰ, vel γεγονότα, genita, vel generata.
γεννηθεὶς, genitus.
ἀγέννητος, ingenitus.
p. 2. πατὴρ, pater.
ἄναρχος, & ἀναρχία, ſine principio, & carentia principij.
169. p. 1. εἷς πατὴρ πάντων, ὁ ἐπὶ πάντων, vnus pater omnium, qui ſupra omnia exiſtit.
πηγαία θεότης, fontana, & originalis diuinitas.
p. 2. ἀναρχία, carentia principij.
ἄναρχον, carentem principio.





ἀγαθοπρεπεῖς τῆς θεαρχίας προόδους, benignos diuinitatis progreſſus.
ὑπερούσια, ſuperſubſtantialia.
170. p. 1. αὐτοφυὴς, nullo principio ortus.
τὸ ἀγέννητον, non eſſe ab alio.
p. 2. φίλος, φιλόφιλος, φιλῶν, amicus, amicis amicus, amans.
φιλούμενος, ὃς φίλα ἔρδει, qui amatur, & qui res facit amicas.
171. p. 1. καταφιλήσατε τὰς χεῖρας, oſculamini manus.
διάψαλμος, vel διάψαλμα, pauſa, & ſilentium.
ἀντίθεοι, Dei hoſtes.
p. 2. θεόπλαστον, à Deo factam.
γενεὰν, generationem.
γενεὰν, καὶ γένεσιν, generationem, & ortum.
λόγῳ παντὶ ἄρρητος, καὶ νῷ παντὶ ἄγνωστος, qui nullis verbis explicari poteſt, & nulla mente percipi.
ἀνθρωποπαθῶς, humano affectu, vel more.
ἀνθρωπικῶς φράζειν, hominum more loqui.
καταχρηστικῶς, abuſiuè.
172. p. 1. θεογονία, diuina generatio.
πατρότης, paternitas.
πατριαρχία, principium paternitatis.
υἱότης, filiatio.
υἱαρχία, principium filiationis.
p. 2. τὸ, generatum, illud generatum.
τὸ, generari, illud generari.
τὸ, ſemel generari, illud ſemel generari.
τὸ, ſemper generari, illud ſemper generari.
173. p. 1. ὑποστάσεως, ſuppoſiti, vel perſonæ.
αὐτοπάτωρ, ſuimet pater, vel ipſemet pater.
αὐτομήτωρ, ſuimet mater, vel ipſemet mater.
θεογονίας, deorum generationes.
υἱσεως, corruptus locus, & fortaſſe, υἱώσεως, ideſt, adoptionis legendã, ſed non congruè, neq; piè.
υἱότης, filiatio.
υἱαρχία, filiationis principium.
θεογονία, Deorum generatio.
θεοτόκον, Dei genitricem.
p. 2. ἀνίκητος, inuicta, vel quæ vinci minus poteſt.
οὐκ ἦν ὅτε οὐκ ἦν, non erat quod non erat.
ῥοπὴ, ἀκμὴ, momentum, inſtans.
φιλολογία, aut πολυλογία, loquendi, vel diſceptandi ſtudium, aut nugacitas.
ὦ χριστομάχοι, ò Chriſti hoſtes.
174. p. 1. περὶ τοῦ λόγου, de verbo.
p. 2. θεολογώτατος, maximus Theologus.

λογοθέτης, verbi propalator.
175.p.1. νομοθέτης, legiſlator.
Hic eſt λόγος, illic νόμος. hic eſt verbum, illic lex.
θεοτόκῳ, Dei genitrici.
p.2. ὁμοούσιον, conſubſtantiale.
176.p.1. Ecce πρῶτ' εὐαγγέλιον, primum euangelium.
ἐποίησεν, creauit.
p.2. ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, in principio erat verbum.
καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεόν, & verbum erat apud Deum.
νοῦς, mens.
λόγος, verbum.
νοῦς, eſt parens. mens eſt parens.
λόγος, fœtus,& proles, verbum fœtus,& proles.
177.p.1. μερμηρίζειν, anxiè, & curioſè animo verſare.
p.2. Τὰ λόγια ἐκ τοῦ λόγου, τὸν λόγον vocabo ſemper verbum, ſane λόγια quidem multa. ὁ λόγος vnus nõ abſolutè λόγος, ſed cum articuli pondere, ὁ λόγος, καὶ λόγια fiunt, ὁ λόγος non fit. ideo θεῖα λόγια, at ὁ λόγος non tàm θεῖος, quàm θεός. non alius à patre Deus, ſed ille idem Deus, quia non ſunt θεοί, ſed vnus ſolus θεός. quàm magnus hic noſter λόγος ὃ viri, non vt noſtra ἔπεα πτερόεντα, per inane volans ἀνυπόστατος, χεόμενος, διάλυτος, παυσόμενος.
Sermones, vel eloquia à verbo. verbum vocabo ſemper verbum, ſane eloquia quidem multa verbum vnum non abſolutè verbum, ſed cum articuli pondere, illud verbum, & eloquia fiunt, verbum non fit. Ideoque diuina dicuntur eloquia, at illud verbum, non tàm diuinũ, quàm Deus, non alius à patre Deus, ſed ille idem Deus, quia non ſunt Dei, ſed vnus ſolus Deus; quàm magnum hoc noſtrum verbum ò viri, non vt noſtra verba alata, per inane volans non ſubſiſtens, quod fluit, & labitur, & diſſolubile, & quod deficiet.
ὁ λόγος, verbum.
λόγοι, verbum.
178.p.1. λόγον ſunt, verbum.
παρὰ λόγον, ſunt ἄλογοι, ſunt τὰ ἄλογα ζῶα, præter rationem, vel ſine ratione ſunt irrationales, ſunt animalia ratione carentia.
παρὰ λόγον, præter rationem.
λόγον, rationem.
λογικὰ ζῶα, rationalia animantia.
λογικόν, rationale.
λατρείαν λογικήν, rationalem cultum, & venerationem.
τὸν λόγον, & myſteria τοῦ λόγου, myſteria τῶν πάντων λόγων μείζονα, τῶν πάντων λόγων κρείττονα. Verbum, & myſteria verbi, myſteria omnibus verbis maiora, omnibus verbis meliora, vel quæ omnem verborum copiam excedunt.
178.p.1. λογομαχίαν, de verbo contentionem, vel pugnam.





p.2. λόγον, verbum.
ὁμοούσιον, conſubſtantiale.
κοίρανος, princeps.
εἷς ἅγιος, vnus ſanctus.
Τριὰς ὁμοούσιος, καὶ εἷς ὁ σταυρωθείς, Trinitas conſubſtantialis, & vnus, qui cruci fuit affixus.
οὐσίαν, ſubſtantiam.
ὕπαρξιν, & ὑπόστασιν, ſubſtantiam, & ſuppoſitum.
ὁμοϋπόστατον, eiuſdem ſubſtantiæ, & ſuppoſiti. ponderandus locus, & non ita prætereundus.
ὁμοούσιον, conſubſtantialem.
Tàm ὁμοούσιον, quàm τρισυπόστατον. Tàm conſubſtantialem, quàm trium ſuppoſitorum, vel tria ſuppoſita.
ὁμοούσιον, conſubſtantiale.
οὐσία, eſſentia.
οὐσία, ſubſtantia.
179.p.1. οὐσίαι πρῶται, καὶ δεύτεραι, ſubſtantiæ primæ, & ſecundæ.
οὐσία, ſubſtantia.
οὐσία, inquam ἀκάτακτος. ſubſtantia in quam inordinata, & incompacta. corruptus locus, & propterea legendum, vel ἄτακτος, vel ἀκατάτακτος, vel ἀκατασκεύαστος.
τοῦ ὄντος, & τῆς οὐσίας, entis, & ſubſtantiæ.
οὐσίαν, ſubſtantiam rem familiarem.
οὐσίας φθορά, ſubſtantiæ iactura, rei familiaris.
οὐσίαν σώζειν, κατὰ τὴν οὐσίαν διδόναι, ſubſtantiam tueri, & rem familiarem; ſecundum ſubſtantiam dare.
διεσκόρπισε τὴν οὐσίαν αὐτοῦ, diſſipauit ſubſtantiam ſuam.
ὑπέρθεος, diuinitate ſuperior.
p.2. κατ' ἔμφασιν, quædam autem καθ' ὑπόστασιν. Secundum emphaſim, quædam autem ſecundum ſubſtantiam, & ſuppoſitũ. obſcurus locus.
180.p.1. ὁ μέγας, magnus.
p.2. Τριούσιον, non ὁμοούσιον, trium eſſentiarum, non conſubſtantialem.
ὁμοούσιον, conſubſtantiale.
ὁμοούσιον, ſimilis ſubſtantiæ.
181.p.1. ὁμοούσιον, & ὁμοιοούσιον, conſubſtantiale, & ſimilis ſubſtantiæ.
ὁμοιοτάτῳ, ſimillimo.
θεοσεβεῖς, pij, & catholici.
οὐσία, eſſentia, & natura.
ὁμοούσιον, ſimilis eſſentiæ, vel ſubſtantię, vel naturæ.
οὐσίαι, eſſentiæ.
ὁμοούσιον, conſubſtantiale, vel conſubſtantialitas.
οὐσίας, eſſentias, vel ſubſtantias.
ἀνούσιον, non ἐνούσιον, ſine eſſentia, non eſſentiæ particeps.
οὐσία, eſſentia.

ὁμοούσιον, ἑτερούσιον, eiuſdem ſubſtantiæ, diuerſæ ſubſtantiæ.
ἐνούσιος, eſſentiæ particeps.
ἀνούσιος, eſſentiæ expers.
ἀνυπόστατος, ſubſtantiæ expers.
ὁμοούσιος, conſubſtantialis.
p. 2. ὑπόστημα, & ὑπόστασις, ſubſiſtentia, & ſuppoſitum.
οὐσία, ſed ὑπόστασις, non eſſentia, ſed ſuppoſitum.
οὐσία, eſſentia.
ὁμοϋπόστατος, ſed ὁμοούσιος, non eiuſdem ſuppoſiti, ſed naturæ, & eſſentiæ.
σωματικῶς, corporaliter.
οὐσιωδῶς, ſubſtantialiter.
ὁμοφυής, ſimul natus.
ὁμογενής, ſimul genitus.
ὁμοειδής, eadem forma præditus.
ὅμουρος, aut ὁμόφυλος, confinis, conterminus, aut contribulis.
ὁμοούσιος, conſubſtantialis.
182. p. 1. ὁμοούσιον, conſubſtantiale.
ὁμοιούσιον, ſimilis ſubſtantiæ.
ὑπόστασιν, ſuppoſitum.
οὐσίαν, eſſentiam.
οὐσία, eſſentia.
τῆς ὑποστάσεως, non τῆς οὐσίας, ſuppoſiti, non eſſentiæ.
αὐτοτελής, αὐτόσοφος, αὐτοδύναμος, per ſe abſolutus, & perfectus, per ſe ſapiens, per ſe potens.
183. p. 1. ὁμοούσιος, conſubſtantialis.
p. 2. ἄγαμος, nunquam πολύγαμος, cælebs, nunquam illi multæ nuptiæ.
185. p. 1. τῷ πνεύματι λατρεύοντες, ſpiritu venerantes.
p. 2. πνευματομαχία, ſine θεομαχία, Spiritus ſancti oppugnatio, ſine Dei oppugnatione.
τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, Spiritus ſanctus.
186. p. 2. ὁμοούσιον, conſubſtantialem.
187. p. 1. θεολογώτατοι, Theologorum principes.
188. p. 1. συμπόσια, conuiuia.
ἄνεμος, ventus, flatus.
ἄμικτος, immixtus.
ὁμοιομερείαν, ſimilarium partium.
p. 2. ἀκοσμος, abſque vllo ornatu.
189. p. 1. τὸ, ἐξ οὗ, τὸ, δι' οὗ, τὸ, ἐν ᾧ, ex quo, per quem, & in quo.
p. 2. τὸ, accipiet dictum de Spiritu ſancto. Illud accipiet.
190. p. 1. ὁμοούσιον, ſimul & τρισυπόστατον. Conſubſtantialitatē, ſimul & trium perſonarum diſtinctionem.
δι' οὗ, per quem.
τὸ, δι' οὗ, illud per quem.

τὸ,



τὸ, ἐν ᾧ, illud in quo.
τὸ, ἐξ οὗ, illud ex quo.
p. 2. πολυλογίαν, nugacitatem; vbi fortaſſe, illud etiam corrigendum victus, non iuſtus; cum deinde ſequatur nunquamque vincendum, ſed hoc alij viderint: ſatis erit noſtra pro viribus correxiſſe Græca, &c.
ἀνώνυμος, ſine nomine, ignotus, incertus, &c.
191. p. 1. πρόοδος, ἐκπόρευσις, progreſſio, profectio, proceſſio.
τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται, Spiritum veritatis, qui à patre procedit.
ἐγὼ γὰρ ἐκ τοῦ θεοῦ ἐξῆλθον, καὶ ἥκω. Ego enim ex Deo proceſſi, & veni.
ὡς νυμφίος ἐκπορευόμενος ἐκ παστοῦ αὐτοῦ, tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo.
193. p. 1. ἀπὸ τῆς ἀληθείας πλανουμένας, à veritate errantes.
δεσποτικῶς, Dominorum more cum Imperio.
194. p. 1. πάνσοφος, καὶ παντοδύναμος. Sapientiſſimus, & potentiſſimus, vel omnipotens.
195. p. 1. ὑποστάσεις, ſubſiſtentias.
p. 2. σάρκωσιν, quidem neque εὐχαριστίαν, neque πρόγνωσιν, neque προορισμόν, incarnationem quidem, neque euchariſtiam, neque præcognitionem, vel præſcientiam, neque prædeſtinationem.
196. p. 1. ἀνταγωνιστής, aduerſarius.
p. 2. ὁμοούσιον, conſubſtantialitatem.
197. p. 1. τὸ, οὗ ἕνεκα, cauſa cuius, finalem videlicet.
198. p. 1. πατρότης, υἱότης, ἐκπόρευσις. Paternitas, filiatio, proceſſio.
p. 2. ὑπόστασις, ſuppoſitum.
οὐσία, eſſentia.
Vna ὑπόστασις, ſuppoſitum vnum.
Tres ὑποστάσεις, tria ſuppoſita. perpendendus locus.
οὐσίαι, eſſentiæ.
Non οὐσίας, οὐσιώσεις, eſſentias, eſſentiationes, vt ita dicamus, ad exprimendas enim huiuſmodi voces Latinæ linguæ terminos eggredi neceſſe eſt: ſubſiſtentiam tamen ſignificat.
199. p. 1. οὐσίαν, & ὑπόστασιν, eſſentiam, ſubſtantiam.
θείων προσώπων, diuinarum perſonarum.
ἐν προσώπῳ χριστοῦ, in perſona Chriſti.
p. 2. ἐν δυνάμει, in potentia.
οὐσίωσιν, ſubſiſtentiam.
ὑπόστασιν, ſuppoſitum.
οὐσιωδῶς, προαιρετικόν τε, καὶ ἐνεργόν, καὶ παντοδύναμον. eſſentialiter, libero præditus arbitrio, efficax, & omnipotens.
οὔτε πνοὴ ἀνυπόστατος, οὔτε ἆσθμα λυόμενον, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, λεπτόν, εὐκίνητον, φιλάγαθον, βέβαιον, νοερόν. Non flatus ſubſiſten-

tia

tia carens, neque ſpiritus qui ſoluitur: ſed Spiritus ſanctus, tenuis. agilis, bonorum amator, ſecurus, intellectualis.

200. p. 1. κακοζηλίαν, malam affectionem.

201. p. 1. τὸ πέπλον, indumentum.

ὦ σκότος, ἀόρατον, ὦ σκότος ἄγνωστον, ὦ σκότος ἀνόητον. O tenebræ, quæ videri minus poteſtis, ò tenebræ, quæ cognoſci non valetis, ò tenebrę, quæ intelligi nequitis.

Non σκοτεινοί, ſed φωτεινοί. Non obſcuri, ſed lucendi, & ſplendidi.

203. p. 1. δοξολογίᾳ, glorioſa celebratione.

p. 2. ἀνθρωπότητας dico, non φιλανθρωπίας, humanitates, & naturas humanas, non benignitates.

ἀνθρωπότης, humanitas, eſſe hominis.

204. p. 2. τὸ, non genitum patris. Illud non genitum patris.

τὸ, genitum filij. Illud genitum filij.

τὸ, procedens Spiritus ſancti. Illud procedens Spiritus ſancti.

205. p. 1. οὗ τὸ ὄνομα μηδὲ λόγῳ χωρούμενον, cuius nomen ne mente quidem capi poteſt, & percipi.

θεοῦ τὸ ὄνομα οὐ δύναται ἀνθρωπίνῳ στόματι λαληθῆναι, Dei nomen non pteſt humano ore proferri.

τεσσαρες, καὶ δεκάδες, quartadecimanæ.

σάρκωσις, incarnatio.

p. 2. περιχώρησιν, vnionem ex Damaſi lib. 1. corrigendus locus corruptus.

206. p. 1. ταυτότητα, & non potius ὁμοιότητα, identitatem, & non potius ſimilitudinem.

ἀληθογνωσίαν, veritatis cognitionem, & orthodoxam religionem.

ἀπόδειξις, αὐτὸς ἔφη, demonſtratio, ipſe dixit.

p. 2. ἑνάδα τρισυπόστατον, τουτέστι τριπρόσωπον, vnitatem in tribus ſubſtantijs, hoc eſt in tribus perſonis.

207. p. 1. ἐπιβολὰς, καὶ παραδοχὰς, radios, & receptiones.

p. 2. πρωτότυπον, primam formam.

209. p. 1. ἐξ οὗ, δι' οὗ, ἐν ᾧ, ex quo, per quem, in quo.

πάνσοφος, ſapientiſſimus.

πανάγιος, ſanctiſſimus.

210. p. 1. ὁ θεός, Deus.

211. p. 1. τριούσιος, & τρίθεος, tres eſſentiæ, & tres Dij.

δυὰς, dualitas.

ὁλόκληρος, integra, & perfecta.

p. 2. τρίγωνον ἰσόπλευρον, triangulum æquilaterum.

212. p. 2. φύσις, λόγος, ἄσκησις, ingenium, eruditio, ſpiritus.

ἀγεννησία, πνοὴ, πατρότης, υἱότης, ἐκπόρευσις, ingenitum eſſe ſpiritus, paternitas, filiatio, proceſſio.

ἀγεννησία, ingenitum eſſe.

213. p. 1. λόγος, ὁ θεός, verbum, Deus.

ἀγέννητος, ingenitus.

μητρίδα



p. 1. μητρίδα διὰ τῆς πατρίδος, maternam patriam per patriam.

πρωτευαγγέλιον, dixit, τρεῖς, καὶ ἕν, primum euangelium, dixit tres, & vnum.

ἀπάτορες, ἄλογοι, ἀπνεύματοι, πατρόμαχοι, λογομάχοι, πνευματόμαχοι, τριθεῖται, τριουσιανοί. ſine patre, ſine verbo, ſine ſpiritu, patris hoſtes, verbi hoſtes, ſpiritus hoſtes, tres ponentes Deos, & tres eſſentias, vel naturas.

ὁμόθεος, ὁμοάγαθος, ὁμοούσιος, æqualiter Deus, æqualiter bonus, & conſubſtantialis.

214. p. 1. ἐν ἐθελοθρησκείᾳ, in ſuperſtitione.

ἀνακεφαλαίωσις, recapitulatio, compendium.

p. 2. ἐν τῷ χριστῷ, in Chriſto, & vncto.

τὸν χρίοντα, ad τὸ χρίσμα, vngentem, ad vnctionem, vel vnguentum.

ὦ τριὰς ὑπερούσιος, ὑπέρθεος, ὑπεράγαθος, τῆς ἡμῶν κορυφῆς ἀκρότατος, καὶ ἔφορος θεοσοφίας, ò trinitas superſubſtantialis, diuinitatem excedens, noſtri cacuminis ſummus vertex, & princeps, vel ſpectator, & inſpector, ſcientiæ rerum diuinarũ, vel Chriſtianæ religionis.

216. p. 1. θεοφόρος, θεοφόρητος, Deum ferens, aut qui ferebatur à Deo.

θεοειδής, aut θεοείκελος, ſed veriſſimè θεός, diuina forma, & ſpecie, aut Deo ſimilis, ſed verè Deus. ponderandus locus propter Neſtorianam hæreſim, & Arrianam.

διφυσιν, ò homo non μονόφυσιν, ex duabus naturis, nõ vnius naturę.

ἐνυπόστατος, non ἑνούσιος, ἀνδρόθεος, & θεάνθρωπος, vnius ſuppoſiti, & perſonæ, non vnius naturæ, homo Deus, & Deus homo.

218. p. 1. τετραγράμματον, quod quatuor apud omnes gentes conſtat literis.

219. p. 1. περιχώρησιν, vnitatem.

220. p. 1. εὐλόγησαι ἡμᾶς ὁ θεὸς, ὁ θεὸς ἡμῶν, εὐλόγησαι ἡμᾶς ὁ θεός, benedic nos Deus Deus noſter, benedic nos Deus.

p. 2. πλήρωσις, & trinitatis περιχώρησις, perfectio, & trinitatis vnio.

221. p. 2. ταυτολογίαν, πολυλογίαν, περισσολογίαν, eiuſdem verbi, vel orationis iterationem, verboſitatem, multiloquium, vel nugacitatem.

ταυτός, ταυτότατος, ipſa ταυτότης, idem, identiſſimus, ipſa identitas.

ἀνεκφώνητον, inexplicabile.

ἀνδρόθεος, θεάνθρωπος, homo Deus, Deus homo.

p. 2. χαρακτηριστικόν, deſignatiuum.

222. p. 2. ἀνατολὴ, δύσις, ἄρκτος, μεσημβρία, oriens, occaſus, ſeptentrio, meridies.

ἀμφίβιοι, qui tum in terra, tum in aquis vitam degunt.

223. p. 1. αἰθίοπες, τοὶ διχθὰ δεδαίαται, ἔσχατοι ἀνδρῶν, Æthiopes, qui in duas diuiſi ſunt partes hominum extremi.

ἄνομοι, ἄμουσοι, ſine lege, ſine diſciplina.

βαρβάρους, barbaros.

λευκόστικτος, albis maculis, ſeu punctis diſtinctus, qualis eſt lapis ophites dictus.

224. p. 1. ἀγέλαστοι, qui nunquam riſerunt.

γέλωτα

# Index.

225. p. 2. γέλωτα σαρδόνιον, riſum Sardonium. corrigendus locus, vt ſequitur.
οἴ, οἴμοι τρίποδες στεναχήσατε, οἴχετ' ἀπόλλων: οἴχετ' ἐπεὶ φλογόεν με βιάζεται οὐράνιον φῶς. Hei hei mihi tripodes gemite, euaneſcii Apollo: euaneſcit quando ardens me cœleſte lumen.
227. p. 1. ἐντελέχεια, perfectionem, perfectihabiam, vt alij.
p. 2. τὰ μετὰ τὰ φυσικά, quæ ſunt poſt, vel ſupra res naturales.
229. p. 1. ὑδροφόβια, corrigendus locus, ὑδροφοβία, aquæ metu laboretis inſtar eorum, qui à rabidis canibus morſi ſunt.
230. p. 1. τριὰς ὁμοούσιος, Trinitas conſubſtantialis.
ἡ μὲν γὰρ ὑπόστασις τοῦ τὴν σὴν πρὸς τέκνα ἐνεφάνιζε γλυκύτητα.
οὐσία.
231. p. 1. ὑπόστασις ὑποστάσεως, ſuppoſitum ſuppoſiti.
ὑπόστασις, ſuppoſitum.
232. p. 1. δοξολογία, celebratio.
p. 2. πολύχαλκον, æneum.
ὦ πάνσοφοι, ὦ πανοῦργοι, ſapientiſſimi, callidi, verſipelles, vafri.
233. p. 1. ἀθεῖται, & πολυθεῖται, Deos è medio tollẽtes, vt Deorum numerum, & multitudinem introducentes.
234. p. 1. ἄλφα, & ὦ μέγα, prima, & poſtrema alphabeti Greci litera.
δυόφισιν, duplicem naturam, vel ex duabus naturis vnionem.
θεομάχοι, Dei hoſtes.

F I N I S.